This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

3 2044 020 605 168

Digitized by Google

19.94.1

C550.4

BOUGHT WITH
THE GIFT OF
WILLIAM GRAY,
Of Boston, Mass.
(Class of 1829.)

Received 28 May,
1860.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA ; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXII.

EUSEBIUS PAMPHILI CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

Digitized by Google

Digitized by Google

SÆCULUM IV.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ,

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΗΣ ΕΝ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

EUSEBII PAMPHILI,

CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

CURIS VARIORUM, NEMPE :

HENRICI VALESII, FRANCISCI VIGERI, BERNARDI MONTFAUCONII, CARD. ANGELO MAII

EDITA;

COLLEGIT ET DENUO RECOGNOVIT J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITOR.

TOMUS QUARTUS.

VENEUNT SEX VOLUMINA 60 FRANCIS GALLICIS.

—

C EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

Digitized by Google

2550.4
1860. Nov. 28
Gray Fund
$2.87

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO XXII CONTINENTUR.

EUSEBIUS PAMPHILI CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

APOLOGETICA.
Demonstratio evangelica. col. 9
Liber contra Hieroclem. 795
EXEGETICA.
De nominibus Hebraicis. 877
Quæstiones evangelicæ. 877
Quæstiones ad Stephanum. 879
Quæstiones ad Marinum. 937
Supplementa Quæstionum ad Stephanum. 957
Supplementa Quæstionum ad Marinum. 983
Supplementa minora Quæstionum ad Marinum. 1007
Eclogæ propheticæ. 1017
Fragmenta de vitis prophetarum. 1261
Fragmenta ex libro Eusebii deperdito cui titulus : *Generalis elementaria introductio.* 1271
Canones decem Harmoniæ Evangeliorum. 1273
Canones. 1277

Ex typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

Digitized by Google

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ

ΒΙΒΛΙΑ ΔΕΚΑ

—

EUSEBII PAMPHILI

DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA

LIBRI DECEM

INTERPRETE BERNARDINO DONATO, VERONENSI.

(Ex edit. Paris. 1628, Colon. (Lips.) 1688; Oxon. 1842. — Accedit supplementum a J. A. Fabricio evulgatum proœmium scilicet et capita III priora, cum ipsius operis epilogo.)

—

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

(Ed. Paris. 1628.)

Illustrissimo ac integerrimo viro domino D. Hacquevilleo, augustissimi Galliarum senatus primo Præsidi S.

Bene ac feliciter nobis universæque Galliæ cessisse omnes existimaverunt, illustrissime Præses, cum ab excessu amplissimi senatus principis, patria diuturniore, quam consueverat, tempore consternata, subitum luctum ac desiderium tanti Præsidis tua in ipsius locum promotione deposuit. Ex quo rerum omnium agendarum tempora sic illuxerunt, tanta in animos omnium irrepsit lætitia, ut vix aliud optatius quod vellent, aut quod pristinas ægritudines ex recenti jactura conceptas vehementius allevaret, contingere potuisse crederent. Utque reipublicæ rebus quondam perturbatis animadversum est, post Cannensem illam cladem secundo Marcelli ad Nolam prælio, populum Romanum primum erigi, ac deinceps ad optatos exitus afflante fortuna provehi cœpisse : sic post unius viri amissi calamitatem, simul atque ad augustiorem illam principemque senatus dignitatem, non favitoribus, ut ait Comicus, sed virtute ambiendo pervenisti, lugubria omnia procul eliminata, et prosperæ res deinde permultæ consecutæ sint. Quæ aliis inde accesserint commoda, magis ipsis quibus illa contigerunt fruenda, quam pluribus prædicanda relinquimus. Noster vero ordo, nostra societas, et veluti litteraria quædam sodalitas, quasi ex longiore veterno revocata, in eam spem erecta est, ut te sacrum Themidos clavum tenente, bonarumque litterarum custode, doctorum omnium fautore, ipsiusque humanitatis assiduo vindice, pristinum vigorem, decus ac celebritatem brevi se recepturam auguretur. Quæ nos eo res adduxit, ut quem præ manibus habemus auctorem diem aspicere gestientem Eusebium Pamphili *De demonstratione evangelica*, hoc est de fidei Christianæ veritate graviter disserentem, tuo potissimum nomini consecrare, non tam e re nostra esse, quam publicæ congratulationis interesse putaremus. Nam cum humani te juris assertorem acerrimum et alias, nunc vero maxime ad supremum curiæ regni fastigium per omnes honorum gradus evectus præbeas, cui pietatis et sinceræ religionis cura magis incumbat, si a te abierimus fortasse reperiemus neminem. Sic Eusebius noster Pamphilo suo in fide tuenda fidus adhæsit comes, ut Pamphili etiam cognomen sibi adjungi voluerit. Nec aliud dignitati tuæ morumque suavitati nomen aptius potuit occurrere, quam istius, quod omnium communem amorem ac benevolentiam indicaret. Quare si in tam propensi omnium in te amoris, tuæque in omnes charitatis publicum testimonium, singulorum ordinum ac societatum congratulationes certatim in te fieri nuper vidimus, postquam in excelsissimo illo purpuratorum Patrum culmine consedisti, quid tandem nobis animi ad munuscula undique comparanda, flosculosque et serta musarum ex hortulis colligenda, tuæque

Digitized by Google

celsitudinis pedibus admovenda esse debuit, quorum spes omnis prope et ratio, imo præsidium portusque tutissimus in tui muneris amplitudine atque sollicitudine videtur esse constitutus. Accipies igitur, illustrissime Præses, quo studio, quaque consuevisti humanitate, sacra doctrinæ veræque pietatis monumenta, id quod nunc ipsa nobis objecit occasio, Eusebii scilicet Pamphili Cæsariensis *De evangelica demonstratione* utilissimas Commentationes, quæ honorarii cujusdam muneris instar esse possint, quale magistratibus novissime in provincias a principe missis, animi benevoli testandi causa offerri solebat, ut tanto studiosius et diligentius reipublicæ consulerent, quanto majore et publicis omnium votis illius administrandæ curam susceperant. Vale.

Anno salutis 1628.

Celsitudini tuæ addictissimi,

Michael Sonnius.
Sebastianus Cramoisy.
Carolus Morrellus.

GALLANDIUS LECTORI.

(*Bibliotheca vet. Patr.*, tom. IV, Proleg., p. xxii, et p. 461.)

I. *Eusebii Cæsariensis* Demonstratio evangelica *suppleta.*

Quandoquidem temporum ordo ad Eusebium Cæsariensem nos deduxerat, nostra interesse censuimus, ut procemium et capita III priora libri I Eusebianæ *Demonstrationis evangelicæ* una cum ipsius operis epilogo, quæ in hactenus vulgatis editionibus desiderabantur, typis excudenda traderemus. Ea vero accepta referimus eruditissimo Joanni Alberto Fabricio; qui haud ita pridem isthæc præclari operis supplementa ex ms. codice bibliothecæ celsissimi Walachiæ principis Joannis Nicolai Maurocordati desumpta, bonis litteris bene cupiens, cum sua interpretatione evulgavit (*a*).

II. *Permultis in locis* Demonstrationis evangelicæ *Arianum se prodit Eusebius. Hac de re nonnulla proferuntur specimina Arianica. Eusebii placita interpres de industria ad catholicam sententiam detorquet.*

Hic porro lectores monitos velim, *Demonstrationem* Eusebii *evangelicam* propterea mihi dictam *præclarum opus*, quod multa plane in eo libro præclare dixerit auctor, veritatemque Christianæ religionis adversus Judæos potissimum ex sacris Veteris et Novi Testamenti litteris maxime propugnarit. Verum in permultis ejusdem operis locis haud obscure prodit semet Eusebius Arianorum sectæ addictum; quorum placita subinde inculcat et urget, nedum sibi probata demonstret. Quod quidem ut pateat, unum tantummodo locum in medium proferam, quo auctor propalam Arianæ hæreseos virus effundit. Siquidem postquam ad Christum retulit illud Sapientiæ VII, 26 : *Splendor est luminis sempiterni, speculumque immaculatum divinæ efficientiæ, et imago bonitatis illius;* illudque præterea Pauli ad Hebræos I, 3 : *Qui cum sit splendor gloriæ et figura substantiæ ejus :* his, inquam, relatis docet Eusebius atque evincere nititur, substantiam et deitatem Filii aliam esse a paterna et diversam ac separatam, ipsique multo inferiorem. Sic enim ille (*b*) : « Sed a sensibili quidem lumine splendor separari non potest : *Filius vero seorsum a Patre per se ipsum subsistit,* » Ὁ δὲ Υἱὸς ἰδίως παρὰ τὸν Πατέρα καθ' ἑαυτὸν ἐφέστηκε (leg. ὑφέστηκε). Ac luminis quidem splendor locum efficientiæ obtinet : *Filius autem aliud quidpiam quam secundum efficientiam est, per se ipsum substantia præditus,* Ὁ δὲ Υἱὸς ἕτερόν τι κατὰ ἐνέργειαν τυγχάνει, καθ' ἑαυτὸν οὐσιωμένος. Rursum splendor simul cum lumine exsistit, illudque quodam modo complet; nam sine splendore lumen nequaquam substiterit, simulque cum illo ac secundum illud subsistit : *at Pater prius quam Filius exsistit, et ante generationem ejus exsistebat, quatenus solus ingenitus erat :* » Ὁ δὲ Πατὴρ προϋπάρχει τοῦ Υἱοῦ, καὶ τῆς γεννήσεως αὐτοῦ προϋφέστηκεν, ᾗ μόνος ἀγέννητος ἦν, » κ. τ. λ. Complura vero ejusmodi loca eo in opere Arianica labe notata videas apud viros doctissimos, Maranum (*c*) et Montfauconium (*d*); quorum alter præterea animadvertit (*e*), *Demonstrationis evangelicæ* interpretem de industria Eusebium ad catholicam sententiam detorsisse. Sed pro munere nostro satis hæc sunto.

(*a*) Fabric. in *Delect. argum.*, pagg. 1-22. Hamb. 1725.

(*b*) Euseb. *Demonstr. evang.* lib. IV, cap. 3, pag. 147.

(*c*) Maran. *Divin. D. N. J. C.*, lib IV, cap 27, § 3, et cap. 28, § 4, pagg. 584, 593, 601.

(*d*) Montf. Prælim. ad tom. I *Collect. PP. Græc.* pagg. XV-XXIX.

(*e*) Id. ibid. § 5, pag. XIX.

Digitized by Google

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ

ΤΩΝ ΕΙΚΟΣΙ ΒΙΒΛΙΩΝ ΤΑ ΔΕΚΑ.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ

—

EUSEBII PAMPHILI

DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ

EX VIGINTI, LIBRI DECEM.

LIBER PRIMUS.

—

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΠΡΩΤΩ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΙ ΤΗΣ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ.

Προοίμιον.

α'. *Τίνα καὶ ὁπόσα ἐπαγγέλλεται ἡ πραγματεία.*

β'. *Τίς ὁ κατὰ τὸν Χριστιανισμὸν εὐσεβείας τρόπος.*

γ. *Ὅτι μὴ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι κατάλληλος ἦν ἡ κατὰ Μωϋσέα πολιτεία.*

δ'. *Τί δή ποτε τὰ παρὰ Ἰουδαίοις ἀποδεχόμενοι λόγια, τὸν παρ' αὐτοῖς βίον παρῃτησάμεθα.*

ε'. *Τίς ὁ τοῦ Χριστοῦ τῆς Καινῆς Διαθήκης τρόπος.*

ς'. *Τίς ὁ κατὰ τὴν Καινὴν Διαθήκην κατηγγελμένος ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις βίος.*

ζ'. *Πῶς ὁ Χριστὸς τὰ παρὰ Μωϋσεῖ πρότερον ἐντελέσας, καινῆς καὶ νέας εἰσαγωγεὺς κατέστη πολιτείας.*

η'. *Ὡς εἰς δύο τρόπους ὁ κατὰ τὸν Χριστιανισμὸν διῄρηται βίος.*

θ'. *Τί δή ποτε μὴ ὁμοίως τοῖς παλαιοῖς, καὶ παρ' ἡμῖν τὰ τῆς πολυπαιδίας σπουδάζεται.*

ι'. *Τίνι λόγῳ μὴ καὶ ἡμῖν ὁμοίως τοῖς παλαιοῖς θυμιᾶν καὶ θύειν τῷ Θεῷ τὰ γεώδη παραδέδοται.*

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἰδοὺ δή σοι, θεῖον ἐπισκόπων χρῆμα, Θεόδοτε, ἱερὲ Θεοῦ ἄνθρωπε, σὺν Θεῷ καὶ σὺν αὐτῷ γε τῷ Σωτῆρι ἡμῶν τῷ τοῦ Θεοῦ Λόγῳ, μετὰ τὴν πρώτην προπαρασκευὴν τῆς εὐαγγελικῆς ὑποθέσεως ἐν ὅλοις πεντεκαίδεκα συγγράμμασι διαπεπονημένοις ἡμῖν, μέγα τοῦτο πρὸς ἡμῶν ἐξανύεται. Δέχου δῆτα, ὦ φίλη κεφαλή, τὴν αἴτησιν, καὶ ταῖς εὐχαῖς ἡμῖν συμπόνει, τὴν εὐαγγελικὴν ἀπόδειξιν ἤδη λοιπὸν ἐκ τῶν

A *HÆC INSUNT IN PRIMO LIBRO EVANGELICÆ DE SALVATORE NOSTRO DEMONSTRATIONIS.*

Proœmium.

1. *Quænam et quanta in hacce tractatione promittantur.*

2. *Quisnam sit modus colendi Dei ex Christianismi præcepto.*

3. *Quod conditio reipublicæ Mosaicæ non fuerit omnibus gentibus conveniens.*

4. *Quanam de causa, cum omnium Judæorum oracula acceperimus, eorumdem vivendi institutum recusarimus.*

5. *Quisnam modus Novi Testamenti, cujus Christus est auctor.*

6. *Quænam sit ea, quæ in Novo Testamento omnibus hominibus a Christo denuntiata est, vita.*

B 7. *Quomodo Christus, postquam ea quæ a Mose tradita sunt, plene observavit, novæ rationis et legis introductor extitit.*

8. *Quod quæ Christianismum amplexa est vita in duas species divisa est.*

9. *Quam ob causam non ut prisci illi, ita nos quoque numerosæ soboli operam damus.*

10. *Qua de causa non ita nobis, quemadmodum priscis incendere, et sacrificare Deo terrestria permissum est.*

1 PROŒMIUM.

Ecce tibi, sacer homo Dei ac divina res inter episcopos, Theodote, post prius opus *De præparatione evangelica* quod totis quindecim libris elaboravimus, Dei atque ipsius Salvatoris nostri Deique Verbi auxilio, etiam præsens magnum hoc a nobis C perficiendum suscipitur. Petitioni igitur nostræ, charum caput, locum concedito, precibusque tuis laborem nostrum adjuva, quo deinceps demonstra-

Digitized by Google

tionem evangelicam ex prædictionibus quæ a prima origine apud Hebræos promulgatæ exstant, exponere instituimus. Quomodo autem et qua ratione? ut nempe illis Deo charissimis, quos nosti omnium decantatos vocibus, Mose, inquam, et qui post hunc exsplenduerunt divinis beatisque prophetis ac sacris scriptoribus testibus utamur, atque ab illis prænuntiata ostendamus, quæ multis post demum sæculis in lucem prodita, atque per Salvatoris evangelicam demonstrationem in rem deducta sunt, quæque adhuc præsenti ætate in conspectu nostro perficiuntur, longe prius ab iisdem, divino Spiritu docente, percepta; ita ut absentia tanquam præsentia, et quæ nondum usquam erant, tanquam evidenter jam exsistentia intuerentur; nec hoc solum, sed etiam posteris scripto quæ olim essent futura præsignarent: ut jam alii quoque ex illis scirent futura cognoscerentque, et quotidie oraculorum illorum eventus et effectus præstolarentur. Qualia vero illa? infinita sane, aliaque omnivaria, et de omnibus communibus pariter et particularibus, quæque jam singulos spectarent homines, jam integras universitates; proprieque de rebus Hebræorum, atque similiter de externis gentibus; ut sunt eversiones urbium, temporum mutationes, rerum vicissitudines, adfuturorumque bonorum præsentiam, et contraria immittenda mala, ut gentium subjugationes ac servitutem, urbium obsidiones, integrorum regnorum eversiones vel instaurationes, atque alia infinita longis post temporibus eventura prænuntiavere. Verum hæc singula enumerari a nobis, præsentis instituti ratio neutiquam postulat. Itaque quamplurimis interim in aliud tempus dilatis, facile vel ex horum quæ afferemus veritate, etiam illorum quæ silentio prætermittimus, fides demonstrabitur.

A ἀνέκαθεν παρ' Ἑβραίοις ἀνακειμένων προῤῥήσεων παραστήσασθαι πειρωμένοις. Πῶς δή, καὶ τίνα τρόπον τοὺς θεοφιλεῖς ἐκείνους, οἴσθα δήπου τοὺς βωμένους παρὰ τοῖς ἀνδράσι, Μωϋσέα δή λέγω, καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν ἐκλάμψαντας θεοπρεπεῖς, καὶ τοὺς μακαρίους προφήτας τε καὶ ἱερεφάντας, μάρτυσιν ἀποχρώμενοι, ἐξ αὐτῶν τ' ἐπιδεικνύναι προῃρημένοι τὰ μακροῖς ὕστερον αἰῶσιν εἰς φῶς ἐλθόντα, καὶ διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως πραγματευθέντα, τά τε καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς εἰσέτι νῦν πρὸ ὀφθαλμῶν συντελούμενα θείῳ Πνεύματι προειληφότας· ὡς ἂν παρόντα τὰ μὴ παρόντα, καὶ τὰ μηδέπω μηδαμῶς ὄντα, ὡς ἐναργῶς ὄντα κατωπτευκότας· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς μετέπειτα διὰ γραφῆς τὰ μέλλοντά ποτε ἔσεσθαι προμεμηνυκότας· ὥστε ἤδη καὶ B ἑτέρους ἐξ αὐτῶν εἰδέναι τε καὶ γνωρίζειν τὸ μέλλον δύνασθαι, ὁσημέραι τε προσδοκᾷν τῶν λογίων τὰ ἀποτελέσματα. Ποῖα δὲ ταῦτα; μυρία μὲν ἂν εἴη, καὶ ἄλλα παντοῖά τε, καὶ περὶ πάντων, κοινῶν τε καὶ τῶν ἀνὰ μέρος, καθ' ἕκαστόν τε ἄνδρα, καὶ περὶ τῶν καθόλου· ἰδίως τε ἀμφὶ τῶν καθ' Ἑβραίους πραγμάτων, καὶ αὖ πάλιν περὶ τῶν ἔξωθεν ἐθνῶν· οἷον δὴ πόλεων ἀναστάσεις, καιρῶν τε ἀλλαγάς, καὶ πραγμάτων μεταβολάς, μελλόντων τε ἀγαθῶν παρουσίας, καὶ τῶν ἐναντίων ἐπιφοράς, ἀνδραποδισμοὺς ἐθνῶν, πόλεων πολιορκίας, τῶν καθόλου βασιλείων μεταστάσεις τε καὶ καταστάσεις, καὶ ἄλλα μυρία περὶ τῶν ἔσεσθαι μακροῖς ὕστερον χρόνοις μελλόντων, προεκήρυττον. Ἀλλ' οὐ τούτων γε παρὼν καιρὸς τὸν ἔλεγχον C ἡμᾶς ἀπαιτεῖ παραστήσασθαι· τὰ πολλὰ δὲ εἰσαῦθις ὑπερθεμένους, ἐκ τῆς τῶν παρατεθησομένων ἀληθείας ἠρέμα καὶ τῶν ἀποσεσιωπημένων τὴν ἀπόδειξιν πιστώσεται.

CAPUT I.

Quænam et quanta in hacce tractatione promittantur.

Quæ igitur nobis in præsenti ex propheticis vaticiniis ad evangelicam demonstrationem persequi e re videatur, cummaxime opportunum est exponere. Edixerunt nimirum prophetæ fore ut nominatim Christus, idemque Verbum Dei, ipseque Deus ac Dominus, et magnus quidam Angelus consilii inter homines versaturus esset, universo orbi, gentium Græcarum pariter et barbararum futurus Doctor D veræ cognitionis Dei et pietatis in Deum, universi opificem, sicut evangelicum profitetur præconium: illumque ipsum futurum puerum, filiumque hominis vocatum iri, ut qui genus ab hominibus ducturus sit, nasciturusque ex virgine, nova quadam atque inusitata generationis ratione. Et quod maxime dignum est admiratione, ne locum quidem nativitatis ejus Bethlehem, omnibus etiamnum hodie qui ad illum spectandum extremis ab terræ finibus accurrunt decantatum, silentio involventes prætererunt, sed et hunc claris verbis proclamaverunt: sicut etiam tempus adventus et apparitionis ejus, quo præcise ille inter homines versatus est, iidem veluti rebus prævertentes divino ore nuntia-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Τίνα καὶ ὁπόσα ἐπαγγέλλεται ἡ πραγματεία.

Τίνα τοίνυν ἡμῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐκ τῶν προφητικῶν προῤῥήσεων εἰς τὴν εὐαγγελικὴν ἀπόδειξιν εὖ ἂν ἔχοι συντελεῖν, καιρὸς ἂν εἴη λέγειν. Χριστὸν ὀνομαστὶ καὶ Θεοῦ Λόγον, αὐτόν τε Θεὸν καὶ Κύριον, καί τινα μεγάλης βουλῆς ἄγγελον ἐπιδημήσειν ποτὲ εἰς ἀνθρώπους ἔφασαν, πάντων τε τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν Ἑλληνικῶν τε καὶ βαρβάρων διδάσκαλον ἀληθοῦς θεογνωσίας, καὶ τῆς εἰς τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν Θεὸν εὐσεβείας καταστήσεσθαι, ᾗ τὸ εὐαγγελικὸν περιέχει κήρυγμα· καὶ τοῦτον αὐτὸν παιδίον ἔσεσθαι, καὶ υἱὸν ἀνθρώπου κληθήσεσθαι, γένος τε ὅθεν κατάξει· καί τινα ξένον ἐκ παρθένου τρόπον αὐτοῦ τῆς ἀποτέξεως· καὶ τό γε παραδοξότατον, ὅτι μὴ πᾶσι τοῖς ἐκ περάτων γῆς εἰσέτι σήμερον ἐπὶ θέαν σπεύδουσι βούμενον, τῆς ἐν Βηθλεὲμ γενέσεως αὐτοῦ χωρίον, σιωπῇ δόντες παρῆλθον, ἀλλὰ καὶ τοῦτο λευκοῖς ὀνόμασιν ἐξεβόησαν· ὥσπερ οὖν καὶ τοὺς χρόνους τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ, καθ' οὓς ἀκριβῶς οὗτος ἐπεδήμει τῷ βίῳ, ὥσπερ φθάσαντες οἱ αὐτοὶ διὰ τῶν πραγμάτων ἐθέσπισαν. Πάρεστι δέ σοι, μετὰ χεῖρας ἀναλαβόντι τὴν σπουδήν, ἐν ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν ἐν ταῖς δηλουμέναις προφητικαῖς προῤῥήσεσι πάσας

Digitized by Google

ὁμοῦ περιεχομένας τὰς ὑπὸ τῶν θεσπεσίων εὐαγγελι- A
στῶν μαρτυρουμένας αὐτοῦ δὴ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν
Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ παραδόξους θαυματουργίας, καὶ
τὰς ἐνθέους αὐτοῦ καὶ παναρέτους περὶ τῆς ἀληθοῦς
εὐσεβείας διδασκαλίας. Καὶ τί δεῖ θαυμάζειν, ὅτε καὶ
τὸν νέον τῆς εὐσεβείας τρόπον, τὸν (1) πρὸς αὐτοῦ
πᾶσιν ἀνθρώποις κατηγγελμένον, διαῤῥήδην ἀνακη-
ρύττουσι, κλῆσίν τε μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ Καινῆς Δια-
θήκης διδασκαλίαν; Ναὶ μὴν ἐπὶ τούτοις καὶ τὰς Ἰου-
δαίων εἰς αὐτὸν ἀπιστίας καὶ ἀντιλογίας, ἀρχόντων
τε ἐπαναστάσεις, διδασκάλων φθόνους, ἑνὸς μαθητοῦ
προδοσίαν, ἐχθρῶν διαβολὰς, συκοφαντῶν κατηγορίας,
δικαστῶν κατακρίσεις, ὕβρεις ἀτίμους, μάστιγας
ἐκτόπους, δυσφήμους λοιδορίας, ἐπὶ πᾶσι τὸν ἐπονεί-
διστον θάνατον· αὐτοῦ τε ἐπὶ τούτοις σιωπὴν θαυμά-
σιον, πραότητά τε καὶ καρτερίαν, ἀμήχανόν τε ὅσην B
ὑπομονὴν καὶ ἀνεξικακίαν. Ταῦτα δὲ πάντα ἀντικρυς
περὶ ἑνὸς ἐν ὑστάτοις ποτὲ χρόνοις ἤξοντος, καὶ τοι-
αῦτα ἐν ἀνθρώποις πεισομένου, σαφῶς δι' ὧν προειλή-
φασι, τὰ παλαίτατα Ἑβραίων παρίστησι λόγια, ἐπι-
μαρτυρούμενα τὴν μετὰ θάνατον ἐκ νεκρῶν ἀναβίω-
σιν τοῦ δηλουμένου, τὴν τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς φανέ-
ρωσιν, τὴν τοῦ θείου Πνεύματος εἰς αὐτοὺς μετάδοσιν·
τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον αὐτοῦ, τὴν Πατρὸς ἔνθρονον
βασιλείας ἵδρυσιν, τὴν ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ βίου δευτέ-
ραν αὖθις ἐσομένην ἔνδοξον αὐτοῦ παρουσίαν. Ἐπὶ
πᾶσι τούτοις θρήνους ἀκούσῃ καὶ ὀλοφυρμοὺς ἑκάστου
τῶν προφητῶν διαφόρως ὀλοφυρομένου, καὶ ἀποκλαι-
ομένου, ὅσα τὸ Ἰουδαίων ἔθνος τῆς εἰς τὸν προκη-
ρυχθέντα δυσσεβείας ἕνεκα μετελεύσεσθαι κακὰ ἔμελ- C
λεν, ὡς τὸ βασίλειον αὐτῶν, ἄνωθεν ἐκ πατέρων εἰς
ἐκείνους διαρκέσαν τοὺς καιροὺς, παντελῆ καθαίρεσιν
μετὰ τὴν κατὰ Χριστοῦ τόλμαν αὐτῶν ὑπομενεῖ· ὡς
οἱ πάτριοι αὐτῶν νόμοι καταλυθήσονται, ὡς τῆς πα-
λαιᾶς θρησκείας αὐτῶν ἀποστερήσονται, ὡς τῆς ἐκ
προγόνων αὐτονομίας ἐκπεσοῦνται· ὡς ἀντ' ἐλευθέ-
ρων δοῦλοι τῶν ἐχθρῶν καταστήσονται, ὡς ἡ βασιλικὴ
μητρόπολις αὐτῶν πυρίκαυστος γενήσεται, ὡς τὸ σεμ-
νὸν αὐτῶν καὶ ἁγνὸν ἱερὸν ἐμπρησμὸν καὶ ἐσχάτην
ἐρημίαν ὑπομενεῖ· ὡς ἀντὶ τῶν πάλαι οἰκητόρων
ὑπὸ ὁμοφύλων (1*) ἐθνῶν ἡ πόλις αὐτῶν κατοικισθή-
σεται, ὡς εἰς πάντα τὰ ἔθνη καθ' ὅλης οἰκουμένης
διασπαρήσονται, ὡς οὐκέτ' αὐτοῖς ἡ τῶν κακῶν παῦ-
λα, οὐδέ τις ἀνάνευσις τῶν συμφορῶν ἐλπισθήσεται· D
ἃ καὶ τυφλῷ, φασὶ, δῆλα, εἰσέτι νῦν τὴν τῶν λόγων
δύην αὐτοῖς ἔργοις ἐνδείκνυται, ἐκ πρώτης αὐτῆς
ἡμέρας, ἐξ ἧς ἀθέους ἥραντο κατὰ Χριστοῦ χεῖ-
ρας, τὴν τῶν κακῶν ἀρχὴν εἰς ἑαυτοὺς ἐπισπώμενοι.
Οὐκ ἦν δ' ἄρα τοῖς θεσπεσίοις ἀνδράσιν ἐπὶ σκυ-
θρωποῖς τὰ προῤῥήσεων ἱστάναι, οὐδὲ μέχρι τῶν
λοιπῶν ἐπιτείνεσθαι τὴν πρόγνωσιν· ἀλλὰ γὰρ εἰς
τὸ φαιδρὸν μεταβάλλοντες, αὖθις ἀγαθῶν ἀγγελίας
ἀθρόως ἅπασιν ἀνθρώποις ἐπὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ παρου-
σίᾳ προεκήρυττον, ἀντὶ τῆς ἑνὸς ἔθνους ἀποβολῆς
πᾶν ἔθνος καὶ γένος ἀνθρώπων θεογνωσίαν εὐαγγε-
λιζόμενοι, καὶ δαιμόνων ἀποφυγὴν, ἀγνωσίας τε καὶ
πλάνης ἀπαλλαγὴν, φωτός τε καὶ εὐσεβείας ἀνά-

vere. Licebit etiam tibi studiose admoventi operam, videre ad oculum in propheticis quæ proditæ sunt prædictionibus, universa simul comprehendi testata divinis evangelistis ipsius Salvatoris nostri Jesu Christi stupenda miracula, divinasque ejus et plenas omnis virtutis de vera pietate doctrinas. Et quid mirum hoc, cum et novam rationem pietatis omnibus hominibus ab eo commendandam perspicue prædicent, vocationemque discipulorum ejus ac Novi doctrinam Testamenti. Nec minus certe præterea Judæorum in ipsum incredulitatem et contradictiones, principum insurrectiones, doctorum invidiam, unius discipuli proditionem, calumnias hostium, sycophantarum accusationes, judicum condemnationes, turpes ignominias, flagella gravissima, infamia probra, et super omnibus hisce mortem contumeliosam. Ipsius ad hæc admirandum silentium, lenitatem et constantiam, incredibilemque quantam patientiam malorumque tolerantiam. Hæc omnia diserte de uno quodam in postremis olim venturo temporibus atque inter homines talia exantlaturo perspicue prænuntiant, traduntque antiquissima Hebræorum oracula; simulque testantur eumdem post mortem iterum reversurum in vitam, discipulis suis appariturum, divinumque Spiritum in illos emissurum. Reditum item ejus memorant in cœlos, firmamque in throno regni Patris sedem, atque in consummatione sæculi futurum iterum alterum ejus adventum gloriosum. Super omnibus hisce threnos percipies atque ejulatus singulorum prophetarum multifariam quiritantium atque deplorantium quanta populo Judaico ob impietatem in hunc patratam sustinenda essent mala: quod regnum ipsorum a patrum temporibus usque ad illorum ætatem continuatum, funditus esset evertendum post ea quæ in Christum ausi fuissent: quod patriæ ipsorum leges dissolvendæ, quod ipsi veteri cultu suo religioso privandi, atque libertate avita exuendi, quod pro liberis servi hostium futuri essent: quod regia ipsorum metropolis tradenda flammis, et religiosum illorum et sanctum templum conflagraturum atque extremam experturum solitudinem: quod pro avitis incolis urbs eorum alienis inhabitanda nationibus, quod in omnes gentes per totum orbem terrarum dispergendi, quod nulla amplius a malis requies, neque a calamitatibus respiratio speranda illis foret: quæ cæco, quod aiunt, manifesta, etiam nunc verborum vim rebus ipsis demonstrant, cum a prima illa die qua impias manus Judæi in Christum tulerunt, malorum initium in se contraxerint. Non libuit autem divinis prophetis prædictiones suas in mœstis finire, neque ultra tristia extendere vaticinandi facultatem, sed I ad pulchrum conversi iidem vicissim bonorum significationes magno numero, omnibus hominibus Christi adventu impertiendorum prænuntiaverunt: fore scilicet, ut pro unius gentis rejectione, omnes

(1) Sic correximus pro τοῦ. Edit. Patrol.

(1*) Leg. ἀλλοφύλων.

Digitized by Google

populi et nationes hominum per Evangelium edoceantur veri Dei cognitionem, dæmonas deserant, ignorantiamque exuant et errores, lux autem ac pietas longe lateque resplendeat : ut a Christi discipulis universus orbis repleatur ejus dogmate, ut Evangelium ab illis doceantur omnes homines novam miramque complectens pietatis rationem : atque ut Ecclesiæ Christi per eosdem in omnibus gentibus constituantur, et unus populus Christianus nominetur per universum qua patet incolis orbem terrarum. Futurum esse etiam, ut quæ subinde a principibus regibusque contra Ecclesiam Christi excitandæ sint persecutiones, nihil ad evertendam illam valeant, utpote quæ Dei robore firmatur. Hæc et tanta cum ab Hebræorum theologis proclamata fuerint, atque etiamnum omnibus palam illarum rerum eventus se ostendat, quis non divinum illorum virorum spiritum admiretur? quis non disciplinam et dogmata religionis ipsorum et philosophiæ fateatur genuina ac verissima esse? siquidem demonstrationem præ se ferunt non quidem comptis atque ornatis verbis, neque vi dicendi aut perversi artificii argumentationibus ad decipiendum comparatis, sed simplici et remoto a fraude doctrinæ genere, cujus genuinæ sinceræque veritati fidem facit virtus et cognitio Numinis quæ in divinis illis viris fuit. Qui igitur potuerunt res, quæ longis sæculis post evenerunt, tot millenis ante annis, non humano sed divino videre spiritu, quidni digni fide sint ut dogmata quæ discipulos suos edocuerunt, vera esse credantur? Probe etiam novi usitatum esse omnibus, qui Salvatorem ac Dominum nostrum Jesum eumdem vere Christum Dei esse, ita ut par est, instituunt demonstrare, ante omnia facere fidem, quod non aliter in eum quam propheticis testimoniis de eo editis congruenter credant : deinde et hoc ipsum coram omnibus cum quibus in sermonem descendunt, haud diffiteri, quod singularis studii ac laboris sit, singula capita Evangelii posse demonstrationibus suis firmare. Unde necessario ad hoc ipsum delatus, Dei auxilio tentabo secundum prænuntiata ex ipsis illis Hebræorum theologis, integram universæ evangelicæ demonstrationis tractationem tradere. Quod vero studium præsenti opere a me impenditur, non Judæis oppugnandis, ut putet aliquis, est destinatum, apage; tantum enim ab hoc abest, ut potius pro illis, si sanam mentem afferant, faciat : firmat siquidem Christianam rem petito a longis ab hinc prædictionibus testimonio : rem Judæorum autem, ex perfecta prophetiarum quas illi habent impletione. Juvabit quoque Græcorum filios sive ethnicos, qui animis bene constitutis accesserint, per admirandam futurorum prænotionem rerumque secundum prædictiones eventum, simul ostendendo divinam atque certissimam dogmatum nostrorum veritatem, simulque solidiore demonstratione obturando linguas patronorum mendacii, quam nusquam nobis suppetere contendunt sycophantæ, etiam atque

A λαμψιν· καὶ ὡς οἱ τοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ τὸν πάντα κόσμον τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας ἐμπλήσουσιν, ὅπως τε εἰς πάντας ἀνθρώπους τὸ Εὐαγγέλιον αὐτῶν κηρυχθήσεται, καινόν τινα καὶ ξενίζοντα τρόπον εὐσεβείας περιέχον· καὶ ὡς Ἐκκλησίαι Χριστοῦ δι' αὐτῶν ἐν ὅλοις τοῖς ἔθνεσι συστήσονται, καὶ ὡς ἑνὸς ὁ Χριστιανῶν λαὸς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ὀνομασθήσεται· καὶ ὡς αἱ τῶν κατὰ χρόνους ἀρχόντων τε καὶ βασιλέων κατὰ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ ἐπαναστάσεις οὐδὲν εἰς τὸ καθελεῖν αὐτὴν, ὡς ἂν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κραταιουμένην, ἰσχύσουσι. Τοσούτων διὰ τῶν καθ' Ἑβραίους θεολόγων ἀναπεφωνημένων, καὶ εἰς δεῦρο πᾶσιν εἰς φανερὸν τὰς ἐκβάσεις ἐπιδεικνυμένων, τίς οὐκ ἂν τὸ ἔνθεον ἀποθαυμάσειε τῶν ἀνδρῶν; τίς δ' οὐχὶ τῆς κατ' αὐτοὺς θεοσεβείας καὶ φιλοσο-
B φίας τὰ μαθήματά τε καὶ τὰ δόγματα κύρια καὶ ἀληθῆ εἶναι ὁμολογήσει; τὴν ἀπόδειξιν παρεχόμενα οὐκ ἐν λέξεσι κεκομψευμέναις, οὐδ' ἐν δεινότητι λόγων, ἢ κακοτέχνοις ἀπάταις συλλογισμῶν· ἐν ἁπλῇ δὲ καὶ ἀπαν οὐργῳ διδασκαλίᾳ, ἧς τὸ γνήσιον καὶ εἰλικρινὲς τῆς ἀληθείας ἡ τῶν θεσπεσίων αὐτῶν ἐκείνων ἀνδρῶν ἀρετή τε καὶ θεογνωσία παρίστησιν. Οἱ γοῦν τὰ μακροῖς αἰῶσιν ὕστερον εἰς φῶς ἐλθόντα πόῤῥωθεν μυρίοις ἄνωθεν χρόνοις οὐκ ἀνθρωπίνῳ, θείῳ δὲ πνεύματι κατοπτεῦσαι δεδυνημένοι, πῶς οὐκ ἄξιοι ἂν εἶεν καὶ περὶ ὧν τοὺς φοιτητὰς ἐξεπαίδευον δογμάτων πιστεύεσθαι; Εἰ μὲν οὖν οἶδα ἀκριβῶς, ὅτι πρόχειρον ἅπασι, τοῖς τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν ὡς ἂν αὐτὸν ἀληθῶς ὄντα τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ γνησίως παραδεδεγμένοις,
C πρῶτον μὲν πείθειν αὐτοὺς δοκεῖν, ὅτι μὴ ἄλλως εἰς αὐτὸν πεπιστεύκασιν ἢ ταῖς περὶ αὐτοῦ προφητικαῖς μαρτυρίαις ἀκολούθως· ἔπειτα τοῦτ' αὐτὸ καὶ πᾶσιν, οἷς ἂν εἰς λόγους καταβαίνοιεν προβάλλεσθαι· μὴ μὴν ῥᾳδίως τὸ ἐπάγγελμα πιστοῦσθαι ταῖς ἀποδείξεσι δύνασθαι. Ὅθεν ἀναγκαίως ἐπὶ τοῦτ' αὐτὸ παρελθὼν, σὺν Θεῷ βοηθῷ, κατὰ τὰ ἐπηγγελμένα τὴν ἐντελῆ πάσης τῆς εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως πραγματείαν ἐξ αὐτῶν ἐκείνων τῶν παρ' Ἑβραίοις θεολόγων παραστήσασθαι πειράσομαι. Σπουδαιολογεῖται δέ μοι ἡ γραφὴ, οὐχ ὡς ἄν τις φαίη κατὰ Ἰουδαίων, ἄπαγε, πολλοῦγε καὶ δεῖ· πρὸς αὐτῶν μὲν οὖν, εἰ εὐγνωμονοῖεν, τυγχάνει· συνίστησι γὰρ τὰ μὲν Χριστιανῶν διὰ τῆς ἀνέκαθεν προῤῥήσεως ἐπιμαρτυρίας, τὰ δ'
D ἐκείνων διὰ τῆς τῶν παρ' αὐτοῖς προφητειῶν ἀποτελεσματικῆς συμπληρώσεως. Ἁρμόσειε δ' ἂν καὶ παισὶν Ἑλλήνων, εἰ εὐγνωμονοῖεν, διὰ τῆς παραδόξου τῶν μελλόντων προγνώσεως, τῆς τε τῶν πραγμάτων κατὰ τὰς προῤῥήσεις ἐκβάσεως· ὁμοῦ μὲν τὸ ἔνθεον καὶ ἀψευδὲς τῆς καθ' ἡμᾶς ἀληθείας ἐπιδεικνυμένη, ὁμοῦ δὲ καὶ τὰς τῶν ψευδηγόρων γλώττας ἐπιστομίζουσα διὰ τῆς λογικωτέρας ἀποδείξεως, ἧς οὐδαμῶς ἡμῖν οἱ συκοφάνται μετεῖναι διατείνονται, εὖ μάλα ὀσημέραι ταῖς καθ' ἡμῶν διατριβαῖς κατακράτος ἐπεντριβόμενοι. Οὐδὲν γοῦν ἡμᾶς δύνασθαι φασι δι' ἀποδείξεως παρέχειν, πίστει δὲ μόνῃ προσέχειν ἀξιοῦν τοὺς ἡμῖν προσιόντας. Καὶ πρὸς οὖν τὴν τοιαύτην διαβολὴν οὐκ ἂν γένοιτο ἡμῖν ἄλογος ἡ παροῦσα πραγματεία. Ναὶ μὴν καὶ τῶν ἀλέων

Digitized by Google

εἰρέσεων τὰς κατὰ τῶν θείων προφητῶν ψευδοδοξίας τε καὶ βλασφημίας ἀπελέγξει διὰ τῆς πρὸς τὰ νέα τῶν παλαιῶν συμφωνίας. Τὴν μὲν οὖν μακροτέραν καὶ διεξοδικὴν τῶν προφητικῶν φωνῶν ἑρμηνείαν τανῦν ὁ λόγος ὑπερθήσεται, τοῖς βουλομένοις τούτων ἐξετάζειν καταλιπών, οἷοί τ' ἂν εἰπεῖν τὸν τρόπον. Διδασκάλῳ δὲ χρώμενος παραγγέλματι θείῳ φάσκοντι, « Κεφαλαίωσον ἐν ὀλίγοις πολλά, » τοῦτο ζηλῶσαι φιλοτιμήσεται· αὐτὸ μόνον ἀφορμὰς τῆς εἰς τοὺς τόπους θεωρίας, καὶ τῶν εἰς τὸ προκείμενον κατεπειγάντων, τὴν εἰς τὸ σαφὲς ἑρμηνείαν παραθησόμενος. Ἄλις μὲν δὴ προοιμίων· ἤδη δὲ καὶ τῶν ἀποδείξεων ἄρξομαι. Ἐπειδὴ πολὺς ἦν ἐπιῤῥέων καθ' ἡμῶν ὁ τῶν συκοφαντῶν ὄχλος, μηδὲν δύνασθαι φάσκων δι' ἀποδείξεων ἐναργὲς ἀληθείας παρέχειν δεῖγμα, πίστει δὲ μόνῃ προσέχειν ἀξιοῦν τοὺς ἡμῖν προσιόντας, τούτους δὲ καὶ πείθειν οὐδὲν πλέον, ἢ σφᾶς αὐτοὺς θρεμμάτων ἀλόγων δίκην μύσαντας, καὶ εὖ ἀνδρείως ἔπεσθαι δεῖν ἀνεξετάστως ἅπασι τοῖς παρ' ἡμῶν λεγομένοις, παρ' ὃ καὶ πιστοὺς χρηματίζειν τῆς ἀλόγου χάριν πίστεως· εἰκότως διελὼν τὰς καθ' ἡμῶν διαβολὰς ἐν τῇ προπαρασκευῇ τοῦ παντὸς λόγου, πρώτην μὲν τὴν τῶν πολυθέων ἐξεθέμην ἐθνῶν, ἐπεγκαλούντων ἡμῖν, ὅτι δὴ τῶν πατρίων θεῶν ἀποστάται κατέστημεν, ἐπὶ μέγα φαμένων τε, ὅτι τὰ βάρβαρα τῶν Ἑλλήνων προτετιμήκαμεν, τὰ παρ' Ἑβραίοις ἀσπασάμενοι λόγια· δευτέραν δὲ τὴν αὐτῶν Ἰουδαίων κατηγορίαν, δι' ἧς καὶ αὐτοὶ δόξαιεν ἂν ἡμῖν ἐνδίκως ἐπιμέμφεσθαι, ὅτι δὴ ταῖς αὐτῶν Γραφαῖς καταχρώμενοι, οὐ τὸν ὅμοιον αὐτοῖς μέτιμεν τοῦ βίου τρόπον. Τούτων δ' οὕτως ἡμῖν διευκρινημένων, πρὸς μὲν τὴν πρώτην, ὡς οἷόν τε ἦν, διὰ τῆς *Εὐαγγελικῆς Προπαρασκευῆς* ἀπηντήσαμεν, Ἕλληνες μὲν εἶναι τοπρὶν ὁμολογήσαντες, καὶ ἐξ ἑτέρων ἐθνῶν τὰ Ἑλλήνων περφρονηκότες, ἐκ πατέρων τε τῇ πολυθέῳ πλάνῃ δεδουλωμένοι· οὐ μὴν μέντοι ἀλόγῳ καὶ ἀνεξετάστῳ ὁρμῇ, κρίσει δὲ καὶ σώφρονι λογισμῷ μετατιθέμενοι, τήν τε περὶ τὰ Ἑβραίων λόγια σπουδὴν κεκριμένως ἡμῖν καὶ εὐλόγως γεγενημένην παραστήσαντες. Πρὸς δὲ τὴν δευτέραν ὥρα νῦν φράζασθαι, καὶ τὸ λεῖπον ἐπελθεῖν σκέμμα· τοῦτο δ' ἦν πρὸς τοὺς ἐκ περιτομῆς, οὔπω καὶ νῦν ἐξητασμένον, ἐνταῦθα δέ που κατὰ καιρὸν ἐν τοῖς σπουδαζομένοις τῆς *Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως* ἀναπληρωθησόμενον. Φέρε οὖν, τὸν ἁπάντων Ἰουδαίων τε καὶ Ἑλλήνων Θεὸν δι' αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπικαλεσάμενοι, πρῶτον ἐκεῖνο διασκεψώμεθα, τίς ὁ τρόπος τυγχάνει τῆς καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς θεοσεβείας· ἐν ταυτῷ δὲ καὶ τῶν ἐπιζητουμένων ἁπάντων ἐπιθήσομεν τὰς λύσεις.

A etiam quotidie omnibus viribus quando adversus nos disputant, huicce insistentes causationi, ut dicant, nihil nos posse demonstratione firmare, sed tantum ab iis qui ad nos accedunt fidem habendam exigere. Cui calumniæ retundendæ non inopportuna præsens tractatio futura est, sed et ostensa novorum cum veteribus concordia impiarum hæresium, falsas opiniones et blasphemias adversus divinos prophetas profecto revincet. Longiorem autem et uberiorem propheticarum vocum explicationem præsenti opere prætermittam illisque relinquam, qui has altius scrutari voluerint, atque ad hoc perficiendum fuerint idonei. Ego autem divino præcepto magistro usurus sum, quod « paucis multa comprehendere »[1] jubet, idque sectari omni B studio annitar, tantumodo additurus, quæ ansam præbeant considerandis et intelligendis locis, perspicuamque eorum quæ ad propositum faciunt interpretationem exhibere queant. Sed procœmiorum quidem satis : jam demonstrationes ordiri juvat. Cum enim frequens nobis insultaverit sycophantarum multitudo, affirmantium nihil nos posse evidenti veritatis ostensione demonstrare, sed tantum velle, ut credant qui ad nos veniunt, atque ita attendant : neque aliud quidquam illis persuasum iri, quam ut brutorum pecorum more, cæco impetu, nihilque examinantes strenue obsequantur omnibus quæcunque a nobis dicuntur, unde etiam fideles sive credulos ab bruta credulitate appellari contingat. Hinc non ab re dividendas quæ nobis C objiciuntur calumnias existimavi, atque in præparatione universi operis, primo quidem loco, illam gentium multos colentium deos exposui, qui nobis vertunt vitio, quod patriorum deorum desertores facti sumus, et tanquam magnum aliquid objectant, quod barbara Græcis prætulimus et Hebræorum oracula fuimus amplexi. Alteram vero criminationem illatam a Judæis, qua et ipsi videntur nos haud injuria reprehendere, quod ipsorummet sacris usi litteris, non tamen eamdem vitæ rationem sectamur. Cum hæc igitur ita distincte exposita a nobis fuerint, priori quidem criminationi, ut res tulit, in *Præparatione Evangelica* occurrimus, confessi ethnicos initio nos fuisse atque ex cæteris gentibus, Græcos eorumque opiniones prætulisse, D atque a parentibus errori multos colenti deos serviisse. Neutiquam autem insano impetu et sine examine nos mutasse sententiam, sed judicio sobriaque ratione, studium Hebraicorum oraculorum amplexos prudenti cognitione et sano consilio id nos fecisse docuimus. Adversus alteram porro criminationem jam nos armare tempus est, et quod superest certaminis obire : est autem hoc cum iis qui ex circumcisione sunt, nondum adhuc a nobis exantlatum, præsenti autem tractatione opportune in his qui præ manibus sunt, *Demonstrationis Evangelicæ* libris absolvendum. Age igitur, communi illo omnium Judæorum pariter ac gentium Deo, per ipsummet Salvatorem nostrum invocato, primum illud inquiremus, quinam modus et quæ ratio cultus nostri sit quo Deum prosequimur : cum hoc ipso enim et singulorum quæ possunt in quæstionem venire, solutionem adjungemus.

[1] Eccli. xxxii; al. xxxv, 11.

Digitized by Google

CAPUT II.

Quinam sit modus colendi Dei ex Christianismi præscripto.

Jam prius quidem a me in *Præparatione Evangelica* dictum est, quod Christianismus nec ethnicismus sit nec Judaismus, sed propriam quamdam gerat in se notam propriumque characterem pietatis; neque novum illum aut absurdum, sed longe antiquissimum, Deoque charis et pietatis ac justitiæ laude illustribus viris, ante Mosis tempora usitatum perspectumque. Verum juvat etiam nunc breviter videre ac considerare quid sit ethnicismus, quid Judaismus; atque utrum alterutri horum addictos invenire liceat charos Deo viros, quibus Moses ipse divini amoris atque pietatis perhibet testimonium. Judaismum non sine ratione dixerit aliquis rempublicam secundum legem Mosis constitutam, ab uno summo dependentem Deo: ethnicismum [illegible] vero summatim dixeris esse superstitionem ex patriis gentium quarumlibet ritibus plures colentem deos. Ecquid igitur dicturi sumus de viris illis Deo charissimis, qui ante Judaismum exstitere, quorum Moses mentionem facit, ut de Enocho, cui his verbis præbet testimonium [2]: « Enoch placuit Deo. » Atque de Noe, de quo rursus ait: « Noe homo justus in generatione sua [3]. » De Setho itidem ac Japheto, de quibus ita scribit: « Benedictus Dominus Deus Seth, et dilatet Deus Japheth [4]. » Ac præterea de Abrahamo, Isaaco et Jacobo, quibus etiam Jobum annumerare consentaneum est, et si qui alii similem hisce vitam fuere sectati. Oportet enim hosce vel Judæos exstitisse vel Ethnicos. At enim Judæi quidem dici jure non possunt, cum eorum temporibus lex Mosis nondum in hominum vitam fuerit introducta. Si enim Judaismus nihil exstitit aliud quam Mosis legum observatio; Moses autem longo post illos de quibus dixi, tempore claruit: evidens est, quod Judæi haud fuerint qui ante Mosis tempora testimonium pietatis tulerunt. Sed neque ethnicos eosdem existimare convenit. Namque de Abrahamo dicitur [5], quod domum patriam et cognationem reliquerit, unique soli Deo adhæserit, quem etiam profitetur, cum ait [6]: « Extendam (manum meam) ad Deum altissimum, qui creavit cœlum et terram. » De Jacobo autem apud Mosen scriptum est [7], quod domui suæ et omnibus suis præcepit: « Tollite deos alienos de medio vestri; et surgentes ascendamus in Bethel, et faciamus ibi aram Domino, qui exaudivit me in die tribulationis, qui fuit mecum et salvavit me in via qua ivi. Et dederunt Jacobo deos alienos, qui erant in manibus eorum, et inaures quæ erant in auribus eorum. Et abscondit ea Jacobus sub terebintho quæ erat in Sichimis, et perdidit ea usque in hodiernum diem. » Si igitur et ab idololatrarum errore alieni fuerunt, et sicut demonstratum est, extra Judaismum constituti: tamen quanquam nec

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Τίς ὁ κατὰ τὸν Χριστιανισμὸν εὐσεβείας τρόπος.

Εἴρηται μὲν ἤδη καὶ πρότερον ἐν τῇ *Προπαρασκευῇ*, ὡς ὁ Χριστιανισμὸς οὔτε Ἑλληνισμός τίς ἐστιν οὔτε Ἰουδαϊσμός, οἰκεῖον δέ τινα φέρων χαρακτῆρα θεοσεβείας· καὶ τοῦτον οὐ νέον, οὐδὲ ἐκτετοπισμένον, ἀλλ' εὖ μάλα παλαιότατον, καὶ τοῖς πρὸ τῶν Μωϋσέως χρόνων θεοφιλέσιν ἐπ' εὐσεβείᾳ τε καὶ δικαιοσύνῃ μεμαρτυρημένοις συνήθη καὶ γνώριμον. Πλὴν ἀλλὰ καὶ νῦν ἐπιθεωρήσαντες τί ποτ' ἐστὶν ὅ τε Ἑλληνισμὸς καὶ Ἰουδαϊσμός, σκεψώμεθα, ποτέρῳ τούτων ὑπηγμένους τοὺς πρὸ Μωϋσέως θεοφιλεῖς ἄνδρας, πρὸς αὐτοῦ Μωϋσέως θεοφιλεῖς, καὶ ἐπ' εὐσεβείᾳ μεμαρτυρημένους εὕροιμεν ἄν. Τὸν μὲν Ἰουδαϊσμὸν εὐλόγως ἄν τις ὀνομάσειε τὴν κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον διατεταγμένην πολιτείαν, ἐνὸς ἐξημμένην τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ· τὸν δὲ Ἑλληνισμόν, ὡς ἐν κεφαλαίῳ φάναι, τὴν κατὰ τὰ πάτρια τῶν ἐθνῶν ἁπάντων εἰς πλείονας θεοὺς δεισιδαιμονίαν. Τί οὖν φήσαιμεν περὶ τῶν πρὸ Μωϋσέως; καὶ πρὸ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ θεοφιλῶν ἀνδρῶν, ὧν ὁ Μωϋσῆς ἐμνημόνευσεν, οἷον, περὶ Ἐνὼχ, ᾧ μαρτυρεῖ λέγων· « Εὐηρέστησε δὲ Ἐνὼχ τῷ Θεῷ· » καὶ περὶ τοῦ Νῶε, περὶ οὗ πάλιν φησί· « Νῶε δὲ ἦν ἄνθρωπος δίκαιος, ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ· » περί τε τοῦ Σὴθ καὶ τοῦ Ἰάφεθ, περὶ ὧν ταῦτα ἀναγράφει· « Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Σήθ· » καί, « Πλατύναι ὁ Θεὸς τῷ Ἰάφεθ· » καὶ ἔτι πρὸς τούτοις περὶ τοῦ Ἀβραάμ, καὶ τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ τοῦ Ἰακὼβ, οἷς καὶ τὸν Ἰὼβ συναριθμεῖν εὔλογον, καὶ εἴ τινες ἄλλοι τὸν ἐμφερῆ τούτοις ἐζήλωσαν βίον; Ἆρα γὰρ Ἰουδαίους αὐτοὺς χρῆναι γεγονέναι, ἢ Ἕλληνας. Ἀλλὰ γὰρ Ἰουδαῖοι μὲν οὐκ ἂν εὐλόγως λεχθεῖεν, μήπω τῆς Μωϋσέως παρεισαχθείσης τῷ βίῳ νομοθεσίας. Εἰ γὰρ Ἰουδαϊσμὸς οὐδὲν ἦν ἕτερον ἢ ἡ κατὰ Μωϋσέα πομπεία, Μωϋσῆς δὲ μακροῖς ὕστερον χρόνοις τῶν εἰρημένων πέφηνε· δῆλον, ὡς οὐκ ἂν εἶεν Ἰουδαῖοι οἱ πρὸ τῶν αὐτοῦ χρόνων ἐπ' εὐσεβείᾳ μεμαρτυρημένοι. Ἀλλ' οὐδὲ Ἕλληνας προσήκει νομίζειν αὐτούς, μὴ τῇ πολυθέῳ δεισιδαιμονίᾳ κεκρατημένους. Ὅ τε γὰρ Ἀβραὰμ καταλεῖψαι τελέως λέγεται οἶκον πατρῷων καὶ συγγένειαν, καὶ ἑνὶ μόνῳ προσεσχηκέναι Θεῷ, ὃν καὶ ὁμολογεῖ φάσκων· « Ἐκτενῶ πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ὕψιστον ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· » ὅ τε Ἰακὼβ ἀναγέγραπται παρὰ τῷ Μωϋσεῖ φήσας τῷ οἴκῳ καὶ πᾶσι τοῖς αὐτοῦ· « Ἄρατε τοὺς θεοὺς τοὺς ἀλλοτρίους ἐκ μέσου ὑμῶν· καὶ ἀναβῶμεν εἰς Βεθὴλ, καὶ ποιήσωμεν ἐκεῖ θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ, τῷ ἐπακούσαντί μου ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, ὃς ἦν μετ' ἐμοῦ καὶ ἔσωσέ με ἐν τῇ ὁδῷ ᾗ ἐπορεύθην. Καὶ ἔδωκαν τῷ Ἰακὼβ τοὺς θεοὺς τοὺς ἀλλοτρίους, οἳ ἦσαν ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, καὶ τὰ ἐνώτια τὰ ἐν τοῖς ὠσὶν αὐτῶν, καὶ ἔκρυψεν αὐτὰ Ἰακὼβ ὑπὸ τὴν τερέβινθον τὴν ἐν Σικίμοις, καὶ ἀπώλεσεν αὐτὰ ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. » Εἰ δὴ οὖν καὶ τῆς εἰδωλολάτρου πλάνης ἀλλότριοι καθεστήκεσαν, καὶ Ἰουδαϊσμοῦ δὲ

[2] Gen. v, 22, 24. [3] Gen. vi, 9. [4] Gen. ix, 26, 27. [5] Gen. xii, [6] Gen. xiv, 22. [7] Gen. xxxv, 1-4.

Digitized by Google

ἐκτὸς γεγονότες ἀπεδείχθησαν, ὅμως γε μὴν οὔτε Ἕλληνες οὔτε Ἰουδαῖοι φύντες, θεοφιλεῖς γεγονέναι μεμαρτύρηνται, καὶ δίκαιοι καὶ εὐσεβεῖς, εἰ καί τινες ἄλλοι· ὥρα τρίτον ἐπινοεῖν θεοσεβείας τρόπον, δι' οὗ κατορθῶσαι εἰκὸς ἦν αὐτούς. Σκόπει τοιγαροῦν, εἰ μὴ τοῦτ' αὐτὸ ἦν, τὸ μεταξὺ Ἰουδαϊσμοῦ καὶ Ἑλληνισμοῦ, τρίτον ἡμῖν ἀποδεδειγμένον τάγμα, παλαίτατον μὲν καὶ πάντων τυγχάνον πρεσβύτατον, νεωστὶ δὲ διὰ τοῦ ἡμετέρου Σωτῆρος πᾶσι τοῖς ἔθνεσι κατηγγελμένον. Καὶ τοῦτ' ἂν εἴη ὁ Χριστιανισμός, οὔτε Ἑλληνισμός τις ὤν, οὔτε Ἰουδαϊσμός, ἀλλὰ τὸ μεταξὺ τούτων, παλαιότατον εὐσεβείας πολίτευμα, καὶ ἀρχαιοτάτη μέν τις φιλοσοφία, πλὴν ἀλλὰ νεωστὶ πᾶσιν ἀνθρώποις τοῖς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης νενομοθετημένη· ὥστε τὸν ἐξ Ἑλληνισμοῦ ἐπὶ τὸν Χριστιανισμὸν μετατιθέμενον οὐκ ἐπὶ Ἰουδαϊσμὸν ἐκπίπτειν· οὐδ' αὖ πάλιν ἐκ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἐθελοθρησκείας ἀναχωροῦντα, εὐθὺς Ἕλληνα γενέσθαι· τὸν δὲ ἐξ ἑκατέρου τάγματος, ἔκ τε Ἑλληνισμοῦ καὶ Ἰουδαϊσμοῦ μεθιστάμενον ἐπὶ τὸν μέσον παριέναι νόμον τε καὶ βίον τὸν τῶν πάλαι θεοφιλῶν καὶ δικαίων ἀνδρῶν, ὃν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, μακρὸν ἐφησυχάσαντα χρόνον, αὖθις ἀνενεώσατο ἀκολούθως τοῖς αὐτοῦ Μωϋσέως καὶ τῶν λοιπῶν προφητῶν περὶ τούτων αὐτῶν θεσπίσμασιν. Ἐν γοῦν τοῖς πρὸς τὸν Ἀβραὰμ χρησμοῖς αὐτὸς ὁ Μωϋσῆς ἀναγράφει θεσπίζων, ὡς ὅτι μελλήσουσιν ἐν ὑστέροις ποτὲ χρόνοις, οὐχ οἱ τοῦ Ἀβραὰμ ἀπόγονοι, οὐδ' οἱ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ Ἰουδαῖοι· ἀλλὰ γὰρ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ πάντα τὰ ἔθνη ἐπὶ τῷ ὁμοίῳ τρόπῳ τῆς τοῦ Ἀβραὰμ θεοσεβείας, εὐλογίας παρὰ θεοῦ καταξιωθήσεσθαι. Γράφει δὲ οὕτως· « Καὶ εἶπε Κύριος τῷ Ἀβραάμ· Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω. Καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα· καὶ εὐλογήσω σε, καὶ μεγαλυνῶ τὸ ὄνομά σου, καὶ ἔσῃ εὐλογημένος. Καὶ εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ τοὺς καταρωμένους σε καταράσομαι, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. » Καὶ πάλιν ὁ Θεὸς εἶπε· « Μὴ κρύψω ἐγὼ ἀπὸ Ἀβραὰμ τοῦ παιδός μου ἃ ἐγὼ ποιῶ; Ἀβραὰμ δὲ γενόμενος ἔσται εἰς ἔθνος μέγα καὶ πολύ. Καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. » Πῶς δ' ἂν ἔμελλον τῷ Ἀβραὰμ ἐνευλογηθήσεσθαι πάντα τὰ ἔθνη, καὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, εἰ μηδέν τι προσήκοντες ὑπῆρχον αὐτῷ, μήτε κατὰ ψυχῆς τρόπον, μήτε κατὰ σώματος συγγένειαν; Τῆς τε γὰρ κατὰ σάρκα συγγενείας τίς ἦν πρὸς τὸν Ἀβραὰμ συγγένεια, Σκύθαις φέρε εἰπεῖν, ἢ Αἰγυπτίοις, ἢ Αἰθίοψιν, ἢ Ἰνδοῖς, ἢ Βρεττανοῖς, ἢ Ἰσπανοῖς; ἢ πῶς ἂν ταῦτα τὰ ἔθνη καὶ ἔτι τὰ τούτων ἀπῳκισμένα τῆς πρὸς τὸν Ἀβραὰμ κατὰ σάρκα συγγενείας χάριν ἔμελλον εὐλογηθήσεσθαι; Ἀλλ' οὐδὲ τῆς κατὰ ψυχὴν εὐλογίας εἰκὸς ἦν κοινωνήσειν τῷ Ἀβραὰμ πάντα τὰ ἔθνη. Πῶς γάρ; ὅτε τὰ μὲν αὐτῶν ἐκθέσμοις μητρογαμίαις καὶ θυγατρομιξίαις, τὰ δ' ἀκολάστοις ὁμιλίαις ἀῤῥένων πρὸς ἄῤῥενας ἀνεφύρετο, τὰ δὲ τὴν εὐσέβειαν ἐν ἀνθρω-

Ac primum quidem isti interrogandi sunt, quid ad ea quæ antecesserunt respondeant? Numquid ullus hominum usquam excogitari potuit, omni gravitate ac virtute refertæ reipublicæ institutor, sinceræque ac veræ doctrinæ, qualis ea est quam ante exposuimus, præceptor: qui mores præstigiatoris habuerit? Quod si et magus, et veneficus, et impostor, et præstigiator fuit, quonam modo talis doctrinæ apud omnes gentes auctor exstitit, qualem ad hunc usque diem et oculis intuemur, et auribus percipimus? deinde quis tam sibi ipsi confidens, ut aggrediatur ea in unum cogere, quæ cogi nullo modo possunt? Quis enim vere præstigiator est, cum et sceleratis sit et nefariis moribus, et eas res aggrediatur, quæ desperatis nefariisque hominibus conveniant, omnia agere solet turpis ac sordidi lucri gratia. Numquid igitur Salvator quoque, ac Dominus noster Jesus, qui Christus est Dei, talibus rebus obnoxius sit? At enim unde tenebitur reus, aut quomodo, qui suis discipulis, ut ex ipsorum testimonio appareat, præcepit ne possiderent aurum, aut argentum in zonis suis, neque peram in via, neque calceamenta? Deinde cur dicto illius audientes fuissent, et ea quæ acceperant in commentarios referenda litterisque commendanda putassent, si pecunie studiosum suum Præceptorem vidissent, et ii contraria quæ alios docebat tractantem? Non diu profecto se continuissent, quin illum habuissent derisui, verbaque ejus aspernati essent, atque a disciplina recessissent: et merito quidem, si vidissent illum sibi quidem ipsis severissimas leges imponentem, ipsum autem legum auctorem nullo modo verba suarum legum sequentem. Deinde qui vere præstigiator est ac seductor, desperatis nefariisque hominibus seipsum permittit, **126** ut possit liberius scelestas atque infandas voluptates persequi, et præstigiis atque incantationibus subigere mulierculas et sub suam malitiam trahere. At vero de Salvatoris ac Domini nostri temperantia ne dici quidem satis abunde unquam posset. Rursus enim discipuli illum testificantur præcepisse, ut ne intuerentur quidem mulierem cum libidine, his verbis: « Dictum est antiquis, Non mœchaberis, ego autem dico vobis, quod quicunque intuebitur mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo[77]. » Cum vero olim ex causa necessaria, ut multis utique prodesset, cum Samaritana muliere loquentem illum vidissent, admirati sunt quod cum muliere loqueretur, inopinatum quiddam hoc atque insolitum se intueri arbitrantes, tanquam ii qui nunquam antehac idem vidissent. Commendabat enim Salvatoris nostri sermo nihil aliud, nisi in moribus gravitatem atque austeritatem. Cæterum temperantiæ ejusdem, illa quoque doctrina magno argumento esse

Καὶ δὴ τούσδε πρῶτον ἁπάντων ἐρωτητέον, τίνα φαῖεν πρὸς τὰ προωδευμένα. Ἆρα γὰρ ἐπινοῆσαι δυνατὸν, ἄνδρα διδάσκαλον σεμνῆς καὶ παναρέτου πολιτείας, ἁγίων τε καὶ ἀληθῶν δογμάτων, οἷων προδιήλθομεν, γόητα τὸν τρόπον γεγονέναι; Εἰ δὲ δὴ μαγγανευτής τις ἦν καὶ φαρμακεὺς, ἀπατεών τε καὶ γόης, πῶς ἂν τοιαύτης διδασκαλίας πᾶσι τοῖς ἔθνεσι κατέστη αἴτιος, οἵας αὐτοὶ ὁρῶμεν ὀφθαλμοῖς, καὶ ἀκοαῖς εἰς δεῦρο παραλαμβάνομεν; Ποῖος δὲ καὶ αἱρήσεται τὰ ἀσύνακτα συνάγειν; γόης μὲν γάρ τις ὡς ἀληθῶς ἀνόσιος καὶ μιαρὸς τὸν τρόπον, ἀπειρημένοις καὶ ἀνοσίοις ἐγχειρῶν, πάντα πράττει αἰσχροῦ καὶ ῥυπαροῦ κέρδους χάριν. Μήτι οὖν καὶ ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ τοιοῖσδέ τισιν ἔνοχος ἦν; Πόθεν, ἢ πῶς, ὁ τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, ὡς πρὸς αὐτῶν μεμαρτύρηται, εἰρηκώς· « Μὴ κτήσησθε χρυσὸν, μηδ' ἄργυρον εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν, μὴ πήραν εἰς ὁδὸν, μηδ' ὑποδήματα; » Πῶς δ' ἂν ἐπείθοντο λέγοντι, καὶ ἐν ἀπομνημονεύμασιν ἐγγράφοις ταῦτα παραδιδόναι ἠξίουν, εἰ χρηματιζόμενον τὸν διδάσκαλον ἑώρων καὶ κατεναντία οἷς ἑτέρους ἐδίδασκε μετιόντα; Πάλαι δ' ἂν καταγελάσαντες αὐτοῦ, καὶ τῶν λόγων καταπτύσαντες, ἀνεχώρησαν τῆς μαθητείας εἰκότως, εἰ αὐτοῖς μὲν τοιαῦτα σεμνῶς νομοθετοῦντα ἑώρων, αὐτὸν δὲ τὸν νομοθέτην κατ' οὐδένα τρόπον ἑπόμενον τοῖς οἰκείοις λόγοις. Πάλιν ὁ μὲν γόης καὶ ὡς ἀληθῶς πλάνος τοῖς ἀπειρημένοις καὶ τοῖς ἀνοσίοις ἑαυτὸν ἐπιδίδωσιν, ἀνοσίων καὶ ἀθεμίτων ἡδονῶν ἕνεκεν θήρας, ὥστε ἤδη διὰ τὰς μαγγανείας γυναῖκά τινα καταβάλλειν καὶ ὑποσύρειν τῇ αὐτοῦ κακίᾳ· ὁ δὲ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν ὅπως ἀνέστραπται περὶ σωφροσύνην, ὁπότε πάλιν οἱ μαθηταὶ μαρτυροῦσι παραινεῖν μηδ' ἐμβλέπειν γυναικὶ μετ' ἐπιθυμίας ἀκολάστου, φήσαντα· « Ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις· Οὐ μοιχεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ἐμβλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτὴν ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. » Καί ποτε ἀναγκαίως ἐπὶ ὠφελείᾳ καὶ σωτηρίᾳ πολλῶν Σαμαρείτιδι γυναικὶ διαλεγόμενον αὐτὸν τεθεαμένοι ἐθαύμαζον, ὅτι μετὰ γυναικὸς ἐλάλει, παράδοξόν τι τοῦτο δόξαντες ὁρᾶν, ὥσπερ οὔπω καὶ ἄλλοτε πρότερον. Συνίστη δὲ ἄρα ὁ λόγος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὸ ἐμβριθὲς καὶ αὐστηρὸν τοῦ τρόπου Σωφροσύνης δὲ αὐτοῦ μέγα δεῖγμα ἦν κἀκείνη ἡ διδασκαλία, δι' ἧς ἀγνεύειν ἐξ αὐτοῦ τοῦ τῆς διανοίας βάθους, τὰς ἐμπαθεῖς ὀρέξεις ἀποτέμνοντας ἐδίδασκε λέγων· « Εἰσὶν εὐνοῦχοι οἵτινες ἐγεννήθησαν οὕτως· καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ ἀνθρώπων· καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. » Πάλιν ὁ μὲν γόης καὶ ἀληθῶς λαοπλάνος πάντα ἐγχειρεῖ καὶ πράττει δοξοκοπῶν τὰ πολλὰ φαντασιοκοπῶν, καὶ πλέον τι παρὰ τοὺς πολλοὺς εἰδέναι καὶ ἔχειν μεγαλαυχούμενος· ὁ δὲ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, ὅτι μὴ δοξομανὴς καὶ ἀλαζὼν καὶ φαντασιοκόπος ἦν, ἀφ' ὧν ἰώμενος παρῄνει μηδενὶ

[77] Matth. v, 27, 28.

Digitized by Google

φράζειν μηδὲ εἰς πολλοὺς αὐτὸν ἐκφαίνειν, γένοιτ' ἂν ἔκδηλος ἀπό τε τοῦ τὰς ἐν ὄρεσι διατριβὰς καὶ τὰς ἀναχωρήσεις διώκειν, καὶ φεύγειν τὰς κατὰ πόλεις τῶν πολλῶν ἐμβλαβεῖς ὁμιλίας. Εἰ μήτε τοιγαροῦν δόξης, μήτε χρημάτων, μήτε ἡδονῆς ἕνεκεν ἐπιβέβληται τῇ διδασκαλίᾳ, τίς ἔτι χώρα περιλείπεται ὑπονοίας τοῦ πλάνον αὐτὸν καὶ γόητα νομίζειν; Σκέψαι δὲ καὶ ταῦτα πάλιν, γόης, ὅταν ἑτέροις τὰ τῆς κακίας μεταδιδῷ, ὁποίους ἄνδρας κατασκευάζει· ἆρ' οὐχὶ γόητας καὶ πλάνους καὶ φαρμακοὺς αὐτῷ κατὰ πάντα παραπλησίους; Τίς οὖν ἤδη πώποτε τὸ πᾶν Χριστιανῶν γένος ἐκ τῆς ἐκείνου διδασκαλίας γοητεῦον ἢ φαρμακεῦον κατείληφεν; Ἀλλ' οὐκ ἔστιν εἰπεῖν· ἔμπαλιν δὲ λόγους φιλοσόφους μετιὸν, ὡς ἀποδέδεικται. Ὁ δὴ οὖν ἑτέροις σεμνοῦ καὶ σώφρονος βίου εὐσεβείας τε τῆς ἀνωτάτω παραίτιος γεγενημένος, τίς ἂν ἐνδίκως νομισθείη ἢ φιλοσόφων ὁ πρώτιστος, καὶ εὐσεβῶν ἀνδρῶν διδάσκαλος; καὶ γὰρ ἂν εἴη βελτίων δήπου πᾶς ὁ διδάσκων τῶν μαθητευομένων. Φιλόσοφος ἄρα, καὶ ἀληθῶς εὐσεβής, πολλοῦ δεῖ πλάνος καὶ γόης, ὁμολογοῖτ' ἂν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν. Εἰ δὴ οὖν τοιόσδε τις ἦν, πῶς ἂν ἄλλως ἐπεχείρει ταῖς θαυματουργίαις ἢ θείᾳ καὶ ἀπορρήτῳ δυνάμει καὶ τῇ ἀνωτάτω περὶ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ εὐσεβείᾳ; ὃν οἷα Πατέρα τιμῶν καὶ σέβων τὰ μάλιστα ἀποδείκνυται ἐκ τῶν περὶ αὐτοῦ λόγων. Ἐπὶ τοσοῦτον δὲ ἄρα οἵ τε ἀρχῆθεν αὐτῷ προσεσχηκότες μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ οἱ μετὰ ταῦτα τῆς ἐκείνων διατριβῆς διάδοχοι, πορρωτάτω καθεστήκεσαν φαύλης καὶ πονηρᾶς ὑπονοίας, ὡς μηδὲ τοῖς νοσηλευομένοις ἐπιτρέπειν οἷα πολλοὶ πολλὰ δρᾷν ἐπιχειροῦσιν, ἢ πετάλων ἐπιγραφαῖς, καὶ περιάμμασι χρῆσθαι, ἢ τοῖς κατεπᾴδειν ἐπαγγελλομένοις προσέχειν τὸν νοῦν, ἢ ῥιζῶν καὶ βοτανῶν θαύμασι καί τισιν ἄλλοις τοιουτοτρόποις ἀκέσεις τῶν παθῶν ἑαυτοῖς πορίζειν. Ταῦτα γοῦν πάντα τῆς Χριστοῦ διδασκαλίας ἐξελήλαται· οὐδ' ἔστιν πώποτε Χριστιανὸν περιάμματι χρώμενον θεάσασθαι, οὐδ' ἐπιλαλιαῖς, ἢ πετάλων τινῶν περιέργων ἐπιγραφαῖς, οὐδ' ἄλλοις, ὧν τὴν χρῆσιν ἀδιάφορον οἱ πολλοὶ νενομίκασι. Τίς οὖν αἱρεῖ λόγος τοὺς τοιοῦδε διδασκάλου γόητος καὶ πλάνου μαθητὰς γεγονέναι νομίζειν; Καὶ μὴν παντὸς ἐπαγγελλομένου τι μέγας ἔλεγχος ἡ τῶν φοιτητῶν συνουσία. Ἄνδρες γοῦν ἔντεχνοι καὶ ἐπιστήμονες πάντως που τὸν αἴτιον αὐτοῖς τῆς ἐπιστήμης πολὺ κρείττονα σφῶν αὐτῶν ἐμφαίνουσιν· ὥσπερ οὖν ἰατρικοὶ μὲν τῆς τοῦ διδασκάλου περὶ τὸ μάθημα κατορθώσεως εἶεν ἂν μάρτυρες· γεωμετρικοὶ δὲ τὸν ἄρχοντα τίνα ἄλλον ἢ γεωμέτρην ἐπιγράψονται; καὶ ἀριθμητικοὶ τὸν ἀριθμητικόν; Κατὰ αὐτὰ δὲ καὶ γόητος ἀνδρὸς μέγιστοι ἂν εἶεν μάρτυρες οἱ φοιτηταὶ, τὰ ὅμοιά που τῷ διδασκάλῳ καὶ αὐτοὶ μετιόντες. Ἀλλὰ οὐδείς πω τοσούτων ἐτῶν γόης πέφανται τοῦ Ἰησοῦ μαθητής, καίτοι διὰ βασάνων πεῖρας τῶν κατὰ χρόνους ἡγεμόνων τε καὶ βασιλέων ἀκριβῆ τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων τὴν ἐξέτασιν πεποιημένων. Οὕτως δὲ ἄρα οὐδεὶς ἦν γόης, ὡς ἐλεύθερον ἀφεῖσθαι καὶ παντὸς ἐκτὸς κινδύνου τὸν αὐτὸ μόνον τὸ θῦσαι πρὸς αὐτῶν βεβια-

potest: qua turbulentos appetitus ex ipso cogitationis profundo resecare ac purgare jubebat dicens: « Sunt eunuchi, qui sic nati sunt: et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus, et sunt eunuchi qui castraverunt seipsos propter regnum cœlorum [78]. » Deinde qui præstigiator est et vere populi deceptor, omnia aggreditur atque agit cum jactatione sui plerumque, et ad speciem, non ad veritatem, atque amplius quiddam præter cæteros nosse se atque habere, cum ostentatione profitetur. Salvatorem vero Dominumque nostrum, non gloriæ cupiditate aut arrogantia laborasse, neque ad speciem egisse quæ egit, vel ex iis constare potest, quos a se sanitati restitutos, jubebat nemini dicere, neque seipsum in vulgus prodere, etiam ex eo quod in montibus plerumque degeret, et solitudines in iis locis sectaretur, fugeretque urbanas vulgi, quæ nocere sæpenumero solent, consuetudines. Si igitur, neque gloriæ, neque pecuniarum, neque voluptatis causa docuisse illum constat, quis præterea superest calumniæ locus, qua ut deceptor ac præstigiator accusetur? Sed hæc quoque videamus, quæso. Item præstigiator ubi alios sua malitia imbuit, quos tandem viros illos reddit? Nonne præstigiatores, seductores, veneficos, sibi ipsi omnibus quæ agant similes? Quis igitur unquam omne Christianorum genus quod ab illius doctrina profectum est, aut præstigiis utens, aut veneficiis deprehendit? **127** Nemo quidem hoc dixerit: at contra, incumbens in sermones præceptaque sapientiæ, sane deprehendet qui volet, ut demonstratum est. Qui igitur aliis severæ castæque vitæ, ac summæ pietatis auctor exstitit, quisnam merito censebitur, nisi philosophorum primus, et pietatis religionisque magister? siquidem is qui docet, absque controversia præstantior quam ii qui docentur. Philosophus ergo vereque pius, nusquam vero seductor, aut præstigiator dici poterit Salvator ac Dominus noster. Si igitur talis fuit qualem ostendimus, qua tandem alia ratione miracula edidisse credi potest, nisi divina quadam nobisque ignota virtute, supremaque erga Deum universi pietate? Quem quod ut Patrem veneraretur et coleret, apparet ex iis in primis quæ de illo locutus est. Tantum ergo abest, ut qui illi ab initio adhæserunt discipuli, et qui posthac illis discipulis successere, ab illorum consuetudine informati, pravæ alicui aut perniciosæ suspicioni obnoxii habendi sint, ut ne ægrotantibus quidem permittant, sicuti multa multi efficere conantur, aut foliorum inscriptionibus, colligationibusve uti, aut eos qui se incantaturos profitentur attendere, aut radicum herbarumque suffumigationibus, aliisve ejusdem generis nonnullis, medelas sibi morborum sufficere: hæc namque omnia a Christi doctrina exclusa sunt: neque unquam intueri licuit Christianum qui colligatione uteretur, neque magicis nugationibus, neque foliorum quorumdam laboriosis

[78] Matth. XIX, 12.

Digitized by Google

inscriptionibus, neque cæteris similibus, quorum usum indifferentem plerique arbitrantur : quæ igitur unquam ratio convincet, ut qui talis præceptoris discipuli fuerint, præstigiatoris aut impostoris discipuli fuisse judicentur? atqui qualis sit omnis quicunque aliquid profiteatur, nulla res evidentius probaverit, quam discipulorum consuetudo : nam si viri sint artibus et scientiis præditi, profecto qui ipsis ejusmodi artium et scientiarum auctor fuerit, eum longe se ipsis præstantiorem fuisse demonstrabunt. Exempli gratia, qui medicinam ab aliquo didicerunt, excellentiæ præceptoris in tali disciplina testes idonei habendi sunt, qui vero geometriam, nullum alium se habuisse talis disciplinæ magistrum quam geometram probabunt ; nec vero arithmetici alium quam arithmeticum : eadem ratione, aliquem fuisse impostorem optimi sane testes habendi sunt qui ab illo didicerint, et qui eamdem cum suo præceptore artem exerceant. **128** Sed nullus adhuc in tam multis annis discipulus Jesu præstigiator apparuit, tametsi in diversis temporibus et reges et præsides per tormenta quidquid ad nos pertinet, diligentissime exquisiverint : ita porro nullus præstigiator fuit, ut liber dimitteretur, atque extra omne periculum constitueretur, qui modo ab ipsis coactus esset ipsorum ritu sacrificare. Quod si nullus unquam nostrorum, tam illorum quos ipsi videre potuimus, quam illorum qui quondam ipsius Jesu discipuli fuerunt, veneficii aut præstigiarum damnatus est, ergo ne Præceptor quidem talis fuit. Cæterum ne omnis nostra oratio, ex rebus non scriptis proficiscatur, videamus item quid probationis ab historia quæ litteris continetur, elici possit.

A σμένον. Εἰ δὲ οὐδεὶς πώποτε τῶν καθ' ἡμᾶς οὔτε τῶν παλαιῶν ἐκείνων τοῦ Ἰησοῦ μαθητῶν γοητείας ἤλω, οὐδὲ ὁ Διδάσκαλος ἦν ἄρα τοιοῦτος. Ἵνα δὲ μὴ ἐξ ἀγράφων ὁ λόγος ἡμῶν ὀδεύοι, δέχου τὰς ἀποδείξεις καὶ ἀπὸ ἱστορίας ἐγγράφου.

Primi igitur ipsius Jesu discipuli, in libro qui Acta ipsorum continet, memorantur, quoscunque ex gentibus in suam disciplinam acciperent, cum eorum plerique crimine præstigiarum infames essent, in diversos mores adeo commutasse, ut ausi sint quos libros illis interdixissent, in medium proferre, et in conspectu omnium comburere. Audiamus itaque quid Scriptura illa contineat. « Multi autem eorum qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, et combusserunt eos coram omnibus, et computatis pretiis illorum, invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium [79] : » tales sane erant Salvatoris nostri discipuli, tantaque orationis eorum vis erat, cum suos auditores alloquerentur, ut intimas animi partes penetrarent, tangerentque ac vulnerarent uniuscujusque conscientiam adeo, ut nemo amplius occultare posset, sed unusquisque in apertum proferret, si cujus arcani conscius sibi esset, indicemque suorum quæ prius commisisset flagitiorum, seipsum præstaret : tales item qui ab illis instituti sunt, puris utique, sincerisque animis præditi, ut nihil in illis simulati, aut fraudulenti lateret : sed contra potius ipsi mutatione a deteriore vita ad meliorem, gloriarentur atque confiderent: qui igitur magicos libros incenderunt, et externam illorum perditionem publico judicio suo comprobarunt, cur non de seipsis apud omnes certissimum posthac præbeant argumentum, nullo se prorsus magicarum rerum studio teneri? sed contra potius, ex illo jam puros se esse, et ab omni ejusmodi suspicione remotos? Si ergo jam constat Salvatoris nostri discipulos tales exstitisse, cur non ipse Præceptor fuit multo ante? **129** Quod si de discipulis qualem præceptorem habuerint vis cognoscere, habes hodie quoque innumerabiles verborum Jesu discipulos, ex quibus plurimi virorum conventus exsistunt, qui tum contra naturales corporis voluptates quasi in acie con-

B Οἱ δὴ πρῶτοι τοῦ Ἰησοῦ μαθηταὶ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ἰδίων πράξεων ἱστοροῦνται τοὺς ἐξ ἐθνῶν τῇ διδασκαλίᾳ αὐτῶν προσιόντας, ὥστε πολλοὺς τῶν πρότερον περὶ γοητείαν διαβεβλημένων εἰς τοσοῦτον μεταβαλεῖν τὸν ἑαυτῶν τρόπον, ὡς εἰς μέσον ἀγαγεῖν τολμῆσαι τὰς ἀπηγορευμένας βίβλους, καὶ ταύτας ἐνώπιον πάντων πυρὶ παραδοῦναι. Ἐπάκουσον δὲ ὅπως ἡ γραφὴ περιέχει· « Ἱκανοὶ δὲ τῶν τὰ περίεργα πραξάντων, συνεισενέγκαντες τὰς βίβλους, κατέκαιον ἐνώπιον πάντων, καὶ συνεψήφισαν τὰς τιμὰς αὐτῶν, καὶ εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε. » Τοιοῦτοι δή τινες οἱ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαθηταὶ τοσαύτην δύναμιν προφέροντες λόγων ἐν ταῖς πρὸς τοὺς ἀκροωμένους ὁμιλίαις, ὡς καθικνεῖσθαι τοῦ βάθους τῆς ψυχῆς αὐτῶν, καθάπτεσθαί τε καὶ τιτρώσκειν τὸ ἑκάστου C συνειδός, ὡς μηκέτι στέγειν ἀποκρύπτοντες, εἰς φανερὸν δὲ ἄγειν τὰ ἀπόῤῥητα, ἐλέγχους τε αὐτοὺς ἑαυτῶν καὶ τῆς προτέρας αὐτῶν μοχθηρίας ἀπεργάζεσθαι· τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ πρὸς αὐτῶν μαθητευόμενοι, καθαροὶ καὶ γνήσιοι τὰς διαθέσεις, ὡς μηδὲν ὕπουλον ἐν αὐτοῖς λανθάνειν, ἐνσεμνύνεσθαι δὲ καὶ παῤῥησιάζεσθαι ἐπὶ τῇ τῶν κρειττόνων ἀπὸ τῶν χειρόνων μεταβολῇ. Οἱ δὴ οὖν πυρὶ παραδόντες τὰς μαγικὰς βίβλους, καὶ παντελῆ φθορὰν αὐτῶν ψηφισάμενοι, πῶς οὐκ ἂν εἶεν πρόδηλοι τοῖς πᾶσιν, ὅτι μηδεμίαν ἔχοιεν τοῦ λοιποῦ περὶ γοητείαν σπουδήν, καθαροὶ δὲ ἐξ ἐκείνου πάσης τῆς περὶ τοῦτου ὑπονοίας ἐτύγχανον; Ὅτε τοίνυν οἱ μαθηταὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πεφήνασι γεγονότες τοιούτου, πῶς οὐ πολὺ πρότερον ὁ Διδάσκαλος; Εἰ δὲ ὅλως D ἀπὸ τῶν γνωρίμων τὸν προστάτην, ὁποῖός τις ἦν, βούλει διαγινώσκειν, ἔχεις τοῦ Ἰησοῦ τῶν λόγων μαθητὰς εἰσέτι νῦν μυρίους, ὧν πλεῖστα μὲν ἀνδρῶν τυγχάνει, πλήθη παραταξαμένων μὲν πρὸς τὰς φυσικὰς τοῦ σώματος ἡδονάς, ἄτρωτον δὲ καὶ τὴν διάνοιαν παντὸς αἰσχροῦ πάθους φυλαξάντων, οἳ, καὶ τὸν πάντα βίον ἐν ἐγκρατείᾳ καταγηράσαντες, τῆς ἐκ τῶν λόγων αὐτοῦ τροφῆς λαμπρὰ τεκμήρια παρ-

[79] Act. XIX, 19.

Digitized by Google

εστήσαντο. Οὐ μόνον δὲ ἄνδρες παρὰ αὐτῷ τοῦτον φιλοσοφοῦσι τὸν τρόπον, ἀλλὰ καὶ γυναικῶν οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν ὅσαι μυριάδες καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης, οἷά τινες ἱέρειαι τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, τὴν ἀνωτάτω σοφίαν ἀσπασάμεναι, οὐρανίου τε σοφίας ἔρωτι ληφθεῖσαι, τῶν μὲν σαρκὸς ἐγγόνων ἠλόγησαν, ψυχῆς δὲ πᾶσαν ἐπιμέλειαν πεποιηκυῖαι, ὅλας αὐτὰς αὐτῷ σώματι καὶ ψυχῇ τῷ παμβασιλεῖ καὶ Θεῷ τῶν ὅλων ἀνατεθείκασιν, ἀγνείαν παντελῆ καὶ παρθενίαν ἀσκήτασθαι. Ἕνα μὲν οὖν μηλοβότον καταλιπόντα τὴν ἑαυτοῦ χώραν προφάσει φιλοσοφίας ἄγουσιν ὧδε κἀκεῖσε περιφέροντες Ἑλλήνων παῖδες· Δημόκριτος αὐτοῖς οὗτος ἦν· καὶ Κράτης εἷς παρ' αὐτοῖς θαυμάζεται, ὅτι δὴ, τὴν οὐσίαν καταλιπὼν τοῖς πολίταις, αὐτὸς ἑαυτὸν, Κράτης Κράτητα, ἠλευθέρου κομπάζων· οἱ δὲ τῶν Ἰησοῦ λόγων ζηλωταὶ μυρίοι τὸν ἀριθμὸν, ἀλλ' οὐχ εἷς οὐδὲ δύο, τὰς κτήσεις ἀποπωλήσαντες, πένησι καὶ ἐνδεέσι μεταδεδώκασιν, ὧν καὶ αὐτοὶ τυγχάνομεν μάρτυρες, συγγενόμενοι τοιούτοις, καὶ αὐτοῖς ἔργοις, ἀλλ' οὐ λόγοις μόνοις τῆς τοῦ Ἰησοῦ μαθητείας συνιδόντες τὰ κατορθώματα. Τί χρὴ λέγειν, ὁπόσαι μυριάδες καὶ αὐτῶν βαρβάρων, οὐχὶ δὲ μόνον Ἑλλήνων, ἐκ τῶν Ἰησοῦ λόγων πᾶσαν μὲν ὑπερεκκύψαι πολύθεον πλάνην, τὸν δὲ Σωτῆρα καὶ δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς, μόνον εἰδέναι Θεὸν ἐμαρτύρησαν; ὃν πάλαι φιλοσόφων εἷς μόνος ὁ Πλάτων εἰδὼς, εἰς πάντας ἐκφέρειν ὡμολόγει μὴ τολμᾷν, διαῤῥήδην φάσκων· « Τὸν μὲν οὖν πατέρα καὶ δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. » Ἀλλὰ ἐκείνῳ μὲν καὶ ἔργον εὑρεῖν ἐδόκει τὸ πρᾶγμα, καὶ ἦν ὡς ἀληθῶς μέγιστον· ἀδύνατον δὲ ἦν αὐτῷ λέγειν εἰς πάντας, ὅτι μὴ παρῆν αὐτῷ τοσαύτη τις εὐσεβείας δύναμις, ὅση τοῖς Ἰησοῦ μαθηταῖς, οἷς διὰ τῆς τοῦ Διδασκάλου συνεργίας τὸν πατέρα καὶ δημιουργὸν τῶν ὅλων εὑρεῖν τε καὶ γνῶναι ῥᾴδιον γέγονε, καὶ εὑροῦσιν εἰς πᾶν γένος ἀνθρώπων ἐξενεγκεῖν, ἀνακαλύψαι τε καὶ πληρῶσαι, καὶ κηρύξαι τὴν γνῶσιν πᾶσιν, ὥστε ἐκ τῆς αὐτῶν ἐκείνων διδασκαλίας εἰσέτι νῦν κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν ἐν ὅλοις τοῖς ἐπὶ γῆς ἔθνεσι μυρία πλήθη οὐ μόνον ἀνδρῶν, ἀλλὰ καὶ γυναικῶν, καὶ παίδων, οἰκετῶν τε καὶ ἀγροίκων, τοσοῦτον τῷ τοῦ Πλάτωνος μὴ πεῖθεσθαι, ὡς τὸν ποιητὴν καὶ δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς μόνον Θεὸν γνωρίζειν, καὶ μόνον σέβειν, καὶ μόνον διὰ τοῦ Χριστοῦ θεολογεῖν. Ταῦτ' ἦν τοῦ νέου καὶ καινοῦ γόητος τὰ κατορθώματα· τοιαῦτα τοῦ νομιζομένου πλάνου τὰ γοητεύματα· καὶ τοιοίδε οἱ τοῦ Ἰησοῦ μαθηταί. ἀφ' ὧν δεῖ τὸν διδάσκαλον ὁποῖός τις ἦν γνωρίζειν.

sistant, tum mentem ab omni minus honesta perturbatione invulneratam conservent; qui cum omnem suam vitam usque ad senectutem continentissime egerint, institutionis quæ de verbis illius haberi soleat, certissima argumenta præstare possunt. Neque viri solum sub illo duce ad hunc modum philosophantur, sed feminarum quoque tot millia per totum orbem, ut quam multa sint non dicendum esse videatur, quæ quasi quædam sacerdotes Deum universi colentes, supremamque philosophiam amplexæ, atque amore cœlestis sapientiæ captæ, prolis quidem ac liberorum, utpote qui ad corpus pertineant, nullam habent rationem, animam vero omni diligentia curantes, totas seipsas ipso corpore atque animo, regi omnium universique Deo dedicarunt, ut sic integra perpetuaque castitate ac virginitate fungantur. Et Græci quidem eum qui olim jactatione philosophiæ regionem suam ab hostibus depopulatam atque vastatam reliquit, verbis huc atque illuc circumferunt atque extollunt. Democritus hic est apud illos, et Crates unus apud eosdem admiratione dignus putatur, quod, re sua familiari civibus suis relicta, ipse seipsum Crates Cratetem in libertatem vindicasse jactaverit. At enim verborum Jesu æmulatores innumerabiles, non autem unus duntaxat alterve, divenditas possessiones pauperibus atque indigentibus impertiverunt, quibus etiam nos testes adsumus, qui versati sumus cum talibus, quique factis, nedum verbis, eorum officiorum facti conscii, quæ illi in Jesu disciplina præstiterint. Cæterum quid me oportet dicere, quam multa millia etiam hominum barbarorum, non modo Græcorum, ex præceptis Jesu omnem colendi multos deos errorem transilierint atque despexerint, et hujus universi parentem atque opificem Deum unum se agnoscere affirmaverint? Quem antiquorum philosophorum vix unus Plato cum cognovisset, non audere se efferre in omnes palam professus est, plane affirmans, « parentem quidem atque opificem universi hujus, et invenire difficile esse, et cum inveneris, prodi in vulgus non posse. » Verum illi quidem et invenire difficilis visa est res et revera ingens negotium est. At vero idem publicare in omnes, enuntiareque non potuit, propterea quod non tanta illi pietatis erga Deum vis aderat, quanta Jesu discipulis, quibus ope auxilioque præceptoris, parentem opificemque universi, et invenire, et agnoscere, illaboratum ac facile contigit; et postquam invenerunt, etiam efferre in omne genus hominum, prodereque et complere, et publice enuntiare omnibus quod cognoverant, adeo quidem, ut ex illorum disciplina usque in præsens tempus, per omnes quæ sunt in orbe terrarum gentes, conventus innumerabiles, non virorum solum, sed etiam feminarum, et puerorum, et servorum, et agrestium hominum, tantum absit, ut Platoni obtemperent aut credant, ut auctorem, opificemque universi hujus, solum Deum agnoscant, solum colant, de solo per Christum, ut de Deo loquantur. Hi sunt novi hujus ac recentis præstigiatoris successus: talia ejus, qui existimatur seductor incantamenta, talesque ipsius Jesu discipuli, de quibus præceptor qualis fuerit cognosci debeat.

Φέρε δ' ἔτι, καὶ ταύτῃ τὸν λόγον διερευνησώμεθα. Γόητα φῂς αὐτὸν, ὦ οὗτος· ἀλλὰ καὶ φαρμακέα δεινὸν καὶ ἀπατεῶνα καλεῖς. Ἆρ' οὖν πρῶτος αὐτὸς

Cæterum alia quoque ratione, id de quo quæritur videamus. Præstigiatorem sane illum dicis fuisse: quinetiam veneficum callidissimum deceptoremque

Digitized by Google

vocas. Numquid igitur primus ille et solus hujusce rei inventor exstitit, an vero de more, ad ipsos præceptores initia referre oportet? Nam si nullo docente ipse primus solusque inventor hujus fuit incœpti, ita ut nihil prorsus ab aliis usquam didicerit, neque ab antiquis compilaverit, cur non divinam illi naturam tribuere oporteat, qui nullis libris, nullis præceptis, seu præceptoribus, sua sponte edoctus per seipsum, omnis disciplinæ capax, talium rerum inventor exstiterit? Atqui neque sordidæ alicujus artis, neque rationalis cujuspiam scientiæ, ac ne primorum quidem elementorum disciplinam ut percipias, sine duce ac præceptore aliquo fieri potest, nedum ea quæ naturam communem superant. Nullus certe unquam per se doctus grammaticæ præceptor nobis occurrit, neque rhetor, qui non ab aliquo didicerit, neque qui suopte ingenio medicus evaserit, neque architectus, neque alterius cujuspiam rei artifex : et hæc quidem exigua omnia atque humana. Veræ autem pietatis inter homines doctorem, dicere præstigiis quibusdam talia introduxisse, eo quo vixit tempore, ejusmodi prodigiosa admirabiliaque facta edidisse, cujusmodi nuper ipsi exposuimus, talemque illum suapte **131** natura suaque sponte exstitisse, neque ab antiquis compilasse, neque a novis magistris adjutum fuisse, qui paria ac similia ante ipsum exercuerint, quid aliud, quæso, est, nisi testificari et fateri, divinum plane quiddam fuisse, omnemque hominum naturam superasse illum de quo quærimus? At enim magistros illum dicis habuisse impostores, nec ab Ægyptiorum sapientia abhorruisse, nec quæ illorum antiquitas habuit arcana ignorasse, a quibus cum collegisset, qualem fama fert talem evasisse. Cur igitur alii nulli illo præstantiores magistri, qui et illum ætate antecesserint, et sua doctrina instituerint, aut in Ægypto, aut usquam alibi, visi sunt? Cur igitur non de illis quoque ante hujus accusationem, in omnes homines fama pervenit? cur non item illorum sicut nostri hujus, etiam nunc gloria canitur? Quis vero unquam præstigiator eorum qui fuerint, ex quo res humanæ cœpere, aut apud barbaros, aut apud Græcos, tales instituit discipulos, aut talium legum taliumque præceptorum auctor fuit, qualium fuisse Salvatoris nostri virtus ostenditur? aut quis unquam tam multis medelis, tam mirabilibus beneficentiis, quam hic noster functus memoratur? Cujus autem familiares ignis ferrique probatione earum rerum quas testificarentur veritatem ita confirmarunt, ut nostri Salvatoris discipuli, qui omnia quidem probra pertulerunt, omnia vero tormentorum genera toleraruntet denique proprium sanguinem effuderunt, ut quæ ipsi testificati essent confirmarent? Præterea quicunque huic nostræ rationi adversatur, dicat, quæso, quis unquam præstigiator saltem in animum induxit, de proprio nomine se novæ cujusdam gentis factionem comparaturum? Hoc autem ipsum quempiam non modo cogitasse, sed

καὶ μόνος εὑρετὴς κατέστη τοῦ πράγματος; ἢ πάντας που κατὰ τὸ ἀκόλουθον εἰς διδασκάλους ἀναπέμπειν χρὴ τὰ αἴτια; Εἰ μὲν γὰρ, μηδενὸς διδάξαντος, αὐτὸς πρῶτος καὶ μόνος εὑρετὴς γέγονε τῆς ἐπιχειρήσεως, μηδὲν μηδαμῶς παρ' ἑτέρων μαθὼν, μηδὲ ἐκ παλαιῶν ἐρανισάμενος, πῶς οὐ θείας φύσεως χρῆν ὁμολογεῖν αὐτὸν, ὃς ἦν ἄνευ βίβλων, καὶ λόγων, καὶ διδασκάλων, αὐτοδίδακτος, καὶ αὐτομαθὴς τοιούτων πραγμάτων εὑρετὴς ἀναπέφηνεν; Καὶ μὴν οὔτε βαναύσου τέχνης, οὔτε λογικῆς ἐπιστήμης, οὐδέ γε τῶν πρώτων στοιχείων τὴν μάθησιν δίχα ποδηγοῦ καὶ διδασκάλου τινὸς ἀναλαβεῖν δυνατὸν, μὴ οὐχὶ τὴν κοινὴν ἐκβεβηκότα φύσιν. Οὐδείς γοῦν τῶν πώποτε αὐτοδίδακτος ἡμῖν γραμματικῆς παρῆλθε διδάσκαλος, οὐδέ γε ῥήτωρ μὴ μεμαθηκὼς, οὐδὲ αὐτοφυὴς ἰατρὸς, οὐδὲ τέκτων, οὐδ' ἑτέρας δημιουργὸς τέχνης. Καίτοι μικρὰ ταῦτα καὶ ἀνθρώπεια. Τὸ δὲ φάναι τὸν ἀνθρώπων εὐσεβείας ἀληθοῦς διδάσκαλον τοιαῦτα τεθαυματουργηκότα καθ' ὃν ἐπεδήμει τῷ βίῳ χρόνον, καὶ τοιαύτας παραδόξους τερατείας πεποιηκότα, ἃς ἀρτίως διεξήλθομεν, ἐκ τοῦ αὐτομάτου τοιοῦτον φῆναι, μήτε παρὰ παλαιῶν ἐρανισάμενον, μήτ' ἐκ νέων διδασκάλων ὠφελημένον, τὰ ὅμοια καὶ πρὸ αὐτοῦ πεποιηκότων, τί ἄλλο ἢ μαρτυρούντων ἐστὶ καὶ ὁμολογούντων θεῖον ἀληθῶς χρῆμα γεγονέναι, καὶ πᾶσαν ἀνθρώπου φύσιν ὑπερβεβηκέναι τὸν δηλούμενον; Ἀλλὰ διδασκάλοις αὐτὸν φῂς προσεσχηκέναι πλάνοις, μηδὲ λαθεῖν αὐτὸν τὰ σοφὰ τῶν Αἰγυπτίων, καὶ τῶν πάλαι παρ' αὐτοῖς λεγομένων τὰ ἀπόῤῥητα, παρ' ὧν συλλεξάμενον, ἄνδρα τοιοῦτον οἷον ὁ λόγος παρίστησιν, ἀποδειχθῆναι. Τί δῆτα οὖν; ἢ τινες ἄλλοι κρείττους αὐτοῦ πεφήνασι, καὶ πρότεροι τῷ χρόνῳ, καὶ αὐτοῦ διδάσκαλοι, εἴτ' ἐπ' Αἰγύπτου, εἴθ' ὅπῃ δή; Τί οὖν οὐχὶ κἀκείνων πρὸ τῆς τούτου κατηγορίας ἔφθασεν εἰς πάντας ἀνθρώπους ἡ φήμη; ἢ τί μὴ οὐχὶ κἀκείνων εἰσέτι νῦν τὸ κλέος ᾄδεται τῷ ἡμετέρῳ παραπλησίως; Τίς δὲ τῶν ἀπ' αἰῶνος πώποτε γόης, βάρβαρος ἢ Ἕλλην, τοιούτων κατέστη διδάσκαλος φοιτητῶν, καὶ τοιούτων νόμων καὶ λόγων αὐθέντης, οἵων ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδέδεικται δύναμις; Ἴάσεις δὲ τοσάσδε καὶ παραδόξους εὐεργεσίας τοιάσδε, οἵας ὁ ἡμέτερος πεποιηκὼς μνημονεύεται, τίς πώποτε διαπραξάμενος ἱστορεῖται; Τίνος δὲ οἱ γνώριμοι καὶ τῶν πραγμάτων αὐτόπται, διὰ πυρὸς καὶ σιδήρου δοκιμῆς τὴν ὑπὲρ ὧν ἐμαρτύρησαν ἀλήθειαν ἐπιστώσαντο, ὡσπεροῦν οἱ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαθηταὶ, πάσας μὲν αἰκίας ἀνατλάντες, πάσας δὲ βασάνων ἰδέας ὑπομείναντες, καὶ τέλος διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος, τὰ περὶ αὐτοῦ μαρτυρηθέντα αὐτοῖς πιστωσάμενοι; Ἔτι πρὸς τούτοις, ὁ τῷ δι' ἐναντίας ἡμῖν λόγῳ παριστάμενος λεγέτω, τίς τῶν πώποτε γοήτων κἂν εἰς νοῦν ἐβάλετο νέου ἔθνους ἐπὶ οἰκείῳ ὀνόματι σύστασιν ποιήσασθαι; Τὸ δὲ μὴ μόνον ἐννοῆσαι τοῦτο, ἀλλὰ καὶ κατορθῶσαι τὸ βουληθὲν, πῶς οὐ πᾶσαν ἀνθρώπου καλύπτοι ἂν φύσιν; Βασιλέων δὲ δόγμασι, καὶ παλαιῶν νομοθετῶν, φιλοσόφων τε καὶ ποιητῶν, καὶ θεολόγων ἐξ ἐναντίας θέσθαι νόμους τοὺς κατ' εἰδωλολατρείας, καὶ τούτους κρατῦναι, ἀμάχους τε καὶ ἀηττήτους εἰς μακρὸν ἐπιδεῖξαι αἰῶνα, τίς πώποτε

Digitized by Google

γοήτων διανενόηται; Ὁ δὲ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν οὐκ ἐνενόησε μὲν, οὐ τετόλμηκε δὲ ἐπιχειρῆσαι· ἀλλ' οὐδὲ ἐπεχείρησε μὲν, οὐ κατώρθωσε δέ· ἑνὶ δὲ ῥήματι καὶ μιᾷ φωνῇ φήσας πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη ἐν τῷ ὀνόματί μου, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν, » ἔργον ἐπῆγε τῷ λόγῳ, αὐτίκα τε ἐμαθητεύετο ἐν ὀλίγῳ πᾶν γένος Ἑλλήνων ὁμοῦ καὶ βαρβάρων, καὶ νόμοι πᾶσι τοῖς ἔθνεσι κατεσπείροντο, ἐναντίοι τῇ τῶν παλαιῶν δεισιδαιμονίᾳ· νόμοι δαιμόνων πολέμιοι καὶ πάσης ἐχθροὶ πολυθέου πλάνης· νόμοι Σκυθῶν, καὶ Περσῶν, καὶ τῶν ἄλλων βαρβάρων σωφρονισταὶ, ἀποτρεπτικοί τε πάσης ἐκθέσμου καὶ θηριώδους διαίτης· νόμοι τῶν ἐξ αἰῶνος παρ' αὐτοῖς Ἕλλησιν ἐθῶν ἀνατρεπτικοὶ, καινῆς δὲ καὶ ἀληθοῦς εὐσεβείας καταγγελτικοί. Τί δῆτα οὖν τοῖς πάλαι γόησι πρὸ τῶν τοῦ Ἰησοῦ χρόνων, ἢ καὶ μετὰ ταῦτα τοιοῦτον, ἢ καὶ παραπλήσιον τετόλμηται, ὡς εἰκότως φάναι αὐτὸν παρ' ἑτέρων ὠφελῆσθαι τὰ τῆς γοητείας; Εἰ δ' οὐδένα ἄν τις ἔχοι λέγειν αὐτῷ γεγονέναι ὅμοιον (οὐδεὶς γὰρ ἦν αὐτῷ αἴτιος τῆς τοσαύτης ἀρετῆς), ὥρα τοιγαροῦν ὁμολογεῖν ξένην τινὰ καὶ θείαν φύσιν ἐπιδεδημηκέναι τῷ βίῳ, ἥ μόνη καὶ πρώτη τὰ μηδεπώποτε παρ' ἀνθρώποις μνημονευθέντα κατώρθωται. Ἀλλὰ καὶ ταῦτα μὲν ὧδε τέλος ἐχέτω.

A etiam perfecisse suo arbitratu, cur non totam hominis naturam effugiat? Decretis vero et regum, et eorum qui leges priscas condiderint, et philosophorum, et poetarum, et theologorum contrarias leges ponere, quæ simulacrorum cultum oppugnent, quæque quod volunt obtineant, easdemque inexpugnabiles, et invictas in perpetuum constituere, quis ex omnibus qui unquam fuerint, præstigiator cogitavit? At enim Salvator ac Dominus noster non sic quidem cogitavit hoc, ut postea aggredi non sit ausus; neque vero sic aggressus est, ut postea non perfecerit: sed uno verbo unaque voce cum dixisset ad suos discipulos: **132** « Ite, instituite omnes gentes in nomine meo, docentes eas servare quæcunque mandavi vobis[80], » verbo rem atque B efficaciam adjecit: atque evestigio in disciplinam venit brevi tempore omne genus et Græcorum et barbarorum: et leges in cunctas nationes disseminatæ sunt, antiquæ superstitioni adversantes: leges dæmonum oppugnatrices, et omnis in multorum deorum cultu erroris inimicæ: leges Scytharum et Persarum et aliorum barbarorum moderatrices, et quæ damnaverint omnem ab omni jure alienum ac ferinum victum: leges quæ everterint quæcunque instituta habuerint Græci ab initio humani generis, et novam veramque pietatem induxerint. Cur igitur antiquis præstigiatoribus ante Jesu tempora, aut etiam post, nihil tale aut simile inceptum est, ut probabiliter affirmare possimus, illum ab aliis in iis quæ ad præstigias pertinent adjutum fuisse? Quod si nemo illi similem quempiam proferre possit (nullus enim illi tantæ auctor virtutis), jam ergo fatendum sit, inusitatam quamdam divinamque naturam inter homines esse versatam, quæ sola et prima ea quæ nunquam humanis auribus audita sint, perfecerit. Et hæc quidem hactenus.

Πάλιν δὲ ἐπὶ τὸν δι' ἐναντίας ἰτέον, ἐρωτητέον τε, C εἴποτε ὀφθαλμοῖς οἶδεν, ἢ ἀκοῇ ἔγνω γόητάς τε καὶ φαρμακέας δίχα σπονδῶν καὶ θυμάτων καὶ δαιμόνων ἐπικλήσεώς τε καὶ παρουσίας γοητεύοντας. Μήτι οὖν καὶ κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ἢ κατὰ τῶν αὐτοῦ λόγων, ἢ κατὰ τῶν εἰσέτι νῦν ζηλούντων τὸν αὐτοῦ βίον, ἔχει τις τοιαύτην ἐπιφέρειν διαβολήν; Οὐχὶ καὶ τυφλῷ δῆλον, ὡς πᾶν τοὐναντίον τούτοις ἡμεῖς οἱ τὰ Ἰησοῦ φρονοῦντες ἐπιτηδεύομεν, θᾶττον μὲν θανάτῳ τὴν ψυχὴν ἢ δαίμοσι θυσίαν προέσθαι τολμῶντες, θᾶττον δὲ τῆς ζωῆς ἐξιστάμενοι ἢ τοῖς πονηροῖς δαίμοσι δουλωθῆναι ὑπομένοντες; Τίς δὲ οὐκ οἶδεν, ὅπως σὺν αὐτῇ τῇ τοῦ Ἰησοῦ προσηγορίᾳ καὶ σὺν εὐχαῖς καθαρωτάταις πᾶν τὸ δαιμόνων ἔργον ἀπελαύνειν ἡμῖν φίλον ἐστίν; Οὗτος ὁ τοῦ Ἰησοῦ λόγος καὶ ἡ παρ' αὐτοῦ διδασκαλία πολὺ κρείττους τῆς D ἀοράτου ταύτης δυνάμεως πάντας ἡμᾶς ἀπεργάσατο, ἐχθρούς τε δαιμόνων καὶ πολεμίους, ἀλλ' οὐ φίλους, οὐδὲ συνήθεις, πολλοῦ δεῖ ὑπηκόους καὶ ὑποχειρίους εἶναι παρεσκεύασεν. Ὁ δὴ τοιούτους ἡμᾶς προαγαγὼν, πῶς ἂν αὐτὸς δοῦλος ἐγεγόνει δαιμόνων; πῶς δ' ἂν τοῖς πονηροῖς πνεύμασιν ἔθυσεν; ἢ πῶς βοηθοὺς δαίμονας ἐπεκαλέσατο ἐν ταῖς παραδοξοποιίαις, ὁπότε εἰσέτι δεῦρο πᾶς δαίμων καὶ πᾶν ἀκάθαρτον πνεῦμα, ὥς τι τῶν

Nunc rursus contradicenti adversario obviam eundum, isque interrogandus: ecquando suis oculis viderit auribusve perceperit, præstigiatores ac veneficos homines, sine libationibus et sacrificiis, dæmonumque invocatione ac præsentia, quidquam operatos? Nunquid igitur aut contra Salvatorem nostrum, aut contra illius præcepta, aut etiam contra eos qui hodie quoque illius vitam imitantur, possit aliquis talem jactare calumniam? Nonne vel cæcutienti perspicuum nos quicunque Jesum sectamur, istis plane contraria omnia operari atque amplecti, et citius pati ut morti animam, quam ut dæmonibus sacrificium offeramus: citius vero sustinere de vita excedere, quam pravis dæmonibus in servitutem dari? Quis autem ignorat nostræ esse consuetudinis, ipso Jesu nomine, et purissimis precibus, omnem dæmonum vexationem abigere? Sic ipsius Jesu verbum, ejusdemque doctrina, isto potestatis invisibili genere, ut omnes nos longe potentiores essemus, effecit, dæmonum utique hostes atque inimicos, non autem amicos aut familiares nos reddens; quanto ergo minus eorum dicto audientes, aut subjectos comparavit? **133** Qui igitur nos tales produxit, qui fieri potest ut ipse dæmonibus fuerit addictus? Quam porro

[80] Matth. XXVIII, 19, 20.

Digitized by Google

credibile sit illum, aut improbis spiritibus sacra fecisse, aut dæmonas ad auxilium vocasse, dum miracula ederet, quando hodie quoque omnis dæmon, omnisque impurus spiritus, ita Jesu nomen exhorret, ut unum aliquid eorum quæ ipsius naturam castigandi ac torquendi vim habeant, aufertque se illico, et concedit : tantam sentit illius nominis vim. Sic sane olim quoque, cum inter homines degeret, non ferentes illius præsentiam, alius aliunde, clamabant : « Age, quid nobis et tibi, Jesu Fili Dei? venisti ante tempus torquere nos [81] ? » Vir autem præstigiis prorsus intentus, et plane desperatis rebus omne suum studium impendens, nonne vel imprudens ipse de seipso indicio sit, quod infandis moribus, quod scelestus, quod obscenus, quod religioni inimicus, quod injustus, quod impius? Qui vero talis sit, unde aut quomodo ea quæ ad religionem pertinent, alios doceat? Quomodo item quæ ad temperantiam, quæ ad Dei cognitionem, quæ ad divinum forum ac judicium summi Dei? Nonne his omnibus contraria potius commendet ac præferat, suæ ipsius nequitiæ consentanea perpetrans? Nonne Deum, Deique providentiam ac Dei judicium neget? Nonne omnia de virtute, omnia de immortalitate animæ verba irrideat? Quod si quid tale etiam in iis quæ ad Salvatorem Dominumque nostrum pertinent, intueri licuisset, nihil sane fuisset dicendum. At vero cum in singulis rebus et verbis, universi opificem Deum Patrem invocare solitum constet, talesque quos in disciplinam acciperet, comparasse : cum et ipse temperans fuerit, et verborum quæ ad temperantiam pertinent præceptor : cum auctor, prædicatorque justitiæ, veritatis, humanitatis, virtutis universæ : cum religionis dux et magister, quæ omnium regem Deum colit : cur non his consentaneum sit putare, nihil eorum quæ in illo admiramur, ab illo per dolum præstigiarum, aut per fallaciam gestum? cur non potius arcana quadam vi, vereque divina confiteri? Quod si eo vecordiæ proveheris, ut neque rationes incorruptas, neque verborum necessitatem velis attendere, neque vero probabilibus argumentis auscultare, quia fortasse nos quasi causam dicentes habes suspectos, at tu tuis saltem dæmonibus, ipsis, inquam, **134** oracula reddentibus diis ausculta, qui Salvatori nostro, non ut tu præstigiarum fallaciam, sed pietatem et sapientiam, et ascensum in cœlum suo testimonio tribuunt. Quorum quidem quodnam tibi dignius cui fidem habeas testimonium vis dari, quam inimici nostri confessionem, quam in tertio volumine posuit eorum quæ inscripsit, *De philosophia* selectorum, ubi hæc ad verbum refert.

A κολαστικῶν καὶ βασανιστικῶν τῆς οἰκείας φύσεως, τοῦ Ἰησοῦ τὸ ὄνομα φρίττει, ὑπεξίσταταί τε καὶ παραχωρεῖ τῇ τῆς προσηγορίας δυνάμει; Ὥσπεροῦν καὶ πάλαι καθ' ὃν ἐπεδήμει τῷ βίῳ χρόνον, μὴ φέροντες αὐτοῦ τὴν παρουσίαν, ἄλλος ἄλλοθεν ἐβόα· « Ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοί, Ἰησοῦ Υἱὲ τοῦ Θεοῦ ; ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς ; » Ἀνὴρ δ' ὅλως σπουδὴν προσέχων τὸν νοῦν, καὶ πάντως γέ που ἀπειρημένοις πράγμασιν ἐγχειρῶν, ἆρ' οὐκ ἂν εἴη δῆλος ἀνόσιος ὢν τὸν τρόπον, καὶ μιαρὸς, καὶ αἰσχρὸς, καὶ ἄθεος, καὶ ἀσεβής; Τοιοῦτος δὲ ὤν, πόθεν ἢ πῶς τὰ περὶ εὐσεβείας διδάξειν ἑτέρους, ἢ τὰ περὶ σωφροσύνης, ἢ τὰ περὶ Θεοῦ γνώσεως, ἢ τὰ περὶ δικαιωτηρίου καὶ κρίσεως τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ; Οὐχὶ τούτων ἁπάντων τὰ ἐναντία πρεσβεύει, ἀκόλουθα τῇ αὐτοῦ μοχθηρίᾳ πράττων; καὶ Θεὸν μὲν ἀρνήσεται, καὶ Θεοῦ πρόνοιαν, καὶ Θεοῦ κρίσιν, χλευάσει δὲ τοὺς περὶ ἀρετῆς καὶ τοὺς περὶ ψυχῆς ἀθανασίας λόγους; Εἰ μὲν δή τοιαῦτά τινα ἦν ἰδεῖν καὶ περὶ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν, οὐδὲν ἂν ἦν εἰπεῖν· εἰ δ' ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι καὶ λόγῳ τὸν πάντων δημιουργὸν Πατέρα Θεὸν ἀνακαλούμενος ἀποδείκνυται, καὶ τοὺς φοιτητὰς τοιούτους εἶναι παρασκευάζων, καὶ εἰ σώφρων αὐτὸς καὶ σωφρόνων λόγων διδάσκαλος, καὶ εἰ ποιητὴς καὶ κήρυξ δικαιοσύνης, καὶ ἀληθείας, καὶ φιλανθρωπίας, καὶ ἀρετῆς ἁπάσης, καὶ θεοσεβείας εἰσηγητὴς τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ· πῶς οὐχ ἕπεται τούτοις τὸ μηθὲν μὲν ἡγεῖσθαι κατὰ γοητείαν αὐτὸν τῶν παραδόξων πεποιηκέναι, δυνάμει δ' ἀπορρήτῳ, καὶ ὡς ἀληθῶς ἐνθέῳ συνομολογεῖν; Ἀλλ' εἰς τοσοῦτον ἐλαύνεις ἀπηνείας, ὡς μὴ λογισμοῖς σώφροσι, λόγων τε ἀκολουθίᾳ προσέχειν τὸν νοῦν, μηδὲ πείθεσθαι τοῖς εἰκόσι τεκμηρίοις, ὑπονοῶν τάχα που τοὺς λέγοντας ἡμᾶς. Ἀλλὰ σύ γε κἂν τῶν σαυτοῦ δαιμόνων, αὐτῶν δὴ τῶν χρησμῳδῶν θεῶν, ἄκουε, τῷ Σωτῆρι ἡμῶν οὐχ ὥσπερ σὺ γοητείαν, ἀλλ' εὐσέβειαν καὶ σοφίαν καὶ εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον μαρτυρούντων. Τίς δ' ἂν γένοιτό σοι τούτων ἀξιόπιστος ὁμολογία μᾶλλον τῆς τοῦ καθ' ἡμῶν πολεμίου γραφῆς, ἣν ἐν οἷς ἐπέγραψε περὶ τῆς *Ἐκ λογίων φιλοσοφίας* ἐν τρίτῳ συγγράμματι τέθειται, ὧδέ πως ἱστορῶν κατὰ λέξιν.

Quod efficacia ipsa atque evidentia, illius divinæ virtutis vim perspicue ostendit amatoribus veritatis. Oracula de Christo.

D Ὡς ἀπὸ τῆς ἐνεργείας αὐτῆς συνορᾶται τοῖς φιλαλήθεσιν ἡ τῆς περὶ αὐτὸν ἐνθέου ἀρετῆς δύναμις. Χρησμοὶ περὶ τοῦ Χριστοῦ.

VII. « Mirum forsitan nonnullis videbitur, quod dicturi sumus. Siquidem Christum dii summe religiosum immortalemque fuisse prodiderunt, deque illo cum laude mentionem faciunt ; » et sermone progressus adjungit : « Igitur de Christo interrogantibus, utrum sit Deus, respondit :

Ζ'. « Παράδοξον ἴσως δόξειεν ἂν τισιν εἶναι τὸ μέλλον λέγεσθαι ὑφ' ἡμῶν. Τὸν γὰρ Χριστὸν οἱ θεοὶ εὐσεβέστατον ἀπεφήναντο καὶ ἀθάνατον γεγονότα, εὐφήμως τε αὐτοῦ μνημονεύουσι. » Καὶ ὑποβὰς ἐπιλέγει· « Περὶ γοῦν τοῦ Χριστοῦ ἐρωτησάντων εἰ ἔστι Θεὸς, φησίν·

[81] Matth. VIII, 29.

Digitized by Google

Ὅττι μὲν ἀθανάτη ψυχὴ μετὰ σῶμα προβαίνει,
Γιγνώσκει σοφίη τετιμημένος· ἀλλά γε ψυχὴ
Ἀνέρος εὐσεβίῃ προφερεστάτη ἐστὶν ἐκείνου. »

A *Immortalem animam post cassum incedere corpus,*
Noscere honoratam sapientis luce, sed illam
Insignis pietate viri mentem esse decoram. »

Εὐσεβέστατον ἄρα ἔφη αὐτὸν, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καθάπερ καὶ τῶν ἄλλων, μετὰ θάνατον ἀπαθανατισθῆναι, ἣν σέβειν ἀγνοοῦντας τοὺς Χριστιανούς. Ἐπερωτησάντων δὲ διὰ τί ἐκολάσθη, ἔχρησεν·

Summe ergo religiosum illum dixit, et animam illius sicuti aliorum, post mortem immortalem factam, eamque colere, ignorantes Christianos; deinde interrogantibus cur supplicio affectus esset, respondit :

Σῶμα μὲν ἀθρανέσιν βασάνοις αἰεὶ προβέβληται·
Ψυχὴ δ' εὐσεβέων εἰς οὐράνιον πέδον ἵζει.

Esse quidem semper modico cruciamine tortum
Corpus, at œthereis mentem clarescere campis.

Καὶ ἐπιλέγει μετὰ τὸν χρησμὸν ἑξῆς· « Αὐτὸς οὖν εὐσεβὴς, καὶ εἰς οὐρανοὺς ὥσπερ οἱ εὐσεβεῖς χωρήσας. Ὥστε τοῦτον μὲν οὐ βλασφημήσεις, ἐλεήσεις δὲ τῶν ἀνθρώπων τὴν ἄνοιαν. » Ταῦτα καὶ νῦν ὁ Πορφύριος. Ἆρ' οὖν ἀπατεὼν, ὦ οὗτος; κἂν τὰ φίλα σε δυσωπείτω τῶν οἰκείων ῥήματα. Ἔχεις τοιγαροῦν B τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ παρὰ τοῖς ἑαυτοῦ ὁμολογημένον οὐ γόητα οὐδὲ φαρμακέα, ἀλλ' εὐσεβῆ καὶ δικαιότατον καὶ σοφὸν καὶ οὐρανίων ἀψίδων οἰκήτορα. Ὁ δὴ οὖν τοιοῦτος πῶς ἂν ἄλλως τῶν παραδόξων ἔργων γέγονε ποιητὴς ἢ δυνάμει θείᾳ; ἦν καὶ τὰ ἱερὰ λόγια μαρτυροῦσιν αὐτῷ, Θεοῦ λόγον καὶ Θεοῦ δύναμιν τὴν ἀνωτάτω ἐν ἀνθρώπου μορφῇ καὶ σχήματι, μᾶλλον δ' ἐν αὐτῇ σαρκὶ καὶ σώματι κατοικῆσαι, καὶ πᾶσαν τὴν ἐν ἀνθρώποις οἰκονομίαν ἐπιτελέσαι μαρτυροῦντα. Καὶ σὺ δ' ἂν αὐτὸς καταμάθοις τὸ ἔνθεον τῆς περὶ αὐτοῦ δυνάμεως, εἰ λογίσαιο τίς ποτε ὢν ἄρα τὴν φύσιν καὶ πηλίκος ἄνδρας εὐτελεῖς ἐξ ἀλείας καὶ ι ταπεινοῦ βίου προσοικειωσάμενος, τούτοις κέχρηται C διακόνοις ἐπὶ κατορθώσει πράγματος πάντα καλύπτοντος λόγον. Διανοηθεὶς γὰρ ὁ μηδεὶς πώποτε, νόμους οἰκείους καὶ ξένην διδασκαλίαν εἰς πάντα κατασπεῖραι τὰ ἔθνη, καὶ παντὸς γένους ἀνθρώπων διδάσκαλον εὐσεβείας ἑνὸς τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ ἑαυτὸν ἀποφῆναι, τοῖς πάντων ἀγροικοτάτοις καὶ εὐτελεστάτοις ἡγήσατο χρῆσθαι τῆς οἰκείας βουλῆς ὑπηρέταις. Εἰκός τινα παραλογώτατα ταῦτα αὐτὸν πεποιηκέναι νομίσαι. Πῶς γὰρ οἱ μηδὲ διᾶραι δυνάμενοι στόμα, κἂν ἑνός τινος διδάσκαλοι κατέστησαν, οὐχί γε ἀνδρῶν συλλόγου; πῶς δ' ἂν πλήθει διειλέχθησαν οἱ πάσης ἐκτὸς γεγονότες παιδείας; Ἀλλὰ τοῦτ' ἦν ἄρα τὸ τῆς ἐνθέου βουλῆς, καὶ τῆς ἐνεργούσης ἐν αὐτοῖς θείας δυνάμεως παραστατικόν. Ἀνακαλέσας γοῦν αὐτοὺς, τὰ μὲν πρῶτά φησι· « Δεῦτε, ἀκολουθεῖτέ D μοι, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων. » Ἐπειδὴ δὲ λοιπὸν αὐτοὺς ἀκολούθους ἐκτήσατο, ἐμπνεύσας αὐτοῖς δυνάμεως θείας, μένους τε καὶ θάρσους ἐμπλήσας, καὶ δὴ οἷά τις ἀληθῶς Θεοῦ λόγος καὶ αὐτὸς θεὸς, τηλικούτων θαυμάτων ποιητὴς, νοερῶν αὐτοὺς καὶ λογικῶν ψυχῶν θηρευτὰς ποιήσας, ἔργον τε ἐπιθεὶς τῇ φωνῇ, τῇ, « Δεῦτε, ἀκολουθεῖτέ μοι, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων, » φησάσῃ, ὁμοῦ τε ἐργάτας καὶ διδασκάλους αὐτοὺς εὐσεβείας ἀπειργασμένος, ἤδη καὶ εἰς πάντα τὰ ἔθνη διεπέμπετο, κήρυκας ἀναδείξας τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας. Καὶ τίς οὐκ ἂν ἐξεπλάγη, καὶ ἠπίστησεν ἂν εἰκότως τῷ παραδόξῳ τοῦ θαύματος, ὅτε μηδεὶς μὲν τῶν πώποτε ἐν ἀνθρώποις

Et post oraculum adjungit deinceps : « Ipse igitur pius, et in cœlum, ut pii solent, subvectus. Quare hunc quidem non exsecraberis, miseraberis vero hominum ignorantiam? » Hæc etiam nunc Porphyrius. Quæso igitur, numquid impostor ille? at saltem tuorum amicorum verba tibi blandientia, te flectant. Habes igitur nostrum Salvatorem Jesum, qui Christus est Dei, etiam virorum testimonio comprobatum, ut non præstigiatorem, aut venificum, sed ut pium, et justissimum, et sapientem, orbiumque cœlestium incolam. Qui igitur talis fuit, quanam alia ratione admirabilium factorum auctor esse potuit, nisi virtute divina? quam etiam sacra oracula testimoniis suis illi tribuunt, quæ quidem Dei verbum Deique virtutem supremam, in hominis forma atque habitu, ac potius in ipsa carne, ipsoque corpore habitasse, omnemque humanam dispositionem, gubernationemque absolvisse, testificantur. **135** Tu quoque facile discas divinitatem virtutis quæ de illo fertur, si cogites qua ille natura, et cujusmodi præditus, viros ignobiles de piscatorio atque humili victu acceperit, sibique adjunxerit. Deinde iis usus sit administris ad illud incœptum perficiendum, quod omnem effugiat rationem. Cum enim cogitasset id quod nullus unquam cogitavit : proprias leges novamque doctrinam in omnes disseminare nationes, omnemque hominum genus eam docere pietatem, quæ unum supremum Deum veneraretur, hujusque rei se magistrum exhibere, omnium maxime agrestibus maximeque ignobilibus putavit sibi utendum esse hujusce consilii ministris : utpote cum verisimile sit illum censuisse, præter omnem rationem hæc se facturum. Quo enim pacto, qui ne diducere quidem os idonei erant, saltem unius cujuspiam hominis præceptores fieri potuerunt, nedum virorum conventus? quomodo autem multitudinem alloqui aut instruere, qui ab omni eruditione abhorrebant? At hoc quidem fuit, quod et divinum consilium, et vim divinam quæ in illis, et cum illis ipsum opus obibat, declararet. Ergo cum illos vocasset, tum primum dixit : « Venite, sequimini me : et faciam vos piscatores hominum[82]. » Cum vero jam illos sectatores esset adeptus, divinaque sua vi afflasset, roboreque atque animi confidentia complesset, jamque veluti quoddam vere Dei verbum, ipseque Deus tantorum auctor miraculorum, intelligentium rationaliumque animarum venatores illos constituisset : remque ipsam atque ef-

[82] Matth. IV, 18.

Digitized by Google

ficaciam adjunxisset voci illi, qua dixerat : « Venite, sequimini me, et faciam vos piscatores hominum, » simulque et operarios et magistros pietatis illos fecisset, tum in omnes gentes dimisit, suæque doctrinæ præcones declaravit. Quis autem non obstupescat, quis non incredibile merito existimet id quod omnem fidem superat miraculum ? Nullus certe eorum, qui unquam alicujus claritatis inter homines fuerunt, non rex, non legum inventor, non philosophus, non Græcus, non barbarus, hujusmodi quidquam cogitasse narratur, ac ne somniasse quidem aliquid quod ad hoc proxime accedat. Satis enim superque unusquisque talium semper habuit, dummodo in sua regione institutum suum propositumque compleret ; et quæ bonæ utilesque visæ essent leges, eas in una saltem sua ipsius gente, sancire ac tueri posset. At hic noster , nihil mortale aut humanum molitus, **136** considera, quæso, num rursus tanquam vere Deus vocem emiserit, ubi suis illis adeo ignobilibus ad verbum dixit discipulis : « Euntes, docete omnes gentes [83]. » Quid ? si discipuli, ut fit, suo Præceptori respondissent, ac dixissent : Quo tandem modo istud a nobis fieri poterit ? Quomodo Romanos, exempli gratia, publice docebimus ? quomodo autem Ægyptios alloquemur ? qua vero lingua , homines unam Syriacam vocem audire soliti, apud Græcos utemur ? qua apud Persas, Armenios, Chaldæos, Scythas, Indos, ac denique omnes quascunque offendemus barbaricas gentes ? Quomodo illis persuadebimus ut deos quidem patrios deserant, unum vero omnium quæcunque sunt opificem Deum colant ? qua porro dicendi vi freti, tantum facinus aggrediemur ? Quæ autem perficiendi spes aderit hominibus qui leges ligere audeant, contrarias legibus quascunque omnes gentes de patriis diis a condito ævo servaverint ? Quibus tandem copiis, aut qua vi nobis liceat isti audaciæ superesse ? Hæc ne dicerent, quemadmodum dicturos fuisse credibile est, aut etiam cogitarent Jesu discipuli, una verbi adjectione ipse Præceptor illos omni difficultate liberavit, cum dixit, illos in nomine suo voti compotes futuros. Non enim simpliciter aut indefinite ut docerent omnes gentes imperavit, sed cum adjunctione necessaria, « in nomine, inquit, meo [84]. » Cum enim vis illius nominis tanta sit, ut Apostolus dixerit : « Quod donaverit illi Deus nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, et infernorum [85], » merito excellentiam virtutis nominis sui, quæ multos latet indicaturus, ad suos dixit discipulos : « Ite, docete omnes gentes in nomine meo. » Deinde canit bene admodum certe atque exquisite quod futurum erat dicens : « Oportet enim prædicari Evangelium hoc in toto orbe, in testimonium cunctis gentibus [86]. » Porro cum verba quidem hæc, tunc in angulo terræ dicta sint, et qui tunc aderant soli audierint, qui

A γενομένων διαφανῶν, μὴ βασιλεὺς, μὴ νομοθέτης, μὴ φιλόσοφος, μὴ Ἕλλην, μὴ βάρβαρος, τοιοῦτόν τι διανοηθεὶς ἱστορεῖται, ἀλλ' οὐδ' εἰς φαντασίαν ἐλθὼν τοῦ παραπλησίου ; ἀγαπητὸν γὰρ ἑκάστῳ ἦν, εἰ καὶ ἐπὶ μόνης τῆς οἰκείας γῆς τὸ οἰκεῖον ἐπάγγελμα συνεστήσατο, καὶ τοὺς καλῶς ἔχειν φανέντας νόμους, κἂν ἐφ' ἑνὸς τοῦ οἰκείου ἔθνους κρατῦναι οἷός τε ἦν· ὁ δὲ μηδὲν θνητὸν καὶ ἀνθρώπινον διανοηθεὶς ὅρα εἰ μὴ ὡς ἀληθῶς Θεοῦ πάλιν προήκατο φωνὴν, αὐτολεξεὶ φήσας τοῖς εὐτελεστάτοις ἐκείνοις αὐτοῦ μαθηταῖς· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. » Καὶ πῶς, εἶπον ἂν οἱ μαθηταὶ τῷ Διδασκάλῳ πάντως που ἀποκρινάμενοι, τοῦθ' ἡμῖν ἔσται δυνατόν ; Πῶς γὰρ Ῥωμαίοις, φέρε, κηρύξομεν ; πῶς δὲ Αἰγυπτίοις διαλεχθησόμεθα ; ποίᾳ δὲ χρησόμεθα λέξει πρὸς Ἕλ-

B ληνας, ἄνδρες τῇ Σύρων ἐντραφέντες μόνῃ φωνῇ ; Πέρσας δὲ καὶ Ἀρμενίους, καὶ Χαλδαίους, καὶ Σκύθας, καὶ Ἰνδοὺς, καὶ εἴ τινα βαρβάρων γένοιτο ἔθνη ; πῶς πείσομεν τῶν μὲν πατρίων θεῶν ἀφίστασθαι, ἕνα δὲ τὸν πάντων δημιουργὸν σέβειν ; ποίᾳ δὲ λόγων ἱκανότητι θαρσοῦντες, ἐπὶ τοῦτο παρελευσόμεθα ; Ἴσ' ἴσως τίς ἡμῖν ἐλπὶς ἔσται τοῦ κατορθώματος, ἀντινομοθετεῖν τολμῶσι τοῖς πάντων ἐθνῶν περὶ τῶν οἰκείων θεῶν ἐξ αἰῶνος κειμένοις νόμοις ; ἐπὶ ποίᾳ δὲ καὶ δυνάμει περιέσεσθαί ἐστι τοῦ τολμήματος ; Ταῦτα ἢ φησάντων ἂν κατὰ τὸ εἰκὸς, ἢ διανοηθέντων τῶν τοῦ Ἰησοῦ μαθητῶν, μιᾶς προσθήκῃ λέξεως αὐτοῖς ὁ Διδάσκαλος λύσιν τῶν ἀπορηθέντων ὑπέθετο, φήσας κατόρθωσιν, « ἐν τῷ ὀνόματί μου. » Οὐ γὰρ δὴ ἁπλῶς καὶ ἀδιορίστως μαθητεῦσαι πάντα τὰ ἔθνη προσ-

C έταττε, μετὰ προσθήκης δὲ ἀναγκαίας, τῆς, « ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. » Ἐπειδὴ γὰρ ἡ δύναμις τῆς αὐτοῦ προσηγορίας τοσαύτη τις ἦν, ὡς φάναι τὸν Ἀπόστολον, ὅτι δὴ « Ἐχαρίσατο αὐτῷ ὁ Θεὸς τὸ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων· » εἰκότως, τῆς τοὺς πολλοὺς λανθανούσης ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ δυνάμεως τὴν ἀρετὴν ἐμφαίνων, τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς ἔφησε· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη ἐν τῷ ὀνόματί μου. » Εἶτα καὶ θεσπίζει εὖ μάλα ἀκριβῶς τὸ μέλλον, εἰπών· « Δεῖ γὰρ κηρυχθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον τοῦτο ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. » Ὁ δὲ λόγος εἴρητο μὲν ἐν γωνίᾳ γῆς τότε, καὶ οἱ παρόντες ἤκουον μόνοι. Πῶς οὖν ἄρα πιστὸς ἦν αὐτοῖς τοῦτο λέγων, εἰ μὴ ἐξ

D ἑτέρων τῶν ὑπ' αὐτοῦ πεπραγμένων ἐνθέων ἔργων τῆς ἐν τοῖς λόγοις ἀληθείας αὐτοῦ τὴν πεῖραν εἰλήφεσαν ; Ὅτι γὰρ ἐπίστευσαν λέγοντι, συλλογιζομένῳ σοι ὁμολογεῖν ἀνάγκη. Προστάξαντι γὰρ οὐδεὶς ἠπείθει· ἀλλὰ πειθαρχήσαντες αὐτοῦ τῷ νεύματι, κατὰ τὰ παρηγγελμένα πᾶν γένος ἀνθρώπων ἐμαθήτευον, ἐν τῇς οἰκείας γῆς ἐπὶ πάντα στειλάμενοι τὰ ἔθνη· ἐν ὀλίγῳ τε ἦν ἔργα θεωρῆσαι τοὺς λόγους. Κεκήρυκτο γοῦν τὸ Εὐαγγέλιον ἐν βραχεῖ χρόνῳ ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ εἰς μαρτύριον τοῖς ἔθνεσι· καὶ βάρβαροι καὶ Ἕλληνες τὰς περὶ τοῦ Ἰησοῦ γραφὰς πατρίοις χαρακτῆρσι καὶ πατρίῳ φωνῇ μετελάμβανον. Καίτοι τίς οὐκ ἂν ἀπορήσειεν εὐλόγως, τίς ἦν ἄρα ὁ τῆς

[83] Matth. xxviii, 19. [84] ibid. [85] Philipp. ii, 10. [86] Marc. xiii, 10.

Digitized by Google

τῶν μαθητῶν τοῦ Ἰησοῦ διδασκαλίας τρόπος; Ἆρα γὰρ εἰς μέσην παρελθόντες πόλιν, ἔπειτ' ἐν ἀγορᾷ στάντες, καὶ βοῇ μείζονι χρησάμενοι συνεκάλουν τοὺς παριόντας, κἄπειτα ἐδημηγόρουν; Καὶ τίς ἦν ἄρα αὐτοῖς τῆς δημηγορίας ὁ λόγος, ᾧ πεπεῖσθαι εἰκὸς ἦν τοὺς ἀκροωμένους; Πῶς δὲ καὶ ἐδημηγόρουν ἄνδρες λόγων ἄπειροι, καὶ πάσης ἀμέτοχοι παιδείας; Ἀλλὰ μὴν οὐ κατὰ πλῆθος, κατὰ μέρος δὲ τοῖς προστυχοῦσι διελέγοντο. Τίσιν οὖν καὶ ὁποίοις ἐχρῶντο λόγοις ἐπὶ πειθῷ τῶν ἀκουόντων; ἐπεὶ μηδὲ μικρὸς ἦν αὐτοῖς ὁ ἀγών, μὴ ἀρνουμένοις τὸν ἐπονείδιστον θάνατον τοῦ καταγγελλομένου. Εἰ μὲν γὰρ τοῦτον ἐπικρυψάμενοι, καὶ μὴ ὁμολογοῦντες εἰς πάντας οἷα καὶ ὁπόσα πέπονθεν ὑπὸ Ἰουδαίων, τὰ σεμνὰ μόνα καὶ ἔνδοξα προσεκόμιζον· λέγω δὲ τὰς θαυματουργίας, καὶ τὰς παραδοξοποιίας αὐτοῦ, τάς τε φιλοσόφους διδασκαλίας αὐτοῦ· οὐδ' οὕτως ἦν αὐτοῖς εὐχερὴς ὁ λόγος πρὸς τὸ ποιῆσαι ῥᾳδίως συγκαταθέσθαι τοὺς ἀκούοντας ξενοῤῥωνουμένους, καὶ ἄρτι πρῶτον ἐπακούοντας καινῶν ῥημάτων ὑπ' ἀνδρῶν οὐδὲν ἐπαγομένων ἀξιόπιστον τὴν τῶν λεγομένων μαρτυρίαν. Πλὴν ἀλλ' ἐῴξειν ἂν πιθανώτερον λέγεσθαι τὰ εἰρημένα. Νῦν δὲ τοτὲ μὲν τὸν πρεσβευόμενον Θεὸν ἐν ἀνθρώπου γεγονέναι σώματι, καὶ οὐδὲν ἄλλο τὴν φύσιν εἶναι ἢ Θεοῦ λόγον, διὸ καὶ τοιαύτας τεραστίας δυνάμεις πεποιηκέναι οἷα Θεόν· τοτὲ δὲ τούτοις ἐναντίως ὕβρεις αὐτὸν καὶ ἀτιμίας ὑπομεῖναι, καὶ τέλος τὴν αἰσχίστην καὶ τοῖς πάντων ἀνθρώπων κακουργοτάτοις ἐπηρτημένην διὰ σταυροῦ τιμωρίαν, τίς οὐκ ἂν ὡς ἐναντία λεγόντων κατέπτυσεν εἰκότως; Τίς δ' οὕτως ἠλίθιος ὑπῆρχεν, ὡς εὐχερῶς πιστεῦσαι λέγουσιν ἑωρακέναι μετὰ τὸν θάνατον ἐκ νεκρῶν ἀναβεβιωκότα, τὸν μηδὲ ὅτε ἐν ζῶσιν ἦν ἐπαμῦναι ἑαυτῷ δεδυνημένον; Τίς δὲ τοῖς ἰδιώταις καὶ εὐτελέσιν ἐκείνοις ἐπείσθη ποτ' ἂν λέγουσι, χρῆναι τῶν μὲν πατρώων θεῶν καταφρονῆσαι, καὶ μωρίαν μὲν τῶν ἐξ αἰῶνος καταγνῶναι πάντων, μόνοις δὲ αὐτοῖς πείθεσθαι καὶ τοῖς ὑπὸ τοῦ σταυρωθέντος παρηγγελμένοις; τοῦτον γὰρ εἶναι τοῦ μόνου καὶ ἐπὶ πάντων Θεοῦ μόνον ἀγαπητὸν καὶ μονογενῆ Παῖδα. Ἐγὼ μὲν οὖν ἐξετάζων παρ' ἐμαυτῷ φιλαλήθως τὸν λόγον, οὐδεμίαν πειστικὴν δύναμιν ἐν αὐτῷ, οὐδέ τι σεμνὸν, οὐδ' ἀξιόπιστον, ἀλλ' οὐδὲ πιθανὸν εἰς τὸ κἂν ἕνα τινὰ τῶν ἠλιθίων πεῖσαι δύνασθαι εὑρίσκω. Ἀλλὰ πάλιν ἀφορῶν εἰς τὴν τοῦ λόγου δύναμιν ὡς μυρία πλήθη πέπεικε, καὶ ὡς συνέστησαν μυρίανδροι Ἐκκλησίαι πρὸς αὐτῶν ἐκείνων τῶν εὐτελεστάτων καὶ ἀγροίκων τοῦ Ἰησοῦ μαθητῶν, οὐκ ἐν ἀδήλοις που καὶ ἀφανέσι τόποις, ἀλλ' ἐν ταῖς μάλιστα διαπρεπεστάταις πόλεσιν ἱδρυθεῖσαι, ἐπ' αὐτῆς λέγω τῆς Ῥωμαίων βασιλευούσης, ἐπί τε τῆς Ἀλεξανδρέων καὶ Ἀντιοχέων, καθ' ὅλης τε τῆς Αἰγύπτου καὶ Λιβύης, Εὐρώπης τε καὶ Ἀσίας, ἔν τε κώμαις τε καὶ χώραις καὶ παντοίοις ἔθνεσι, πάλιν ἐξ ἀνάγκης ἀνατρέχειν ἐκβιάζομαι ἐπὶ τὴν τοῦ αἰτίου ζήτησιν, καὶ συνομολογεῖν μὴ ἄλλως αὐτοὺς κεκρατηκέναι τοῦ τολμήματος ἢ θειοτέρᾳ καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον δυνάμει καὶ συνεργίᾳ τοῦ φήσαντος αὐτοῖς· « Μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη ἐν τῷ ὀνόματί μου. » Τοῦτο δ' οὖν εἰπὼν ἐπισυνῆψεν ἐπαγγελίαν,

A fieri potest ut hoc dicenti illi crederent, nisi ex aliis ejusdem divinis gestis, veracem illum in verbis experti essent? quod enim verbis illius crederent, ratiocinanti tibi confiteri necesse est. Imperanti enim illi nullus non paruit; **137** sed protinus auscultantes illius nutui quemadmodum ipsis præceptum fuerat, ac de patriis sedibus ad omnes gentes profecti, omne hominum genus docuerunt, brevique tempore intueri licuit respondentia verbis facta. Prædicatum itaque est in exiguo temporis spatio in toto orbe Evangelium, in testimonium cunctis gentibus; et barbari et Græci quæ de Jesu scripta erant, patriis litteris patriaque voce exceperunt. Cæterum, quis non merito ambigat quænam fuerit Jesu discipulorum B docendi ratio, quis modus? Nunquid in mediam progressi civitatem, deinde stantes in foro, vocemque attolleutes, convocabant eos qui accedebant? et quæ tandem illis concionandi ratio, cui quidem verisimile sit auscultasse audientes? quomodo autem concionabantur viri sermonis imperiti, et omnes expertes eruditionis? atqui non multitudinem, sed singulos adeuntes alloquebantur. Qua igitur et cujusmodi oratione utebantur, ut audientibus persuaderent? non enim parvum illis propositum erat certamen, non dissimulantibus probrosam ejus mortem quem ut Deum commendabant. Nam si hanc dissimulassent, neque qualia quantaque passus sit a Judæis apud omnes confessi essent, sed C quæ reverentiam homini gloriamque adderent, ea sola protulissent: dico autem prodigia et miracula ab illo edita, necnon philosophica ejusdem documenta: ne sic quidem illis exitum celerem invenisset oratio, ut facile consensum audientium eliceret; qui quidem audientes aliena lingua utebantur, ac tunc primum ab hominibus nihil fide dignum afferentibus, inaudita sibi prius verba percipiebant, ad ea quæ illi dicerent comprobanda. Verumtamen si talia dixissent, aliquanto probabilius dicere visi essent. Nunc autem cum dicerent illum quem ut Deum commendabant, modo in corpore humano versatum, nihilque aliud natura quam Dei Verbum esse, quocirca etiam talia miracula tan quam Deum edere potuisse, modo his contraria, D injurias illum contumeliasque tulisse, et denique probrosissimum, et omnium hominum sceleratissimis injungi solitum crucis supplicium: quis non merito illos ut contraria sibi ipsis dicentes delusisset? Quis autem usque adeo fatuus fuisset, ut facile crederet dicentibus atque affirmantibus, vidisse se post mortem illum a mortuis rediisse ac revixisse, qui ne tunc quidem cum apud vivos esset seipsum tutari potuisset? **138** Quis vero imperitis illis, atque ignobilibus unquam paruisset dicentibus, oportere deos quidem patrios contemnere, et stultitiam omnium, qui unquam ab initio humani generis fuissent, damnare: solis vero sibi parere, et iis quæ crucifixus præcepisset? hunc enim esse solius supremi Dei solum dilectum atque

Digitized by Google

unicum Filium. Sane dum ego mecum studio veritatis hujusce rei rationem exploro, nullam plane in ea vim ad probandum idoneam, neque grave quidquam aut fide dignum invenio, ac ne probabile quidem usque adeo, ut fatuum saltem quempiam illi in suam sententiam trahere possent. At rursus, dum ad ipsius verbi potentiam respicio, ut innumerabilibus hominum conventibus persuaserit, atque ut ab ipsis illis ignobilissimis et agrestibus Jesu discipulis, numerosissimæ Ecclesiæ constitutæ

A δι' ἧς ἔμελλον ἐπιθαρρεῖν καὶ προθύμως ἐπιδιδόναι σφᾶς αὐτοὺς τοῖς παρηγγελμένοις. Φησὶ γοῦν αὐτοῖς· « Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. » Ἀλλὰ καὶ Πνεύματος αὐτοῖς ἐμπνεῦσαι λέγεται θείου, ἀλλὰ καὶ δύναμιν αὐτοῖς ἔνθεον καὶ παραδοξοποιὸν πεποιηκέναι, τοτὲ μὲν φήσας· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον· » τοτὲ δὲ εἰπών· « Ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, λεπροὺς καθαρίζετε, δαίμονας ἐκβάλλετε· δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε. »

sint, non in quibusdam ignotis atque obscuris locis, sed in clarissimis civitatibus erectæ, in ipsa, inquam, aliarum urbium regina, Romana urbe, in Alexandrina, in Antiochensi, per totam Ægyptum ac Lyciam, per Europam atque Asiam, in vicis et regionibus, omnique modo variis gentibus : retro cogor necessitate quadam, ad ipsius rei causam inquirendam recurrere, faterique non aliter ipsos facinus tam audax obtinuisse, quam diviniori quadam longeque humanam superante potentia, opeque atque auxilio illius, qui dixerat : « Docete omnes gentes in nomine meo. » Siquidem cum hoc dixisset, adjunxit promissum, quo essent accepturi confidentiam, et prompte tradituri seipsos iis quæ denuntiata ipsis fuerant; dixit igitur ad illos : « Et ecce ego vobiscum sum omnes dies, usque ad consummationem sæculi [87]. » Quin etiam afflasse illos divino Spiritu dicitur, necnon divinam quamdam, et qua res admirabiles efficerent, potentiam illis ingenerasse, nunc quidem illud dicens : « Accipite Spiritum sanctum [88], » nunc vero illud : « Infirmos curate, leprosos mundate, dæmonas ejicite, gratis accepistis, gratis date [89]. »

Vides igitur jam tu quoque, quonam modo superaverit illorum ratio : quando etiam liber, qui Acta illorum continet, conveniens his et consentaneum profert testimonium : ubi ipsi quoque memorantur ipsa rerum admirabilium efficientia, quam beneficio nominis Jesu obtinebant, eos qui intererant atque spectabant attonitos reddidisse. **139** Primum enim verisimile est, eos qui cernebant, rebus ipsis et factis in stuporem ab illis esse conversos, ita deinde eosdem alacres comparatos ad interrogandum, quisnam ille esset, cujus virtute et nomine miraculum effectum esset. Deinde docendo iidem ab iisdem deprehendebantur fide, ipsorum doctrinam antevenisse. Non enim verbis persuasi, sed rebus et factis præventi, ad id quod verbis ipsis obtinendum erat, faciles comparabantur. Jam idcirco dicuntur nonnullis ipsis Jesu discipulis tanquam iis qui dii essent victimas et libationes obtulisse, et alium quidem ex illis Mercurium, alium vero Jovem existimasse, usque adeo illorum mentes stupore affecerat ipsa miraculorum evidentia; ac protinus ita affectis auditoribus, quæcunque illi de Jesu nuntiabant merito vera esse posthac censebantur; illiusque post mortem reditum in vitam, non simplicibus atque indemonstrabilibus verbis testificabantur, sed ipsa factorum evidentia comprobabant; quippe cum viventis illius facta demonstrarent. Quod si et Deum illum, et Dei Filium ante ascensum in cœlum degentem apud Patrem nuntiassent, cur non huic orationi facilius assensi essent, qui ejus rei contrarium, tum incredibile, tum præter naturam merito arbitrarentur, ipsaque ratione colligerent, non posse putari mortalis naturæ illa opera esse quæ fiebant, sed Dei alicujus, etiam si nemo diceret? Hoc igitur erat, neque quid-

B Συνορᾷς τοιγαροῦν καὶ αὐτὸς ὅπως κεκράτηκεν ὁ δι' αὐτῶν λόγος· ἐπεὶ καὶ αὐτῶν ἡ βίβλος τῶν Πράξεων συνῳδὰ τούτοις καὶ σύμφωνα μαρτυρεῖ· ἔνθα ἱστοροῦνται καὶ αὐτοὶ τῇ τῶν παραδόξων ἐνεργείᾳ δι' ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ πρὸς αὐτῶν ἐπιτελουμένῃ τοὺς παρόντας καὶ τοὺς θεωμένους ἐκπλῆξαι. Ἐξέπληττον γάρ, ὡς εἰκὸς, διὰ τῶν ἔργων τοὺς θεωμένους πρότερον· εἶθ' οὕτως προθύμους εἶχον αὐτοὺς ἐπὶ τὸ φιλοπευστεῖν, τίς ποτ' ἦν οὗτος οὗ τῇ δυνάμει καὶ προσηγορίᾳ τὸ θαῦμα γέγονεν. Εἶτα διδάσκοντες ηὕρισκον τῇ πίστει φθάνοντας τὴν παρ' αὐτῶν διδασκαλίαν. Οὐ γὰρ τοῖς λόγοις πεισθέντες, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις προσκαταληφθέντες, ῥᾴδιον ἐποιοῦντο τὴν ἐν τοῖς λόγοις διάθεσιν. Λέγονται γοῦν ἤδη τινὲς βουθυσίας καὶ σπονδὰς ὡς ἂν ἤδη θεοῖς οὖσι

C τοῖς τοῦ Ἰησοῦ προσαγορεύεσθαι· καὶ τινὰ μὲν αὐτῶν τὸν Ἑρμῆν εἶναι, τινὰ δὲ τὸν Δία νενομικέναι· τοσοῦτον αὐτῶν τὰς διανοίας ἐξέπληττεν ἡ τῶν παραδόξων ἔργων ἐπίδειξις. Καὶ δὴ οὕτω διακειμένοις πάνθ' ὅσα περὶ τοῦ Ἰησοῦ κατήγγελλον, ἤδη λοιπὸν ἀληθεύειν εὐλόγως ἐνομίζοντο· καὶ τῇ κατὰ τὸν θάνατον ἀναβιώσει αὐτοῦ οὐχ ἁπλοῖς οὐδ' ἀναποδείκτοις ἐμαρτύρουν λόγοις, δι' αὐτῆς δ' ἐνεργείας ἔπειθον, ζῶντος ἔργα παριστῶντες. Εἰ δὲ καὶ Θεὸν αὐτὸν καὶ Θεοῦ Παῖδα πρὸ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐφίξεως παρὰ τῷ Πατρὶ τυγχάνοντα κατήγγελλον, καὶ τούτῳ πῶς οὐκ ἂν προσέθεντο μᾶλλον, τὸ ἐναντίον ἄπιστον εἶναι καὶ ἀδύνατον ἡγούμενοι εἰκότως, λογισάμενοι μὴ δύνασθαι θνητῆς ἔργα φύσεως εἶναι νομίζειν τὰ δρώμενα, ἀλλὰ Θεοῦ, κἂν μὴ λέγῃ τις; Τοῦτ' ἦν ἄρα καὶ οὐδὲν ἄλλο τὸ ζητηθὲν αὐτὸ ἐκεῖνο, ὁποίᾳ δυνάμει περι-

D γεγόνασι τῶν ἐν ἀρχαῖς ἀκροωμένων οἱ τοῦ Ἰησοῦ μαθηταὶ, καὶ ὅπως Ἕλληνας ὁμοῦ καὶ βαρβάρους ὡς περὶ Λόγου Θεοῦ περὶ αὐτοῦ φρονεῖν ἔπεισαν, ὅπως τε ἐν μέσαις ταῖς πόλεσι καὶ ἀνὰ τὰς χώρας εὐσε-

[87] Ibid. 20. [88] Joan. xx, 22. [89] Matth. x, 8.

Digitized by Google

θείας ἑνὸς τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ συνεστήσαντο διδασκαλεῖα.

A quam aliud, ipsum utique illud quod quærebatur, quanam vi discipuli Jesu, eorum qui ab initio audiebant victores fuerint, et quomodo tam Græcos quam barbaros, ut de illo tanquam de Deo sentirent adduxerint, et quomodo in mediis urbibus ac per omnes regiones, religionis qua unus supremus Deus colitur, scholas atque auditoria constituerint.

Καίτοι τίς οὐκ ἂν θαυμάσειε, πρὸς ἑαυτῷ ἐπιλογισάμενος καὶ ἐνθυμηθείς, ὡς οὐκ ἀνθρώπινον ἦν τὸ μηδ' ἄλλοτε ὑπὸ μίαν τὴν Ῥωμαίων γενέσθαι τὰ πλεῖστα τῆς οἰκουμένης ἔθνη, ἀλλ' ἀπὸ τῶν τοῦ Ἰησοῦ χρόνων; Ἅμα γὰρ τῇ εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ παραδόξῳ ἐπιδημίᾳ καὶ τὰ Ῥωμαίων ἀκμάσαι συνηνέχθη, τότε πρῶτον Αὐγούστου τῶν πλείστων ἐθνῶν μοναρχήσαντος, καθ' ὃν, Κλεοπάτρας ἁλούσης, ἡ κατ' Αἴγυπτον τῶν Πτολεμαίων διαδοχὴ λέλυτο· ἐξ ἐκείνου τε καὶ εἰς δεῦρο τὸ ἀπ' αἰῶνος, καὶ ἀπ' αὐτῆς, ὡς εἰπεῖν, τῆς πρώτης ἀνθρωπείας συστὰν Αἰγύπτου βασίλειον καθῄρητο· ἐξ ἐκείνου τε καὶ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος Ῥωμαίων δοῦλον γέγονε, καὶ τὸ Σύρων ὡσαύτως, Καππαδόκων τε καὶ Μακεδόνων, καὶ Βιθυνῶν, καὶ Ἑλλήνων, καὶ συνελόντι φάναι τῶν λοιπῶν τῶν ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἁπάντων. Τοῦτο δὲ ὅτι μὴ ἀθεεὶ τῇ περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίᾳ συνεισῆλθεν, τίς οὐκ ἂν ὁμολογήσειε, διανοηθείς, ὡς οὐ ῥᾴδιον ἦν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ πορείαν ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς στείλασθαι, διεστώτων πρὸς ἄλληλα τῶν ἐθνῶν, καὶ μηδεμιᾶς οὔσης ἐν αὐτοῖς ἐπιμιξίας διὰ τὰς πολλὰς ἐθναρχίας· ὧν περιῃρημένων, ἀφόβως ἤδη καὶ ἐπ' ἀδείας τὸ προκείμενον ἦνυον, τὴν πορείαν αὐτοῖς προεξευμαρίσαντος τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ, καὶ τοὺς θυμοὺς τῶν κατὰ πόλεις δεισιδαιμόνων φόβῳ τῆς μείζονος ἀρχῆς καταστείλαντος; Λόγισαι γάρ, ὡς, εἰ μηδὲν τὸ κωλῦον ἦν τοὺς περὶ τὴν πολύθεον πλάνην ἐπτοημένους τῇ τοῦ Χριστοῦ πολεμεῖν διδασκαλίᾳ, πάλαι ἂν ἑώρας κατὰ πόλεις καὶ κατὰ ἀγροὺς ἐμφυλίους στάσεις, διωγμούς τε καὶ πολέμους οὐ τοὺς τυγχάνοντας, εἰ δὴ ἐφ' ἑαυτοὺς εἶχον οἱ δεισιδαίμονες τὴν ἐπ' αὐτῶν ἐξουσίαν. Νῦν δὲ καὶ τοῦτο Θεοῦ τοῦ ἐπὶ πάντων ἔργον ἦν, τὸ μείζονι φόβῳ τῆς ἀνωτάτω ἀρχῆς, τοὺς ἐχθροὺς τοῦ οἰκείου λόγου καταδουλῶσαι. Προκόπτειν γὰρ αὐτὸν ὁσημέραι, καὶ εἰς πάντας ἀνθρώπους αὔξειν βούλεται. Πάλιν τε αὖ ὡς μὴ νομισθείη κατὰ συγχώρησιν τῶν κρατούντων διαρκέσειν, εἰπότέ τις τούτων πονηρίᾳ ληφθεὶς τῷ τοῦ Χριστοῦ λόγῳ πολεμεῖν προῦθετο, καὶ τοῦτο πράττειν ἐνεδίδου τὸ καταθύμιον· ὁμοῦ μὲν εἰς ἔνδειξιν τῶν τῆς εὐσεβείας ἀθλητῶν, ὁμοῦ δὲ καὶ εἰς τὸ τοῖς πᾶσι φανερὸν καταστῆναι, ὅτι μὴ ἐξ ἀνθρώπων ἦν βουλῆς, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως ἡ τοῦ λόγου σύστασις. Αὐτίκα τίς οὐκ ἂν θαυμάσειε τὰ συμβαίνειν κατὰ τοὺς τοιούσδε καιροὺς εἰωθότα; Οἱ μὲν γὰρ τῆς εὐσεβείας ἀθληταὶ τὸ πρὶν ἀνθρωπίνοις γε τοῖς πᾶσι διάδηλοι καὶ διαπρεπεῖς ἐγίνοντο, τῶν παρὰ τῷ Θεῷ κατηξιωμένοι βασιλείων· οἱ δὲ τῆς εὐσεβείας πολέμιοι τὰς προσηκούσας ἐξέτινον δίκας, θεηλάτοις μάστιξιν οἰστρούμενοι, καὶ πᾶν τὸ σῶμα δεινοῖς καὶ ἀνιαροῖς πάθεσι διαφθειρόμενοι· ὥστε ἤδη καὶ εἰς ὁμολογίαν τῆς κατὰ Χριστοῦ δυσσεβείας ἥκειν περιελαθῆναι. Οἱ δέ γε λοιποὶ πάντες τῆς ἐνθέου προστηγορίας ἠξιωμένοι, κατὰ Χριστοῦ

Cæterum, quis non obstupescat, secum cogitans atque animo versans, non humanum hoc fuisse opus, vel ex eo quod nunquam alias sub uno Romanorum imperio plurimæ orbis gentes esse potuerunt, nisi secundum Jesu tempora? Nam simul ac ille admirabiliter ad homines venit, atque inter homines versatus est, etiam res Romanas ad summum pervenisse contigit, quo primum tempore videlicet Augustus, plurimarum gentium dominus evasit. Id vero fuit cum et Cleopatra capta est, et Ptolemæo-
B rum successio in Ægypto dissoluta, atque ex illo in hunc usque diem, quod ab initio orbis, **140** et ab ipsa, ut ita dicam, hominum origine, steterat Ægypti regnum, eversum est. Ex illo Judæorum quoque natio a Romanis in servitutem redacta, Syrorum item, et Cappadocum, et Macedonum, et Bithynorum, et Græcorum, ac denique reliquorum omnium qui Romano imperio cesserunt. Hoc autem non sine Deo, una cum doctrina quæ de Salvatore nostro ferretur, introiisse in orbem, quis non fateatur, reputans non facilem Jesu discipulis externarum regionum peragrationem futuram fuisse, si gentes inter se divisæ discordesque fuissent, neque ullum prorsus, ob multiplices principatus, inter illas commercium; quibus sane sublatis principatibus, in-
C trepide jam atque impune negotium propositum compleverunt, cum supremus Deus et iter illis expeditum ac facile compararet, et superstitiosorum in civitatibus animos terrore majoris imperii cohiberet? Reputa enim tecum parumper: si nulla res impedimento fuisset iis qui errore colendi multos deos tenebantur, ne doctrinam Christi oppugnarent, quam multas antehac civiles seditiones, et in urbibus et in agris vidisses: quot vexationes, quot bella non mediocria illa quidem, si superstitiosi illi suæ ipsorum potestatis fuissent, ac penes se jus imperii habuissent. Nunc autem hoc quoque supremi Dei fuit opus, majori quodam terrore supremæ alicujus potentiæ, proprii verbi inimicos habere
D jam domitos: id enim proficere in dies, et apud cunctos homines crescere volebat: rursus autem ne putaretur ex concessione ac venia dominantium perseverare, si quando horum ipsorum quispiam malignitate quadam correptus, adversus Christi verbum pugnare deliberatum in animo habebat, etiam hoc suo ipsius arbitratu illum facere permittebat, simul ut eorum virtutem ostenderet qui pro pietate pugnabant, simul etiam ut cunctis hominibus planum faceret, quod non humano consilio, sed Dei virtute niteretur ipsa verbi propugnatio. Etenim quis non continuo obstupescat ea, quæ illis temporibus accidere passim cernebantur? Nam ipsi pietatis defensores, primum apud cunctos homines clari illustresque fiebant, et certami-

Digitized by Google

num præmia apud Deum consequebantur; pietatis vero hostes, divinitus cæsi atque agitati, ac toto corpore gravibus molestisque doloribus impliciti atque consumpti, debita supplicia pendebant, **141** adeo quidem ut profanam contra Christum voluntatem confiteri, jam tum cogerentur: at cæteri omnes qui appellatione sacrosancta digni inventi fuerant, et se partibus Christi esse gloriabantur, cum ad breve tempus exercitati essent molestiis, atque ingenuitatem sinceritatemque animi præ se tulissent, propriam rursus recipiebant libertatem, ac salutare interea verbum majore in dies claritate nitebat, atque in ipsis mediis hostibus dominabatur, ac non modo in iis qui sub visum nostrum cadentes adversabantur, sed in iis quoque qui visum mortalem effugiunt, si qui forte erant in hoc qui terram complexus est nebulo aere dæmones, qui alteris illis imperarent. Namque etiam hos ipsos veri Christi discipuli, et vitæ puritate, et ad Deum directis precibus, et sacrosancta illius appellatione fugabant, in hoc quoque admirabilium signorum quæ ab illo edita esse memorantur, ac divinæ quæ in illo erat virtutis argumenta certissima præ se ferentes. Cæterum, cum in his pro tempore ipsi non ipsos antehac exercuerimus, ordo ipse jam postulat, ut occultiorem de illo theologiam attingamus, Deumque ipsum Verbum, quodnam fuerit, quod per illum hominem, qui videbatur, prodigia et miracula efficiebat, contemplemur.

A φρονεῖν αὐχοῦντες, ἐπ' ὀλίγον γεγυμνασμένοι τοῖς πειρατηρίοις, τὸ δὲ γνήσιον καὶ εἰλικρινὲς τοῦ φρονήματος ἐπιδειξάμενοι, τὴν οἰκείαν αὖθις ἀπελάμβανον ἐλευθερίαν, εἰς μεῖζον ὁσημέραι δι' αὐτῶν ἐκλάμποντος τοῦ σωτηρίου λόγου, καὶ ἐν αὐτοῖς γε μέσοις τοῖς ἐχθροῖς κατακρατοῦντος· μὴ μόνον τε τῶν ὁρατῶν πολεμίων κατεξανισταμένους, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀοράτων· εἴ τινες ἄρα εἶεν ἀμφὶ τὸν περὶ γῆν ἀέρα ζοφώδη πονηροὶ δαίμονες καὶ ἄρχοντες τούτων, οὓς καὶ αὐτοὺς οἱ γνήσιοι τοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ δι' ἁγνείας βίου, καὶ τῶν πρὸς τὸν Θεὸν εὐχῶν, διά τε τῆς αὐτοῦ ἐνθέου προστηγορίας ἐξελαύνοντες, σημείων τῶν πάλαι ἱστορουμένων ὑπ' αὐτοῦ γεγονέναι παραδόξων, καὶ ἐν τούτῳ τοῖς συνορᾷν δυναμένοις τὰ τεκμήρια τῆς ἐνθέου ἀρετῆς αὐτοῦ διαδεικνύντες. Ἀλλὰ γὰρ τῶν δὲ κατὰ καιρὸν προγεγυμνασμένων, καιρὸς ἤδη καλεῖ τῆς μυστικωτέρας περὶ αὐτοῦ θεολογίας ἐφάψασθαι, καὶ τὸν Θεὸν Λόγον, ὅστις ποτ' ἦν ὁ διὰ τοῦ φαινομένου ἀνδρὸς τὰς θαυματουργίας ἐκτελῶν, ἐποπτεῦσαι.

B

C

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

EUSEBII PAMPHILI

DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ

LIBER QUARTUS.

142 *HÆC INSUNT IN QUARTO LIBRO EVANGELICÆ DE SALVATORE NOSTRO DEMONSTRATIONIS.*

1. *De occultiore secundum Salvatorem ac Dominum nostrum, qui Christus est Dei, dispensatione.*
2. *Quemadmodum illum ante omnem creaturam Filium Dei fuisse dicimus.*
3. *Quod non plures supremi Dei Filii, sed unus solus de Deo Deus, jure a nobis prædicari soleat.*

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΤΕΤΑΡΤΩ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΙ ΤΗΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ.

α'. Περὶ τῆς κατὰ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ μυστικῆς οἰκονομίας.

β'. Ὅπως αὐτὸν πρὸ πάσης κτίσεως Υἱὸν Θεοῦ γεγονέναι φαμέν.

γ'. Ὅτι μὴ πλείους υἱοὶ τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ, μόνος δὲ εἷς ἐκ Θεοῦ Θεὸς εὐλόγως ἡμῖν ἀπηγόρευται.

Digitized by Google

δ'. Ὡς ἀναγκαία τῇ τῶν ὅλων συστάσει ἡ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ προϋπαρξις ἀποδίδοται.

ε'. Ὡς μυρίας μὲν ὁμολογοῦμεν εἶναι γενητὰς θείας δυνάμεις, μόνην δὲ τὴν τοῦ Υἱοῦ, δι' ἣν ἐπάγεται, εἰκόνα τοῦ Θεοῦ Πατρὸς θεολογοῦμεν.

ς'. Ὡς ἀπὸ πρώτης συστάσεως τῶν ὅλων ἀφανῶς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ τῶν θεοφιλῶν ψυχῶν ἐπιστατεῖ.

ζ'. Ὡς μόνοις Ἑβραίοις τὸ παλαιὸν ἡ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ γνῶσις ἀποκεκάλυπτο διὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ Χριστοῦ γινωσκομένη.

η'. Ὡς μόνους τοὺς κατ' οὐρανὸν φωστῆρας τὰ λοιπὰ τῶν ἐθνῶν ἕσεβον ἀγγέλοις τισὶν ἐγκεχωρισμένα.

θ'. Ὡς περὶ τῆς ἐχθρᾶς καὶ ἀντικειμένης τῷ Θεῷ δυνάμεως καὶ τοῦ ταύτης ἐξάρχοντος, καὶ ὡς διὰ ταύτης τὸ πάντων ἀνθρώπων ὑπηγάγοντο γένος.

ι'. Ὡς ἀναγκαίως ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τὴν εἰς ἀνθρώπους ἐποιήσατο πάροδον.

ια'. Ὅπως τὸν ἐν ἀνθρώποις διεξῆλθε βίον.

ιβ'. Ὡς καὶ μέχρι τῶν πάλαι κατοιχομένων ἐκάλουν αὐτὸν οἱ τῆς φιλανθρωπίας νόμοι.

ιγ'. Ὡς ἀπαθὴς καὶ ἀβλαβὴς καὶ ἀσώματος διέμεινε, καὶ καθ' ὃν ἐνηνθρώπει καιρόν.

ιδ'. Ὡς, τὸν ἄνθρωπον ἀνανεωσάμενος, πᾶσιν ἡμῖν τὴν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν παρέσχετο ἐλπίδα.

ιε'. Τί βούλεται δηλοῦν ἡ τοῦ Χριστοῦ παρουσία, καὶ ὡς Θεὸς καὶ Κύριος καὶ ἀρχιερεὺς τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ διὰ τῶν παρ' Ἑβραίοις προφητῶν ὁ Χριστὸς ἀνηγορεύετο.

ις'. Δι' ὅσων προφητικῶν γραφῶν ὁ Χριστὸς ὀνομαστὶ προεκηρύττετο.

Ἀπὸ τοῦ β' ψαλμοῦ.
Ἀπὸ τοῦ ιθ' ψαλμοῦ.
Ἀπὸ τοῦ κζ' ψαλμοῦ.
Ἀπὸ τοῦ πγ' ψαλμοῦ.
Ἀπὸ τοῦ πη' ψαλμοῦ.
Ἀπὸ τοῦ ρλα' ψαλμοῦ.
Ἀπὸ τοῦ Ἀμώς.
Ἀπὸ τοῦ Ἀμβακούμ.
Ἀπὸ τῶν Ἱερεμίου Θρήνων.
Ἀπὸ τῆς πρώτης τῶν Βασιλειῶν.
Ἀπὸ τῆς αὐτῆς.
Ἀπὸ τοῦ μδ' ψαλμοῦ.

ιζ'. Ὅτι καὶ τὸ Ἰησοῦ ὄνομα παρὰ τοῖς πρόπαλαι τοῦ Θεοῦ γνωρίμοις τετίμητο.

Ἀπὸ τῆς Ἐξόδου.
Ἀπὸ τοῦ Ζαχαρίου.

A 4. *Quod ad constitutionem universi, necessaria unici Dei Filii antecessio assignetur.*

5. *Quod innumerabiles quidem fatemur esse creatas divinas potestates, unam vero duntaxat ipsius Filii, propter quam inducitur, imaginem Dei Patris esse, theologice demonstramus.*

6. *Quod a prima constitutione universi, occulta quadam ignotaque ratione, Christus Dei religiosis Deoque gratis animis præsidet.*

7. *Quod solis Hebræis antiquitus cognitio Dei universi prodita sit, quæ Christo seipsum exhibente perciperetur.*

8. *Quod sola cœli sidera et lumina reliquæ* **143** *gentes colerent, quæ seorsum quibusdam angelis assignatæ sint.*

9. *De inimica ac ipsi Deo adversante potestate, et eo qui in hac dominatur, et quemadmodum per hanc omne hominum seductum genus.*

B

10. *Quemadmodum necessario Dei unicus Filius ad homines devenit.*

11. *Quemadmodum inter homines vitam egerit.*

12. *Quod usque ad eos qui antiquitus mortui erant, leges humanitatis illum vocabant.*

13. *Quod in ea natura quæ nec pati nec lædi potest, quæque incorporea est permanserit, etiam quo tempore factus est homo.*

14. *Quemadmodum, renovato homine, omnibus nobis æternorum bonorum spem præbuerit.*

15. *Quid sibi velit, quidve significet ipse Christi adventus, et quod Deus, et Dominus, et Pontifex Dei universi, per prophetas Hebræorum Christus est appellatus.*

16. *Quod prophetica scripta nominatim Christum* C *ante nuntiaverint.*

A II *psalmo.*
A XIX *psalmo.*
A XXVII *psalmo.*
A LXXXIII *psalmo.*
A LXXXVIII *psalmo.*
A CXXXI *psalmo.*
Ab Amos.
Ab Ambacum.
A Jeremiæ Lamentationibus.
A primo Regum.
Ab eodem.
A XLIV *psalmo.*

17. *Quod etiam Jesu nomen apud antiquos Dei familiares venerabile fuerit.*

Ab Exodo.
A Zacharia.

A'.

144 I.

D

Περὶ τῆς κατὰ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ μυστικῆς οἰκονομίας.

De occultiore secundum Salvatorem ac Dominum nostrum qui Christus est Dei, dispensatione.

Ἐπειδὴ τὰ προσήκοντα περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐν τῷ πρὸ τούτου συγγράμματι, τρίτῳ ὄντι τῆς Εὐαγγελικῆς Ἀποδείξεως, αὐτάρκως ἡμῖν διαπεπόνηται, καιρὸς ἤδη καὶ ἀπορρητοτέρων ἐφάψασθαι λόγων, τῶν περὶ τῆς κατ' αὐτὸν μυστικωτέρας θεολογίας. Ὁ μὲν οὖν περὶ τοῦ πρώτου καὶ ἀϊδίου, μόνου τε ἀγεννήτου καὶ ἐπὶ πάντων αἰτίου τῶν ὅλων, πανηγεμόνος τε καὶ παμβασιλέως Θεοῦ κοινὸς ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ λόγος· ἴδιος δὲ καὶ κοινὸς αὖθις Ἑβραίων καὶ ἡμῶν ὁ περὶ Χριστοῦ· ὃν πῇ μὲν ὁμοίως ἡμῖν ταῖς παρ' αὐτοῖς ἐπόμενοι γραφαῖς ἔτι νῦν ὁμολογοῦσι, πῇ δὲ μακρὰν ἀποπίπτουσι, μήτε

Cum libro priore, qui *Evangelicæ Demonstrationis* tertius est, de assumpta a Salvatore nostro humana natura, satis abunde a nobis sit disputatum, tempus jam est, de ea quæ ad eumdem pertinet, abditiore theologia minus vulgarem quamdam attingere doctrinam. De primo igitur ac sempiterno, soloque non genito, ac supremo auctore universi, omniaque et gubernante et regente Deo, communis est cunctis hominibus ratio : peculiaris vero ac rursus communis et Hebræorum et nostra de Christo, quem illi nunc quidem, ut nos, sua ipsorum scripta sequentes adhuc confitentur : nunc

Digitized by Google

autem ab eodem procul labuntur, quippe qui et divinam illius naturam ignorent, neque causas adventus perspiciant, neque item quibus temporibus venturum illum prophetæ prædixerint, comprehendant. Nam illi quidem illum etiam nunc venturum exspectant: nos autem jam semel duntaxat venisse contendimus, necnon alterum ejusdem cum majestate adventum, et oraculis et præceptis prophetarum, qui divinitus afflati fuerunt, auscultantes intueri exoptamus. Cum autem de illo duplex sit ratio, altera quidem recentior fuerit, quippe quæ heri ac nuper ad homines introducta sit: altera vero omni tempore, omnibusque sæculis antiquior. Nam cum Deus vellet, utpote qui solus sit bonus, omnisque boni et principium et fons, divitiarum suarum thesauros pluribus impertiri, essetque jam jam omnem rationalem creaturam in lucem producturus, incorporeas videlicet quasdam atque intelligentes et divinas potestates, angelosque atque archangelos, materiæque expertes, et ab omni parte puros spiritus, animas præterea hominum, quæ solutam ac liberam voluntatis atque arbitrii, tam ad bonum quam ad boni contrarium, naturam acciperent: et quæcunque his ipsis convenientia corporum instrumenta, varias vivendi formas educerent, **145** sedesque his omnibus, locosque tribuere proprios (nam iis qui boni permanserint, meliores: contra autem, alioqui convenientes, in quibus videlicet proclivitatis ad contraria pœnas darent); cumque id quod futurum erat, tanquam Deus cognitione præciperet, sentiretque hæc universa antequam fierent, tanquam in magno corpore aliquod caput postulatura, unum omnis opificii dispensatorem, eumdemque et ducem et regem universi præficiendum putavit: cujusmodi oraculorum quoque divinorum, quæ ab antiquis apud Hebræos, et theologis et prophetis reddita sunt, institutio est: a quibus quidem discere potest qui vult, unum esse omnium rerum principium, ac potius principio superius et prius, primoque antiquius, et gignendis rebus ipsa unitate vetustius, omnique appellatione præstantius, quod neque dici, neque enuntiari, neque excogitari potest: bonum quod causa est omnium rerum, quod vim efficiendi, juvandi, providendi, servandi, in se habet: qui unus ipse ac solus est Deus, ex quo omnia, per quem omnia sunt: in illo enim vivimus et movemur et sumus. Itaque quodcunque vult, id etiam est continuo, ex qua sola causa, omnia quæ genita sunt, id acceperunt ut essent, utque exsisterent, ac durarent, sunt enim illo volente. Vult autem idcirco quod suapte natura bonus est. Bono vero nihil natura conjunctum adnexumque est, nisi ut ea quæ bona sunt velit. At enim cum hæc velit, idem etiam potest: quare cum velit simul idem et possit, nulla re neque prohibente, neque impediente, quidquid pulchrum et utile est, tam in iis quæ sub aspectum cadunt, quam in iis quæ non cadunt, ipse sibi ipsi confecit: quippe qui quasi materiam quamdam atque essentiam ge-

A τὴν θεότητα συνορῶντες αὐτοῦ, μήτε τὰ αἴτια τῆς παρουσίας εἰδότες, μήτε μὴν τοὺς χρόνους καθ' οὓς ἥξειν ἀνείρηται εἰς ἀνθρώπους περιδρασσόμενοι. Οἱ μὲν γὰρ ἔτι καὶ νῦν ἥξειν μέλλοντα προσδοκῶσιν, ἡμεῖς δ' ἤδη μὲν εἰσάπαξ ἀποδείκνυμεν ἐλθόντα· καὶ δευτέραν δ' αὐτοῦ μετὰ τῆς ἐνθέου δόξης παρουσίαν ταῖς τῶν θεοφόρων προφητῶν προρρήσεσί τε καὶ διδασκαλίαις πειθόμενοι ἰδεῖν εὐχόμεθα. Διττοῦ δ' ὄντος τοῦ κατ' αὐτὸν λόγου, ὁ μὲν νεώτερος ἂν εἴη, χθὲς καὶ πρώην εἰς ἀνθρώπους εἰσηγμένος, ὁ δὲ παντὸς χρόνου καὶ πάντων αἰώνων πρεσβύτερος. Βουληθεὶς γὰρ ὁ Θεὸς, ἅτε μόνος ὢς ἀγαθὸς ἀγαθοῦ τε παντὸς ἀρχὴ καὶ πηγὴ, τῶν αὐτοῦ θησαυρῶν πλείους ἀποφῦναι κοινωνούς· ἄρτι τε μέλλων τὴν λογικὴν πᾶσαν προβάλλεσθαι κτίσιν, ἀσωμάτους τινὰς νοερὰς καὶ B θείας δυνάμεις, ἀγγέλους τε καὶ ἀρχαγγέλους, ἄϋλά τε καὶ πάντη καθαρὰ πνεύματα, προσέτι δὲ ψυχὰς ἀνθρώπων ἄφετον καὶ ἐλεύθερον τῆς αὐθεκουσίου περὶ τὸ καλὸν ἢ τοὐναντίον αἱρέσεως τὴν φύσιν ἐπαγομένας, ὅσα τε τούτοις ὄργανα σωμάτων ἔμελλεν ἔσεσθαι, ποικίλων ἀγωγῇ κατάλληλα βίων, χώρας τε τούτοις ἅπασι καὶ τόπους διανέμειν οἰκείους· (μείνασι μὲν γὰρ ἀγαθοῖς τοὺς κρείττονας, ἔμπαλιν δὲ τοὺς προσήκοντας, τῆς ἐπὶ τἀναντία ῥοπῆς τὰ σωφρονιστήρια·) προλαβὼν τὸ μέλλον, οἷα Θεὸς, τῇ προγνώσει, συνιδών τε, τούτων ἁπάντων περὶ γενέσεως ἐν μεγάλῳ σώματι κεφαλῆς δεησομένων, ἕνα τὸν τῆς δημιουργίας ἁπάσης οἰκονόμον ἡγεμόνα τε καὶ βασιλέα τῶν ὅλων προτάξασθαι ᾤετο C δεῖν, ᾗ καὶ τὰ θεῖα μυσταγωγεῖ λόγια πρὸς τῶν ἄνωθεν παρ' Ἑβραίοις θεολόγων τε καὶ προφητῶν ἀνδρῶν τεθεσπισμένα· παρ' ὧν δὴ μαθεῖν ἔνεστιν, ὡς ἄρα μία μὲν εἴη τῶν ὅλων ἀρχὴ, μᾶλλον δὲ τὸ καὶ ἀρχῆς ἀνώτερον, καὶ πρώτου προγενέστερον, καὶ μονάδος ἀρχεγονώτερον, καὶ πάσης κρεῖττον προσηγορίας, ἀῤῥητον, ἀνέκφραστον, ἀπερινόητον, ἀγαθὸν, τὸ πάντων αἴτιον, τὸ ποιητικὸν, τὸ εὐεργετικὸν, τὸ προνοητικὸν, τὸ σωτήριον, αὐτὸς ὢν ὁ εἷς καὶ μόνος Θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, δι' ὃν τὰ πάντα ἐστίν· ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν. Ὅ τι δὴ θέλει, τοῦτο γοῦν καὶ εἴη ἂν τὸ μόνον τῆς τῶν γενητῶν ἁπάντων οὐσιώσεώς τε καὶ ὑπάρξεως αἴτιον· θέλοντος γάρ ἐστι. Θέλει δὲ, ὅτι τὴν φύσιν ἀγαθὸς ὢν τυγχάνει. Ἀγαθῷ δὲ οὐδὲν, ὅτι μὴ τὸ θέλειν τὰ ἀγαθὰ D προσφυές. Θέλων δὲ ταῦτα, καὶ δύναται· διὸ καὶ θέλων ὁμοῦ καὶ δυνάμενος, ἀκωλύτως καὶ ἀπαραποδίστως πᾶν ὅ τι καλὸν καὶ συμφέρον ἔν τε ὁρωμένοις καὶ ἀφανέσιν αὐτὸς ἑαυτῷ συνεστήσατο, ὕλην ὥσπερ τινὰ καὶ οὐσίαν τῆς τῶν ὅλων γενέσεώς τε καὶ συστάσεως τὴν ἑαυτοῦ βουλὴν καὶ δύναμιν προβεβλημένος, ὡς μηκέτι εὐλόγως φάναι δεῖν ἐξ οὐκ ὄντων εἶναί τι τῶν ὄντων. Οὐδὲ γὰρ ἂν εἴη τι τὸ ἐκ μὴ ὄντος. Πῶς γὰρ τὸ μὴ ὂν ἑτέρῳ τοῦ εἶναι γένοιτ' ἂν αἴτιον; πᾶν δὲ ὅ τι ποτὲ καὶ ἔστιν, ἐξ ἑνὸς τοῦ μόνου ὄντος καὶ πρὸ ὄντος, τοῦ δὴ καὶ φήσαντος, « Ἐγὼ εἰμὶ ὁ ὤν, » τὸ εἶναι λαβὸν ἔχει· ὅτι δὴ μόνος ὤν, καὶ ἀεὶ ὤν, αὐτὸς πᾶσι τοῖς ἐξ αὐτοῦ τὸ εἶναι κτησαμένοις αἴτιος τοῦ εἶναι κατέστη, τῷ θέλειν καὶ τῷ δύνασθαι· καὶ

Digitized by Google

τὴν οὐσίαν τοῖς πᾶσι, καὶ τὰς δυνάμεις, καὶ τὰ εἴδη πλουσίως καὶ ἀνεπιφθόνως ἐξ αὐτοῦ κεχαρισμένος.

A nerationis constitutionisque universi, suum consilium suamque potentiam prætulerit, ut nulla jam ratione dici possit, de nihilo esse quidquam eorum quæ sunt, neque enim esse quidpiam potest ex eo quod ipsum non sit. Quomodo enim id quod non est, alteri ut sit causa erit? Omne autem quodcunque est, ex uno qui solus est, et ante omnia est, quique olim etiam illud respondit, « Ego sum qui sum, » ut esset et accepit et habet: quippe cum qui solus est, et semper est, is omnibus quæcunque ex ipso id quod sunt acceperunt, ut essent auctor exstiterit: atque ex eo quod et velit et possit, rebus universis et essentiam, et potestates, et formas, luculente et copiose de seipso largitus sit.

B'.

Ὅπως αὐτὸν πρὸ πάσης κτίσεως Υἱὸν Θεοῦ γεγονέναι φαμέν.

Καὶ δὴ τῶν ὄντων ἁπάντων πρῶτον ὑφίστησιν αὐτοῦ γέννημα τὴν πρωτότοκον σοφίαν, ὅλην δι' ὅλου νοεράν, καὶ λογικὴν, καὶ πάνσοφον, μᾶλλον δὲ αὐτονοῦν, καὶ αὐτολόγον, καὶ αὐτοσοφίαν· καὶ εἴ τι δὲ αὐτόκαλον καὶ αὐτοάγαθον ἐπινοεῖν ἐν γεννητοῖς θέμις, τοῦτο πρῶτον αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ θεμέλιον τῶν μετὰ ταῦτα γενησομένων προβάλλεται, τὸ τέλειον τελείου δημιούργημα, καὶ σοφοῦ σοφὸν ἀρχιτεκτόνημα, ἀγαθοῦ πατρὸς ἀγαθὸν γέννημα. Καὶ τί γὰρ ἄλλο, ἢ τῶν μετέπειτα τὸ εἶναι δι' αὐτοῦ λαβόντων, προστάτην καὶ κηδεμόνα, σωτῆρά τε καὶ ἰατρὸν, καὶ κυβερνήτην τῆς τῶν ὅλων δημιουργίας τοὺς οἴακας περιδεδραγμένον; Ὅθεν εἰκότως οἱ χρησμοὶ θεολογοῦντες Θεὸν γεννητὸν αὐτὸν ἀποφαίνουσιν, ὡς ἂν τῆς ἀνεκφράστου καὶ ἀπερινοήτου θεότητος μόνον ἐν αὐτῷ φέροντα τὴν εἰκόνα, δι' ἣν καὶ Θεὸν εἶναί τε αὐτὸν καὶ λέγεσθαι τῆς πρὸς τὸ πρῶτον ἐξομοιώσεως χάριν, ταύτῃ τε αὐτὸν ἀγαθόν φασιν ὑπηρέτην πρὸς τοῦ Σωτῆρος ὑποδεδλῆσθαι, ἵνα, ὥσπερ δι' ἑνὸς πανσόφου καὶ ζῶντος ὀργάνου, τεχνικοῦ τε καὶ ἐπιστημονικοῦ κανόνος, τὰ πάντα αὐτῷ ἀπευθύνοιτο, σώματα ὁμοῦ καὶ ἀσώματα, ἔμψυχά τε καὶ ἄψυχα, λογικὰ σὺν ἀλόγοις, θνητὰ σὺν ἀθανάτοις, καὶ εἴ τι τούτοις ἕτερον συνυφέστηκέ τε καὶ συνύφανται, καὶ ὡς μιᾷ τῶν ὅλων δυνάμει, ἑνί τε ζῶντι καὶ ἐμψύχῳ νόμῳ τε καὶ λόγῳ ἐν πᾶσιν ὄντι καὶ διὰ πάντων ἥκοντι τὰ πάντα συναρμόζοιτο ὑφ' ἑνὶ πανσόφῳ δεσμῷ, αὐτῷ δὴ τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ τε καὶ νόμῳ, συναγόμενά τε καὶ συνδούμενα.

146 II.

Quemadmodum illum ante omnem creaturam Filium Dei fuisse dicimus.

Itaque omnium quæcunque sunt, fetum suum primum subministrat, primo genitam videlicet sapientiam, totam usquequaque intelligentem, et rationalem et penitus sapientem, ac potius ipsam intelligentiam, ipsam rationem, ipsam sapientiam: necnon si quid ipsum pulchrum, ipsumque bonum excogitare in iis quæ genita sunt fas est, id primum ipse ex se ipso eorum quæ posthac futura erant fundamentum præfert, perfectum perfecti opificium, sapientis sapientem fabricationem, boni parentis bonam sobolem, et quidnam aliud fuerit prælaturus, quam illum ipsum eorum quæ posthac per ipsum id quod sunt acceperint, perfectum, curatorem, conservatorem, medicum, gubernatorem? eum videlicet qui creationis universi gubernacula comprehensa teneret? itaque non immerito oracula theologice loquentia, Deum genitum illum enuntiant, tanquam eum qui elocutionem omnem, omnemque cogitationem effugientis divinæ naturæ solus in seipso fuerat imaginem, propter quam Deum quoque et esse illum et dici, ejus videlicet, quæ quod primum est refert, expressæ similitudinis gratia. Quocirca illum bonum aiunt administrum a Patre suffectum esse, ut quasi per unum penitus sapiens, vivensque instrumentum, artificialemque ac omnis scientiæ vim in se habentem regulam, universa ab ipso regerentur, tam corpora ipsa, quam quæ corporis expertia sunt, tam animantia quam inanima, tam rationalia quam bruta, tam mortalia quam immortalia, ac si quid aliud una cum his exiit in naturam, unaque quasi contextum est: necnon ut uni rerum omnium potestati, unique viventi atque animatæ legi, ac rationi quæ in omnibus esset, perque omnia penetraret, omnia convenirent, sub unum utique perfecte sapiens vinculum, ipsum scilicet Dei verbum ipsamque legem, coacta et colligata.

Γ'.

Ὅτι μὴ πλείους υἱοὶ τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ, μόνος δὲ εἷς ἐκ Θεοῦ Θεὸς εὐλόγως ἡμῖν ἀνηγόρευται.

Ἑνὸς δὲ ὄντος τοῦ Πατρὸς, ἕνα χρὴ καὶ τὸν Υἱὸν, ἀλλὰ οὐ πολλοὺς εἶναι, καὶ ἕνα τέλειον μόνον γεννητὸν Θεὸν ἐκ Θεοῦ, ἀλλ' οὐ πλείους. Ἐν γὰρ πλείοσιν ἑτερότης ἔσται καὶ διαφορὰ καὶ τοῦ χείρονος εἰσαγωγή. Διὸ δὴ εἷς Θεὸς, ἑνὸς Υἱοῦ τελείου καὶ μονογενοῦς, ἀλλ' οὐ πλειόνων θεῶν οὐδ' υἱῶν πατήρ· ἐπεὶ καὶ μιᾶς οὔσης φωτὸς οὐσίας, μίαν καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ γεννωμένην τελείαν αὐτὴν πᾶσα ἀνάγκη τίθεσθαι. Τί γὰρ ἂν καὶ ἄλλο γέννημα φωτὸς ἐπινοεῖν δυνατὸν, μὴ οὐχὶ μόνην τὴν ἐξ αὐτοῦ τὰ πάντα πληροῦσαν καὶ καταλάμπουσαν ἀκτῖνα; πᾶν γὰρ τὸ ταύτης ἀλλότριον σκότος ἂν εἴη καὶ οὐ φῶς. Ταύτῃ

D

147 III.

Quod non plures supremi Dei filii, sed unus solus de Deo Deus, jure a nobis prædicari soleat.

Cæterum, cum unus sit Pater, Filium quoque unum, non plures esse oportet, unumque perfectum solum genitum Deum de Deo, non autem plures. In pluribus enim diversitas erit ac differentia, deteriorisque introductio. Quare unus Deus, unius Filii perfecti atque unici, non plurium deorum neque filiorum pater; quoniam cum luminis quoque una sit essentia, ipsam item quæ ex eo generetur, perfectam unam ponere, omnis cogit necessitas. Quam enim aliam præterea sobolem luminis cogitare possumus, nisi unum ipsum, qui ex ipso proficiscitur, omniaque complet atque illustrat, radium? Quid-

Digitized by Google

quid enim ab hoc alienum fuerit, tenebræ erunt, non lumen. Idcirco etiam supremi omnium Parentis cum lumen sit, quod nullis verbis comprehendi potest, ne simile quidem ullum propriumve exemplar fuerit, præter ipsum hoc solum, quod quidem ipsum dicere, item de Filio, fas est; splendor enim est luminis sempiterni, speculumque immaculatum divinæ evidentiæ, et imago bonitatis ejus. Ex quo illud dictum est : « Qui cum sit splendor gloriæ, et figura substantiæ ejus[99]. » Cæterum a sensibili quidem lumine splendor separari non potest : Filius autem seorsum a Patre per seipsum subsistit et luminis quidem splendor locum efficientiæ obtinet; at Filius aliud quiddam quam secundum efficientiam est, non per seipsum utique essentiam nactus, sed a Patre. Rursus splendor simul exsistit cum lumine, illudque quodammodo complet (nam sine splendore non consistit lumen), simulque cum illo, et secundum illud subsistit : at a Patre Filius procedit, et illum generat, at ipse non genitus est : et ille quidem per se ipsum perfectus ac primus tanquam Pater, et qui auctor sit ut Filius consistat, nihil a Filio accipiens, quo suam naturam qua Deus est compleat : hic autem tanquam ex causa profectus Filius, alius ab illo cujus est Filius exsistit, quippe qui a Patre ut et sit et talis sit acceperit. **148** Rursus splendor quidem non ex proposito et voluntate luminis splendet, sed secundum quiddam quod ad essentiam illius inseparabiliter accidit : Filius vero ex sententia et proposito imago Patris exsistit. Volens enim Deus Filii Pater exsistit, et alterum lumen in omnibus sibi ipsi simile substituit : cum ergo non genitum sempiternumque lumen unum sit, qui fieri potest ut hoc diversum sit ab illo veluti imago quædam? ac non potius splendor quoque, quod æque lumen sit, in omnibus similitudinem primi exemplaris conservans? Quomodo vero illius item quod unum est imago fuerit; si non una ipsa quoque sit, ut videlicet non solum essentiæ ejus quod primum est, sed etiam ejus qui ad quantitatem pertinet, numeri similitudinem inducat? ita quidem ut unius sempiterni luminis unum sit perfectum lumen, non autem diversa et plura, id quod primum et unicum genitum, editumque est, ipsum utique illud perfectum bonum, de quo uno nos quoque, post eam quæ et principio, et ortu caret essentiam, ut de Deo loquimur. Unius ergo Patris unum esse Filium oportet. Nam si fragrantiæ genus unum ex aliqua subjecta re proficiscatur, unum quoque et eumdem, qui in omnes diffundatur suavem odorem, non diversos et plures fateri par est. Cum igitur primum illud solumque bonum, qui est omnium regnator Deus, divinam vitalemque fragrantiam, quæ animo et cogitatione duntaxat comprehendi potest, produxerit, unam hanc fas est intelligere, plures nefas. Quid enim esse potest, quod quidem ab hac diversum sit,

A τοι καὶ τοῦ πάντων ἀνωτάτου Πατρὸς, ἀῤῥήτου φωτὸς ὄντος, οὐδὲν μὲν προσφερὲς αὐτῷ οὐδ' οἰκεῖον ἂν γένοιτο παράδειγμα, πλὴν ὅσον αὐτὸ τοῦτο μόνον, ὃ δὴ καὶ φάναι περὶ Υἱοῦ οὕτω τε· ἀπαύγασμα γάρ ἐστι φωτὸς ἀϊδίου, καὶ ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας, καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ. Διὸ εἴρηται· « Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. » Ἀλλὰ τοῦ μὲν αἰσθητοῦ φωτὸς ἀχώριστος ἡ αὐγὴ, ὁ δ' Υἱὸς ἰδίως παρὰ τὸν Πατέρα καθ' ἑαυτὸν ἐφέστηκε. Καὶ φωτὸς μὲν ἡ αὐγὴ χώραν ἐνεργείας ἐπέχει, ὁ δὲ Υἱὸς ἕτερόν τι ἢ κατὰ ἐνέργειαν τυγχάνει, καθ' ἑαυτὸν οὐσιωμένος. Καὶ πάλιν ἡ μὲν αὐγὴ συνυπάρχει τῷ φωτὶ, συμπληρωτική τις οὖσα αὐτοῦ· ἄνευ γὰρ αὐγῆς οὐκ ἂν ὑποσταίη φῶς, ὁμοῦ τε καὶ καθ' αὑτὸ συνυφέστηκεν. Ὁ δὲ Πατὴρ προϋπάρχει τοῦ Υἱοῦ. καὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ προϋφέστηκεν, ᾗ μόνος ἀγένητος ἦν. Καὶ ὁ μὲν καθ' ἑαυτὸν τέλειος καὶ πρῶτος, ὡς Πατὴρ, καὶ τῆς τοῦ Υἱοῦ συστάσεως αἴτιος, οὐδὲν εἰς συμπλήρωσιν τῆς ἑαυτοῦ θεότητος παρὰ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνων· ὁ δὲ ὡς ἐξ αἰτίου γεγονὼς Υἱὸς, δεύτερος οὗ ἐστιν Υἱὸς καθέστηκε, παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τὸ εἶναι καὶ τοιόσδε εἶναι εἰληφώς. Καὶ πάλιν ἡ μὲν αὐγὴ οὐ κατὰ προαίρεσιν τοῦ φωτὸς ἐκλάμπει, κατά τι δὲ τῆς οὐσίας συμβεβηκὸς ἀχώριστον· ὁ δὲ Υἱὸς κατὰ γνώμην καὶ προαίρεσιν εἰκὼν ὑπέστη τοῦ Πατρός. Βουληθεὶς γὰρ ὁ Θεὸς γέγονεν Υἱοῦ Πατὴρ, καὶ φῶς δεύτερον κατὰ πάντα ἑαυτῷ ἀφωμοιωμένον ὑπεστήσατο. Ἀγενήτου τοιγαροῦν καὶ ἀϊδίου φωτὸς ὄντος ἑνὸς, πῶς ἂν γένοιτο ἄλλο οἱάτις εἰκὼν, οὐχὶ δὲ αὐγὴ οὖσα φῶς κατὰ πάντα τὸ ἐμφερὲς τῷ πρωτοτύπῳ σώζουσα; πῶς δ' ἂν καὶ αὐτοῦ τοῦ ἑνὸς εἴη εἰκὼν, εἰ μὴ μία καὶ ἡ αὐτὴ οὖσα; ὅπως μὴ μόνον τῆς οὐσίας τοῦ πρώτου, ἀλλὰ καὶ τοῦ κατὰ τὸ ποσὸν ἀριθμοῦ τὴν ὁμοίωσιν ἐπάγοιτο, ὥσθ' ἑνὸς εἶναι τοῦ ἀϊδίου φωτὸς ἓν τὸ τέλειον, ἀλλ' οὐ διάφορα καὶ πολλὰ τὸ πρῶτον καὶ μονογενὲς ἔχγονον, αὐτὸ δὴ ἐκεῖνο τὸ καὶ ἡμῖν πρῶτον μετὰ τὴν ἀναρχον καὶ ἀγένητον οὐσίαν θεολογούμενον τέλειον ἀγαθόν. Ἕνα γοῦν χρὴ ἑνὸς Πατρὸς καὶ τὸν Υἱὸν εἶναι. Καὶ γὰρ μιᾶς εὐωδίας ἐξ ὑποκειμένης τινὸς προϊούσης οὐσίας μίαν καὶ τὴν αὐτὴν προχεομένην ἡδεῖαν εἰς πάντας ὀδμὴν, ἀλλ' οὐ διαφόρους καὶ πολλὰς προσήκοι ἂν ὁμολογεῖν. Τοῦ δῆτα πρώτου καὶ μόνου ἀγαθοῦ, ὅ ἐστιν ὁ παμβασιλεὺς Θεὸς, νῷ καὶ διανοίᾳ ληπτὴν ἔνθεον καὶ ζωτικὴν εὐωδίαν ὑποστησαμένου, μίαν ταύτην, ἀλλ' οὐ πλείους ἐπινοεῖν θέμις. Τί γὰρ ἂν καὶ γένοιτο ταύτης ἕτερον κατὰ πάντα τῷ Πατρὶ ἀφωμοιωμένης, εἰ μή τι ἄρα ὑποβεβηκὸς καὶ χεῖρον; ὃ οὐδαμῶς ἡμῖν ἐν τῇ τοῦ Υἱοῦ θεολογίᾳ παρεισακτέον. Ἀτμὶς γάρ ἐστι τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, καὶ ἀπόῤῥοια τῆς τοῦ παντοκράτορος δόξης εἰλικρινής. Ἐξ εὐώδους μὲν γὰρ σώματος, μύρου τινὸς φέρε, ἢ καὶ τῶν ἀπὸ γῆς ἀκμαζόντων, εὐώδης τις ἀνθῶν τε καὶ ἀρωμάτων πνοὴ παρὰ τὸ πρῶτον ὑποκείμενον εἰς ἅπαν τὸ ἐκτὸς περιέχον προχεῖται, καὶ πληροῖ γε καὶ τὸν ἀέρα εἰς πλάτος ἀναχεομένη, οὔτι πω κατὰ στέρησιν ἢ μείωσιν, ἢ

[99] Hebr. I, 3.

Digitized by Google

τομὴν, ἢ διαίρεσιν τοῦ προϋποκειμένου. Τούτου γὰρ ἐν οἰκείᾳ χώρᾳ μένοντος, καὶ τὴν ταυτότητα πρὸς ἑαυτὸ σώζοντος, τήν τε εὐώδη δύναμιν ἀπογεννῶντος, οὐδὲν τοῦ προτέρου χεῖρον, καὶ τὸ γεννώμενον εὐῶδες εἰκαίαν ἔχον ὑπόστασιν, ὡς ὅτι μάλιστα τὸ ὁμοιότατον τῇ τοῦ γεννήσαντος φύσει, διὰ τῆς οἰκείας ἀπομειμήται. Πλὴν ἀλλ' ἔτι ταῦτα γεώδη καὶ θνητὰ καὶ μέρη τῆς κάτω φθοροποιοῦ καὶ γεώδους φύσεως. Τά γε μὴν τῆς προκειμένης ἡμῖν θεολογίας ἐπέκεινα παντὸς ὄντα παραδείγματος οὐδὲν μὲν οἷον τὰ ἐκ σωμάτων ἐπάγεται, ὀξυτάτῃ δὲ διανοίᾳ φαντάζεται Υἱὸν γεννητὸν, οὐ χρόνοις μέν τισιν οὐκ ὄντα, ὕστερον δέ ποτε γεγονότα, ἀλλὰ πρὸ χρόνων αἰωνίων ὄντα, καὶ προόντα, καὶ τῷ Πατρὶ ὡς Υἱὸν διὰ παντὸς συνόντα, καὶ οὐκ ἀγέννητον ὄντα, γεννώμενον δ' ἐξ ἀγεννήτου Πατρὸς, μονογενῆ ὄντα, Λόγον καὶ Θεὸν ἐκ Θεοῦ· οὐ κατὰ διάστασιν ἢ τομὴν ἢ διαίρεσιν ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας προβεβλημένον, ἀῤῥήτως δὲ καὶ ἀνεπιλογίστως ἡμῖν ἐξ αἰῶνος, μᾶλλον δὲ πρὸ πάντων αἰώνων, ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς ἀνεκφράστου καὶ ἀπερινοήτου βουλῆς τε καὶ δυνάμεως οὐσιούμενον διδάσκοντα. « Τὴν γενεὰν γὰρ αὐτοῦ, » φησὶ, « τίς διηγήσεται; » καὶ, « Ὥσπερ οὐδεὶς ἔγνω τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, οὕτω καὶ τὸν Υἱὸν οὐδεὶς ἔγνω εἰ μὴ μόνος ὁ γεννήσας αὐτὸν Πατήρ. »

A quæ in omnibus Patri similis est, quod non submissius sit ac deterius? quod neutiquam nobis in Filii theologia introducendum; vapor enim est virtutis Dei, ac defluentia mera gloriæ Omnipotentis. Nam ex bene olenti corpore, verbi gratia, ex unguento aliquo, aut etiam ex floribus atque odoramentis, quæ de terra nascuntur, bene olens quidam flatus, præter illud primum subjectum corpus, in omne quod extrinsecus ambit, profunditur; ac dum latius refunditur, ipsum quoque aerem complet, non sane privatione aliqua, aut diminutione, aut sectione, aut divisione ejus, quod primum subjectum est corporis. Sed illo manente in propria sede, et eamdem penes se conservante naturam, fragrantiamque illam procreante: nihilo deterius prio-
B re, ipsum quoque quod procreatur bene olens et fragrans genus, cum propriam habeat sedem atque naturam, hac ipsa, quam maxime fieri potest, id quod simillimum sit naturæ procreantis, imitatur. **149** Verum hæc quidem terrena et mortalia, et inferioris naturæ quæ corrumpendi vim habet, ac terrena est, particulæ quædam. Quæ autem ad propositam a nobis theologiam pertinent, cum omnem exempli comparationem exsuperent, nihil tale, quale ex corporibus manat, præ se ferunt; sed cogitationi solertissimæ intuendum, quasi in speculo præbent, docentque esse Filium, qui genitus sit, non illum quidem, qui certis temporibus non fuerit, posterius autem sit natus, sed qui sit ante tempora æterna, atque anteeat, et tanquam Filius una cum Patre semper degat; neque vero qui non sit genitus, sed ex Patre non genito, genitus: qui unicus sit, qui Verbum, qui Deus de Deo, non diremptione aliqua, aut sectione, aut divisione de substantia Patris productus, sed qui de Patris consilio ac virtute, omnem elocutionem, omnemque cogitationem superante ab ævo, ac potius ante omne ævum essentiam sit nactus, modo quodam, qui neque verbis comprehendi, neque ratione colligi a nobis possit. Si quidem « generationem ejus, inquit, quis enarrabit [91]? » et quemadmodum « nemo novit Patrem nisi Filius, sic Filium quoque nemo novit nisi unus, qui genuit illum. Pater [92]. »

Δ'.

Ὡς ἀναγκαία τῇ τῶν ὅλων συστάσει ἡ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ προϋπαρξις ἀποδίδοται.

Πλὴν ἀλλ' ἕνα Μονογενῆ καὶ ἀγαπητὸν Υἱὸν ἐδόκει τῷ παναγάθῳ Πατρὶ τῆς τῶν γενητῶν ἁπάντων δημιουργίας προϋφίστασθαι δεῖν· ἐπεὶ καὶ κόσμον ἕνα, ὥσπερ ἓν καὶ μέγα σῶμα ἐκ πλειόνων καὶ διαφόρων μελῶν τε καὶ μερῶν, ἤμελλεν ὅσον οὐδέ πω προβάλλεσθαι, οὐκ ἐπιστατεῖν μὲν αὐτὴν ἄνωθεν, ὥσπερ μείζονος κεφαλῆς τῆς τοῦ Πατρὸς θεότητος ἐξημμένην (κεφαλὴ γὰρ τοῦ Χριστοῦ ὁ Πατήρ), ἡγουμένην δὲ καὶ προϋπάρχουσαν τῶν μετὰ ταύτην ἁπάντων, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ διαρκοῦσαν εἴ; τε τὴν τοῦ Πατρὸς ἐπικέλευσιν καὶ εἰς τὴν τῶν μετὰ ταῦτα δημιουργίαν. Διὸ δὴ καὶ ἔφαμεν αὐτὸν πρῶτον πάντων ὑπὸ τοῦ Πατρὸς οἷόν τι μονοειδὲς πάσης οὐσίας καὶ φύσεως προβεβλῆσθαι ὄργανον ἔμψυχον καὶ ζῶν, μᾶλλον δ' ἔνθεον καὶ ζωοποιὸν καὶ πάνσοφον, ἀγαθῶν γεννητικὸν, φωτὸς χορηγὸν, οὐρανοῦ δημιουργικὸν, κόσμου κατασκευαστικὸν, ἀγγέλων ποιητικὸν, πνευμάτων ἀρχοντικὸν, ὄργανον ψυχῶν σωτήριον, σωμάτων αὐξητικὸν, πάντων προνοητικὸν, κυβερνητικὸν, θεραπευτικὸν

IV.

Quod ad constitutionem universi, necessaria unici Dei Filii antecessio, assignetur.

Verumtamen optimus Pater unum judicavit Unigenitum ac dilectum Filium, omnium rerum quæ creandæ essent, opificio præfici oportere, quippe qui unum quoque mundum, quasi unum quoddam atque ingens corpus, ex pluribus diversisque membris ac partibus, jamjam esset producturus, caputque hoc non præesse ipsum quidem, de superiori aliquo, tanquam de altero majori capite, divinitate ipsa Patris suspensum (caput enim Christi Pater), sed quod anteiret, anteque omnia post ipsum genita esset: attamen idem præsto esset tum ad imperium
D Patris, tum ad opificium earum rerum quæ posthac faciendæ erant. Quare jam diximus, illum omnium primum a Patre, quasi quoddam singulare instrumentum omnis essentiæ et naturæ productum esse: instrumentum, inquam, animatum et vivens, ac potius divinum, vitalemque vim in se habens, et sapientissimum; **150** quod bona omnia gigneret, quod lumen præberet, quod cœlum moliretur, quod

[91] Isa. LIII, 8. [92] Matth. XI, 27.

Digitized by Google

mundum construeret, quod angelos efficeret, quod spiritibus imperaret : instrumentum quod animas conservaret, quod corpora augeret, quod omnia provideret, gubernaret, curaret, quod vim haberet regnandi, quod judicandi, quod Patris cultum et reverentiam denuntiandi.

A βασιλικὸν, κριτικὸν, Πατρὸς εὐσεβείας ἀπαγγελτικόν.

V.

Quod innumerabiles quidem fatemur esse creatas divinas potestates, unam vero duntaxat ipsius Filii, propter quam inducitur, imaginem Dei Patris esse, theologice demonstramus.

charitateque erga nos sua sustinuit. Quapropter Isaias sic ait : « Hic peccata nostra fert, et pro nobis est in dolore, et nos existimavimus eum esse in labore et in plaga et in afflictione : ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, et infirmatus est propter iniquitates nostras [88] : » quin etiam Joannes Baptista, cum Dominum vidisset, ait : « Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi [89]. » Paulus quoque his similia scribens de illo inquit : « Eum qui peccatum non novit, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso [90]; » item : « Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum [91]. » Hæc igitur universa dum canit propheta, apertius ea ipsa significat ubi ait : « Et Jesus erat indutus vestibus sordidis [92] ; » verumtamen, iis depositis quo tempore in cœlum ascendit, ac de servitute **199** nostra ad ea quæ ipsius propria sunt, reversus est, tum vero paternæ divinitatis diademate est coronatus, et paterni luminis splendidissimum vestimentum indutus, cidarique divina, atque aliis pontificiis ornamentis decoratus. Non est autem difficile etiam ea quæ ad diabolum spectant interpretari, qui quidem etiam nunc dum Christi doctrinæ adversatur, atque illi Ecclesiæ, quæ a Christo per totum terrarum orbem erecta est, ipsi Salvatori nostro adversatur, utpote qui antea quoque contra illum steterit, dum is adest nos a servitute quam sub hoc ferebamus, liberaturus : nempe illum hic tentavit et semel prius, et iterum postea, cum sub ipsam passionem illi insidias comparavit, ad extremum ille cum et ipsum diabolum, et eos qui sub ipso degunt, universos, et inimicos et hostes, visum nostrum effugientes, in fugam vertisset, nos qui captivi tenebamur, suos effecit domesticos, atque de nobis ipsis, tanquam de vivis lapidibus, domum Dei, ipsamque pietatis rempublicam struxit, ut jure ac merito illi oraculum sit accommodandum, quod ait : « Ecce vir, Oriens nomen ei, et subter ipsum orietur, et ædificabit domum Domini, et ipse accipiet virtutem, et sedebit, et principatum tenebit in sede sua [93]. » Attende igitur diligenter, quemadmodum hic quidem spirituali quodam more de antiquo loquens Jesu, qui imaginem veri ferebat, sic dicat : « Ecce vir, Oriens nomen ei. » Paululum vero progressus, quasi de alio qui sit Oriens, ipsi illi qui tunc aderat, Jesu dixerit : « Audi jam nunc, o Jesu, sacerdos magne, et tu, et proximi tui, quoniam viri prodigiorum inspectores sunt. Ecce ego adduco servum meum, Orientem [94]. Si igitur sermo erat de alio qui venturus esset, ac verius quam ille, qui tunc aderat, Oriens nominandus, certe imago venturi Orientis ille erat : utpote qui in imagine non solum Jesus, sed etiam Oriens diceretur, si quidem tanquam ad ipsum præsentem, verba illa : « Ecce vir, Oriens nomen ei, » ad illum dicta sunt. Merito igi-

φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται, καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ καὶ ἐν πληγῇ, καὶ ἐν κακώσει· αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. » Ἀλλὰ καὶ Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς ἰδὼν τὸν Κύριον εἶπεν· « Ἴδε ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὰς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου. » Καὶ ὁ Παῦλος τούτοις παραπλησίως περὶ αὐτοῦ γράφων φησί· « Τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, ἵνα ἡμεῖς δικαιοσύνη Θεοῦ γινώμεθα ἐν αὐτῷ· » καὶ, « Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. » Ταῦτα δὴ οὖν ἅπαντα θεσπίζουσα ἡ προφητεία ἐδήλου δι' ὧν φησι· « Καὶ Ἰησοῦς ἦν ἐνδεδυμένος ἱμάτια ῥυπαρά· » πλὴν ἀλλὰ ταῦτα ἀποθέμενος κατὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς καθ' ἡμᾶς αἰχμαλωσίας εἰς τὰ οἰκεῖα ἐπάνοδον, τῷ τῆς πατρικῆς θεότητος στεφανοῦται διαδήματι, καὶ τὴν λαμπροτάτην στολὴν τοῦ πατρικοῦ φωτὸς περιτίθεται, κιδάρει τε ἐνθέῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀρχιερατικοῖς κόσμοις κατακοσμεῖται· οὐ χαλεπὰ δὲ καὶ τὰ κατὰ τὸν διάβολον ἀποδοῦναι, ὃς ἔτι καὶ νῦν ἀντικείμενος τῇ τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίᾳ, καὶ τῇ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ὑπ' αὐτοῦ ἱδρυνθείσῃ Ἐκκλησίᾳ, αὐτῷ τῷ Σωτῆρι ἡμῶν ἀνθέστηκε, καὶ πρότερον αὐτῷ ἐξ ἐναντίας ἐπιστρατεύσας, ὅτε παρῆν ἡμᾶς ἐκ τῆς ὑπ' αὐτοῦ αἰχμαλωσίας ῥυόμενος. Ἐπείρασε γοῦν αὐτὸν καὶ πρότερον, καὶ δεύτερον, ὅτε κατὰ τὸ πάθος τὴν ἐπιβουλὴν αὐτῷ συνεσκευάσατο. Ἐφ' οἷς ἅπασι καὶ τὸν διάβολον καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῷ πάντας ἀοράτους ἐχθρούς τε καὶ πολεμίους τροπωσάμενος, τοὺς αἰχμαλώτους ἡμᾶς οἰκείους αὐτοῦ κατηρτήσατο, καὶ ἐξ ἡμῶν αὐτῶν, ὡσὰν ἐκ λίθων ζώντων, τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ τῆς εὐσεβείας πολίτευμα ἐστήσατο, ὥστε εἰκότως ἐφαρμόζειν αὐτῷ τὸ λόγιον φάσκον· « Ἰδοὺ ἀνὴρ, Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ· καὶ ὑποκάτωθεν αὐτοῦ ἀνατελεῖ, καὶ οἰκοδομήσει τὸν οἶκον Κυρίου· καὶ αὐτὸς λήψεται ἀρετὴν, καὶ καθιεῖται, καὶ κατάρξει ἐπὶ τοῦ θρόνου. » Πρόσχες δ' οὖν ἐπιμελῶς, τίνα τρόπον νῦν μὲν πνευματικῶς περὶ τοῦ πάλαι γεγονότος Ἰησοῦ, τοῦ τὴν εἰκόνα τοῦ ἀληθοῦς φέροντος, φησὶ τὸ, « Ἰδοὺ ἀνὴρ, Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ· » ὕστερον δὲ ὑποβὰς ὡς περὶ ἑτέρου ὄντος Ἀνατολῆς, αὐτῷ δὴ τότε παρόντι Ἰησοῦ λέλεκται· « Ἄκουε δὴ, Ἰησοῦ ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας, σὺ καὶ οἱ πλησίον σοῦ, διότι ἄνδρες τερατοσκόποι εἰσίν. Ἰδοὺ ἄγω τὸν δοῦλόν μου Ἀνατολήν. » Εἰ δὴ οὖν ὁ λόγος ἦν περὶ μέλλοντος ἥξειν ἑτέρου, ἀληθέστερον παρὰ τὸν τότε Ἀνατολῆς ὀνομαζομένου, εἰκὼν ἄρα τοῦ μέλλοντος ἥξειν Ἀνατολῆς ἐκεῖνος ἦν, ὡς ἐν εἰκόνι οὐ μόνον Ἰησοῦς, ἀλλὰ καὶ Ἀνατολὴ προσαγορευόμενος, εἴγε ὡς πρὸς παρόντα αὐτὸν τὸ, « Ἰδοὺ ἀνὴρ, Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ, » ἐλέγετο. Εἰκότως οὖν τῆς εἰκόνος ἕνεκα καὶ οὗτος, τῆς Σωτῆρος προσηγορίας ἠξίωτο, ὡσπεροῦν καὶ τῆς Ἀνατολῆς. Ἐπεὶ δὴ σωτήριον Θεοῦ εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν τὸ τοῦ Ἰησοῦ μεταληφθὲν ὄνομα σημαίνει·

[88] Isa. LIII, 4-5. [89] Joan. I, 29. [90] II Cor. V, 21. [91] Gal. III, 13. [92] Zach. III, 3. [93] Zach. VI, 12-13. [94] Zach. III, 8.

Digitized by Google

Ἰησοῦ μὲν γὰρ παρ' Ἑβραίοις σωτηρία, υἱὸς δὲ Ναυῆ παρὰ τοῖς αὐτοῖς Ἰωσουὲ ὀνομάζεται. Ἰησοῦς δέ ἐστιν Ἰαὼ σωτηρία, τουτέστι Θεοῦ σωτήριον· εἰκότως, εἴπου Θεοῦ σωτήριον ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς ἀντιγράφοις ὠνόμασται, οὐδ' (1) ἄλλο τι ἢ τὸν Ἰησοῦν κατὰ τὴν Ἑβραίων φωνὴν πέπεισο δηλοῦσθαι. Τούτων καὶ περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν προσηγορίας ἐπὶ τοσοῦτον εἰρημένων, ἐξ ἑτέρας αὖθις ἀρχῆς τὸν λόγον ἀναλαβόντες, ἐπὶ τὰς ἐντελεστέρας περὶ αὐτοῦ προφητικὰς ἀποδείξεις μεταβησόμεθα.

A tur imaginis gratia hic quoque Salvatoris nostri appellatione dignus habitus est, nimirum quemadmodum etiam Orientis. Nam ipsum Jesu nomen in nostram linguam conversum, *salutare Dei* significat. Etenim Josua apud Hebræos *salus*. Filius autem **200** Nave apud eosdem Josue nominatur. Josue vero est *Jao salus*, hoc est *Dei salutare*. Itaque merito sicubi Dei salutare in nostris codicibus lectum fuerit, nihil aliud prorsus quam Jesum Hebraica lingua significari pro comperto habeas. Cum hæc hactenus de Salvatoris nostri appellatione a nobis dicta sint, ab alio rursus principio orationem renovantes, ad perfectiores de eodem propheticas demonstrationes transeamus.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ
ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΕΜΠΤΟΝ

EUSEBII PAMPHILI
DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ
LIBER QUINTUS.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΠΕΜΠΤΩ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΙ ΤΗΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ.

HÆC INSUNT IN QUINTO LIBRO EVANGELICÆ DE SALVATORE NOSTRO DEMONSTRATIONIS.

Τίς ὁ τρόπος ἦν, καθ' ὃν οἱ παρὰ Ἑβραίοις προφῆται τὰ μέλλοντα προεθέσπιζον, καὶ τὴν ἀληθῆ θεολογίαν ἐφώτιζον· καὶ ὅσαι προφητικαὶ φωναὶ τῆς ἐνθέου προϋπάρξεως τοῦ Σωτῆρος μνήμην ἐποιήσαντο.

Quisnam modus fuerit, quo apud Hebræos prophetæ futura providentes canebant, et veram theologiam illuminabant. Item quam multæ propheticæ voces, de divina, et omnia quæ facta sint antecedente, Salvatoris nostri natura, mentionem fecerint.

α'. Ἀπὸ τῶν Παροιμιῶν.
β'. Ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ μδ'.
γ'. Ψαλμοῦ ρθ'.
δ'. Τοῦ Ἡσαΐου
ε'. Ψαλμοῦ λδ'.
ς'. Τοῦ Ἡσαΐου.
ζ'. Τῆς Γενέσεως.
η'. Τῆς αὐτῆς.
θ'. Τῆς αὐτῆς.
ι'. Τῆς αὐτῆς
ια'. Τῆς αὐτῆς.
ιϐ'. Τῆς αὐτῆς.
ιγ'. Τῆς Ἐξόδου.
ιδ'. Τῆς αὐτῆς.
ιε'. Τῆς αὐτῆς.
ις'. Τῆς αὐτῆς.
ιζ'. Τῆς αὐτῆς.
ιη'. Ἀπὸ τῶν Ἀριθμῶν.
ιθ'. Τοῦ Ἡσαΐου.
κ'. Τοῦ Ἰώϐ.
κα'. Ψαλμοῦ ι'.
κϐ'. Τοῦ Ὡσηέ.
κγ'. Τοῦ Ἀμώς.

1. *A Proverbiis.*
2. *A psalmo* XLIV.
3. *A psalmo* CIX.
4. *Ab Isaia.*
5. *A psalmo* XXXII.
6. *Ab Isaia.*
7. *A Genesi.*
8. *Ab eadem.*
9. *Ab eadem.*
10. *Ab eadem.*
11. *Ab eadem.*
12. *Ab eadem.*
13. *Ab Exodo.*
14. *Ab eadem.*
15. *Ab eadem.*
16. *Ab eadem.*
17. *Ab eadem.*
18. *A Numeris.*
19. *Ab Esaia.*
20. *Ab Job.*
21. *A psalmo* XC.
22. *Ab Osee.*
23. *Ab Amos.*

(1) Οὐδ'. Forte οὐκ. EDIT.

Digitized by Google

24. *Ab Abdia.*
25. *A Zacharia.*
26. *Ab eodem.*
27. *Ab eodem.*
28. *A Malachia.*
29. *Ab eodem.*
30. *A Jeremia.*

A

κθ'. *Τοῦ Ἀβδιοῦ.*
κε'. *Τοῦ Ζαχαρίου.*
κς'. *Τοῦ αὐτοῦ.*
κζ'. *Τοῦ αὐτοῦ.*
κη'. *Τοῦ Μαλαχίου.*
κθ'. *Τοῦ αὐτοῦ.*
λ'. *Τοῦ Ἱερεμίου.*

202 PROŒMIUM.

Cum quibus modis de Salvatore nostro Jesu Christo tractemus, ii duo nobis in proximo *Evangelicæ Demonstrationis* volumine ostensi sint, unus quidem eorum, natura nostra superior est ultraque illam excurrit. Hoc sane modo affirmamus illum esse unicum Dei Filium, sive Dei essentiam referens Verbum, universique hujus auctorem, sive essentiam intelligentem, ac Dei primogenitam virtutem atque naturam, vimque divinam, quæ omnem habeat virtutem, et omnia quæ facta sint, antecedat, sive ingenitæ naturæ intelligentem imaginem. Alter vero modus nobis magis cognatus, magisque familiaris agnoscitur. Hoc enim definimus illum esse Dei Verbum, quod in homine paternam pietatem denuntiet : quo quidem modo quondam ille apud priora sæcula in hominis habitu, iis qui cum Abraham, iis, inquam, qui cum ipso illo principe gentium apud Dei amicos tantopere celebrato vixere, apparuit. Qui tum rursus apud homines visendus exspectabatur, et qui jam ante per hominis ortum, et nostro corporis simile corpus, omnia probra passurus dicebatur. Itaque nobis de illo prophetica exposituris testimonia, recta via, rectoque ordine procedet oratio, si jam nunc in primis, quemadmodum quæ promissa sunt, postulant, id quod primum est, exploremus, et quæ in Evangeliis de illo exstat theologia, hanc a veterum prophetarum testimonio comprobemus. Sed ante necesse est considerare, quisnam fuerit modus, quo prophetæ apud Hebræos Dei Spiritu implerentur, a quibus utique etiam quæ prædicta sunt, antehac edocti sumus.

B

C

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἐπειδὴ διττὸς ὁ τρόπος ὁ περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πέφανται ἐν τῷ πρὸ τούτου συγγράμματι τῆς *Εὐαγγελικῆς Ἀποδείξεως*· ὁ μὲν ὑπερφυὴς καὶ ἐπέκεινα· καθ' ὃν ὁριζόμεθα αὐτὸν εἶναι μονογενῆ Θεοῦ Υἱὸν, ἢ οὐσιώδη τοῦ Θεοῦ Λόγον, δεύτερον τῶν ὅλων αἴτιον, ἢ οὐσίαν νοερὰν, καὶ Θεοῦ πρωτότοκον ἐνάρετον φύσιν, τὴν πρὸ τῶν γενητῶν θείαν, καὶ πανάρετον δύναμιν, ἢ τῆς ἀγεννήτου φύσεως νοερὰν εἰκόνα· ὁ δὲ συγγενὴς ἡμῖν καὶ μᾶλλον οἰκεῖος, καθ' ὃν πάλιν αὐτὸν ὁριζόμεθα Θεοῦ Λόγον, ἐν ἀνθρώπῳ τῆς τοῦ Πατρὸς εὐσεβείας ἀπαγγελτικὸν, καθ' ὃν πέφηνε πάλαι πρότερον ἐν ἀνθρώπου σχήματι τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἀβραάμ· αὐτὸν δ' ἐκεῖνον τὸν βοώμενον ἐθνάρχην θεοφιλέσιν, αὖθίς τε φανησόμενον ἐν ἀνθρώποις δι' ἀνθρώπου γενέσεως, καὶ παραπλησίας ἡμῖν σαρκὸς, αἴσχιστα πείσεσθαι προείρητο· ὁδῷ καὶ τάξει προχωρήσαι ἂν ἡμῖν ὁ λόγος μέλλουσι τὰς περὶ αὐτοῦ προφητικὰς ἐκτίθεσθαι μαρτυρίας, εἰ δὴ ἐν πρώτοις, κατὰ τὰ ἐπηγγελμένα, τὸ πρῶτον ἐξετάσαιμεν, καὶ τὴν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις περὶ αὐτοῦ θεολογίαν ἀπὸ τῆς παλαιᾶς καὶ προφητικῆς μαρτυρίας πιστώσαιμεν. Ἀναγκαῖον δὲ προεπισκέψασθαι ὁποῖός ποτε ἦν ὁ τρόπος τῆς παρ' Ἑβραίοις τῶν προφητῶν θεολογίας, παρ' ὧν καὶ τὰ προηγορευμένα προπεπαιδεύμεθα.

Quisnam modus fuerit, quo apud Hebræos prophetæ, simul et quæ futura essent canebant, et solam veram theologiam illustrabant.

Τίς ὁ τρόπος ἦν καθ' ὃν οἱ παρ' Ἑβραίοις προφῆται ὁμοῦ τά τε μέλλοντα προεθέσπιζον, καὶ τὴν μόνην ἀληθῆ θεολογίαν ἐχώριζον.

Loca in quibus et vaticinia et oracula acciperent, in orbe terrarum passim instituta fuisse, tam Græci quam barbari profitentur. Porro hæc aiunt, providentia ipsius Opificis, ad usum atque utilitatem hominum prodita esse et concessa. Itaque prophetis Hebræorum nihil excellentius **203** contigisse quam reliquarum gentium oraculis. Ut enim Hebræis per ejusmodi prophetas, sic reliquis gentibus per diversorum locorum oracula, supremum Deum respondere, et conducibilia monere solitum. Non enim tantummodo Judæorum esse, sed reliquorum quoque omnium hominum Deum, neque hos magis quam illos curare, sed omnibus æque providere. Sic enim ne solem quidem suum invidere cuiquam, sed omnibus abunde largiri, non Hebræis solis, annuosque rerum necessariarum proventus suppeditare, atque omnibus simile corpus construere, unumque nascendi modum omnibus, unam omnibus animæ rationalis naturam. Itaque eadem ratione providendi quoque cognoscendique futura scientiam, omnibus hominibus abunde sufficere, aliis quidem per viros prophetas,

D

Μαντεῖα καὶ χρηστήρια πανταχόσε γῆς Ἕλληνες καὶ βάρβαροι μνημονεύουσι συστῆναι. Ταῦτα δέ φασιν ἐκ προνοίας τοῦ Δημιουργοῦ ἐπὶ χρῆσιν καὶ ὠφέλειαν τῶν ἀνθρώπων καταδειχθῆναι· ὡς μηδὲν εἶναι τὸ διαφέρον τῶν παρ' Ἑβραίοις προφητῶν πρὸς τὰ τῶν λοιπῶν ἐθνῶν χρηστήρια. Ὡς γὰρ Ἑβραίοις διὰ τῶν τοιῶνδε προφητῶν, οὕτω καὶ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι διὰ τῶν κατὰ τόπον μαντειῶν τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν χρᾷν, καὶ τὰ συμφέροντα ὑποτίθεσθαι. Μὴ γὰρ Ἰουδαίων μόνον εἶναι Θεὸν, ἀλλὰ καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων ἀνθρώπων· καὶ οὐ μᾶλλον ἐκείνων ἢ τούτων κήδεσθαι· πάντων δ' ἐξ ἴσου προνοεῖν, ὥσπερ οὖν καὶ ἥλιον ἀφθόνως τοῖς πᾶσι δεδωρῆσθαι, ἀλλ' οὐ μόνοις Ἑβραίοις, καὶ τὰς ἐτησίους τῶν ἐπιτηδείων χορηγίας, σωμάτων τε τοῖς πᾶσι κατασκευὴν ὁμοίαν, ἕνα τε γενέσεως τοῖς πᾶσι τρόπον, καὶ φύσιν λογικῆς ψυχῆς μίαν. Οὕτω δὲ καὶ τῆς τῶν μελλόντων προγνώσεως τὴν ἐπιστήμην πᾶσιν ἀνθρώποις ἀφθόνως παρέχειν, τοῖς μὲν διὰ προφητῶν ἀνδρῶν, τοῖς δὲ διὰ χρηστηρίων, τοῖς δὲ διὰ ὀρνίθων πτήσεως, ἢ διὰ θυτικῆς, ἢ δι' ὀνειροπομπείας, ἢ διὰ κληδόνων, ἢ παλμῶν, ἢ τινων ἑτέρων συμβόλων· ταῦτα γάρ φασιν

Digitized by Google

ἀνθρώποις ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας δεδωρῆσθαι, ὡς μηδὲν πλέον ἔχειν δοκεῖν τοὺς Ἑβραίων προφήτας. Τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ παρ' ἐκείνων λόγος· ὁ δὲ παρ' ἡμῶν ὧδέ πως αὐτοῖς ἀπαντήσεται. Εἰ μέν τις συνίστη λόγος θεοὺς ἀληθῶς, ἢ θείας δυνάμεις, ἢ δαίμονας ἀγαθοὺς ἐφεστάναι τοῖς τῶν εἰρημένων μαντείοις, ἢ τοῖς οἰωνῶν, ἢ τοῖς λοιποῖς κατωνομασμένοις, ἦν ἂν χώραν ἀπονεῖμαι τοῖς λεγομένοις, ὡς τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ κἀκεῖνα τοῖς χρωμένοις ἐπ' ὠφελείᾳ δεδωρημένου· εἰ δὲ ἐντελέσιν ἀποδείξεσι καὶ αὐτῶν Ἑλλήνων ὁμολογίαις ἤδη πρότερον δαίμονας αὐτοὺς εἶναι, καὶ οὐδ' ἀγαθοὺς, πάσης δὲ βλάβης καὶ μοχθηρίας αἰτίους, πῶς ἂν δύναιντο Θεοῦ εἶναι προφῆται; Φαύλους δὲ αὐτοὺς ὁ λόγος ἐφώρασε διὰ τῆς *Εὐαγγελικῆς Προπαρασκευῆς* ἔκ τε τῆς πάλαι κατὰ πάντα τόπον καὶ πόλιν καὶ χώραν συντελουμένης αὐτοῖς ἀνθρωποθυσίας, ἔκ τε ὧν ἠπάτων τοὺς ἐρωτῶντας ἀγνοίᾳ τοῦ μέλλοντος, ἔκ τε ὧν ἠλίσκοντο μυρία ψευδόμενοι, τοτὲ μὲν ἐκ τοῦ προφανοῦς, τοτὲ δὲ διὰ τῆς τῶν χρησμῶν ἀμφιβολίας, δι' ἧς τοὺς πρόσφυγας πλείστοις πλειστάκις περιβάλλοντες κακοῖς ἀπηλέγχθησαν· καὶ ἐπεὶ προαπεδείκνυτο μιαρὸν αὐτῶν καὶ ἀκάθαρτον τὸ φῦλον, ἐκ τοῦ χαίρειν αἰσχραῖς καὶ ἀκολάστοις περὶ αὐτῶν λεγομέναις ᾠδαῖς, καὶ ὕμνοις, καὶ μυθικοῖς διηγήμασιν, ἱστορίαις τε ἀσέμνοις καὶ ἐπιβλαβέσιν, ἃς καὶ κατ' αὐτῶν κυροῦντες, καὶ ὡς ἀληθεῖς βεβαιοῦντες ἤλωσαν· καὶ τέλος ἁπάντων ἔλεγχος τῆς ἀδρανοῦς αὐτῶν φύσεως ἦν τὸ σβεσθῆναι καὶ μηκέθ' ὁμοίως χρᾶν· καὶ σβεσθῆναι μὴ ἄλλοτε ἢ ἀπὸ τῶν χρόνων τῆς ἐπιφανείας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ· ἐξ οὗ γὰρ εἰς πάντα τὰ ἔθνη διέδραμεν ὁ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας αὐτοῦ λόγος, ἐξ ἐκείνου καὶ τὰ χρηστήρια διέλιπε, καὶ δαιμόνων θάνατοι μνημονεύονται. Πάντα δὲ οὖν ἦν ταῦτα, καὶ ἄλλα τούτοις παραπλήσια μυρία, δι' ὧν πονηροὶ δαίμονες ὄντες οἱ περὶ ὧν ὁ λόγος ἐν τοῖς τῆς *Εὐαγγελικῆς Προπαρασκευῆς* ἀπηλέγχθησαν. Εἰ δὴ οὖν τοιοίδε τινὲς τυγχάνουσι, τίς αἱρεῖ λόγος τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ μαντείας εἶναι ἡγεῖσθαι τὰ τῶν δαιμόνων χρηστήρια; ἢ τοῖς τοῦ Θεοῦ προφήταις τὰ κατ' αὐτοὺς παραβάλλειν; Ποταπὰ δὲ αὐτῶν αἱ προῤῥήσεις, ἃς, ὅτε καὶ ἐδόκουν ὑφεστάναι, περὶ τοὺς ἐρωτῶντας ἐποιοῦντο; ἆρα οὐχὶ περὶ ἀσέμνων ταπεινῶν τε καὶ εὐτελῶν ἀνδρῶν, πυκτῶν, φέρε, ἢ τινων τοιούτων, οἷς θυσίαις τιμᾷν ἐκέλευον; Ποῖα δὲ τὰ περὶ τῆς ἀνθρωποθυσίας νενόμιστο; κεφάλαιον γὰρ δὴ τοῦτο τῶν εἰρημένων. Ἆρά τινι πράγματι φαῦλῳ κατέλιπον ἀτοπίας ὑπερβολήν; εἰ δὴ οἱ σωτῆρες ἀνθρώπων θεοί τε καὶ ἀγαθοὶ δαίμονες τοὺς ἱκέτας αὐτῶν καὶ εὐσεβεῖς πρόσφυγας καταστήττειν τὰ ἑαυτῶν φίλτατα, ὥσπερεί τινα ἄλλα θρέμματα, παρεκελεύοντο, ἀντικρυς ἀνθρωπείων αἱμάτων ὑπὲρ πᾶσαν θηρίων φύσιν διψῶντες, καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ αἱμοπότας καὶ ἀνθρωποβόρους ἀπωλείας τε φίλους εἶναι σφᾶς αὐτοὺς ἀπελέγχοντες. Ἢ λεγέτω ὁ βουλόμενος, εἰ ἔχοι σεμνόν τι καὶ ἀρετῆς ἄξιον τῶν δηλουμένων ἐπιδεῖξαι, ἢ μαντείας καὶ προῤῥήσεις εἰς πᾶν γένος ἀνθρώπων συντεινούσας, ἢ νόμους καὶ πολιτικὰς διατάξεις, καθ' οὓς χρῆν βιοῦν πάντας ἀνθρώ-

aliis vero per oraculorum responsa, et aliis per avium volatus aut per extorum in sacrificiis inspectionem, aut per somniorum immissiones, aut per ea quæ dicuntur, omnia, aut per concussiones ac tremores, aut per alia quædam ejus generis signa : hæc enim aiunt Providentia divina cunctis hominibus esse donata, itaque nihil amplius habere videri Hebræorum prophetas : hæc sane illorum est ratio : nos vero illius sic obviam ituri sumus. Si ulla quidem ratio convincit, re vera deos, seu divinas potestates, sive bonos aliquos dæmones præsesse eorum, de quibus dictum est, oraculis, vel auguriis, vel cæteris quæ antea diximus : possumus sane aliquem locum illis tribuere, tanquam illo quoque supremus Deus iis qui talia usurpent, largitus sit; si vero perfectis demonstrationibus, et ipsorum Græcorum confessionibus, jam antea, dæmones esse non illos quidem bonos, sed omnis perniciei nequitiæque auctores convicimus, qui fieri potest ut Dei prophetæ habeantur? Etenim illos esse malos per *Evangelicam Præparationem* ratio deprehendit, ex eo sane quod priscis temporibus in omni loco, et civitate ac regione, humanæ illis victimæ sacrificarentur ; item ex eo quod rerum futurarum ignoratione sciscitantes deciperent, et quod in mendacio millies ac millies deprehensi sint, modo quidem aperte ac palam, modo vero ipsorum oraculorum ambiguo sermone, per quem eos qui ad se confugissent, plurimis sæpissime malis atque incommodis involvisse, convicti sunt : necnon quod jam antea demonstratum sit, illorum genus fœdum immundumque esse, ex eo quod obscenis ac lascivis, **204** quæ de ipsis ferantur, canticis gaudere consueverint; item hymnis ac fabulosis narrationibus historiisque inhonestis ac perniciosis, quas quod contra seipsos ratas habuerint, et tanquam veras comprobaverint, jam plane redarguti sunt. Denique illorum inertis imbecillæque naturæ maximum argumentum, quod exstincta sint oracula, neque amplius ut olim respondeant; et exstincta non alias quam sub adventum Salvatoris nostri Jesu Christi; ex quo enim illius in omnes gentes evangelicæ doctrinæ penetravit verbum, ex illo item oracula defecerunt, et dæmonum mortes memorantur. Omnia igitur hæc et innumerabilia alia his similia fuerunt, ex quibus illos, de quibus nunc agimus, malos esse dæmones *Evangelica Præparatio* demonstravit. Quod si tales illos esse jam constat, quæ ratio unquam obtinebit, ut supremi Dei illas fuisse divinationes censeamus, quæ dæmonum sortes perhibentur, aut quæ de illis feruntur, Dei prophetarum vaticiniis esse comparanda? Cæterum quanti tandem illorum prædictiones faciendæ, quas, cum starc videbantur, sciscitantibus respondebant? Nonne de inhonestis atque humilibus et nullius pretii viris, pugilibus, exempli gratia, aut aliis talibus reddi solitas novimus, quos quidem homines sacrificiis honestari jubebant? Qualia porro quæ de humanis

Digitized by Google

victimis feruntur, censenda? Caput enim hoc omnium eorum quæ dicta sunt: num igitur ulla re prava locum novæ absurditati reliquerunt? Quod si isti hominum conservatores, et dii et boni dæmones, qui ad se suppliciter et cum pietate confugiebant, eos quæcunque charissima haberent, quasi reliquis similia pecora mactare imperabant, plana quod humani sanguinis supra omnem ferinam naturam sitibundi, neque quidquam aliud quam potores sanguinis et devoratores hominum perditionisque amici essent, ipsimet declarabant: aut dicat mihi sane quivis, num de illis possit honesti quidpiam, aut quod cum virtute conjunctum sit, ostendere: aut divinationes, ac prædictiones, quæ ad omne hominum genus spectaverint: aut leges, institutionesque civiles, quæ quo modo omnes homines vivere oporteat, præceperint: aut philosophiæ decreta ac disciplinas, quæ philosophiæ amatoribus ab ipsis diis unquam proposita fuerint: atqui nemo est qui possit affirmare tale unquam quidquam vel celeberrimorum oraculorum beneficio, **205** vitæ hominum contigisse; nam si talia fuissent, nunquam homines, quibus a diis leges traditæ sunt, diversis usi essent atque inter se pugnantibus legibus: nam qui dii essent et dii boni, qui fieri posset ut non æquis institutionibus uterentur, quare autem non modestissimis ac justissimis legibus? Quis ergo aut Solonis, aut Draconis, aut aliorum qui vel Græcis vel barbaris leges descripserint, usus fuisset, cum in proximo adessent dii qui oraculis possent quæ honesta et necessaria viderent, præcipere? Quod si quis dicat plane illos ipsos non alios fuisse, qui per singulas gentes hominibus leges dederint, dicat etiam, quæso, ecquis ille aut cujusmodi fuerit deus, qui Scythas, exempli gratia, devorare homines docuerit, aut qui nonnullis leges dederit, ut matribus ac filiabus miscerentur, aut qui eos qui consenuissent, canibus projicere, quasi rem bonam imperaverit, aut qui sorores habere in matrimonio permiserit, aut mares maribus commisceri. Et quid me oportet, narrationes a legibus et omni jure alienas de iis quæ aut apud Græcos, aut apud barbaros fierent, numerare, ut auctores illos oraculorum mirabiles, apud utrosque non deos, sed pravos ac sceleratos dæmones fuisse demonstrem? quippe qui infelicissimum mortalium genus, in absurditates ab omni natura alienas conjecerint: quando ne dii quidem illi et vates, qui apud Græcos fama celebrantur, ut conducibile quidquam et suo pretio æstimandum, ad animæ utilitatem iis tradiderint, qui ad oracula accederent, demonstrari possint? Cur enim unquam Græci homines, relicto illorum usu, barbaram terram petere soliti sunt, ut mercatorum instar, disciplinas extrinsecus aliunde conquirerent, cum in proximo essent dii quibus magistris uterentur? Si enim dii aut etiam boni dæmones respondissent, et alias quidem divinationibus aliisque miraculis osten-

(1) *Οὐδ'*. Forte οὐκ. EDIT.

A πους, διαγορευούσας, ἢ φιλοσοφίας δόγματά τε καὶ μαθήματα πρὸς τῶν θεῶν προβεβλημένα τοῖς ἐρασταῖς φιλοσοφίας. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοι τις φάναι τοιοῦτον πώποτε ὑπῆρχθαι τῷ βίῳ ἐκ τῶν περιβοήτων χρηστηρίων. Εἰ γὰρ ἦν ταῦτα, οὐκ ἂν διαφόροις ἐχρήσαντο καὶ μαχομένοις νόμοις ἄνθρωποι ὑπὸ θεῶν νομοθετούμενοι· θεοὶ γὰρ ὄντες καὶ ἀγαθοί, πῶς οὐκ ἂν τοῖς αὐτοῖς ἐχρήσαντο διατάγμασι; πῶς δ' οὐχὶ ταῖς σώφροσι καὶ δικαιοτάταις νομοθεσίαις; Τίς οὖν τοῦ Σόλωνος, ἢ Δράκοντος, ἢ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις νομοθετῶν χρεία ἦν, θεῶν ἐγγὺς παρόντων, καὶ διὰ τῶν χρησμῶν διατατομένων τὰ δέοντα; Εἰ δὲ δή φαίη τις αὐτοὺς καὶ οὐδ' (1) ἄλλους εἶναι τοὺς καθ' ἕκαστον ἔθνος ἀνθρώπων νομοθετοῦντας, καὶ τίς ἄρα ἐκεῖνος καὶ ποταπὸς, εἰπάτω, θεὸς, ὁ Σκύθαις, φέρε, B ἀνθροποβορεῖν διαταξάμενος, ἢ ὁ μητράσιν ἑτέροις καὶ θυγατράσι μίγνυσθαι νομοθετήσας, ἢ ὁ κυσὶ παραβάλλειν τοὺς γεγηρακότας, ὡς ἀγαθὸν, διατεταγμένος, ἢ ὁ ἐπιτρέψας ἀδελφὰς γαμεῖν καὶ ἄῤῥενας ἄῤῥεσιν ἐπιμίγνυσθαι; Καὶ τί με δεῖ τοὺς ἐκθέσμους τῶν παρ' Ἕλλησι καὶ βαρβάροις λόγους ἀπαριθμεῖν εἰς ἔλεγχον τοῦ μὴ θεοὺς γεγονέναι, πονηροὺς δὲ καὶ ἀλιτηρίους δαίμονας, τοὺς θαυμαστοὺς αὐτῶν χρησμοδότας, ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν ἀτοπήματα τὸ τρισάθλιον τῶν ἀνθρώπων γένος καταβεβληκότας; ὁπότ' οὐδ' οἱ παρ' Ἕλλησι βεβοημένοι θεοὶ καὶ μάντεις ὀνησιφόρον τι καὶ λυσιτελὲς εἰς ψυχῆς ὠφέλειαν τοῖς χρωμένοις ἀποδείκνυνται παρεσχημένοι. Τί γὰρ δήποτε καταλιπόντες ἄνδρες Ἕλληνες τὴν ἐξ αὐτῶν ὠφέλειαν, ἐπὶ τὴν βάρβαρον ἐστέλλοντο γῆν, ἐμπορίαν μαθημάτων ἔξωθέν ποθεν ἐρανιζόμενοι, παρὸν C διδασκάλοις τοῖς θεοῖς χρῆσθαι; Θεῶν γὰρ ἢ καὶ δαιμόνων ἀγαθῶν χρηματιζόντων, καὶ τοτὲ μὲν διὰ τῆς προγνώσεως καὶ τῆς ἄλλης παραδοξοποιίας τὴν οἰκείαν δύναμιν παραφαινόντων, τοτὲ δὲ διὰ τῆς ἀδιαπτώτου τῶν μαθημάτων ἀληθείας τὴν ἀληθῆ σοφίαν ἐκδιδασκόντων, τί ποτ' ἦν ἄρα τὸ μὴ τούτοις μαθητευθῆναι φιλοσόφων παῖδας, ἄλλων δὲ ἀπ' ἄλλου δογμάτων τινῶν ἐπινοίας ποριζομένων, ἐκ τῆς μακρᾶς διαφωνίας ποικίλας αἱρέσεις φιλοσόφων συστῆναι; Ἀλλ' εἰ μὴ προσεῖχον αὐτοῖς οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, τοὺς εὐσεβεῖς δ' οὖν καὶ θεοῖς προσιόντας χρῆν δήπου τὸ ἀδιάπτωτον ἐκ τῆς τῶν θεῶν ὠφελείας πεπορίσθαι. Τίνες οὖν οὗτοι; οὓς γὰρ ἂν φῇς, τούτους D ἀπελέγχουσι πλανωμένους οἱ ἀντιδοξάζοντες. Ἀλλὰ γὰρ, ὡς ἔοικε, δαιμόνων ἦν μαντεία, μέχρι κλέπτου φωρᾶς, ἢ σκεύους ἀπωλείας, ἢ τινος ἄλλου τοιούτου φθάνοντα, ὧν οὐκ ἀπεικὸς ἦν αὐτοὺς, ἐν τῷ περὶ γῆν ἀέρι τὰς διατριβὰς ποιουμένους, τὴν εἴδησιν ἐσχηκέναι· καλοῦ δὲ καὶ σοφοῦ μηδενὸς ἐπηβόλους εἶναι δόγματος φιλοσόφου, μὴ πολιτείας, μὴ νόμου ὀρθῷ λόγῳ κειμένου· μᾶλλον δὲ, εἰ χρὴ ἐλευθέρᾳ φωνῇ τἀληθὲς εἰπεῖν, τούτους ἅπαντας ἀρχεκάκους ἡγεῖσθαι χρῆν γεγονέναι· οἱ δὴ περὶ σφῶν αὐτῶν, μοιχείας καὶ ἀῤῥενομιξίας, μητρογαμίας τε, καὶ ἀδελφῶν ἐκθέσμους κοινωνίας, καὶ μυρίας ἄλλας θεομαχίας, ἔχθρας τε καὶ πολέμους θεῶν πρὸς θεοὺς, ἀνθρώπων τε ᾠδαῖς καὶ ὕμνοις καὶ διηγήμασι, μυστηρίων τε ἐν

Digitized by Google

ἀπορρήτοις τελεταῖς λεγόντων ἀκροώμενοι. Οὐδεὶς γοῦν αὐτῶν πώποτε ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις, ὡς ἐπ' ἀκολάστοις, καὶ μηδὲ σώφροσιν ἀνθρώποις ἁρμόζουσι φρονεῖν ἢ λέγειν τὰ τοιαῦτα, ἀγανακτήσας φαίνεται. Καὶ τί με χρὴ διατείνεσθαι, παρὸν ἐξ ἑνὸς τοῦ μεγίστου παραδείγματος τὸ ὑμὸν καὶ ἀπάνθρωπον, καὶ ὡς ἀληθῶς μιαρὸν τῶν δηλουμένων συνορᾶν; λέγω δὲ ἐκ τῆς ἀνθρωποθυσίας. Τὸ γὰρ μὴ μόνον ἀλόγων ζώων σφαγαῖς χαίρειν, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπων ἀπωλείαις, ποίας ὠμότητος ὑπερβολὴν οὐχ ὑπερηκόντισε; ταῦτα γὰρ ἦν, ὡς ἔφην, τὰ διὰ τῆς προπαρασκευῆς ἐξ αὐτῶν τῶν Ἑλληνικῶν φιλοσόφων τε καὶ συγγραφέων μεμαρτυρημένα· ἐξ ὧν καὶ μάλιστα δαίμονες ὄντες πονηροὶ πολυπλόκοις μηχαναῖς, τοτὲ μὲν ταῖς διὰ μαντειῶν, τοτὲ δὲ ταῖς δι' οἰωνῶν ἢ συμβόλων, ἢ θυμάτων, ἢ τῶν παραπλησίων, τὸ ἀνθρώπειον διαστρέφοντες γένος δείκνυνται. Διόπερ ἀποφαντέον αὐτῶν τὰ χρηστήρια μὴ τοῦ ἐπὶ πάντων γεγονέναι Θεοῦ. Οὐκοῦν οὐδὲ συγκρίνειν αὐτὰ τοῖς Ἑβραίων προφήταις θεμιτὸν ἂν εἴη, ὧν ὁ πρῶτος ἱεροφάντης καὶ θεολόγος γεγονὼς Μωσῆς, θέα ὅσων ἀγαθῶν τῷ βίῳ παραίτιος κατέστη.

A dissent vim suam, alias vero ex constanti et necessaria disciplinarum veritate, veram docuissent sapientiam, quid tandem impedimento fuisset ne ab illis philosophorum filii instituerentur, ut ita illis institutis, nusquam aliæ ab aliis opiniones, aliæ sententiæ, alia decreta traderentur, neque vero ex longa diversitate, variæ philosophorum sectæ nascerentur? Quod si illos popularis turba non attendebat, at saltem piis religiosisque hominibus, qui illos consulerent, constantem quamdam doctrinam, beneficio illorum suppeditari oportebat. **206** Sed qui sunt hi tandem? nam quoscunque dixeris tales, eos ut errantes redarguunt quicunque diversa aut contraria sentiunt. Cæterum ut par est, dæmonum erant oracula, quæ usque ad B furis compilationem, aut supellectilis interitum, aut aliud quidpiam ejusdem generis vim suam porrigerent, quarum sane rerum haud incredibile est illos, utpote qui in hoc aere qui terram ambit, vagari consueverint, habuisse scientiam; honestæ autem et cum sapientia conjunctæ rei, sive sententiæ atque artis inventores fuisse, nunquam ostendes; non reipublicæ, non legis a recta ratione profectæ, non instituti cujuspiam laudabilis, imo vero si aliquanto liberius dicere oportet, illos omnium malorum auctores et principes exstitisse affirmare necesse est : qui de seipsis adulteria, et impudicos marium abusus, et cum matribus et sororibus nuptias, concubitusque nefarios, et alia innumerabilia quæ deorum naturæ adversantur, inimicitiasque et bella deorum adversus deos, in ipsorum hominum canticis atque hymnis et narrationibus et sacrorum arcanis ritibus, ferri non recusarent, ac potius libentissime audirent. Certe nunquam eorum quisquam se contra homines indignatione correptum ostendit, quod qualia dicta a nobis sunt, talia ipsis aut cogitando, aut dicendo quasi nequitia plena, neque ulla modestia referta tribuerunt. Et quid me oportet oratione progredi longius? cum plane de uno omnium exemplorum maximo, liceat et crudelitatem et immanitatem et tetrum re vera institutum illorum intueri? dico autem de mactandorum hominum ritu. Quod enim non solum brutorum animalium sacrificiis gauderent, verum etiam hominum ipsorum interitu, cujus tandem crudelitatis excessum non superaverit? Hæc enim erant, ut dixi, quæ in præparatione et philosophi et historici apud Græcos memoriæ prodiderint : ex quibus maxime quam perniciosi sint dæmones, quamque multiplicibus machinis, modo quidem oraculum, modo vero auspiciorum, aut signorum, aut hostiarum, aut aliorum similium, hominum pervertant atque implicent genus, demonstrabantur. Quare affirmandum, illorum oraculum nequaquam supremum Deum auctorem habuisse. Neque igitur illa prophetis Hebræorum comparare fas est, quorum primus initiator ac theologus exstitit Moses. Qui quidem quantorum qualiumque bonorum in vita auctor fuerit, jam hinc facile contemplari potes.

Πρῶτον μὲν δογμάτων εὐαγγελικῶν καὶ ἀληθῶν περὶ τοῦ ποιητοῦ καὶ δημιουργοῦ τῶν ἁπάντων Θεοῦ, περί τε τοῦ δευτέρου αἰτίου τῶν μετ' αὐτὸν λογικῶν καὶ νοερῶν οὐσιῶν, περί τε κοσμογονίας καὶ ἀνθρωπογονίας Γραφὴν ἱερὰν ἐξέδωκεν, ἔτι τε τῶν θεοσεβῶν ἱστορίας τῶν πάλαι θεοφιλῶν Ἑβραίων, ὥσπερ τινὰς ἀρετῶν εἰκόνας ὑποτυπωσάμενος, εἰς ζῆλον τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν τοὺς ὑπηκόους ἀνεκίνησε· καὶ νομοθεσίας ἐνθέου καὶ καταλλήλου τοῖς τότε χρωμένοις φωτὸς ἀπήρξατο λόγων· καὶ θρησκείας θεοσεβοῦς πέφηνεν εἰσαγωγεύς· καὶ ἐπὶ πᾶσι τῶν μακροῖς ὕστερον χρόνοις ἔσεσθαι μελλόντων τὰς προρρήσεις ἀναπεφώνηκεν, ὡς μικρὸν ὕστερον μνημονευθήσεται. Καὶ τοιοῦτος μὲν οὗτος· κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ οἱ μετ' αὐτὸν προφῆται πάρεργον μὲν, εἴπου τι τῶν ἐφημέρων ἐζητεῖτο, καὶ τοῦτο προὔλεγον τοῖς ἐρωτῶσι· τὸ δὲ κεφάλαιον τῆς προφητείας αὐτοῖς ἐπὶ

C **207** Primum sententias, opinionesque evangelicas ac veras protulit, de omnium rerum auctore atque opifice Deo; tum de ejusdem Filio, rationalium intelligentiumque naturarum auctore, earum utique, quæ post ipsum exsistere intelliguntur : item de mundi atque hominis creatione, Scripturam sacram exaravit atque edidit. Præterea cum historias religiosorum hominum, et qui olim Deo grati apud Hebræos vixerint, quasi quædam virtutum exemplaria expresserit, eos qui sibi dictanti parerent, ad imitationem virorum bonorum excitavit. Legi vero divinæ, atque iis qui tunc uterentur accommodatæ, primus orationis splendorem adhibuit adorationemque religiosam ac veram introduxit. Postremo iis, qui post se multis sæculis futuri erant, prædictiones enuntiavit, sicut paulo post a nobis commemorabitur : et hic quidem talis. Ad

Digitized by Google

eumdem vero modum etiam prophetæ qui post illum exstiterunt. Cæterum extra propositum existimetur, sicubi eorum quidpiam quæ in diem quæri solent, ipsi respondissent sciscitantibus. Summa autem omnis illorum prophetiæ in rebus magnis consumebatur. Non enim in divinatione rerum quæ in diem aut in præsens tempus quærerentur, neque parvis aut humilibus negotiis suum, quod a Deo acceperant, munus, dignum putabant. Sed super omni genere hominum divini in illis Spiritus illustratio ingens amplexa erat argumentum, non illa quidem ut de ægrotantis hominis corpore, neque de temporaria hac et omnibus morbis obnoxia vita, divinationem profiteretur: nec alioqui de quibusdam mediis atque indifferentibus, quæ neque, si adsint, ad profectum animæ conducibilia, neque, si non adsint, damnum aliquod aut perniciem afferant, tametsi nonnunquam hæc quoque prædicebant, non primaria quadam ratione, sed quod rerum graviorum perceptionem comitarentur, eisque essent adjuncta. At vero quæ in causis divini ab illis accipiendi Spiritus, ad vaticinandum principem locum obtinerent, ea majus quoddam continebant argumentum, quam ut ad ea quæ dicta sunt, pertinere possent. Quod si quis totum quasi corpus eorum quæ a Mose et aliis post Mosem prophetis scripta sunt, diligentissime exploret, profecto ea nihil aliud amplexa inveniat, quam adhortationem atque doctrinam divini cultus, qui Deo universi, ipsi utique opifici rerum omnium sit exhibendus, cognitionemque ac theologiam supremam de Filio, qui una cum Patre ipse quoque rerum sit auctor.

208 Prætcrea dehortationem atque eversionem a fallaci multorum deorum cultu, ad hæc veterum sanctorum virorum, qui primi talem religionem observaverint, memoriam prædictionesque et responsa de iis qui multis post sæculis ad illorum vitæ regulam, suam ipsi vitam directuri erant, per adventum Dei ad homines atque præsentiam, ipsius, inquam, Filii, et ipse ejusdem docendæ pietatis munere functurus, et ad salutem vitæ hominum afferendam venturus, in responsis dicebatur, cujus beneficio illi cunctis gentibus et Græcis simul et barbaris, eumdem divini cultus morem, quem veteres Hebræorum religionis amatores servaverant, prodendum esse canebant. Hæc Moses, hæc reliqui item prophetæ, qui omnes in uno ore, quod erat futurum, nuntiabant; atque hæc erat causa cur divinus Spiritus afflaret homines et corriperet, ut videlicet Dei cognitionem ipsos, supremamque de Patre ac Filio theologiam doceret, iisdemque traderet veræ illius pietatis morem, et ad memoriam redigeret eos qui quondam omnes honestatis partes complevissent, necnon eos qui posterioribus temporibus a pietate rituque majorum suorum excidissent, eosque longa oratione reprehenderet: item caneret adventum Salvatoris ac Doctoris universi humani generis, et per illum in cunctas gentes antiquæ Hebræorum religionis propagationem futuram,

A μεγάλοις συνετελεῖτο. Οὐ γὰρ ἐπὶ μαντείᾳ τῶν ἐφημέρων καὶ πρὸς τὸν παρόντα καιρὸν ἐπιζητουμένων, οὐδέ γε σμικρῶν καὶ ταπεινῶν τὰ τῆς θεοφορίας ἠξιοῦντο· ἀλλ' ἐπὶ τοῦ παντὸς ἀνθρώπων γένους ἡ τοῦ θείου Πνεύματος ἐν αὐτοῖς ἔλλαμψις, μεγίστην ὑπόθεσιν περιέχουσα, οὐ περὶ νοσοῦντος ἀνθρώπου τὸ σῶμα, οὐδὲ περὶ τῆς προσκαίρου καὶ πολυπαθοῦς ταύτης ζωῆς τὴν πρόῤῥησιν ἐπαγγελλομένη, οὐδὲ περί τινος ἀπολωλότος, οὐδ' ἄλλως περί τινων μέσων καὶ ἀδιαφόρων, ἃ οὔτε παρόντα ψυχῆς βελτιώσει συμβάλλεται, οὔτε μὴ παρόντα ζημίαν ἢ βλάβην περιποιεῖ (ἀλλ' ἦν μέν, ὡς ἔφην, ὅτε καὶ ταῦτα προῦλεγον, οὐ κατὰ τὸν προηγούμενον δὲ λόγον· ἀλλὰ κατὰ ἀκολουθίαν τῆς τῶν κρειττόνων καταλήψεως)· μείζονα μὲν ὑπόθεσιν ἢ κατὰ τὰ εἰρημένα περιεῖχεν. Εἰ B δ' οὖν τις τὴν πᾶσαν περιοχὴν τῆς Μωσέως γραφῆς, καὶ τῶν μετ' αὐτὸν ἀκριβῶς διερευνήσειεν, εὕροι ἂν προτροπὴν καὶ διδασκαλίαν εὐσεβείας τῆς εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, αὐτὸν δὴ τὸν δημιουργὸν ἁπάντων περιέχουσαν, γνῶσίν τε καὶ θεολογίαν τὴν ἀνωτάτω τοῦ δευτέρου αἰτίου, πάσης δὲ πολυθέου πλάνης ἀποτροπὴν, εἶτα τῶν πάλαι θεοφιλῶν ἀνδρῶν τῶν δὴ καὶ ἀπαρξαμένων τῆς εἰρημένης εὐσεβείας μνήμην, προῤῥήσεις τε καὶ ἀναφωνήσεις κατὰ τὸν ἐκείνων βίον, ὑστέροις ποτὲ χρόνοις μελλόντων βιώσεσθαι, δι' ἐπιφανείας καὶ παρουσίας εἰς ἀνθρώπους Θεοῦ, αὐτοῦ δὴ τοῦ δευτέρου Κυρίου, καὶ Θεοῦ μετὰ τὸν ἀνωτάτω Πατέρα, καὶ αὐτοῦ χρηματίζοντος διδασκάλου τῆς αὐτῆς εὐσεβείας, καὶ Σωτῆρος ἐπιφανησομένου τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ, δι' οὗ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, C Ἕλλησιν ὁμοῦ καὶ βαρβάροις, προῦλεγον τὸν τῆς θεοσεβείας τῶν πάλαι θεοφιλῶν Ἑβραίων τρόπον παραδοθήσεσθαι. Ταῦτα Μωσῆς, ταῦτα δὲ καὶ τῶν λοιπῶν προφητῶν παῖδες, οἱ πάντες ἐξ ἑνὸς στόματος προεκήρυττον. Καὶ τοῦτ' ἦν τὸ τῆς εἰς ἀνθρώπους τοῦ θείου Πνεύματος ἐπιφορᾶς αἴτιον, διδάξαι θεογνωσίαν ἀνθρώπους, καὶ τὴν ἀνωτάτω περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ θεολογίαν, παιδεῦσαί τε τρόπον ἀληθοῦς εὐσεβείας, καὶ μνημονεῦσαι τῶν πάλαι κατωρθωκότων, τόν τε μετὰ τούτων ἔλεγχον διὰ μακρῶν ἐκφῆναι λόγων, θεσπίσαι τε τὴν παρουσίαν τοῦ Σωτῆρος καὶ διδασκάλου τοῦ παντὸς ἀνθρώπων γένους, καὶ τὴν δ.' αὐτοῦ τῆς παλαιᾶς ἐξ Ἑβραίων θεοσεβείας εἰς πάντα τὰ ἔθνη μετάδοσιν προκηρύξαι. Ταῦτα ἦν τὰ ἐξ D αἰῶνος στήλαις καὶ βίβλοις ἱεραῖς τῶν προφητῶν συμφώνως ἀναπεφωνημένα. Αὐτὰ δὴ ταῦτα, ἃ καὶ ἡμῖν, αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς μετὰ τὸν μακρὸν αἰῶνα, εἰσέτι νῦν πληρούμενα συνορᾶται· μιᾷ δὲ φωνῇ πάντες οὗτοι καὶ θείῳ Πνεύματι κάτοχοι, πᾶσιν ἀνθρώποις τὸ φῶς τῆς ἀληθοῦς προεκήρυττον εὐσεβείας· ἁγνείαν τε ψυχῆς καὶ σώματος, παντελῆ τε κάθαρσιν διανοίας, ἣν αὐτοὶ πρότερον ἠσκηκότες, τοῖς ὑπηκόοις προὐβάλλοντο, πάσης ἀκολάστου πράξεως τοὺς προσιόντας ἀπείργοντες, μηδὲ τῆς πολυθέου πλάνης ἀπομιμεῖσθαι τὰς ἐκθέσμους ἐπιτηδεύσεις, προτροπάδην δὲ φεύγειν διδάσκοντες πᾶσαν δαιμονικὴν ἐγχείρησιν, καὶ τὰς πάλαι περισπουδάστους ἐκείνας ἀνθρωποθυσίας, τάς τε αἰσχρὰς καὶ ἐπιῤῥήτους περὶ θεῶν διηγήσεις, ὧν ἀπείργοντες, μόνῳ προσ-

Digitized by Google

ανέχειν συνεβούλευον τῷ πάντων δημιουργῷ Θεῷ, οἷα ἐφόρῳ καὶ κριτῇ τυγχάνοντι τῶν ἐν ἀνθρώποις πραττομένων· μηδὲ ἀγνοεῖν τὸν μέλλοντα εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημεῖν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, Σωτῆρα παντὸς γένους ἀνθρώπων, καὶ διδάσκαλον βαρβάρων ὁμοῦ καὶ Ἑλλήνων εὐσεβείας τῆς ἀληθοῦς καταστησόμενον. Τοσοῦτόν τι ἦν τὸ διάφορον τῶν ὑπὸ τοῦ θείου Πνεύματος κατόχων καὶ τῶν ὑπὸ δαιμονικῆς ἐνεργείας μαντεύεσθαι προσποιουμένων. Εἶτα τὸ μὲν πονηρὸν δαιμόνιον, οἷα σκότους οἰκεῖον, σκότον καὶ ἀχλὺν περιβάλλον τῇ ψυχῇ διὰ τῆς ἐμφοιτήσεως, τοῦ ὑποφήτου οἷα νεκρὸν ἐξήπλου τοῦ κατὰ φύσιν λογισμοῦ παρενηνεγμένον, οὐδ' ἑπόμενον τοῖς λεγομένοις ἢ πραττομένοις δι' αὐτοῦ, παντελῶς δ' ἀναίσθητον καὶ παράφρονα· παρ' ὃ καὶ μαντείαν, ὥσπερ τινὰ μανίαν, εἰκότως ἔοικασι τὴν τοιάνδε κατάπτωσιν ἐπικεκληκέναι· τὸ δέ γε ἀληθῶς καὶ ἔνθεον Πνεῦμα, φωτοειδὲς, μᾶλλον δὲ φῶς αὐτὸ τυγχάνον, ᾗ ἂν ἐπέλθῃ ψυχῇ, καινὴν παραχρῆμα καὶ λαμπροτάτην φωτὸς ἡμέραν ἐν αὐτῇ κατειργάζετο, διαυγεστέραν τε καὶ θεωρητικωτέραν πολὺ πλέον νῦν ἢ πρότερον αὐτὴν αὑτῆς ἀποφαῖνον, ὥστε νήφειν καὶ ἐγρηγορέναι, συνορᾷν τε πάντων μάλιστα καὶ συγκρίνειν τὰ θεσπιζόμενα· παρ' ὃ μοι δοκοῦμεν εὖ καὶ ἀληθῶς προφήτας ἀποκαλεῖν τοὺς τοιούσδε, παρὰ τὸ προφαίνειν καὶ προφωτίζειν ἐν αὐτοῖς τὸ θεῖον Πνεῦμα μὴ μόνον τὰ παρόντα, ἀλλὰ καὶ τῶν μελλόντων ἀληθῆ καὶ ἀκριβῆ γνῶσιν. Σκέψασθε δὲ εἰ μὴ πολὺ κρείττων οὗτος καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος, φάσκων Πνεῦμα θεῖον ψυχαῖς ἐπιφοιτᾷν κεκαθαρμέναις, καὶ νῷ λογικῷ καὶ διαυγεῖ πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ Θείου παρεσκευασμέναις, ἢ ὁ τῶν ἐν ἀψύχῳ ὕλῃ καὶ σκοτίοις μυχοῖς ἐναποκλειόντων τὸ θεῖον, ἔν τε γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν οὐ καθαραῖς ψυχαῖς, ἤδη δὲ καὶ ἐπὶ κόρακας καὶ ἱέρακας καὶ ἄλλους οἰωνοὺς, ἐπί τε αἶγας καὶ ἄλλα ζῶα, ναὶ μὴν καὶ ἐπὶ ὑδάτων συστάσεις, ἔν τε ἡπατοσκοπίαις, καὶ αἵμασι νοσερῶν καὶ εἰδεχθῶν κνωδάλων, ἑρπετῶν τε ἰοβόλων σώμασιν, οἷον δρακόντων καὶ γαλῶν, καί τινων ἄλλων τοιουτοτρόπων, δι' ὧν τὴν τῶν μελλόντων πρόγνωσιν οἱ θαυμάσιοι τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ἐκφαίνειν ὑπειλήφασι. Τοῦτο δ' ἀνδρῶν ἦν μὴ συνεωρακότων Θεοῦ φύσιν, μηδέ γε θείου Πνεύματος δύναμιν ἐπινενοηκότων, οὐδαμῶς μὲν ἐμφιλοχωροῦσαν ἀψύχοις ἢ ἀλόγοις ζώοις, ἀλλ' οὐδ' ἐν λογικοῖς ἅπασιν, εἰ μή ποτε ἄρα ἦ μόνων ψυχῶν καὶ ἐναρέτοις ψυχαῖς, οἵους ἡμῖν ἀρτίως ὁ λόγος τοὺς Ἑβραίων ὑπέγραψε προφήτας· οὓς τοῦ θείου Πνεύματός φαμεν ἀξιωθῆναι μεγάλων ἕνεκεν πραγμάτων οἰκουμένης ἁπάσης ἀνθρώπων βελτιώσει συμβαλλομένων. Εἰ δέ ποτ' αὐτοῖς σκιᾶς δίκην ἐπηκολούθει τὸ καὶ τὰ παρόντα τῶν μέσων καὶ ἀδιαφόρων γνωρίζειν, καὶ προλέγειν κατὰ καιρὸν τὰ ἀγνοούμενα τοῖς ἐρωτῶσιν ἀναγκαίως καὶ τοῦτο τοῖς πάλαι αὐτοῖς πλησιάζουσι παρεῖχον, ὡς ἂν μὴ δοκοῖεν οἱ λίχνοι περὶ τὰς προγνώσεις εὐλόγως ἀποκλίνειν ἐπὶ τὰ ἔξω τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν μαντεῖα σπάνει προφητῶν οἰκείων. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὧδε τέλος ἐχέτω, τῆς ἐν τοῖς Ἑβραίων προφήταις θείας δυνάμεως ὄντα παραστατικά. Ὥρα δὴ οὖν αὐτοῖς, οἷα δὴ ἐνθέοις ἀνδράσι καὶ σοφοῖς, οὐ κατ' ἄνθρωπον γέ-

A nuntiaret. Hæc sunt quæ ab initio et titulus et libris sacris prophetarum, concordi voce enuntiata fuerunt, ipsa, inquam, hæc, quæ etiam nos post longissimum tempus, hodierno ipso die compleri oculis nostris intuemur. Hi vero omnes uno ore, divino Spiritu afflati, cunctis hominibus lumen veræ pietatis aperiebant, atque animæ et corporis castitatem perfectamque mentis purgationem commendabant. Quam cum ipsi prius exercuissent, iis qui sibi auscultarent, proponebant, et ab omni minus honesta actione eos qui ad se accederent, prohibebant deterrebantque, ne studia illa nefaria imitarentur quæ ab errore colendi multos deos profecta fuerant: tum præcipiti quodam cursu docebant, ut fugerent omnem dæmonicam traditionem, priscasque illas omB ni studio celebratas hominum mactationes, obscenasque de diis et nefandas narrationes: a quibus cum homines prohiberent, unum universi opificem Deum, **209** quasi præsidem ac judicem omnium quæ ab hominibus agantur, ut attenderent, hortabantur: atque interim ne ignorarent eum, qui venturus erat ad homines, Christum utique Dei, Salvatorem universi humani generis, ac Doctorem non minus barbaris quam Græcis veræ pietatis destinatum. Hæc sane erat differentia inter eos qui Spiritum Dei receperant, et eos qui dæmonico instinctu divinationem profitebantur. Deinde pravum quidem unumquodque dæmonium tanquam tenebrarum amicum, animum tenebris et caligine involvens, accessu suo quemcunque sibi subjecerat, naturali C usu rationis deturbatum, quasi mortuum distendebat. Itaque ille tanquam omni sensu spoliatus, factusque amens, quid a se vel diceretur vel ageretur, neutiquam intelligentia consequebatur. Ex qua re merito istiusmodi alienationi nomen imposuerunt, quod cum divinationem significet, a furore videtur esse deductum. Verus autem divinusque Spiritus cum lucidissimus, ac potius ipsa lux sit, ad quamcunque animam accesserat, in ea continuo novum ac splendidissimum lucis diem comparabat, eamdemque et nitidam et ad contemplandum idoneam, multo amplius nunc quam prius esse consuevisset, reddebat. Itaque cum maxime et sobrii erant, et vigilabant, et præ aliis omnibus quæ caD nebant, ipsi intuebantur et comparabant. Ex quo mihi bene vereque videmur eos qui tales exstiterint, vocare prophetas, quod divinus in eis Spiritus ante ostendere, et lumine suo anticipare, non præsentium modo, verum etiam futurorum veram, certamque cognitionem consueverit. Cæterum, contemplamini, quæso, longene melior hæc et verior oratio, quæ ait divinum Spiritum in animas expurgatas, et ad suscipiendam Divinitatem intelligentia et ratione nitida comparatas, ingredi solitum, an eorum qui in materia inanima et tenebricosis secessibus, divinum quod sit, includunt: atque in feminarum virorumque impuris animis, neenon in corvis atque accipitribus avibusque cæteris, præterea in capris et reliquis animalibus, quinetiam in

Digitized by Google

aquarum collectionibus, in extispiciis, in cruoribus odiosarum ac deformium belluarum, in venenatorum serpentium corporibus, ut draconum et mustelarum, et aliorum ejusdem generis, per quæ futurarum rerum cognitionem a supremo Deo indicari et prodi, admirabiles isti et egregii auctores, contra quos dicimus, putaverunt. **210** Porro istuc hominum fuit nullam divinæ naturæ rationem habentium, neque vero quænam sit divini Spiritus vis, considerantium, quæ nullo modo inanima brutaque animalia incolere gaudet, ac ne rationalia quidem cuncta, sed ea tantum in quorum animis virtus insit perfecta, quales paulo ante prophetas Hebræorum oratio nostra descripsit, quos diximus magnarum rerum causa, divino Spiritu dignos esse habitos, utpote qui orbis universi hominibus ea proderent quæ ad ipsorum in virtute profectum conducerent; quod si quando illos instar umbræ, etiam rerum præsentium ac mediarum atque indifferentium cognitio comitata est, usque adeo ut sciscitantibus quæ ignorarent, ad tempus quoque prædicerent, etiam hoc ipsum necessario illis qui ad ipsos accederent, præbebant : nimirum ne isti curiosi ac perquam avidi divinationum, jure ad extrema aliarum nationum oracula, penuria domesticorum prophetarum, secedere viderentur. Sed hæc hactenus dicta sint, ad illam vim divinam demonstrandam quæ in prophetis Hebræorum inerat. Tempus igitur jam est ut illi tanquam ii qui viri divini sapientesque, non humano more, exstiterunt, sed afflati divino Spiritu, quæ credenda essent, docuerint, sua ipsorum decreta, et cum pietate conjunctas incorruptasque theologias, sine omni prorsus ambiguitate nos doceant, ut videamus num usquam quidquam a virtute ac veritate alienum importent. Agedum igitur jam deinceps, novo quodam dicendi initio assumpto, quæ in Evangeliis de Salvatore nostro Jesu Christo theologia continetur, eam propheticis quoque testimoniis comprobemus. Evangelica igitur testificatio talem de Christo profert theologiam : « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum : omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil [95]. » Vocat porro illum lucem intelligentem, vocat etiam Dominum, sicut interim Deum quoque. Divinus autem Paulus, tanquam Christi discipulus et apostolus, eidem theologiæ concordat, ubi de illo hæc narrat : « Qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipso condita sunt universa, in cœlo et in terra, visibilia et invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates, omnia per ipsum et in ipso creata sunt, et ipse est ante omnia, et omnia per ipsum constant [96]. » Vocatur autem et Dei virtus et Dei sapientia. **211** Hæc ipsa igitur hoc tempore de propheticis Hebræorum monumentis, quasi de variis floribus colligenda nobis proposita sunt ut per utriusque partis consensionem demonstratio constet veritatis. Cæterum, ignorare neutiquam oportet, quemadmodum divina oracula, cum multum quod, tum in verbis, tum in sententiis, mirifice excellat, Hebraica lingua contineant, variam diversamque in Græca lingua interpretationem, ob difficultatem contemplandi, sortita sint. Sed cum olim viri Hebræi multi simul convenerint, et una eademque voce illa omnia converterint, eos maxime sequemur, quandoquidem Christi quoque Ecclesiæ iisdem uti placuit. Sicubi autem usu venerit, ne juniorum quidem interpretum novas editiones, quas etiam nunc Judæi libenter usurpant, recusabimus : ut ea quæ ad nostram hanc demonstrationem pertinent, ex omni parte stabilius firmiusque consistant. Cum hæc hactenus præfati simus, reliquum jam est, ut in ipsas divinas voces insistamus.

[95] Joan. I, 1-3. [96] Coloss. I, 15-17.

A νομένοις, κατ' ἐπίπνοιαν δὲ θείου Πνεύματος πεῖθεσθαι διδάσκουσι, παιδεύεσθαί τε τὰ παρ' αὐτοῖς δόγματα, καὶ τὰς εὐσεβεῖς καὶ ἀδιαπτώτους θεολογίας, οὐκέτ' ἀμφιβολίαν ἔχοντα, μή πη ἀρετῆς καὶ ἀληθείας ἀλλότριον ἐπάγονται. Φέρ' οὖν ἤδη λοιπὸν, ἀναλαβόντες ἐξ ὑπαρχῆς τὸν λόγον, τὴν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις περὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ θεολογίαν, ἀπὸ τῆς προφητικῆς μαρτυρίας πιστωσώμεθα. Ἡ μὲν οὖν εὐαγγελικὴ μαρτυρία ὧδε τὸν Χριστὸν θεολογεῖ· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. » Καλεῖ δ' αὐτὸν καὶ φῶς νοερὸν, καλεῖ δὲ καὶ Κύριον, ὡσπερ οὖν καὶ Θεόν. Καὶ ὁ θεσπέσιος δὲ Παῦλος, οἷα τοῦ Χριστοῦ μαθητὴς ὢν καὶ ἀπόστολος, συνᾴδει τῇ θεο-

B λογίᾳ, ταῦτα περὶ αὐτοῦ διεξιών· « Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ ἀοράτου, Πρωτότοκος πάσης κτίσεως, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι. Τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται, καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα δι' αὐτοῦ συνέστηκε. » Κέκληται καὶ Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία. Αὐτὰ δὴ οὖν ταῦτα πρόκειται καὶ νῦν ἀπὸ τῶν παρ' Ἑβραίοις προφητικῶν γραφῶν ἐξανθίσασθαι, ὡς ἂν διὰ τῆς ἐν ἑκατέροις τοῖς μέρεσι συμφωνίας ἡ τοῦ ἀληθοῦς ἀπόδειξις παρασταθείη. Χρὴ δὲ μὴ ἀγνοεῖν, ὅτι οἱ μὲν θεῖοι χρησμοὶ, πολὺ τὸ καὶ πρὸς λέξιν καὶ πρὸς διάνοιαν ὑπερφυὲς τῇ Ἑβραίων φωνῇ περιέχοντες, διαφόρου τῆς ἐπὶ τὸ Ἑλληνικὸν ἑρμηνείας τετυχήκασι, τοῦ δυσθεωρήτου χάριν. Οἱ δ' οὖν ἄνδρες

C ἀθρόως Ἑβραῖοι συμφώνως αὐτὰς μεταβεβλήκασιν, οἷς μάλιστα τὸν νοῦν προσέξομεν, ὅτι δὴ καὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίᾳ τούτοις κεχρῆσθαι φίλον. Εἰ δέ που γίνοιτο χρεία, οὐδὲ τὰς τῶν μετὰ ταῦτα νεωτέρων ἑρμηνευτῶν ἐκδόσεις, αἷς εἰσέτι νῦν Ἰουδαίοις χρῆσθαι φίλον, παραιτησόμεθα· ὡς ἂν πανταχόθεν τὰ τῆς ἀποδείξεως ἡμῖν βεβαιοτέρας τύχοι παραστάσεως. Τούτων ἡμῖν πεπροοιμιασμένων, καὶ τῶν ἐνθέων φωνῶν ἤδη λοιπὸν ἐφαψόμεθα.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

CAPUT I.

Ὡς παρ' Ἑβραίοις ὁ σοφώτατος Σολομὼν ἐν Παροιμίαις οἶδέ τινα πρωτότοκον τοῦ Θεοῦ δύναμιν, ἣν καὶ σοφίαν Θεοῦ, καὶ γέννημα αὐτοῦ προσαγορεύει, ὡσπεροῦν καὶ ἡμεῖς δοξάζομεν.

Quemadmodum apud Hebræos sapientissimus Salomon, in Proverbiis novit quamdam primogenitam Dei virtutem, quam et sapientiam Dei, et ejusdem sobolem appellat : sicut interim nos quoque eamdem glorificamus.

« Ἐγὼ ἡ Σοφία κατεσκήνωσα βουλὴν, καὶ γνῶσιν, καὶ ἔννοιαν ἐγὼ ἐπεκαλεσάμην. Φόβος Κυρίου μισεῖ ἀδικίαν, ὕβριν τε καὶ ὑπερηφανίαν, καὶ ὁδοὺς πονηρῶν. Μεμίσηκα δὲ ἐγὼ διεστραμμένας ὁδοὺς κακῶν. Ἐμὴ βουλὴ καὶ ἀσφάλεια, ἐμὴ φρόνησις, ἐμὴ δὲ ἰσχύς. Δι' ἐμοῦ βασιλεῖς βασιλεύουσι, καὶ οἱ δυνάσται γράφουσι δικαιοσύνην· δι' ἐμοῦ μεγιστᾶνες μεγαλύνονται, καὶ τύραννοι δι' ἐμοῦ κρατοῦσι γῆς· ἐγὼ τοὺς ἐμὲ φιλοῦντας ἀγαπῶ· οἱ δὲ ἐμὲ ζητοῦντες εὑρήσουσι χάριν· πλοῦτος καὶ δόξα ἐμοὶ ὑπάρχει, καὶ B κτῆσις πολλῶν καὶ δικαιοσύνη. Βέλτιον ἐμὲ καρπίζεσθαι ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον πολύν· τὰ δὲ ἐμὰ γεννήματα κρεῖσσον ἀργυρίου ἐκλεκτοῦ. Ἐν ὁδοῖς δικαιοσύνης περιπατῶ, καὶ ἐν ὁδοῖς δικαιοσύνης ἀναστρέφομαι, ἵνα μερίσω τοῖς ἐμὲ ἀγαπῶσιν ὕπαρξιν, καὶ τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν ἐμπλήσω ἀγαθῶν· ἐὰν ἀναγγείλω ὑμῖν τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα, μνημονεύσω τὰ ἐξ αἰῶνος ἀριθμῆσαι. Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ· πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με, ἐν ἀρχῇ πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι, καὶ πρὸ τοῦ τὰς ἀβύσσους ποιῆσαι, πρὸ τοῦ προελθεῖν τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. Κύριος ἐποίησε χώρας ἀοικήτους καὶ ἄκρα οἰκούμενα τῆς ὑπ' οὐρανόν. Ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ, C καὶ ὅτε ἀφώριζε τὸν ἑαυτοῦ θρόνον ἐπ' ἀνέμων· ἡνίκα ἰσχυρὰ ἐποίει τὰ ἄνω νέφη, καὶ ὡς ἀσφαλεῖς ἐτίθει πηγὰς τῆς ὑπ' οὐρανὸν, ἐν τῷ τιθέναι τῇ θαλάσσῃ ἀκριβασμὸν αὐτοῦ, καὶ ὕδατα οὐ παρελεύσονται στόμα αὐτοῦ· ἡνίκα ἰσχυρὰ ἐποίει τὰ θεμέλια τῆς γῆς, ἥμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα. Ἐγὼ ἥμην ᾗ προσέχαιρε. Καθ' ἡμέραν δὲ εὐφραινόμην ἐν προσώπῳ αὐτοῦ, ἐν παντὶ καιρῷ, ὅτε ηὐφραίνετο τὴν οἰκουμένην συντελέσας, καὶ ηὐφραίνετο ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων. Ἡ πρὸ τῶν γεννητῶν θεία καὶ πανάρετος οὐσία, ἡ νοερὰ καὶ πρωτότοκος τῆς ἀγεννήτου φύσεως εἰκὼν, ὁ γνήσιος καὶ μονογενὴς τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ Υἱὸς, πολυώνυμός τις ὢν, καὶ διὰ πλείστων προσρήσεων θεολογούμενος, τῷ τῆς σοφίας ἐπὶ τοῦ D παρόντος ἀξιώματί τε καὶ προσηγορίᾳ τετίμηται. Λόγον δὲ Θεοῦ αὐτὸν, καὶ Φῶς, καὶ Ζωὴν, καὶ Ἀλήθειαν, καὶ ἐπὶ πᾶσι Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν καὶ Θεοῦ Σοφίαν προσαγορεύειν μεμαθήκαμεν. Εἰ δὴ οὖν τὰ μετὰ χεῖρας αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ, ὡς ἂν Θεοῦ Σοφία ζῶσα καὶ καθ' αὑτὴν ὑφεστῶσα, διὰ τοῦ σοφωτάτου Σολομῶντος διεξέρχεται λέγων, « Ἐγὼ ἡ Σοφία κατεσκήνωσα βουλὴν, καὶ γνῶσιν, καὶ ἔννοιαν ἐγὼ ἐπεκαλεσάμην » καὶ τὰ τούτοις ἐπαγόμενα· ἀλλὰ καὶ ὡς τὴν τῶν ὅλων διοίκησιν καὶ πρόνοιαν ἀναδεδεγμένος ἐπιφέρει· « Δι' ἐμοῦ βασιλεῖς βασιλεύουσι, καὶ οἱ δυνάσται γράφουσι δικαιοσύνην· δι' ἐμοῦ μεγιστᾶνες μεγαλύνονται· » εἶτα, εἰ-

« Ego Sapientia habitavi consilium, et cognitionem, et cogitationem ego invocavi : timor Domini odit injustitiam, contumeliamque et superbiam, et vias pravorum : odi vero ego perversas vias malorum : meum est consilium et stabilitas : mea est prudentia, mea autem fortitudo : per me reges regnant, et potentes scribunt justitiam : per me magni viri magnificantur, et tyranni per me obtinent terram : ego amantes me diligo, et qui quærunt me invenient gratiam : divitiæ et gloria mihi adsunt, et possessio multorum justitia. Melius est frui me, quam auro et lapide pretioso multo : mei vero fetus, meliores argento electo. **212** In viis justitiæ ambulo, et inter vias veritatis versor, ut dividam diligentibus me substantiam, et thesauros eorum impleam bonis : si annuntiavero vobis quæ quotidie fiunt, memoravero quæ a sæculo sunt ad numerandum. Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua : ante sæculum fundavit me, in principio antequam terram faceret, et antequam abyssos faceret, antequam prodirent fontes aquarum, antequam montes suis sedibus firmarentur, ante omnes colles gignit me : Dominus fecit regiones, et eas quæ non habitantur, et vertices qui habitantur, ejus quæ sub cœlo est : quando parabat cœlum, simul cum eo aderam, quando segregabat sedem suam super ventos, quando fortes faciebat superiores nubes, et ut stabiles ponebat fontes ejus, quæ sub cœlo est, dum poneret mari consummationem suam, et aquæ non præteribunt os ejus, quando fortia faciebat fundamenta terræ, eram apud illum componens : ego eram apud quam gaudebat, quotidie vero lætabar in vultu illius in omni tempore : quando lætabatur quod orbem terrarum perfecisset, et lætabatur in filiis hominum [97]. » Divinam et omnem in se habens virtutem, quæ cunctis rebus genitis antiquior est essentia, quæ intelligens et primogenita ingenitæ naturæ imago est, legitimus atque unicus maximi Dei Filius, qui multis nominibus dicitur, de quo ut de Deo pluribus appellationibus loquimur, hoc in loco Sapientiæ dignitatem atque appellationem, honoris et amplitudinis gratia accepit, Verbum autem Dei eumdem, et Lucem, et Vitam, et Veritatem, et postremo Christum Dei Virtutem, et Dei Sapientiam appellare jam didicimus : jam igitur in his quæ nunc in manibus sunt, ipse de seipso, tanquam Dei vivens Sapientia, et quæ per seipsam consistat, per sapientissimum Salomonem verba facit, dum dicit :« Ego Sapientia habitavi consilium, et cognitionem, et cogitationem ego invocavi, » et quæ his adjuncta sunt. Sed etiam quasi is qui ipsius universi administrationem et

[97] Prov. VIII, 12-31.

Digitized by Google

providentiam acceperit, adjungit, « Per me reges regnant, et potentes scribunt justitiam, per me magni viri magnificantur; » deinde ubi dixit se memoraturum quæ a sæculo sunt, adjungit dicens: « Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua, ante sæculum fundavit me. » **213** Quibus verbis interim seipsum genitum, neque eumdem cum Ingenito docet esse, eum sane qui ante omne ævum essentiam acceperit, et in modum fundamenti cunctis genitis rebus præmissus sit. Ex quo divinum Apostolum argumentum accepisse credibile est, ut de illo diceret, « Qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipso condita sunt universa, in cœlo et in terra [98]. » Siquidem primogenitus omnis creaturæ dictus est in illo: « Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua. » Jure autem imago Dei intelligetur, utpote qui genitura sit ingenitæ naturæ. Hoc igitur in his quæ in manibus sunt confitetur, ubi ait: « Antequam montes suis sedibus firmarentur, » et, « Ante omnes colles, gignit me. » Inde illum Filium unicum, et primum genitum Dei Verbum appellamus, qui quidem idem sit cum ea Sapientia de qua dictum est. Quomodo autem genituram illum esse Dei dicamus, alius erit et proprius indagandi locus, quoniam neque secundum projectionem, neque secundum diductionem, aut divisionem, aut diminutionem, aut sectionem, aut omnino secundum aliquid eorum quæ in genitura mortali exigi solent, ineffabilem illius procreationem cogitamus: neque fas est ullis genitis rebus illius aut genituram, aut propagationem, quæ quidem nullis neque verbis, neque nominibus comprehendi potest, similem arbitrari, neque vero aliquam illi eorum quæ temporaria et mortalia sunt, comparare imaginem: quoniam neque secundum eas animalium procreationes, quæ apud nos visuntur, essentiam de essentia, eamque divisibilem aut separabilem, Filium de Patre, patiendo aut dividendo prodiisse, pie dicere possumus: partes enim nullas habet, insecabileque est, quod divinum est, non secatur, non dividitur, non extenditur, non corripitur, non diminuitur, non majus, non pejus, non melius fit; non habet in seipso aliquid quod a seipso sit aliud, ut illud possit abjicere: quidquid enim in aliquo est, aut est tanquam accidens, ut album in corpore, aut tanquam aliud in alio, ut in prægnante fetus quem in utero gestat, aut tanquam pars in toto, ut in corpore manus, vel pes, vel digitus, quæ totius sunt partes, quarum si abscissionem, aut sectionem aliquam, aut divisionem patiantur corpora, imperfectum ac mutilum ipsum totum, veluti summa parte amputata, relinquitur. At enim in ingenita maximi Dei natura, **214** et in unici ejusdem primoque geniti Filii procreatione, talem usurpare imaginem aut similitudinem, omnium quæ impia sunt, maxime impium sit. Non igi-

[98] Colos. I, 15.

A πῶν μνημονεύσειν τὰ ἐξ αἰῶνος, ἐπάγει λέγων· « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ· πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με· » δι' ὧν ὁμοῦ καὶ γενητὸν ἑαυτὸν, οὐχὶ δὲ τὸν αὐτὸν ὄντα τῷ Ἀγεννήτῳ διδάσκει, πρὸ παντὸς αἰῶνος οὐσιωμένον, θεμελίου τε τρόπαν τῶν γεννητῶν ἁπάντων προβεβλημένον. Ὅθεν τὸν θεῖον Ἀπόστολον εἰκὸς ὁρμώμενον περὶ αὐτοῦ φάναι· « Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Ἀοράτου, πρωτότοκος πάσης κτίσεως· ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. » Πρωτότοκος μὲν γὰρ πάσης ἀνείρηται κτίσεως, κατὰ τὸ, « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ· » νοοῖτο δ' ἂν εἰκότως εἰκὼν τοῦ Θεοῦ, ὡς ἂν γέννημα τῆς ἀγεννήτου φύσεως τυγχάνων. Τοῦτο δὲ οὖν ἐν τοῖς μετὰ χεῖρας ὁμολογεῖ, δι'
B ὧν φησι· « Πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι, » καὶ, « Πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. » Ἔνθεν αὐτὸν Υἱὸν μονογενῆ, καὶ πρωτότοκον τοῦ Θεοῦ Λόγον ἀναγορεύομεν τὸν αὐτὸν ὄντα τῇ δηλουμένῃ Σοφίᾳ. Ὅπως δὲ γέννημα Θεοῦ αὐτὸν εἶναί φαμεν, ἰδίας ἂν δέοιτο ἐξετάσεως· ἐπεὶ μήτε κατὰ διάστασιν, ἢ διαίρεσιν, ἢ μείωσιν, ἢ τομὴν, ἢ κατά τι ὅλως τῶν ἐπὶ τῆς θνητῆς γενέσεως ἐπιτελουμένων, τὴν ἀπόῤῥητον αὐτοῦ γενεσιουργίαν ἐπινοοῦμεν. Οὐδὲ γὰρ θέμις τῶν ἐν γενητοῖς τισι τὴν ἄῤῥητον καὶ ἀκατονόμαστον αὐτοῦ γένεσίν τε καὶ οὐσίωσιν ἀφομοιοῦν, οὐδέ τινα τῶν ἐπικαίρων καὶ θνητῶν παραβάλλειν αὐτῷ εἰκόνα· ἐπεὶ μηδὲ κατὰ τὰς παρ' ἡμῖν τῶν ζώων γενέσεις
C οὐσίαν ἐξ οὐσίας κατὰ πάθος ἢ διαίρεσιν, μεριστὴν καὶ χωριστὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς προεληλυθέναι τὸν Υἱὸν φάναι ὅσιον. Ἀμερὲς γὰρ καὶ ἄτομον τὸ θεῖον, οὐ τεμνόμενον, οὐ διαιρούμενον, οὐκ ἐκτεινόμενον, οὐ μειούμενον, οὐ συστελλόμενον, οὐ μεῖζον, οὐ χεῖρον, οὐ κρεῖττον αὐτοῦ γινόμενον, οὐκ ἔχον τι ἐν ἑαυτῷ ἕτερόν τι αὐτοῦ, ἵνα καὶ πρόηται τοῦτο. Πᾶν γὰρ τὸ ἔν τινι ὄν, ἢ ὡς συμβεβηκὸς, οἷον λευκὸν ἐν σώματι, ἢ ὡς ἕτερον ἐν ἑτέρῳ τυγχάνει, ὡς τὸ ἐν τῇ κυοφορούσῃ κατὰ γαστρὸς κυοφορούμενον, ἢ ὡς μέρος ἐν
D τῷ ὅλῳ, ὡς ἂν ἐν σώματι χεὶρ ἢ ποῦς, ἢ δάκτυλος τοῦ παντὸς ὄντα μέρη, ὧν ἀποκοπὴν ἢ τινα τομὴν ἢ διαίρεσιν πεπονθότων, ἀτελὲς καὶ κολοβὸν, ὡς ἂν τοῦ μέρους ἠκρωτηριασμένου, ἀπολέλειπται τὸ πᾶν. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ εἰκόνι τοιᾷδε καὶ ὁμοιώσει χρῆσθαι ἐπὶ τῆς ἀγεννήτου φύσεως τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, καὶ τῆς τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ καὶ Πρωτοτόκου γενέσεως, πάντων ἂν εἴη ἀσεβέστατον. Οὐ τοίνυν ὡς ἕτερον ἐν ἑτέρῳ, ἐξ ἀπείρων καὶ ἀνάρχων αἰώνων ἦν ὁ Υἱὸς ἀγέννητος ἐν τῷ Πατρὶ, μέρος ὢν αὐτοῦ, ὃ μεταβληθὲν ὕστερον καὶ κενωθὲν ἐκτὸς αὐτοῦ γέγονε· τροπῇ γὰρ αὐτῇ ἤδη τοῦτο οἰκεῖον· καὶ δύο γ' ἂν οὕτως ἀγέννητα εἶεν, τὸ προβεβληκὸς καὶ τὸ προβεβλημένον. Καὶ τίς ἦν κατάστασις κρείττων; Ἆρα ἡ πρὸ τῆς τροπῆς τῆς κατὰ τὴν προβολὴν διαστάσεως; Οὔκουν ὡς μέρος ἢ μέλος ἀγεννήτως ἡνωμένον ἀεὶ πρότερον, ἔπειτα δὲ διαστὰν καὶ χωρὶς γενόμενον τοῦ ὅλου, τὸν Υἱὸν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς οἷόν τε ἐπινοεῖν. Ἄῤῥητα γὰρ καὶ ἄντικρυς ἀσεβῆ ταῦτα, ὕλης μὲν

Digitized by Google

ὄντα σωμάτων οἰκεῖα, τῆς δὲ ἀσωμάτου καὶ ἀΰλου φύσεως ἀλλότρια. Διὸ κατὰ καιρὸν εἰκότως ἂν τις ἐνταῦθα πάλιν τὸ, « Τὴν γένεσιν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; » ἀναφθέγξαιτο ἄν· ἐπειδὴ καὶ τὴν ἐναντίαν ἐλθεῖν οὐκ ἀκίνδυνον, καὶ ἁπλῶς οὕτως ἐξ οὐκ ὄντων γεννητὸν τὸν Υἱὸν τοῖς λοιποῖς γεννητοῖς ὁμοίως ἀποφήνασθαι· ἄλλη γὰρ Υἱοῦ γένεσις, καὶ ἄλλη ἡ διὰ τοῦ Υἱοῦ δημιουργία. Ἀλλὰ γὰρ ὥσπερ ἡ Θεία Γραφὴ τοτὲ μὲν πρωτότοκον πάσης κτίσεως τὸν Υἱὸν ἀναγορεύει ἐξ αὐτοῦ προαιώνιον, τὸ, « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, » φάσκουσα· τοτὲ δὲ γέννημα τοῦ Πατρὸς εἶναι, λέγει κατὰ τὸ, « Πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με· » ταύτῃ καὶ ἡμῖν ἕπεσθαι ὑγιῶς ἂν ἔχοι, καὶ τὸ πρὸ πάντων αἰώνων εἶναι Λόγον ὄντα Θεοῦ δημιουργικὸν, καὶ τὸ Πατρὶ συνεῖναι, μονογενῆ τε Υἱὸν εἶναι τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, ὑπουργόν τε καὶ συνεργὸν τῷ Πατρὶ τῆς τῶν ὅλων οὐσιώσεώς τε καὶ διακοσμήσεως γεγεννημένον ὁμολογεῖν. Εἰ γὰρ οὖν καὶ ἄλλο τι ἄῤῥητον καὶ ἀκατάληπτον ἡμῖν ἐν τῇ τῶν ὅλων ἀπολέλειπται φύσει, μυρία δὲ τὰ τοιαῦτα, ὁποῖα καὶ τὰ τοῖς θεοφιλέσιν ἐπηγγελμένα τυγχάνει, « Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, » κατὰ τὸν ἱερὸν Ἀπόστολον· πολὺ πρότερον πάσης ἐννοίας ἐπέκεινα, ἄῤῥητα καὶ ἀκατονόμαστα, ἀνεπινόητά τε καὶ ἀνενθύμητα γένοιτο ἂν τὰ περὶ τῆς πρώτης τοῦ Μονογενοῦς τοῦ Θεοῦ γενέσεως, ἄλλο μηδὲν πλέον ἐχόντων ἡμῶν περὶ αὐτοῦ λέγειν τε καὶ νοεῖν ἢ· « Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; » Εἰ δέ τις τούτου περαιτέρω χωρῶν τόλμῃ προαχθείη τὰ πάντη ἀπερινόητα ὁρατικοῖς καὶ σωματικοῖς παραβάλλειν ὑποδείγμασι, τάχα ἂν εἴποι τῆς τοῦ Πατρὸς ἀγεννήτου φύσεως καὶ τῆς ἀνεκφράστου οὐσίας, ὥσπερ εὐωδίαν τινὰ καὶ φωτὸς αὐγὴν τὸν Υἱὸν ἐξ ἀπείρων αἰώνων, μᾶλλον δὲ πρὸ πάντων αἰώνων ὑποστῆναι, γενόμενόν τε συνεῖναι, καὶ συγγενόμενον ἀεὶ τῷ Πατρὶ ὡς τῷ μύρῳ τὸ εὐῶδες, καὶ τῷ φωτὶ τὴν αὐγὴν, ἀλλ' οὐ τοῖς ὑποδείγμασι κατὰ πάντα τρόπον ὁμοίως, ὡσπεροῦν ἤδη πρότερον εἴρηται. Τὰ μὲν γὰρ ἄψυχα σώματα τὸ συμβεβηκὸς ἐν ποιότησι κέκτηνται· ἥ τε γὰρ αὐγὴ, σύμφυτος οὖσα τῇ τοῦ φωτὸς φύσει, καὶ οὐσιωδῶς συνυπάρχουσα τῷ φωτὶ, οὐκ ἂν δύναιτο ἐκτὸς ὑφεστάναι τοῦ ἐν ᾧ ἐστιν· ὁ δέ γε τοῦ Θεοῦ Λόγος καθ' ἑαυτὸν οὐσίωταί τε καὶ ὑφέστηκε, καὶ οὐκ ἀγεννήτως συνυπάρχει τῷ Πατρὶ, ἀλλ' ὡς μονογενὴς Υἱὸς μόνος πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγεννημένος· ἥ τε εὐωδία, ἀπορρόη τις οὖσα σωματικὴ τοῦ ὑποκειμένου, καθ' ἑαυτὴν ἐκτὸς τοῦ πρώτου αἰτίου τὸ πλησιάζον πληροῦσα, οὐδὲν ἧττον σωματικὴ οὖσα καὶ αὐτὴ τυγχάνει. Οὐ ταύτῃ οὖν ἡμῖν νοηθήσεται καὶ τὰ περὶ τῆς πρώτης οὐσιώσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν. Οὐδὲ γὰρ ἐξ οὐσίας τῆς ἀγεννήτου κατά τι πάθος ἢ διαίρεσιν οὐσιωμένος, οὐδέ γε ἀνάρχως συνυφέστηκε τῷ Πατρί· ἐπεὶ ὁ μὲν ἀγέννητος, ὁ δὲ γεννητός· καὶ ὁ μὲν Πατὴρ, ὁ δὲ Υἱός. Προϋπάρχειν δὲ καὶ προϋφεστάναι Πατέρα Υἱοῦ, πᾶς ὁστισοῦν ὁμολογήσειεν. Εἴη δ' ἂν ταύτῃ καὶ εἰκὼν Θεοῦ, ἀῤῥήτως πάλιν καὶ

A tur tanquam aliud in alio, ex infinitis et principio carentibus sæculis, erat Filius ingenitus in Patre, qui pars illius quædam esset, quæ quidem posterius commutata et ejecta extra illum secesserit : jam enim istud conversionis proprium foret, et sic sane duo essent ingenita, unum id quod projecisset, alterum quod projectum esset! Et quinam, quæso, status melior? Num is qui ante conversionem fuit, quo per projectionem diductio facta est? Ergo quasi pars vel membrum antea semper ingenite adhærens, deinde diductum et seorsum abiens a toto, sic Filius a Patre cogitari poterit. Sed enim infanda et prorsus impia hæc, quæ materiæ quidem corporum conveniunt et adhærent ut propria, ab incorporea vero et materiæ experte natura, abhorrent alienaque sunt. Quocirca merito quispiam hoc in loco et opportune rursus illud proferet : « Generationem ejus quis enarrabit? [a] » » Siquidem in contrariam abire partem, et simpliciter sic enuntiare, ex nihilo genitum esse Filium eadem ratione qua reliqua quæ facta sunt, non absque periculo sit : alia est enim Filii generatio, et alia per Filium aliarum rerum creatio. Quare cum divina Scriptura modo quidem primogenitum omnis creaturæ Filium appellet, ex ipsius persona sic dicens : « Dominus creavit me initium viarum suarum, » modo autem genituram Patris dicat, ubi ait : « Et ante omnes colles gignit me, » hanc item nos sequi sani judicii sit, confiterique ante omnia sæcula esse Verbum Dei creatoris administrum, esseque una cum Patre, et unicum esse maximi Dei Filium, qui Patri det operam, ejusque sit socius, dum omnia quæ sunt, facit ut sint, eademque disponit. Etenim si item aliud quidpiam, quod neque dici, neque comprehendi a nobis possit, in natura universi remansit (sunt autem innumerabilia hujuscemodi), quale utique habetur quod Dei amicis promissum est, « Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, » ut sanctus ait Apostolus [1], multo prius supra omnem cogitationem ferantur ac neque dici neque denominari, neque intelligi, nec animo concipi possint, quæ ad primam unici Dei Filii generationem pertinent. De quo sane nihil habemus amplius quod dicamus aut cogitemus quam illud : « Generationem ejus 215 quis enarrabit? » Quod si quis hoc ulterius progrediens eo provehatur audaciæ, ut quæ nulla prorsus intelligentia comprehendi possunt, ea visibilibus et corporeis exemplis assimilet, forsitan dicat, ingeniti Patris naturæ atque ineffabilis essentiæ, quasi fragrantiam quamdam, ac lucis splendorem, ipsum Filium ex infinitis sæculis, ac potius ante omnia sæcula exstitisse; dumque exsistit simul esse, neque Patrem unquam relinquere, sicut nec unguentum bonus odor, nec lucem splendor relinquit; verum exempla hæc non omnimodo integram præstant similitudinem, sed quomodo jam antea dictum est : nam corpora inanimata ipsum ac-

[a] Isa. VIII, 8. [1] I Cor. II, 9.

Digitized by Google

cidens in qualitatibus retinent; splendor enim, cum ipsam lucis naturam comitetur, nec ipsam unquam lucis essentiam relinquat, extra ad ipsum, in quo est, stare non potest : at vero ipsum Dei Verbum per seipsum et essentiam obtinet et consistit, nec absque gignendi ratione cum Patre exsistit simul, sed tanquam unicus Filius, qui solus ante omnia sæcula ex Patre sit genitus : bonus item odor, cum subjecti corporis emanatio quædam sit, ipsa quoque corporea, neque seorsim a prima causa per seipsum impleat id, quod ipsi proximum est, nihilominus etiam ipse a natura corporea non recedit. Non sic igitur a nobis ea quæ ad primam Salvatoris nostri propagationem pertinent, intelligenda sunt; neque enim ex natura ejus qui ingenitus est, partiendo aliquid aut dividendo naturam est nactus : neque vero absque principio cum Patre simul exstitit, quando ille quidem ingenitus, hic vero genitus est, et ille Pater, hic Filius : at vero Patrem exsistere, et naturam suam obtinere non a Filio, unusquisque facile confitebitur, eadem porro ratione imago Dei erit, ita quidem, ut rursus nullis neque verbis, neque rationibus, quomodo sit, comprehendere possimus, quippe cum viventis Dei vivens ipsa sit et per seipsam consistens, sine materia, sine corpore, nihil prorsus habens admistum contrarii; neque vero cujusmodi ulla sit apud nos imago, quæ et aliud essentiæ subjectum habeat, et aliam speciem, sed quæ tota ipsa sit species, et ipsa essentia, similitudinem referens Patris. Sic autem Patris quoque fragrantia erit, quæ efficacissimam largiendæ vitæ vim habeat, sed ita rursus neque dici a nobis, neque rationibus colligi possit : siquidem omnia quæcunque de illo vera sunt, ineffabilia sunt hominum vocibus, et mortalium cogitationibus, secundum exquisitam rationem incogitabilia. **216** Sed enim quoquo modo audire nos juvat, itidem sacra nos erudiunt oracula. Annon Christi bonum odorem ipse seipsum, et sui similes sanctus Apostolus[1], propterea quod Spiritus Christi particeps esset, appellavit? Nonne unguentum evacuatum ipse cœlestis Sponsus in Canticis[2] dictus est, idcirco quod cum illam ipsius evacuationem, cum omnibus tam visibilibus quam invisibilibus, tam corporeis quam incorporeis, tam rationalibus quam brutis communicaverit, tum ea secundum proportionem digna effecta sunt, quæ in partem acciperentur, et divini Verbi liberalitate quadam fruerentur? Hujus quidem divini afflatus susceptionem, iis qui rationales sensus diminutos non habent, universus impertit mundus, usque adeo ut quæ terrena et corruptioni obnoxia sunt corpora, omnis materiæ expertem incorruptamque fragrantiam redoleant, dum quidem superne, instar fontis manat Deus universi, qui cum unici Verbi sui sit Pater, idem sit primum re vera bonum, quod boni gignendi vim habeat, dumque genituram obtinet, et

A ἀνεπιλογίστως ἡμῖν, ζῶντος Θεοῦ ζῶσά τις, καὶ καθ' αὐτὴν ὑφεστῶσα ἀΰλως, καὶ ἀσωμάτως, καὶ τοῦ ἐναντίου παντὸς ἀμιγῶς, ἀλλ' οὐχ οἷα τις πάλιν ἡ παρ' ἡμῖν εἰκών, ἕτερον μὲν ἔχουσα τὸ κατ' οὐσίαν ὑποκείμενον, ἕτερον δὲ τὸ εἶδος, ἀλλ' ὅλον αὐτὸ, εἶδος ὢν, καὶ αὐτοουσίᾳ τῷ Πατρὶ ἀφομοιούμενος. Οὕτω δὲ καὶ ζωτικωτάτη τοῦ Πατρὸς εὐωδία τυγχάνει, ἀῤῥήτως ἡμῖν πάλιν καὶ ἀνεπιλογίστως· ἐπεὶ καὶ πάντα ὅσα ἐστὶ περὶ αὐτὸν ἀληθῆ, ἄῤῥητα ἂν εἴη ἀνθρώπων φωναῖς, καὶ λογισμοῖς θνητῶν ἀνεπιλόγιστα, κατὰ τὸν ἀκριβῆ λόγον. Ἀλλὰ γὰρ ὡς ἡμῖν ἀκούειν φίλον, τοιῶσδε καὶ τὰ λόγια παιδεύει. Ἢ οὐχὶ καὶ Χριστοῦ εὐωδίαν αὐτὸς ἑαυτὸν, καὶ τοὺς αὐτῷ παραπλησίους ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος προσεῖπε διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ πνεύματος μετοχήν; μύρον τε ἐκκενωθὲν B ὁ οὐράνιος Νυμφίος ἐν τοῖς Ἄσμασιν ἀνηγόρευται; Διὸ τῆς αὐτοῦ ἐκκενώσεως τὰ πάντα, ὁρατά τε καὶ ἀόρατα, σώματά τε καὶ ἀσώματα, λογικά τε καὶ ἄλογα, μετασχόντα, ἀναλόγως κατηξίωται μετουσίας καὶ τῆς τοῦ θείου Λόγου μετείληφε κοινωνίας. Ταύτης γε τῆς ἐνθέου πνοῆς τὴν ἀντίληψιν τοῖς τὰς λογικὰς αἰσθήσεις μὴ πεπηρωμένοις ὁ σύμπας ἀποδίδωσι κόσμος, ὡς τὰ τῇ φύσει γεώδη καὶ φθαρτὰ σώματα τῆς ἀΰλου καὶ ἀκηράτου εὐωδίας ἀποπνεῖν, πηγάζοντος μὲν ἄνωθεν τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, ὃς, τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Λόγου Πατὴρ ὢν, αὐτὸς ἂν εἴη τὸ πρῶτον καὶ κύριον καὶ μόνον ἀληθῶς ἀγαθὸν, ἀγαθοῦ γεννητικὸν, δευτερεύοντος δὲ, καὶ ὡσὰν ἀπὸ πρώτης καὶ ἡγουμένης οὐσίας ἐπιχορηγουμένου τοῦ Υἱοῦ, ὃς καὶ μόνος τῆς πατρικῆς οὐσίας εὐωδία τις C ἡμῖν ἀνείρηται δουλεύουσι λογίῳ παιδεύοντι περὶ αὐτοῦ, ὅτι δὴ, « Ἀτμίς ἐστι τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, καὶ ἀπόῤῥοια τῆς τοῦ Παντοκράτορος δόξης εἰλικρινὴς, καὶ ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου, καὶ ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας, καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ. » Πλὴν ἀλλὰ ταῦτα ὅπῃ ἄν τις καὶ θέλοι, ταύτῃ τιθέσθω· ἡμῖν δὲ ἐξαρκεῖ τὸ ἀληθὲς ἐκεῖνο καὶ εὐσεβὲς αὖθις ἐπαναλαμβάνειν ῥῆμα, δι' οὗ καὶ τὴν λύσιν ἐπιθήσομεν τοῖς ἐξῃτημένοις πολλάκις ἤδη ἐπειπόντες· « Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; » Ἀνέῳκτος γὰρ ὡς ἀληθῶς, καὶ οὐκ ἀνθρώποις μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς πάσης ἐπέκεινα οὐσίας δυνάμεσιν, ἡ τοῦ Μονογενοῦς τοῦ Θεοῦ τυγχάνει γένεσις, ὡσπεροῦν καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν τοὺς οἰκείους μαθητὰς αὐτὰ δὴ ταῦτα μυσταγωγῶν, D « Οὐδεὶς ἔγνω, » φησὶ, « τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱός· » ᾧ καὶ ἐπιλέγει· « Καὶ οὐδεὶς ἔγνω τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατήρ. » Ἀγνώστου τοίνυν ὁμοίως τῆς τε περὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τῆς περὶ τοῦ Υἱοῦ θεολογίας τοῖς πᾶσι, πλὴν αὐτοῖς τυγχανούσης, ὡς ἐν ἀπορῥήτοις ἐν ταῖς παρατεθείσαις τοῦ Σολομῶντος λέξεσι, τῆς Σοφίας ἀκουστέον λεγούσης· « Πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι καὶ πλασθῆναι τὴν γῆν, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. » Ἔτι δέ φησι συμπαρεῖναι τῷ Πατρὶ τὸν οὐρανὸν κατασκευάζοντι· « Ἡνίκα γοῦν ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ. » Καὶ τὸ ἐξ ἀπείρων δὲ αἰώνων ἀΐδιον τῆς σὺν Πατρὶ διαμονῆς ἐμφαίνει, οἷς

[1] II Cor. II. 15. [2] Cant. I, 2.

Digitized by Google

ἐπιλέγει· « Ἥμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα· ἐγὼ ἤμην ᾗ προσέχαιρε· καθ' ἡμέραν δὲ προσώπῳ αὐτοῦ προσέχαιρον. » Καὶ ἀβύσσους δὲ καὶ πηγὰς ὑδάτων, ὄρη τε καὶ βουνοὺς, καὶ ὅσα ἄλλα κατὰ τὸν τόπον κοινοῖς ῥήμασιν οἷς ἐπωνόμασται, ἤτοι περὶ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως, ἐκ μέρους τὸ πᾶν ὁηλοῦντος ἀκουστέον, ἢ τροπικώτερον ἐκληπτέον, ταῦτα μεταφέροντα τὰ σημαινόμενα ἐπὶ νοητὰς οὐσίας καὶ θείας δυνάμεις, ὧν πάντων πρωτότοκος Σοφία καὶ μονογενὴς καὶ πρωτόγονος τοῦ Θεοῦ προϋπέστη Λόγος, ὄντινα Χριστὸν ἡμεῖς προσαγορεύομεν, διδασκάλῳ μαθητευόμενοι τῷ Ἀποστόλῳ λέγοντι· « Χριστὸς Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία. » Κέκληται δὲ ἐνταῦθα τῷ τῆς Σοφίας εἰκότως προσρήματι, ὡς τοῦ μόνου σοφοῦ Πατρὸς τὰς πανσόφους καὶ ἐπιστημονικὰς τῶν ὅλων θεωρίας τε... *Λείπει τάλλα.*

A quasi a primo et ingenito Patre sufficitur Filius, qui etiam solus paternæ essentiæ fragrantia quædam dictus est a nobis, qui oraculo obsequimur talem de illo doctrinam tradenti : « Vapor est, inquit, virtutis Dei, et emanatio gloriæ Omnipotentis sincera, et splendor lucis æternæ, et speculum sine macula Dei efficaciæ, et imago bonitatis ejus [4]. » Verumtamen hæc quo loco quis velit, ibi utique ponat : nobis autem satis superque sit, verum illud ac pium rursus verbum repetere, quo etiam eorum de quibus quæsitum fuerit, difficultates dissolvemus, ipsum inquam illud, quod antea sæpius effati sumus : « Generationem ejus quis enarrabit? » Re vera enim non solum a nullis hominibus, sed ne ab ullis quidem potestatibus, quæ ultra omnem naturam evaserint, unici Dei Filii generatio potest comprehendi, sane non aliter quam ipse Salvator ac Dominus noster, hisce ipsis rebus suos initians discipulos : « Nemo, inquit, novit Patrem nisi Filius [5]; » et adjungit protinus : « Et nemo novit Filium, nisi Pater [6]. » Cum ergo theologia de Patre et Filio æque omnibus, præter unos ipsos, incognita sit, quasi in arcanis in illis Salomonis verbis quæ superius apposuimus, Sapientiam audire oportet dicentem : « Antequam montes suis sedibus firmarentur et informaretur terra, et ante omnes colles, gignit me. » **217** Ait præterea, se una cum Patre fuisse, cum cœlum instrueret : « Quando, inquit, parabat cœlum, una cum eo aderam. » Deinde æternam ab infinitis sæculis cum Patre mansionem significat, ubi adjungit : « Eram cum illo componens, ego eram apud quam gaudebat, quotidie vero lætabar in vultu ejus. » Porro autem abyssos et fontes aquarum, et montes et colles, et alia quæcunque communibus verbis hoc in loco denominata sunt, aut de mundi constitutione, ita accipere oportet, ut a parte totum intelligatur, aut alio genere figuræ interpretari, transferendo significata eorum ad intelligibiles essentias, potestatesque divinas : quas omnes ortu suo antecedit Sapientia, quibusque omnibus antiquius exstitit unicum, primoque genitum Dei Verbum, quem nos Christum appellare consuevimus, edocti a magistro Apostolo dicente : « Christus Dei virtus et Dei sapientia [7]. » Sed hic appellatione Sapientiæ merito vocatus est [sicut solius sapientis Patris, sapientissimas et scientiæ parentes universorum contemplationes]... *Reliqua desunt.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

(*Ἀκέφαλον.*)

Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ σκήπτρῳ βασιλικῷ τιμᾷ· ἐν δὲ τῷ τρίτῳ, τὴν κατ' ἀρετὴν αὐτῷ τελείωσιν μαρτυρεῖ· εἶτ' ἐπὶ τούτοις αὐτὸν δὴ τοῦτον τὸν Θεὸν καὶ βασιλέα κεχρίσθαι πρὸς τοῦ ἀνωτάτου διδάσκει Θεοῦ, καὶ ταύτῃ γε Χριστὸν γεγονέναι. Τί γὰρ ἂν καὶ ὀνομάσαιτό τις τὸν μὴ ὑπ' ἀνθρώπων μὲν, ὑπ' αὐτοῦ δὲ τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ κεχρισμένον; ἐπὶ τούτῳ γοῦν φησιν· « Ὦ Θεὲ (πρὸς τὸν χρισθέντα ἀποτεινόμενος), ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν· διὰ τοῦτο γὰρ ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου. » Ὡσεὶ ἔλεγεν· Ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς ἔχρισέ σε ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου· ὥστε οὐδὲ κοινὸν καὶ γεῶδες τὸ δηλούμενον τοῦτο χρίσμα ἦν, οὐδὲ ὅμοιον τῷ παρὰ Μωσεῖ νενομοθετημένῳ καὶ φθαρτῆς ἐξ ὕλης κατεσκευασμένῳ, ᾧ φίλον ἦν τοὺς παλαιοὺς Ἑβραίων ἱερέας καὶ βασιλέας χρίεσθαι. Ἔνθεν ἡμῖν εἰκότως καὶ Θεὸς ὁμοῦ καὶ Χριστὸς ἀνηγόρευται, ὡσὰν μόνος μὴ δι' ἀνθρώπων, μηδ' ἐξ ἀνθρώπων, πρὸς αὐτοῦ δὲ τοῦ τῶν ὅλων Ποιητοῦ τῆς ἐνθέου χαρᾶς καὶ ἀγαλλιάσεως ἀσωμάτῳ καὶ θεοπρεπεῖ χρίσματι κεχρισμένος· διόπερ ἐνδίκως μόνος ἀγαθῶς καὶ κυρίως παρὰ τοὺς ὀνομαζομένους αὐτοῦ μετόχους Χριστὸς ἂν ἀναγορευθείη. Οἱ μέτοχοι δὲ αὐτοῦ τίνες ἂν εἶεν, ἢ οἱ οἷοί τε λέ-

B

CAPUT II.

(*Sine principio.*)

In secundo autem, sceptri regalis honore donat : in tertio vero perfectæ virtutis illi dat testimonium, postea ipsum hunc super iis et Deum et regem, a supremo Deo unctum esse docet, et ea ratione Christum exstitisse : quid enim aliud quispiam nominet eum, qui non ab hominibus, sed ab ipso supremo Deo sit unctus? de hoc igitur ait : O Deus, ad eum qui unctus est sermonem dirigens, « dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem : propterea enim unxit te Deus, Deus tuus [8]. » Ut si diceret, Deus Pater unxit te oleo exsultationis, præ participibus tuis : ita neque commune et terrenum est hoc de quo agitur unguentum, neque illi simile C quod apud Moysem lege sancitum est, et ex corruptioni obnoxia materia comparatum, quo sane moris fuerat veteres Hebræos et sacerdotes et reges inungere : inde nobis merito, et Deus simul et Christus appellatus est, tanquam is qui solus, non per homines, neque ab hominibus, ab ipso vero universi Auctore divinæ lætitiæ atque exsultationis, incorporeo et Dei majestate digno unguento sit unctus : quapropter juste solus, sine malitia solus, bene et **218** proprie, præ iis qui ipsius participes

[4] Sap. VII, 25-26. [5] Matth. XI, 27. [6] ibid. [7] I Cor. I, 24. [8] Psal. XLIV, 8.

Digitized by Google

nominantur, Christus appelletur. Participes vero ejus quinam quæso sint, nisi ii qui dicere possunt : « Participes enim facti sumus Christi [9] ? » De quibus dictum est : « Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari [10]. » Item igitur cum in his plane Christus apparuerit, et dilectus, et Deus, et rex, tempus de illo ut quæramus, quomodo, qui tam grandis sit, inimicos habere dicatur, et quosnam istos, et propter quam causam, adversus quos suas sagittas, suumque gladium exacuit, et quo pacto nullis armis instructa acie, sed propter veritatem et mansuetudinem et justitiam, innumerabiles sibi ipsi subegerit populos. Qui igitur hæc diligentius quærit, hunc oportet ea transferre ad Salvatorem ac Dominum nostrum Jesum, qui est Christus Dei, et ad ea recurrere quæ de illius ad homines adventu a nobis exposita sunt : ubi cum hostiles et visum nostrum effugientes flagitiosorum ac noxiorum dæmonum pravorumque atque impurorum spirituum potestates dare terga coegerit, perquam innumerabiles sibi ipsi ex omnibus nationibus populos comparavit : quem inde etiam verum Dei Christum appellare conveniat, quippe qui non communi oleo, ut prisci consueverant, sit unctus (neque etiam tale quidquam de illo memoriæ proditum est), sed præstantiori quodam divinoque unguento, ex quo utique etiam per Isaiam, sic ait : « Spiritus Domini super me, propter quod unxit me [11]. » Quocirca inter omnes potissimum, quicunque unquam apud Hebræos corporalius uncti sunt, solus in toto orbe terrarum apud universos Christi nomine celebratur, et Christianorum ab ipso deducta appellatione, totam quæ habitantur terram implevit : quodammodo autem illum unctum esse dicamus, et quid hoc sit unguentum, et quisnam unctionis modus, abunde satis libro priore tractavimus. Porro in hujus labiis atque doctrina tanta effusa est gratia, ut brevi tempore, ea quæ ab ipso denuntiata est, sanctimonia et pietate, omnem locum impleverit. Itaque jam nunc in omnibus gentibus apud eos qui doctrinam ipsius accipiunt, comprobata ejus prophetiæ, quæ nunc in manibus est, veritate, et regis et Dei gloriam adeptus est, et apud omne hominum genus Christus appellatur. Sunt autem ejus quoque inimici manifesti, non modo qui prius exstiterant, sed etiam qui semper ipsius verbo adversantur, **219** sive illi in hominibus, sive in effugientibus visum nostrum potestatibus sint, quos ille invisibili occultaque virtute ex omnibus gentibus auferens et subvertens, omnis generis populos sibi ipsi auscultantes effecit. Quæ vero in eodem psalmo sequuntur : « Myrrha, et gutta, et cassia a vestimentis tuis [12], » et cætera deinceps, quæ dicuntur quasi de regina et filia, quæ paternam domum reliquerit, quæque et Christo, et regi, et Deo de quo dictum est, desponsata sit, Dominumque illum appellet : ad eam quæ de gentibus collecta est Ecclesiam, a patrio dæmonicoque errore aversam expurgatamque, ac divini verbi communicatione connexam et compositam referri poterunt, ubi per otium accommodatam sibi interpretationem nacta fuerint.

A γειν · « Μέτοχοι γὰρ γεγόναμεν Χριστοῦ ; » περὶ ὧν εἴρηται · « Μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύεσθε. » Καὶ δὴ πεφηνότος διὰ τούτων σαφῶς τοῦ Χριστοῦ ἀγαπητοῦ, καὶ Θεοῦ, καὶ βασιλέως, ὥρα σε ζητεῖν, ὁ τηλικοῦτος πῶς ἐχθροὺς ἔχειν λέγεται, καὶ τίνας, καὶ δι' ἣν αἰτίαν, καθ' ὧν τὰ ἑαυτοῦ βέλη, καὶ τὴν ἑαυτοῦ ῥομφαίαν ἠκονήσατο, ὅπως τε οὐ δι' ὁπλιτικῆς παρατάξεως, ἀλλ' ἕνεκεν ἀληθείας καὶ πραότητος καὶ δικαιοσύνης μυρίους ὑπηγάγετο ἑαυτῷ λαούς. Ζητοῦντας γὰρ ἀκριβῶς ταῦτα, καλῶς ἂν ἔχοι μεταφέρειν αὐτὰ ἐπὶ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, ἀνατρέχοντα ἐπὶ τὰ διεξωδευμένα περὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ παρόδου, καθ' ἣν τὰς ἐχθρὰς καὶ ἀοράτους B δυνάμεις τῶν μοχθηρῶν καὶ λυμαντικῶν δαιμόνων, τῶν τε πονηρῶν καὶ ἀκαθάρτων πνευμάτων τροπωσάμενος, μυρίους ὅσους ἑαυτῷ λαοὺς ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν συνεστήσατο· ὃν καὶ Χριστὸν ἀληθῆ προσήκοι ἂν τοῦ Θεοῦ ἐνθεῦθεν ἀναγορεύειν, οὐ κοινῷ μὲν ἐλαίῳ τῶν πάλαι συνήθως χρισθέντα (οὔτε οὖν ἱστορεῖταί τι περὶ αὐτοῦ τοιοῦτον), κρείττονι δὲ καὶ ἐνθέῳ χρίσματι, παρ' ὃ δὴ καὶ διὰ Ἡσαΐου φησί· « Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με. » Ὅθεν καὶ μᾶλλον ἁπάντων τῶν πώποτε παρ' Ἑβραίοις σωματικώτερον χρισθέντων μόνος ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην Χριστὸς παρὰ τοῖς πᾶσι βεβόηται, καὶ τῆς ἐξ αὐτοῦ Χριστιανῶν προσηγορίας τὴν σύμπασαν ἔπλησεν οἰκουμένην. Ὅπως δέ φαμεν αὐτὸν κεχρίσθαι, καὶ τί τὸ χρίσμα, καὶ τίς ὁ τῆς χρίσεως τρόπος, αὐτάρκως ἐν τῷ πρὸ τούτου συγγράμματι διειλήφαμεν. C Τούτου δὲ ἐν τοῖς χείλεσι καὶ ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τοσαύτη κατεχύθη χάρις, ὡς ἐν ὀλίγῳ πάντα τόπον ἐμπλῆσαι τῆς πρὸς αὐτοῦ καταγγελθείσης εὐσεβείας· ὥστε ἤδη ἐν πᾶσιν ἔθνεσι, παρὰ τοῖς τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ μετιοῦσιν, ἀκολούθως τῇ μετὰ χεῖρας προφητείᾳ, καὶ βασιλέως καὶ Θεοῦ δόξαν περιβεβλῆσθαι, καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις Χριστὸν ἀναγορεύεσθαι. Πρόδηλοι δὲ καὶ οἱ ἐχθροὶ, οὐ μόνον οἱ πρὶν γεγονότες αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ οἱ ἀεὶ προσπολεμοῦντες αὐτοῦ τῷ λόγῳ, εἴτε ἐν ἀνθρώποις, εἴτε καὶ ἐν ἀοράτοις δυνάμεσιν, οὓς ἀοράτῳ καὶ λεληθυίᾳ δυνάμει πάντοτε καθαιρῶν ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν παντοίους ἑαυτῷ λαοὺς ὑποχειρίους πεποίηται. Τὰ δὲ ἑξῆς ἐν τῷ ψαλμῷ, « Σμύρνα, καὶ στακτὴ, καὶ κασσία ἀπὸ τῶν ἱματίων D σου, » τά τε ἐπὶ τούτοις, ὡς περὶ βασιλίδος δηλούμενα καὶ θυγατρὸς τὸν πατρῷον οἶκον ἀπολιπούσης, καὶ τῷ προδηλωθέντι Χριστῷ, καὶ βασιλεῖ, καὶ Θεῷ νυμφευθείσης, Κύριόν τε αὐτὸν ἀναγορευούσης, ἐπὶ τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν, τὴν πατρῴαν καὶ δαιμονικὴν ἀποστραφεῖσαν πλάνην, καθηραμένην τε, καὶ τῇ τοῦ θείου λόγου κοινωνίᾳ καθαρμοσαμένην, ἀναφέροιτ' ἂν τῆς προσηκούσης τυγχάνοντα κατὰ σχολὴν ἑρμηνείας.

[9] Hebr. III, 14. [10] Psal. CIV, 15. [11] Isa. LXI, 1. [12] Psal. XLIV, 9.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὡς ὁ αὐτὸς προφήτης καὶ ἐν ρθ' ψαλμῷ δύο Κυρίους ἐμφανῶς ὁμολογεῖ· ἕνα τὸν πρῶτον καὶ ἀνωτάτω Θεόν, δεύτερον, ὃν αὐτὸς ἑαυτοῦ ἀναγορεύει Κύριον. Καὶ ὡς γενέσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως καὶ αὐτὸς τὸν δεύτερον Κύριον οἶδε, καὶ ὡς αἰώνιον τοῦ Πατρὸς ἱερέα, καὶ ὡς σύνθρονον τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ, ὅμοια ἡμῖν περὶ τοῦ Χριστοῦ δοξάζων.

« Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι Κύριος ἐκ Σιὼν, καὶ κατακυριεύσεις ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου. Μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου, ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου. Ἐκ γαστρὸς πρὸ Ἑωσφόρου γεγέννηκά σε. Ὤμοσε Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. Κύριος ἐκ δεξιῶν σου. » Τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν, τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως Θεοῦ Λόγον, τὴν πρὸ αἰῶνος σοφίαν, τὴν ἀρχὴν τῶν ὁδῶν τοῦ Θεοῦ, τὸ πρωτότοκον καὶ μονογενὲς τοῦ Πατρὸς γέννημα, τὸν τῇ τοῦ Χριστοῦ τιμώμενον προσηγορίᾳ, καὶ ὁ παρὼν ψαλμὸς Κύριον ἀποκαλεῖ, διδάσκων αὐτὸν εἶναι σύνθρονον ὁμοῦ καὶ Υἱὸν τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ τε καὶ Κυρίου τῶν ὅλων, αἰώνιόν τε τοῦ Πατρὸς ἱερέα. Πρῶτον δὴ οὖν ἐπίστησον, ὡς ἤδη τοῦτο δεύτερον γέννημα Θεοῦ προσηγόρευται, καὶ ἐπεὶ Θεοῦ γε πνεύματι τὰ τῆς προφητείας ἡμῖν εἰρῆσθαι πεπίστευται, ὅρα εἰ μὴ αὐτὸ δὴ τὸ ἐν τῷ προφήτῃ Πνεῦμα ἅγιον, ἑαυτοῦ Κύριον δεύτερον μετὰ τὸν τῶν ὅλων ἀναγορεύει· « Εἶπε » γὰρ, φησὶν, « ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου. » Τὸν πρῶτον Κύριον, ὡσὰν καθόλου τῶν ἁπάντων Δεσπότην, Ἑβραῖοι ἀνεκφωνήτῳ προσρήσει τῇ διὰ τῶν τεσσάρων στοιχείων ἀνηγόρευον· τὸν δὲ δεύτερον οὐκέθ' ὁμοίως, ἰδίως δ' αὐτὸν Κύριον ὠνόμαζον. Εἰκότως οὖν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν αὐτὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, ἐρόμενός ποτε τοὺς Φαρισαίους, « Τί ὑμῖν περὶ τοῦ Χριστοῦ δοκεῖ; τίνος ἐστὶν υἱός; » εἰπόντων, τοῦ Δαβίδ, ἐπιλέγει, « Πῶς οὖν Δαβὶδ ἐν πνεύματι Κύριον αὐτὸν καλεῖ, λέγων, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου; » μονονουχὶ ἑρμηνεύων τὴν λέξιν, ὡς οὐ μόνον τοῦ Δαβὶδ Κύριον αὐτὸν ἀναγορεύουσαν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῦ ἐν τῷ προφήτῃ πνεύματος. Εἰ δὲ τὸ πνεῦμα τὸ προφητικὸν (τοῦτο δὴ ἡμῖν εἶναι πεπίστευται τὸ ἅγιον Πνεῦμα) ὁμολογεῖ τοῦτον εἶναι Κύριον, ὃν σύνθρονον εἶναι τοῦ Πατρὸς ἐκδιδάσκει, καὶ οὐκ ἀπολύτως, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοῦ Κύριον, κατὰ πολὺ πλέον καὶ μᾶλλον τοῦτ' ἂν εἴποιεν αἱ μετὰ τὸ ἅγιον Πνεῦμα λογικαὶ δυνάμεις, ἥ τε σύμπασα ὁρωμένη τε ἐν σώμασι, καὶ ἐν ἀσωμάτοις ἑστῶσα δημιουργία, ἧς ἁπάσης εἰκότως ἂν καταδειχθείη Κύριος ὁ μόνος τοῦ Πατρὸς σύνθρονος, δι' οὗ τὰ σύμπαντα ἐγένετο, ὅτι δὴ, κατὰ τὸν θαυμάσιον ἀπόστολον, « ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε ὁρατὰ εἴτε ἀόρατα. » Μόνον γοῦν εἰκὸς αὐτὸν τῆς τοῦ Πατρὸς ὁμοιώσεως ἔχειν τὸ κῦρος, ὡσὰν καὶ μόνον σύνθρονον τοῦ Πατρὸς ἀναδεδειγμένον. Πρόδηλον οὖν, ὅτι οὐδενὶ τῶν γεννητῶν θέμις τῶν δεξιῶν λαχεῖν τῆς παντοκρατο-

CAPUT III.

Quod idem Propheta etiam in CIX *psalmo bis Dominum evidenter confitetur : semel, cum de eo loquitur qui et Deus et Pater est; iterum cum de eo quem ipse suum nuncupat Dominum. Et quod hunc Dominum ipse quoque novit genitum esse ante mundi constitutionem, et quod æternum Patris sacerdotem, et supremi Dei consessorem, similem utique opinionem in hoc nostræ fidei de Christo præ se ferens.*

« Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Virgam virtutis emittet tibi Dominus ex Sion, et dominaberis in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum tuorum. Ex utero ante Luciferum genui te. Juravit Dominus et non pœnitebit eum : Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec. Dominus a dextris tuis [13]. » Salvatorem ac Dominum nostrum, ipsum primogenitum omnis creaturæ Dei Verbum, sapientiam quæ est ante ævum, initium viarum Dei, primogenitum et unicum Patris germen, **220** eum qui Christi appellatione honoratur, præsens quoque psalmus Dominum vocat, docetque eum esse consessorem simul et Filium supremi Dei, rerumque omnium Domini, æternumque Patris sacerdotem. Primum ergo sic habeto, quemadmodum progenies illa secunda Dei nominata est, et quoniam divino quoque spiritu illa prophetiæ verba fidei nostræ commissa sunt; vide num et ille Spiritus sanctus in propheta, suimet ipsius Dominum secundum post eum qui Dominus est universorum vocet. « Dixit » enim, inquit, « Dominus Domino meo, Sede a dextris. » Sicuti rerum etiam universim omnium Dominum, Hebræi inenarrabili et ex quatuor elementis composita dictione vocaverunt; nec jam amplius eum simili ratione secundum, sed proprie Dominum appellaverunt. Merito igitur Salvator ac Dominus noster ipse Jesus qui Christus est Dei, interrogans aliquando Pharisæos, « Quid vobis videtur de Christo? cujus est filius [14]? » cum respondissent, Davidis, subdit, « Quomodo igitur David in spiritu Dominum eum vocat, dicens, Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis. [15]? » propemodum interpretans dictionem, quæ non modo Davidis, verum etiam spiritus in propheta exsistentis, Dominum appellat. Si vero spiritum illum propheticum, illum certe, qui fide nostra creditus est Spiritum sanctum, annuit esse Dominum, quem consessorem Patris esse profitetur, nec absolute, verum sui ipsius Dominum secundum id quod ut plurimum et magis dicerent rationales facultates post Spiritum sanctum, atque omne opificium aspectabile corporeis et incorporeis constans, cujus totius jure merito demonstraretur Dominus unus Patris consessor, per quem cuncta facta sunt; quia nimirum secundum admirabilem Apostolum, « in ipso creata

[13] Psal. cix. 1-3. [14] Matth. xxii, 42. [15] ibid. 43, 44.

Digitized by Google

sunt omnia, tam quæ sunt in cœlis, quam quæ sunt supra terram, sive visibilia, sive invisibilia. » Æquum igitur est, solum eum paternæ similitudinis habere dominium, sicut et solum esse Patris consessorem declaratum est. Patet igitur nulli creaturarum fas esse sortiri dexteram omnipotentis principatus et imperii, nisi ei uni soli quem ex præmissis varie et theologice demonstravimus. **221** Attende igitur, quemadmodum hic unum et eumdem supremus et omnia sub se habens Dominus, voce illa donat, « Sede a dextris meis; » et illa, « ante Luciferum genui te. » Deinde cum jurisjurandi confirmatione, inconcussum atque immutabilem in infinitum ævum permansuri sacerdotii honorem ei largitur : « Juravit Dominus, et non pœnitebit eum : Tu es sacerdos in æternum. » At enim quis hic tandem intelligatur? nempe non vir mortalis ullus, ac ne angelicæ quidem naturæ quispiam, qui a Deo quidem sit factus, in æternum vero sacerdos constitutus, sed solus ille qui in iis, quæ antea citavimus oraculis, dixit : « Creavit me initium viarum suarum in opera sua. Ante sæculum fundavit me, in principio antequam montes stabilirentur, et ante omnes colles gignit me [16]. » Adhibe vero animum diligenter, et cogitationem intende, tum ad præsentem psalmum, tum ad eas quæ antea expositæ sunt voces. In hoc enim ingenitus Deus eum qui ab ipso est, et noster Dominus est, sedere secum una jubet, dicens : « Sede a dextris meis. » In altero vero, quem ante hunc ipsum exposuimus, sedem in sæculum sæculi manere, oraculum affirmabat, Deum interim illum appellans in illis verbis, ubi ait : « Sedes tua Deus in sæculum sæculi [17]. » Rursus in eo qui nunc inter manus versatur, « virgam, inquit, virtutis emittet tibi Dominus ex Sion [18], » in illo autem, « virga directionis, virga regni tui [19]. » Et rursus hic quidem ait : « Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, et dominaberis in medio inimicorum tuorum [20]. » Ille vero, « sagittæ tuæ acutæ, potentes in corde inimicorum regis. » Ergo etiam ea quæ ad ejus, de quo agimus, inimicos pertinent, in utroque sibi ipsa consentiunt. Quis ergo modo suis oculis cernens in mediis urbibus, in vicis ac regionibus, in toto orbe florentes Salvatoris nostri Ecclesias, et eos in quibus dominatur populos, et innumerabili virorum multitudine refertos conventus, qui illi consecrati sunt, quique undique tum ab iis qui inter homines cernuntur, tum ab effugientibus visum nostrum, et occultis inimicis atque hostibus ejus doctrinæ quæ a Christo tradita est, circumsessi, non admiretur præsens oracului, quod ad ejus personam enuntiatum est, et de quo hic canitur, illud utique : « Dominare in medio inimicorum tuorum? » Deinde quoniam in eo qui antecessit, dictum est illum unctum esse **222** oleo exsulta-

ρικῆς ἀρχῆς τε καὶ βασιλείας, εἰ μὴ ἄρα ἐνὶ μόνῳ τῷ διὰ τῶν προκειμένων ποικίλως θεολογουμένῳ. Ἐπίστησον οὖν, ὡς πρὸς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁ ἀνωτάτω καὶ ἐπὶ πάντων Κύριος καὶ τὴν, « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, » δωρεῖται φωνὴν, καὶ τὴν, « Πρὸ Ἑωσφόρου γεγέννηκά σε. » Μεθ' ὅρκου δὲ διαβεβαιώσεως, ἄσειστον καὶ ἀπαράβατον αὐτῷ τὴν τιμὴν τῆς εἰς ἄπειρον αἰῶνα διαρκοῦς ἱερωσύνης παραδίδωσιν· « Ὤμοσε Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· Σὺ ἱερεὺς εἰς αἰῶνα. » Τίς δ' ἂν ἐπινοοῖτο; οὔτι δὴ θνητὸς ἀνὴρ, ἀλλὰ οὐδὲ τῆς ἀγγελικῆς φύσεως, ὑπὸ Θεοῦ μὲν γεγεννημένος, εἰς αἰῶνα δὲ ἱερωμένος, ὁ καὶ ἐν τοῖς πρόσθεν εἰπών· « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. Πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με, ἐν ἀρχῇ πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. » Καὶ πρόσχες δὲ ἐπιμελῶς τὸν νοῦν, ἐπιστήσας τῷ τε παρόντι ψαλμῷ, καὶ ταῖς ἐν τῷ πρὸ τούτου παρατεθείσαις φωναῖς. Ἐν μὲν γὰρ τούτῳ ὁ ἀνωτάτω Θεὸς σύνθρονον τὸν δεύτερον, καὶ ἡμῶν Κύριον, ἑαυτοῦ καθίστησι, λέγων· « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου· » ἐν δὲ τῷ πρὸ τούτου τὸν θρόνον εἰς αἰῶνα αἰῶνος διαμένειν, ὁ λόγος ἔφησεν, ὁμοῦ Θεὸν αὐτὸν ἀναγορεύων δι' ὧν φησιν· « Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. » Πάλιν ἐν μὲν τῷ μετὰ χεῖρας, « Ῥάβδον, » φησὶ, « δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι Κύριος ἐκ Σιών· » ἐν δ' ἐκείνῳ, « Ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. » Καὶ αὖθις ὁ μὲν παρὼν φησι· « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου, καὶ κατακυριεύσεις ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου· » ὁ δὲ πρόσθεν· « Τὰ βέλη σου ἠκονημένα, δυνατὰ ἐν καρδίᾳ τῶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως. » Οὐκοῦν καὶ τὰ περὶ τῶν ἐχθρῶν τοῦ δηλουμένου ἐν ἀμφοτέροις συνᾴδει. Τίς δῆτα οὖν, ὀφθαλμοῖς ὁρῶν ἐν μέσαις ταῖς πόλεσιν, ἔν τε κώμαις καὶ χώραις, καθ' ὅλης τε τῆς οἰκουμένης, ἀνθούσας τὰς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἐκκλησίας, τούς τε πρὸς αὐτοῦ κυριευομένους λαοὺς, καὶ μυριάνδρα πλήθη τῶν αὐτῷ καθωσιωμένων, πανταχόθεν ὑπὸ τῶν ὁρωμένων τε ἐν ἀνθρώποις, ἀοράτων τε καὶ ἀφανῶν ἐχθρῶν, καὶ πολεμίων τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας κυκλούμενα, οὐκ ἂν θαυμάσειε τὸν παρόντα χρησμὸν, εἰς πρόσωπον ἀναφωνηθέντα τοῦ θεσπιζομένου, τό· « Κατακυρίευε ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου; » Καὶ ἐπειδήπερ ἐν τῷ πρόσθεν κεχρίσθαι τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου, ἱερέων δὲ οἰκεῖον ἦν παρ' Ἑβραίοις τὸ χρίεσθαι· εἰκότως ὁ μετὰ χεῖρας ἤδη λευκότερον ἱερέα αὐτὸν ἐπιφημίζει, πλείονα προτιθεὶς περὶ αὐτοῦ διδασκαλίαν, δι' ἧς μόνον αὐτὸν παρὰ τοὺς πώποτε αἰώνιον ἱερέα εἶναι παιδεύει, ὅπερ οὐδεμιᾷ ἀνθρώπου φύσει δυνατὸν ἐφαρμόζειν. Κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἱεράσθαί φησιν αὐτὸν, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ κατὰ τὴν Μωσέως διάταξιν ἱερέως, ἤτοι τοῦ Ἀαρὼν, ἢ καὶ τινος τῶν ἐξ ἐκείνου· ὧν ἕκαστος μὴ ὢν πρότερον ἱερεὺς, ὕστερόν ποτε δι' ἀνθρώπων ἀλοιφῇ τινι σκευαστῇ χριόμενος, ὡς ἐν τύποις εἰπεῖν καὶ συμβόλοις, σκιώδης τις καὶ εἰκονικὸς Χριστὸς ἀπετελεῖτο· ἀλλὰ καὶ ἅτε θνητὸς ὢν οὐκ εἰς μακρὸν ἀπετίθετο τὴν ἱερωσύνην.

[16] Prov. VIII, 23-25. [17] Psal. XLIV, 7. [18] Psal. CIX, 2. [19] Psal. XLIV, 7. [20] Psal. CIX, 2.

Digitized by Google

Καὶ παρὰ μὲν τῷ Ἰουδαίων μόνῳ ἱεράτο λαῷ, οὐ μὴν καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσιν. Ἀλλὰ οὐδὲ μεθ' ὁμωμοσίας Θεοῦ ἐπὶ τὴν λειτουργίαν παρῆει, κρίσει δὲ ἀνθρώπων τιμώμενος· ὡς καί ποτε μὴ ἄξιον εὑρίσκεσθαι ἐν αὐτοῖς τῆς τοῦ Θεοῦ θεραπείας, οἷος ἀναγέγραπται ὁ Ἠλεί. Ἔτι πρὸς τούτοις ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος ἱερεύς, ὁ κατὰ τὴν Μωσέως διάταξιν, ἐκ μόνης ἐξεκρίνετο φυλῆς τῆς Λευΐ· ἔδει δὲ ἐξ ἅπαντος καὶ τὸ γένος ἐκ τῆς τοῦ Ἀαρὼν διαδοχῆς αὐτὸν φέρειν, θύμασί τε ζώων ἀλόγων καὶ αἵμασι, σωματικῇ γε λατρείᾳ θεραπεύειν τὸ θεῖον. Ὁ δὲ Μελχισεδὲκ ὠνομασμένος, ὃ μεταλαμβάνεται εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνήν, βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἔπειτα βασιλεὺς Σαλήμ, ὅ καὶ αὐτὸ ἂν εἴη βασιλεὺς εἰρήνης, ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, οὐκ ἔχων κατὰ τὴν ἱστορίαν οὐκ ἀρχὴν ἡμερῶν, οὐ ζωῆς τέλος, ἀλλ' οὐδὲ κοινόν τι φέρων πρὸς τὸν τῆς τοῦ Ἀαρὼν ἱερωσύνης τρόπον. Οὔτε γὰρ ὑπ' ἀνθρώπων ἥρητο, οὐκ ἐλαίῳ σκευαστῷ κέχριστο, οὐ (1) γένος ἦν τῶν μηδὲ φανέντων πω· καὶ τὸ πάντων γε παραδοξότατον, ὅτι μηδὲ τὴν σάρκα περιτέτμητο, καὶ ὅμως τὸν Ἀβραὰμ εὐλογεῖ, ὡσὰν πολὺ κρειττων αὐτοῦ τυγχάνων. Ἀλλὰ οὐδὲ θυσίαις καὶ σπονδαῖς τῷ ὑψίστῳ ἱεράτο θεῷ, οὐδὲ μὴν παρὰ τῷ ἐν Ἱερουσαλὴμ ναῷ τὴν λειτουργίαν ἐξετέλει· πῶς γὰρ τῷ μηδὲ ὄντι; Εἰκότως οὖν, ἐπεὶ καὶ τῷ ἡμετέρῳ Σωτῆρι τῷ Χριστῷ, οὐδὲν μὲν τῷ Ἀαρὼν ἐμφερὲς ἔμελλε συμβήσεσθαι. Οὔτε γὰρ μὴ ὢν πρότερον, ὕστερόν ποθ' ἱερεὺς ἀναδέδεικται, καὶ ἱερεὺς οὐ γενόμενος, ἀλλὰ ὤν. Προσεκτέον γὰρ ἐπιμελῶς τῷ· « Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα. » Οὐ γὰρ ἔσῃ, φησὶ, μὴ ὢν πάλαι· ἀλλ' οὐδ' ἦσθα μὲν πάλαι, νῦν δὲ οὔ· ἀλλὰ παρὰ τοῦ φήσαντος, « Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, » σὺ εἶ, καὶ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα διαμένεις. Ἐπεὶ οὖν οὔτε ἀπὸ χρόνου τῆς ἱερωσύνης ἀπήρξατο, οὔτε ἐκ φυλῆς ἱερωμένων ὁ Χριστὸς, οὐδὲ διὰ σκευαστοῦ καὶ σωματικοῦ ἐλαίου κέχριστο, οὐδὲ τέλος ἔξειν ἔμελλε τῆς ἱερωσύνης, οὐδὲ μόνοις Ἰουδαίοις, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἔθνεσι καταστήσεσθαι· τούτων ἕνεκα πάντων εἰκότως αὐτὸν τῆς μὲν κατὰ τὸν τύπον Ἀαρὼν λειτουργίας ἀπαλλάττει, κατὰ τὴν τάξιν δὲ Μελχισεδὲκ ἱερέα φησὶν ἔσεσθαι. Καὶ τό γε ἀποτέλεσμα τοῦ χρησμοῦ θαυμάσιον συνορῶντι, ὅπως ὁ Σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, τῷ τοῦ Μελχισεδὲκ τρόπῳ τὰ τῆς ἐν ἀνθρώποις ἱερουργίας εἰσέτι καὶ νῦν διὰ τῶν αὐτοῦ θεραπευτῶν ἐπιτελεῖ. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος, ἱερεὺς ἐθνῶν τυγχάνων, οὐδαμοῦ φαίνεται θυσίαις σωματικαῖς κεχρημένος, οἴνῳ δὲ μόνῳ καὶ ἄρτῳ τὸν Ἀβραὰμ εὐλογῶν, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον πρῶτος μὲν αὐτὸς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, ἔπειτα οἱ ἐξ αὐτοῦ πάντες ἱερεῖς ἀνὰ πάντα τὰ ἔθνη τὴν πνευματικὴν ἐπιτελοῦντες κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς ἱερουργίαν, οἴνῳ καὶ ἄρτῳ, τοῦ τε σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ σωτηρίου αἵματος αἰνίττονται τὰ μυστήρια, τοῦ Μελχισεδὲκ ταῦτα πνεύματι θείῳ προτεθεωρηκότος, καὶ τῶν μελλόντων ταῖς εἰκόσι προκεχρημένου· ὡς ἡ Μωσέως Γραφὴ μαρτυρεῖ, λέγουσα· « Καὶ Μελχισεδὲκ βασιλεὺς Σαλὴμ ἐξήνεγκεν ἄρτους

[11] Exod. III, 14.

(1) Οὐ. Anne οὔ? Edit.

A tionis præ participibus tuis, et sacerdotum id erat proprium apud Hebræos ut ungerentur : merito in eo quem nunc tractamus, jam clarius et certius illum consecrat sacerdotem, plura etiam de illius doctrina proponens, per quam ipsum solum præ hominibus qui unquam aut fuerint aut futuri sint, æternum sacerdotem esse demonstrat, quod sane nusquam ut ulli naturæ hominis accommodetur, fieri poterit. Secundum ordinem Melchisedec sacerdotem constitui illum ait, ut ab eo differat qui secundum Mosis constitutionem erat sacerdos, qui quidem aut Aaron sit accipiendus, aut alius quispiam ex iis qui ab illo oriundi sint : quorum quisque cum prius sacerdos non esset, posterius aliquando per homines unguento quodam artificiose confecto ungebatur, et sic figurate, ut ita dicam, et per signa quædam, adumbratus quidam et imaginarius Christus efficiebatur : præterea tanquam is qui mortalis esset, haud ita multo post sacerdotium deponebat. Adde quod apud unum Judæorum populum sacerdotio fungebatur, non autem apud alias item nationes. Neque vero cum jurejurando Dei, ad talem functionem accedebat, sed judicio hominum electus. Itaque nonnunquam etiam aliquis ex illis inventus est tali ministerio non dignus, qualis Heli plane descriptus est. Ad hæc, vetus ille sacerdos, qui a Mose institutus fuerat, ex sola tribu Levi eligi poterat : et oportebat omnino illum genus quoque trahere de successione ipsius Aaron, sacrificiisque brutorum animalium et cruoribus, corporalique adoratione rei divinæ inservire. At vero, qui Melchisedec est nominatus, quod nomen in nostram linguam conversum, regem justitiæ significat, et qui fuit rex Salem, quod ipsum item sit, rex pacis, sine patre, sine matre, sine generis serie, non habens in historia, neque initium dierum, neque vitæ finem, ac ne referens quidem cum Aaron sacerdotii ritu commune quidquam invenitur. Nam neque ab hominibus electus fuerat, neque oleo composito unctus, neque de genere illorum editus, qui nondum exstiterant : et quod omnium maxime admirabile est, ne corpore quidem erat circumcisus, et tamen ipsi Abraham benedicit, tanquam is qui illo sit longe præstantior. Adde quod neque sacrificiis neque libationibus, altissimo Deo operabatur, neque vero in templo quod Hierosolymis esset, suum munus obibat : qui enim in eo, quod nondum erat? **223** Et merito sane, quando ne nostro quidem Salvatori Christo, eventurum quidquam erat ipsi Aaron simile. Nam neque qui prius non fuisset, posterius est aliquando sacerdos declaratus ; neque is qui exstitisset sacerdos, sed qui est. Diligenter enim attendendum est illud : « Tu es sacerdos in æternum. » Non enim, eris, ait, qui olim non fueris, ac ne fuisti quidem antea, nunc autem non es, sed ab eo qui dixit, « Ego sum qui sum[11], » tu es,

Digitized by Google

et sacerdos in æternum permanes. Quoniam igitur neque a tempore, sacerdotii initium accepit, neque de tribu sacerdotum exortus est Christus, neque artificiose instructo corporalique oleo inunctus, ne finem quidem illum sacerdotii est habiturus, neque item solis Judæis, sed omnibus gentibus constituendus. Propter hæc omnia, merito illum a ministerio Aaron liberat, quod figuram gerebat, et secundum ordinem Melchisedec sacerdotem futurum affirmat. Et sane oraculi exitus admirabilis ei qui contempletur quemadmodum Salvator noster Jesus, qui est Christus Dei, ipsius Melchisedec ritu, ea quæ ad sacerdotium in hominibus gerendum spectant, per suos ministros perficiat. Nam quemadmodum ille qui sacerdos gentium erat, nusquam videtur sacrificiis corporalibus functus, sed vino solo et pane, dum ipsi Abraham benedicit, ita sane primus ipse Salvator ac Dominus noster, deinde qui ab ipso profecti sunt, sacerdotes in omnibus gentibus, spirituale secundum ecclesiasticas sanctiones sacerdotii munus obeuntes, vino ac pane, et corporis illius et salutaris sanguinis mysteria repræsentant, quæ sane mysteria Melchisedec tanto ante spiritu divino cognoverat, et rerum futurarum imaginibus usus fuerat, sicut etiam Mosis Scriptura testificatur, ubi ait : « Et Melchisedec rex Salem, protulit panes et vinum. Erat autem sacerdos Dei altissimi, et benedixit Abraham [22]. » Merito igitur et cum jurisjurandi adjectione, uni ei de quo hic agimus talia promissa sunt : « Juravit, inquit, Dominus Deus, et non pœnitebit eum : tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. » Audi vero qualia sint quæ de iisdem rebus etiam Apostolus dicat : « In quo abundantius volens Deus ostendere hæredibus regni immutabilitatem consilii sui, interposuit jusjurandum, ut per duas res immutabiles in quibus impossibile est mentiri Deum, **224** fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad obtinendam propositam spem [23], » et adjungit : « Et alii quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere : hic autem, eo quod ipse maneat, sempiternum habet sacerdotium. Ex quo etiam servare in perpetuum potest accedentes per ipsum ad Deum, semper vivens ad intercedendum pro illis. Talis enim decebat nos pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, et excelsior cœlis factus [24]. » Deinde adjungit : « Caput autem super iis quæ dicta sunt. Talem habemus pontificem, qui sedet in dextera majestatis in excelsis, sanctorum minister, et tabernaculi veri, quod fixit Deus, et non homo [25]. » Hæc quidem Apostolus. Psalmus vero, inferius progressus, etiam ea quæ passurus erat is, de quo vaticinatur, aperte significat, dicens : « De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput [26]. » Torrentem porro, tentationum tempus intelligendum alius indicat psalmus dicens : « Torrentem pertransivit anima nostra. Forsitan pertransiit anima nostra aquam intolerabilem [27]. »

A καὶ οἶνον. Ἦν δὲ ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου, καὶ εὐλόγησε τὸν Ἀβραάμ. » Εἰκότως οὖν καὶ μεθ' ὅρκου παραλήψεως μόνῳ τῷ δηλουμένῳ « ὤμοσε Κύριος ὁ Θεὸς, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· Σὺ εἶ, » λέγων, « ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. » Ἐπάκουσον δὲ οἷα καὶ περὶ τῶνδε ὁ Ἀπόστολός φησιν· « Ἐν ᾧ, περισσότερον βουλόμενος ὁ Θεὸς ἐπιδεῖξαι τοῖς κληρονόμοις τῆς βασιλείας τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ, ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ, ἵνα διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων, ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι Θεὸν, ἰσχυρὰν παράκλησιν ἔχωμεν οἱ προκαταφυγόντες κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος. » Καὶ ἐπιφέρει λέγων· « Καὶ οἱ μὲν πλείονές εἰσι γεγονότες ἱερεῖς, διὰ τὸ θανάτῳ κωλύεσθαι παραμένειν· ὁ δὲ, διὰ τὸ μένειν αὐτὸν, ἀπαράβατον ἔχει τὴν ἱερωσύνην. Ὅθεν καὶ B σώζειν εἰς τὸ παντελὲς δύναται τοὺς προσερχομένους δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ, πάντοτε ζῶν εἰς τὸ ἐντυγχάνειν ὑπὲρ αὐτῶν. Τοιοῦτος γὰρ ἡμῖν καὶ ἔπρεπεν ἀρχιερεὺς, ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος, κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος. » Καὶ ἐπιλέγει· « Κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις, τοιοῦτον ἔχομεν ἀρχιερέα, ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλοσύνης ἐν ὑψηλοῖς, τῶν ἁγίων λειτουργὸς, καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς, ἣν ἔπηξεν ὁ Κύριος, οὐκ ἄνθρωπος. » Ταῦτα μὲν ὁ Ἀπόστολος. Ὁ δὲ ψαλμὸς ὑποβὰς, καὶ τὸ πάθος ἐπικεκαλυμμένως τοῦ προφητευομένου δηλοῖ, λέγων· « Ἐκ χειμάῤῥου ἐν ὁδῷ πίεται, διὰ τοῦτο ὑψώσει κεφαλήν. » Χειμάῤῥον δὲ τὸν καιρὸν τῶν πειρασμῶν καὶ ἄλλος δηλοῖ ψαλμὸς, λέγων· « Χειμάῤῥου διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν. Ἄρα C διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον. » Ἐν τῷ χειμάῤῥῳ τοίνυν πίεται, φησὶ, τὸ ποτήριον δηλονότι, ὃ ἠνίττετο πρὸς τῷ καιρῷ τοῦ πάθους, λέγων· « Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ. » Καὶ πάλιν· « Εἰ μὴ δυνατόν ἐστιν αὐτὸ παρελθεῖν, ἐὰν μὴ αὐτὸ πίω, γενηθήτω τὸ θέλημά σου. » Τοῦτο δὴ οὖν ἐκπιὼν τὸ ποτήριον, ὕψωσε κεφαλὴν, καὶ κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ἐπεὶ γὰρ « γέγονεν ὑπήκοος τῷ Πατρὶ μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ, διὰ τοῦτο, » φησὶν, « ὑπερύψωσεν αὐτὸν ὁ Θεὸς, ἐγείρας αὐτὸν ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ καθίσας αὐτὸν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ, ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως, καὶ κυριότητος, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. D Καὶ πάντα ὑπέταξε, » φησὶν, « ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, » κατὰ τὴν πρὸς αὐτὸν ἐπαγγελίαν, ἣν διὰ τοῦ ψαλμοῦ παρίστησι, λέγων· « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Κατακυρίευε ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου. » Πρόδηλον παντὶ, ὡς ἔτι νῦν ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν δύναμις καὶ ὁ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ λόγος, ἐν μέσοις τοῖς ἐχθροῖς καὶ πολεμίοις αὐτοῦ, καὶ τῶν πεπιστευκότων εἰς αὐτὸν ἁπάντων κατακυριεύει.

[22] Gen. XIV, 18-19. [23] Hebr. VI, 18. [24] Hebr. VII, 25-26. [25] Hebr. VIII, 1, 2. [26] Psal. CIX, 7. [27] Psal. CXXIII, 5.

Digitized by Google

In torrente igitur bibet, inquit, calicem videlicet, quem ipse sub ipsum passionis tempus significavit, dicens : « Pater, si possibile est, transeat calix iste a me [28]. » Et rursus : : Si non possibile est illum transire, nisi illum bibam, fiat voluntas tua [29]. » Cum igitur hunc calicem bibisset, tum exaltavit caput. Et sicut ait Apostolus, quoniam « factus est obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis, » idcirco, inquit, « exaltavit illum Deus [30], suscitans illum a mortuis, et sedere illum fecit in dextera sua, supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem, et omne nomen quod nominetur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro. Et omnia subjecit, inquit, sub pedibus ejus [31], » secundum eam, quæ ad ipsum facta est, promissionem, quam in psalmo declarat, dicens : « Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Dominare in medio inimicorum tuorum. » Constat vero planissime, quemadmodum hodie quoque Salvatoris nostri virtus, ac doctrinæ illius verbum, in medio inimicorum et hostium suorum, omnibus quicumque in ipsum credunt, dominatur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ.

Ὡς καὶ Ἡσαΐας, προφητῶν μέγιστος, σαφῶς οἶδε Θεὸν ἐν Θεῷ εἶναι, λέγων ὁμοίως ἡμῖν δοξάζουσι Πατέρα ἐν Υἱῷ, καὶ Υἱὸν ἐν Πατέρι.

« Ἐγὼ Κύριος ἐποίησα γῆν, καὶ ἄνθρωπον ἐπ' αὐτῆς· ἐγὼ τῇ χειρί μου ἐστερέωσα τὸν οὐρανὸν, ἐγὼ πᾶσι τοῖς ἄστροις ἐνετειλάμην, ἐγὼ ἤγειρα τὸν μετὰ δικαιοσύνης βασιλέα, καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ εὐθεῖαι. Οὗτος οἰκοδομήσει τὴν πόλιν μου, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ ἐπιστρέψει, οὐ μετὰ λύτρων, οὐδὲ μετὰ δώρων, εἶπε Κύριος Σαβαώθ. » Τέως μὲν ταῦτα ὁ τῶν ὅλων ποιητὴς Θεὸς, περί τινος βασιλέως καὶ Σωτῆρος μέλλοντος οἰκοδομεῖν τὸ τῆς εὐσεβείας πολίτευμα, λυτρώσασθαι τὴν ἐπισυμβᾶσαν ἀνθρώποις ὑπὸ τῆς δαιμονικῆς πλάνης αἰχμαλωσίαν, διὰ τοῦ προφήτου θεσπίζει· ἐξῆς δὲ τούτοις τὸ προφητικὸν πνεῦμα τὴν ὑποταγὴν τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν αἰνίττεται, ἣν ὑποταγήσονται τῷ προφητευομένῳ, καὶ ὡς προσκυνήσουσιν αὐτῷ οἷα Θεῷ οἱ ὑποταγησόμενοι, καὶ ὡς προσεύξονται ἐν αὐτῷ, διὰ τὸ μείζονα κατοικεῖν ἐν αὐτῷ Θεὸν, τὸν ἀνωτάτω δηλαδὴ Πατέρα, καὶ Θεὸν τῶν ὅλων. Τὰ δὲ τῆς λέξεως οὕτως ἔχει· « Οὕτω λέγει Κύριος· Ἐκοπίασεν Αἴγυπτος, καὶ ἐμπορία Αἰθιόπων, καὶ οἱ Σαβαεῖμ ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ διαβήσονται, καὶ σοὶ ἔσονται δοῦλοι, καὶ ὀπίσω σοῦ ἀκολουθήσουσι, δεδεμένοι χειροπέδαις, καὶ προσκυνήσουσι νέοι, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται, ὅτι ἐν σοὶ ὁ Θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν σοῦ. Σὺ γὰρ εἶ Θεὸς, καὶ οὐκ ἤδειμεν, Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ Σωτήρ. Αἰσχυνθήσονται καὶ ἐντραπήσονται πάντες οἱ ἀντικείμενοι αὐτῷ, καὶ πορεύσονται ἐν αἰσχύνῃ. » Ταῦτα μὲν ἡ προφητεία. Οὐχ ἡγοῦμαι δὲ ἀντωπήσειν δύνασθαί τινα, κἂν σφόδρα ᾖ ἀγνώμων, τῷ προδήλῳ καὶ σαφεῖ τῆς λέξεως, ἐναργῶς οὕτως εἰσαγούσης Θεὸν τοῦ Ἰσραὴλ Σωτῆρα, καὶ ἕτερον ἐν αὐτῷ Θεόν· « Προσκυνήσουσί σοι, » φησὶν, « οἱ δίκαιοι, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται, ὅτι ἐν σοὶ ὁ Θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν σοῦ· σὺ γὰρ εἶ ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἤδειμεν, Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ Σωτήρ. » Τὸ δὲ, « οὐκ ἤδειμεν, » ἐκ προσώπου τῶν πρὶν αὐτὸν μὴ ἐπεγνωκότων παρὰ μόνοις τοῖς Ἑβδομήκοντα εἰρημένον, ἑτέρως εἶχε τὸ Ἑβραϊκὸν, ὃ μεταλαβὼν ὁ μὲν Ἀκύλας φησὶ· « Θεὸς ἄρα ἰσχυρὸς ἀποκρυπτόμενος, Θεὸς

A

CAPUT IV.

225 *Quod etiam Isaias, prophetarum maximus, plane novit Deum esse in Deo, idque affirmat, sicut etiam nos qui Patrem in Filio, et Filium in Patre glorificamus.*

« Ego Dominus feci terram, et hominem super ea ; ego manu mea consolidavi cœlum, ego omnibus astris mandavi, ego suscitavi regem cum justitia, et omnes viæ ejus rectæ. Hic ædificabit civitatem meam, et captivitatem populi convertet, non pretio, neque muneribus, dixit Dominus Sabaoth [32]. » Interim quidem hæc universi conditor Deus, de quodam rege ac Salvatore, qui ædificaturus sit rempublicam pietatis, et conditionem qua homines a dæmonico errore captivi tenebantur, dissoluturus, per prophetam respondet. In iis vero B quæ sequuntur, externarum quoque nationum obsequium, quo ei subjecturæ sunt obsecuturæ qui venturus canitur, propheticus significat spiritus : necnon quemadmodum illum tanquam Deum adorabunt illi, qui ita ad obsequium venerint, et quod Deum orabunt in ipso : propterea quod in eo ipse habitet Deus supremus, videlicet Pater, universique Deus. Locus autem sic se habet ad verbum : « Sic dicit Dominus : Laboravit Ægyptus, et negotiatio Æthiopum, et Sabaim viri excelsi ad te transibunt, et tui erunt servi, et a tergo te sequentur vincti manicis, et adorabunt juvenes, et in te orabunt : quoniam in te Deus est, et non est Deus præter te : tu C enim es Deus, et non noveramus, Deus Israel Salvator. Erubescent et confundentur omnes qui adversantur ei, et ambulabunt in pudore [33]. » Hactenus ipsa prophetia. Cæterum, neutiquam arbitror quempiam contra id, quod tam aperte et perspicue dicatur, vel oculos directurum, quamvis admodum sit ingratus, ubi ita evidenter et plane inducitur Deus Israel Salvator, et in illo Deus : « Adorabunt te, inquit, justi, et in te orabunt, quoniam in te est Deus, et non est Deus præter te : tu enim es Deus, et nesciebamus, Deus Israel Salvator. » Porro illud, « nesciebamus, » quod ex persona eorum qui prius illum non agnoverunt, **226** apud solos LXX dictum est, in Hebraico aliter habet; quod sane Aquila convertens, sic ait : « Deus ergo

[28] Matth. XXVI, 39 [29] ibid 42. [30] Philipp. II, 8-9. [31] Ephes. I, 20,21. [32] Isa. XLV, 12,13. [33] ibid. 14-16.

Digitized by Google

fortis occultus, Deus Israel qui salvos facit. » Theodotion vero : « Propterea fortis absconditus Deus servans. » Ubi sane valde mirabiliter absconditum Deum Christum nominat : necnon causam quoque planissime docet, propter quam unum ipsum, quatenus inter ea quæ genita sunt, nominatur, Deum vocat, ob Patris videlicet in ipso habitationem : « In ipso enim, » ut divinus docet Apostolus [a], « complacuit omnem plenitudinem divinitatis habitare. » Hoc ipsum verba ipsa declarant, quæ sic se habent : « Quoniam in te Deus est, et non est Deus præter te. » Pro illo vero quod est, « præter te, » Theodotion, « præter ipsum » interpretatus est, ut hoc modo verba se habeant : « Non est Deus præter ipsum, » eum videlicet a quo es, per quem tu quoque id habes, ut Filius sis. Sed Aquila ita interpretatus est : « Verumtamen in te fortis, et non est amplius apud te. Deus ergo fortis et latens, Deus salvos faciens. » Symmachus vero solus sic : « In te Deus, et non est amplius, neque adest Deus : vere tu Deus absconditus, Deus Israel servans. » Ubi quod Deus sit Christus Dei, verba ipsa plane declarant. « Nam propterea quod in te, inquit, est Deus, tu sane Deus fortis et absconditus. » Ergo ex his, Deus unus erit, qui hujus appellationis est Dominus. Filius autem quoniam Pater ei seipsum communicat, de communicatione veritatis illius dignitatem accepit, quippe qui neque a seipso sit, neque ab eo, qui ipsum genuit, Patre deseratur, sed hoc ipsum totum, quod est, quod vivit, quod subsistit, ab eo a quo est Patre, obtineat, qui neque Patrem deserit, et ab illo gignitur, et tum ut sit, tum ut Filius sit, non a seipso, sed a Patre habet. Quocirca, honore hunc quoque ut Deum prosequi edocti sumus, quemadmodum, quæ nunc tractantur, prophetiæ declarant. Ut enim alicujus regis imago veneratione affici solet, propter illum cujus lineamenta expressa et similitudinem fert (cæterum, quamvis et imago regis, et ipse rex honore afficiatur, unus tamen erit qui honoretur, non duo. Non enim duo reges, unus, primus et verus : alter, qui ipsa imagine sit expressus, sed unus in utroque non modo intelligitur, verum etiam nominatur atque honoratur), sic sane unigenitus quoque Filius, cum solus sit imago Dei invisibilis, **227** merito propter eum, cujus fert similitudinem, et imago appellatur Dei invisibilis, et ab ipso Patre efficitur : quippe qui tali existat et natura et essentia, indeque ex quo primum exstitit, non acquisititiam, sed naturalem Patris imaginem referat. Quare idem natura Deus, et idem unigenitus Filius exsistit, non autem ut illi, qui extrinsecus assumuntur, adoptatus, quique adventitium divinæ appellationis honorem possident. At enim etsi natura unigenitus Filius, Deusque noster celebratur, non tamen a seipso Deus, sed ex Deo Patre unigenitus Filius, et idcirco Deus. Totumque

[a] Coloss. I, 19.

A Ἰσραὴλ σώζων· » ὁ δὲ Θεοδοτίων· « Διὰ τοῦτο ἰσχυρὸς κρυφαῖος Θεὸς σώζων. » Σφόδρα θαυμαστῶς κρυφαῖον Θεὸν τὸν Χριστὸν ὀνομάζει· καὶ τὴν αἰτίαν δὲ, δι' ἣν Θεὸν αὐτὸν μόνον ὡς ἐν γεννητοῖς μετὰ τὸ πρῶτον καὶ ἀγέννητον ἀποκαλεῖ, σαφῶς ἐκδιδάσκει, τὴν τοῦ Πατρὸς ἐν αὐτῷ κατοίκησιν· « Ἐν τούτῳ γὰρ,» κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον, « εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος κατοικῆσαι. » Τοῦτο δηλοῖ φάσκουσα ἡ λέξις· « Ὅτι ἐν σοὶ ὁ Θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν σοῦ. » Ἀντὶ δὲ τοῦ, « πλὴν σοῦ, » « πλὴν αὐτοῦ, » ὁ Θεοδοτίων πεποίηκεν, ἵν' ᾖ· « Οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν αὐτοῦ, » δηλαδὴ τοῦ ἐν σοὶ Θεοῦ, δι' ὃν καὶ σὺ τυγχάνεις ὢν Θεός. Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν οὕτως ἔχει· « Πλὴν ἐν σοὶ ἰσχυρὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι παρὰ σοί. Θεὸς ἄρα ἰσχυρὸς B καὶ ἀποκρυπτόμενος, Θεὸς σώζων. » Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον μόνον· « Ἐν σοὶ Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι, οὐδ' ὑπάρχει Θεός· ὄντως σὺ Θεὸς κρυφαῖος, Θεὸς Ἰσραὴλ σώζων. » Δι' ὧν τὸ αἴτιον τοῦ εἶναι Θεὸν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, σαφῶς ὁ λόγος παρέστησεν. « Ἐπεὶ γὰρ ἐν σοὶ, » φησὶν, « ἐστὶ Θεὸς, διὰ τοῦτο σὺ Θεὸς ἰσχυρὸς καὶ κρυφαῖος. » Οὐκοῦν διὰ τούτων ὁ μὲν ἀληθὴς καὶ μόνος Θεὸς, εἷς ἂν εἴη, μόνος κυρίως τυγχάνων τῆς προσηγορίας· ὁ δὲ δεύτερος μετουσίᾳ τοῦ ἀληθοῦς τῆς κοινωνίας ἠξίωται, οὔτε ὢν καθ' ἑαυτὸν, οὔτε ὑφεστὼς δίχα τοῦ θεοποιοῦντος αὐτὸν Πατρὸς, οὔτ' ἄνευ τοῦ Πατρὸς θεολογούμενος, ἀλλ' ὅλον αὐτὸ τοῦτο ὢν τε καὶ ζῶν καὶ ὑφεστὼς, διὰ τὸν ἐν αὐτῷ Πατέρα, συνών τε τῷ Πατρὶ, καὶ C ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτὸν θεοποιούμενος, τό τε εἶναι ὁμοῦ καὶ τὸ Θεὸς εἶναι οὐκ ἐξ ἑαυτοῦ, παρὰ δὲ τοῦ Πατρὸς ἐσχηκώς. Διὸ δὴ μετὰ τὸν Πατέρα τιμᾷν καὶ αὐτὸν ὡς Θεὸν ἐδιδάχθημεν, διὰ τὸν ἐν αὐτῷ κατοικοῦντα Θεὸν, ὥσπερ οὖν αἱ μετὰ χεῖρας περιέχουσι προφητεῖαι. Ὡς γὰρ ἂν τιμηθείη βασιλέως εἰκὼν διὰ τὸν, οὗ τοὺς χαρακτῆρας καὶ τὴν ὁμοίωσιν φέρει (τιμωμένης δὲ τῆς εἰκόνος, καὶ τοῦ βασιλέως αὐτοῦ, εἷς ἂν ὁ τιμώμενος καὶ οὐ δύο. Οὐ γὰρ δύο βασιλεῖς, ὅ τε πρῶτος καὶ ἀληθὴς, καὶ ὁ ἐπὶ τῆς εἰκόνος τετυπωμένος, εἷς δ' ὁ κατ' ἀμφοτέρων, οὐ μόνον νοούμενος, ἀλλὰ καὶ ὀνομαζόμενος καὶ τιμώμενος), οὕτω δῆτα καὶ ὁ μονογενὴς Υἱὸς, εἰκὼν ὢν μόνος τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, εἰκότως διὰ τὸν, οὗ φέρει ὁμοίωσιν, εἰκών τε ἀνηγόρευται τοῦ ἀοράτου Θεοῦ, θεοποιεῖταί τε πρὸς D αὐτοῦ τοῦ Πατρός· οὕτω πεφυκὼς τὴν οὐσίαν, αὐτόθεν τε ἀπὸ πρώτης ὑπάρξεως φυσικὴν, ἀλλ' οὐκ ἐπίκτητον τὴν εἰκόνα τοῦ Πατρὸς ἐπαγόμενος. Διὸ καὶ φύσει Θεὸς ὁμοῦ καὶ μονογενὴς Υἱὸς ὢν τυγχάνει, οὐχὶ δὲ ὁμοίως τοῖς ἔξωθεν εἰσποιουμένοις, ἐπισυμβεβηκός τε τὸ ἀξίωμα τῆς τοῦ Θεοῦ προσηγορίας ἐπέχουσι. Πλὴν εἰ καὶ φύσει μονογενὴς Υἱὸς καὶ Θεὸς ἡμῶν ἀνευφημεῖται, ἀλλὰ οὐχ ὁ πρῶτος Θεὸς, πρῶτος δὲ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς Υἱὸς, καὶ διὰ τοῦτο Θεός. Καὶ ὅλον γε τοῦτο αἴτιον ἂν εἴη τοῦ καὶ αὐτὸν εἶναι Θεὸν, τὸ μόνον εἶναι φύσει τοῦ Θεοῦ Υἱὸν, καὶ μονογενῆ χρηματίζειν, καὶ τὸ δι' ὅλου σώζειν τοῦ μόνου Θεοῦ τὴν ἔμψυχον καὶ ζῶσαν νοερὰν

Digitized by Google

εἰκόνα, κατὰ πάντα τῷ Πατρὶ παρωμοιωμένην, καὶ τῆς θεότητός τε αὐτῆς τὴν ὁμοίωσιν ἐπιφερομένην. Ταύτῃ τοιγαροῦν καὶ αὐτὸν, ὡσὰν μόνον Υἱὸν καὶ μόνον εἰκόνα ὄντα τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς ἀγεννήτου καὶ ἀνάρχου τοῦ Πατρὸς οὐσίας τὰς δυνάμεις κατὰ τὸ παράδειγμα τῆς ὁμοιώσεως περιβεβλημένον, ὑπό τε τοῦ πάντων τεχνικωτάτου καὶ πανεπιστήμονος ζωγράφου τε καὶ ζωοποιοῦ Πατρὸς εἰς τὸ ἔτι ἀκριβὲς τῆς ὁμοιώσεως ἀπειργασμένον, Θεὸν εἰκότως οἱ θεῖοι ἀναγορεύουσι λόγοι, ὡς καὶ ταύτης μετὰ τῶν ἄλλων παρὰ τοῦ Πατρὸς ἠξιωμένον προσηγορίας, εἰληφότα τε, ἀλλ' οὐκ ἰδιόκτητον αὐτὴν ἐσχηκότα. Ὁ μὲν γὰρ δίδωσιν, ὁ δὲ λαμβάνει· ὥστε κυρίως καὶ ἕνα ἐκεῖνον εἶναι Θεὸν, καὶ μόνον μὲν καὶ φύσει ὄντα, καὶ μὴ παρ' ἑτέρου λαβόντα· τὸν δὲ τῶν δευτερείων ἠξιῶσθαι, καὶ τὸ Θεὸν εἶναι λαβόντα παρὰ τοῦ Πατρὸς ἔχειν, ὡσὰν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ, μιᾶς ἐπ' ἀμφοῖν κατὰ τὸ παράδειγμα τῆς θεότητος ἐπινοουμένης, ἑνός τε ὄντες Θεοῦ τοῦ καθ' ἑαυτὸν ἀνάρχως καὶ ἀγεννήτως ὄντος, διὰ δὲ τοῦ Υἱοῦ, ὡσὰν δι' ἐσόπτρου καὶ εἰκόνος, ἐπιθεωρουμένου. Τοῦτό τοι καὶ τὸ πνευματικὸν παιδεύει λόγιον, οὐκ ἄλλως φάσκον Θεὸν εἶναι προσκυνητὸν τὸν δηλοῦμενον, ἀλλ' ἢ διὰ τὸν ἐνοικοῦντα αὐτῷ Πατέρα· « Ἐν σοὶ » γὰρ, φησὶ, « προσεύξονται· ὅτι ἐν σοὶ ὁ Θεός ἐστι. » Καὶ σὺ δὲ αὐτὸς, Θεὸς ὢν, Σωτὴρ τοῦ Ἰσραὴλ τυγχάνεις· καὶ διὰ τοῦτο ἰσχυρὸς καὶ κρυφαῖος Θεὸς εἶ· « ἐπεὶ ἐν σοὶ ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι πλὴν αὐτοῦ. » Ἀντὶ δὲ τοῦ, « ἐκοπίασεν Αἴγυπτος, » τὸ Ἑβραϊκὸν, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἑρμηνευταὶ, « κόπος Αἰγύπτου, » ἐκδεδώκασιν, ἵν' ᾖ τὸ λεγόμενον τοιοῦτον· « Σοὶ προσκυνήσουσι, καὶ σοὶ ἔσονται δοῦλοι, ὁ κόπος Αἰγύπτου, καὶ ἡ ἐμπορία Αἰθιόπων, καὶ οἱ Σεβωείμ· » δι' ὧν βάρβαρα, οἶμαι, καὶ ἄσημά τινα ἔθνη δηλοῦσθαι, καὶ πάντα ὅσα ἤδη πάλαι πρότερον τῇ δαιμονικῇ τετρύχωτο δεισιδαιμονίᾳ. Ἐπειδὴ γὰρ Αἰγύπτιοι ἐδόκουν πάντων τῶν ἐθνῶν δεισιδαιμονέστατοι τυγχάνειν, πρῶτοί τε κατάρξαι τῆς εἰδωλολάτρου πλάνης, εἰκότως πρώτους αὐτοὺς τίθησιν ὑποταγησομένους τῷ Χριστῷ· καὶ δι' αὐτῶν καὶ τὰ περὶ τῶν λοιπῶν εἰδωλολατρῶν φανερὰ καθιστᾶσα. Καὶ ταῦτα πεπλήρωται ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος καὶ Κυρίου ἡμῶν, τῷ ἐν πᾶσιν ἔθνεσι προσκυνεῖσθαι καὶ δουλεύειν αὐτῷ μυρία πλήθη τῶν ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν. Αἰθίοπας δὲ καὶ Σεβωεὶμ, τοὺς ἐνταῦθα προσκυνήσειν τῷ Χριστῷ προφητευομένους, καὶ διὰ τοῦ οα' ψαλμοῦ ἡγοῦμαι δηλοῦσθαι, δι' ὧν εἴρηται· « Ἐνώπιον αὐτοῦ προσπεσοῦνται Αἰθίοπες, καὶ βασιλεῖς Ἀράβων, καὶ Σαβὰ δῶρα προσάξουσι· καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ. » Δῆλον ἐκ τῆς συμφράσεως, ὅτι τῷ ἐν ἐκείνοις προφητευομένῳ Χριστῷ προσκυνήσουσιν.

A hoc sane causa erit, cur ipse quoque sit Deus, quod solus sit natura Dei Filius, et unigenitus appelletur, et quod usquequaque conservet ejus, qui solus est Deus, animatam et vivam et intelligentem imaginem, et in omnibus ipsi Patri assimilatam, et eam quæ Dei ipsius substantiæ similitudinem præ se ferat. Hac ergo de causa ipsum quoque, tanquam eum qui solus Filius, et solus Dei imago sit, et ingeniti ac principio carentis Patris essentiæ, virtutes secundum exemplum assimilationis indutus, et ab hominum artificiosissimo et scientissimo vitæ designatore et auctore Patre, ad amussim et ad certam exquisitamque assimilationem expressus, Deum merito divina appellant oracula, ut una cum cæteris ad hanc quoque appellationis dignitatem, a B Patre provectus sit, eamque acceperit, non autem ex proprio jure possidendam habuerit. Namque ille quidem dat, hic vero accipit; itaque suo jure unus ille est Deus, qui non ab altero accepit. Hic autem a Patre habet ut Deus sit, tanquam Dei imago : utpote, cum una in ambobus, juxta exemplum, divinitus intelligatur, et unus sit Deus, qui per seipsum sine principio, et sine generatione existat : per Filium autem, tanquam per speculum et imaginem, consideretur. Hoc est, scilicet, quod spirituale docet oracullum, quod non alias dicit eum, de quo sermo est, Deum esse adorandum, propter inhabitantem in ipso Patrem. « In te » enim, inquit, « orabunt : quoniam in te Deus est. » Sed tu quoque ipse cum Deus sis, Salvator Israel exsistis. Proinde fortis et absconditus Deus C es : « quoniam in te Deus, et non est amplius præter ipsum. » **228** Pro eo vero quod est, « laboravit Ægyptus, » Hebraicum habet, et reliqui omnes interpretes reddiderunt, « labor Ægypti, » ut id quod dicitur tale sit : « Te adorabunt, et tui erunt servi, labor Ægypti, et negotiatio Æthiopum, et Seboim : » quibus verbis barbaras ego arbitror et ignotas quasdam nationes significari, et omnes quæcumque antea quondam dæmonica superstitione vexabantur. Nam propterea quod Ægyptii visi sunt omnium nationum superstitiosissimi esse, primique errori, quo simulacra colerentur, portas aperuisse : merito eos primos collocat, qui Christo sint subjiciendi : deinde per eos, quæ ad reliquos D simulacrorum cultores pertinent, ut aperta sint, efficit. Et hæc quidem in Salvatore ac Domino nostro exspectatum exitum nacta sunt. Jam enim innumerabiles, per orbem terrarum, nationum conventus, in omnibus gentibus illum adorant illique serviunt. Æthiopas vero ac Seboim eos, qui hic adoraturi Christum canuntur, LXXI quoque psalmo significari puto, ubi dictum est : « Coram illo procident Æthiopes, et reges Arabum, et Saba dona adducent : et adorabunt eum [38]. » Constat vero ex ipso contextu, Christum esse adoraturos eum, qui in illis quoque, ut venturus canitur a prophetis.

[38] Psal. LXXI, 10

Digitized by Google

CAPUT V.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

A psalmo XXXII. — *Quod Dei Verbum suam habens essentiam jussu Patris, David æque ac nos opificem universi novit; et quod idem Dei Verbum, idem propheta ad hominum medelam esse missum a Patre testificatur; et quod brevi tempore universam terram sua doctrina impleturum canit.*

Ψαλμοῦ λβ'. — Ὡς Θεοῦ Λόγον οὐσιώδη κατ' ἐπικέλευσιν τοῦ Πατρὸς, ὁμοίως ἡμῖν οἶδε δημιουργὸν τῶν ἁπάντων ὁ Δαβίδ· καὶ ὡς τὸν αὐτὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον ὁ αὐτὸς προφήτης ἐπὶ θεραπείᾳ τῶν ἀνθρώπων ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀπεστάλθαι μαρτυρεῖ· καὶ ὡς ἐν βραχεῖ χρόνῳ τὴν σύμπασαν γῆν πληρώσειν τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας θεσπίζει.

« Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum. » In psalmo vero CVI sic dictum est : « Misit Verbum suum et sanavit eos, et eripuit eos de interitionibus eorum. » Et rursus CXLVII : « Qui emittit eloquium suum terræ, velociter currit sermo ejus. » At enim ei, qui nunc in manibus est, psalmo dicenti, « Verbo Domini cœli firmati sunt, » concordat sacrum **229** quoque Evangelium, palam dicens : « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil [36]. » Sane merito Evangelium Deum illum nominat : quando etiam per ea quæ prius dicta sunt, idem hoc, quod nunc ut Deus celebratur Verbum, et sapientia, et germen Dei, et Sacerdos, et Christus, et Rex, et Dominus, et Deus imago Dei, appellatum est. Porro, ut qui et alius sit quam Pater, et ejusdem administer fuerit, adeo ut jussu illius ipse omnia condiderit, in præsenti deinceps Psalmo adjungit : « Timeat, inquit, Dominum omnis terra : ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem. Quoniam ipse dixit, et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt [37]. » Constat enim quod qui dicit, ad alterum dicit : et qui mandat, alteri præter se mandat. Perspicue vero post ipsam Salvatoris nostri humanæ naturæ assumptionem, conventus ex omni terra, hoc est, ex omnibus, quæ terram incolunt, nationibus, innumerabiles, non itidem ut antea ullos dæmones, sed ipsum Dominum Jesum timuerunt, et omnes habitantes orbem commoti sunt, in ipso Christi nomine, sicut præsens oraculum canit : « Timeat, inquit, Dominum omnis terra, ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem. » Hactenus quæ de II et XXX psalmo accepta sunt. Consimilia vero his et consona in psalmo quoque CXLVIII invenies, qui docet non ea modo, quæ ad terram duntaxat, sed etiam ea quæ ad cœlum, et breviter ad universam creaturam pertinent, ipso Deo universi jubente exstitisse. Dicit igitur : « Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Laudate eum, omnes angeli ejus; laudate eum, omnes virtutes ejus. Laudate eum, sol et luna, laudate eum, omnes stellæ et lumen : quoniam ipse dixit, et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt [38]. » Quod si ipse mandavit, quisnam, quæso, usque adeo magnus, ut mandatum de tantis rebus susciperet, præter Dei Verbum? quod varie in præsenti opere, a nobis, tanquam Deus celebratur, et

« Τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. » Καὶ ἐν ρς' δὲ ψαλμῷ εἴρηται· « Ἀπέστειλε τὸν Λόγον αὐτοῦ, καὶ ἴασατο αὐτοὺς, καὶ ἐρρύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν. » Καὶ πάλιν ἐν ρμζ'· « Ὁ ἀποστέλλων τὸ λόγιον αὐτοῦ τῇ γῇ, ἕως τάχους δραμεῖται ὁ λόγος αὐτοῦ. » Ἀλλὰ γὰρ τῷ B μετὰ χεῖρας ψαλμῷ, φάσκοντι, « Τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, » συνᾴδει τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον, διαῤῥήδην λέγον· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. » Θεὸν εἰκότως τὸ Εὐαγγέλιον ὀνομάζει· ἐπεὶ καὶ διὰ τῶν πρόσθεν αὐτὸς οὗτος ὁ νῦν θεολογούμενος Λόγος, καὶ σοφία, καὶ γέννημα Θεοῦ, καὶ ἱερεὺς, καὶ Χριστὸς, καὶ βασιλεὺς, καὶ Κύριος, καὶ Θεὸς, καὶ εἰκὼν ἀνηγόρευτο τοῦ Θεοῦ. Καὶ ὅτι γε, ἕτερος ὢν τοῦ Πατρὸς, ὑπουργὸς ἦν αὐτοῦ, ὥστε ἐπικελευομένου τοῦ μείζονος αὐτὸν δημιουργεῖν, ἐξῆς κατὰ τὸν παρόντα ἐπιλέγει ψαλμόν· « Φοβηθήτω τὸν Κύριον πᾶσα ἡ γῆ· ὑπ' αὐτοῦ δὲ σαλευθήτωσαν πάντες οἱ κατοικοῦν- C τες οἰκουμένην. Ὅτι αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν. » Πρόδηλον γὰρ, ὡς ὁ λέγων, ἑτέρῳ λέγει· καὶ ὁ ἐντελλόμενος, ἑτέρῳ παρ' ἑαυτὸν ἐντέλλεται. Σαφῶς δὲ ἐπὶ τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρωπήσει, μυρία πλήθη ἐκ πάσης τῆς γῆς, τοῦτ' ἔστιν ἐξ ἁπάντων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἐθνῶν, οὐκέτι ὡς τὸ πρὶν τοὺς δαίμονας, ἀλλ' αὐτὸν ἐφοβήθη τὸν Κύριον Ἰησοῦν· πάντες τε οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην ἐσαλεύθησαν ἐπὶ τῷ τοῦ Χριστοῦ ὀνόματι, ἀκολούθως τῷ νῦν φάσκοντι λογίῳ· « Φοβηθήτω τὸν Κύριον πᾶσα ἡ γῆ, ὑπ' αὐτοῦ δὲ σαλευθήτωσαν πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην. » Ταῦτα μὲν οὖν ἐκ τοῦ β' καὶ λ' ψαλμοῦ. Σύμφωνα δὲ τούτοις εὕροις ἂν καὶ ἐν ρμη' ψαλμῷ, ὃς διδάσκει D οὐ τὰ περὶ γῆν μόνα, ἀλλὰ καὶ τὰ κατ' οὐρανὸν, καὶ συλλήδδην ἅπασαν τὴν κτίσιν, κατ' ἐπικέλευσιν τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ γεγονέναι. Λέγει δ' οὖν· « Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψίστοις. Αἰνεῖτε αὐτὸν πάντες ἄγγελοι αὐτοῦ, αἰνεῖτε αὐτὸν πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἥλιος καὶ σελήνη, αἰνεῖτε αὐτὸν πάντα τὰ ἄστρα καὶ τὸ φῶς· ὅτι αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν. » Εἰ γὰρ αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ τίς ἦν τοσοῦτος, ὡς τὴν περὶ τῶν τηλικούτων ἐντολὴν ὑποδέξασθαι, ἢ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος; ὁ ποικίλως διὰ τῆς παρούσης ἡμῖν ὑποθέσεως θεολογούμενος, καὶ Λόγος Θεοῦ προσαγορευόμενος εἰκότως, ὅτι δὴ τοὺς τῶν ἁπάντων δημιουργικούς τε καὶ

[36] Joan. I, 1, 2. [37] Psal. XXXII, 8-9. [38] Psal. CLXVIII, 1-5.

Digitized by Google

ποιητικοὺς λόγους ὁ παντοκράτωρ ἐν αὐτῷ καταβέβληται, λόγῳ καὶ τάξει τὰ σύμπαντα διέπειν αὐτῷ καὶ διακυβερνᾶν παραδούς. Μὴ γὰρ οὖν τις ὑπολάβοι τῷ παρὰ ἀνθρώποις ἐκ συλλαβῶν συνεστῶτι, ἔκ τε ὀνομάτων καὶ ῥημάτων συγκειμένῳ, ἐνάρθρῳ καὶ προφορικῷ λόγῳ τὸν τοῦ Θεοῦ παρόμοιον τυγχάνειν· ὅτι δὴ ὁ παρ' ἡμῖν λόγος ἐν φωναῖς καὶ συλλαβαῖς, καὶ τοῖς διὰ τούτων σημαινομένοις κέκτηται τὴν οὐσίαν, διὰ γλώττης καὶ ἀρτηριῶν, φάρυγγός τε καὶ στόματος προφερόμενος· ὁ δὲ τῆς ἀϊδίου καὶ ἀσωμάτου φύσεως, πάντη κατὰ πάντα τοῦ καθ' ἡμᾶς παρηλλαγμένος, οὐδὲν ἀνθρώπειον ἐπάγοιτ' ἄν, μόνῃ κεχρημένος τῇ τῆς προσρήσεως ὁμωνυμίᾳ· ἐπεὶ μήτε φωνὴν τὴν δι' ἀέρος κρούσεως ὑφισταμένην, μήτε ῥήματα, μήτε συλλαβὰς, μήτε γλῶτταν, μήτε στόμα, μήτε ὅλως τι τῶν ἀνθρωπείων καὶ θνητῶν ἐπὶ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ παραληπτέον. Ψυχῆς γὰρ ἂν εἴη ὁ λόγος οὗτος, ὁ οὐδαμῶς οἷός τε καθ' ἑαυτὸν δίχα ψυχῆς εἶναι, ἢ ὑποστῆναι. Τοιόσδε γὰρ ὁ ἐν ἀνθρώποις λόγος, ἰδίως μὲν ἀνούσιος ὢν καὶ ἀνυπόστατος, ὅλον δὲ αὐτὸ κίνησίς τε καὶ ἐνέργεια διανοίας τυγχάνων. Ἀλλὰ γὰρ οὐ καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ τοιοῦτος, ἔχων δὲ καθ' ἑαυτὸν οἰκείαν ὑπόστασιν πάνυ θείαν καὶ νοεράν, ἰδίως μὲν ὑφεστῶσαν, ἰδίως δ' αὖ πάλιν ἐνεργοῦσαν, ἄϋλόν τε οὖσαν καὶ ἀσώματον, καὶ κατὰ πάντα τῇ τοῦ πρώτου καὶ ἀγεννήτου καὶ μόνου Θεοῦ φύσει παρωμοιωμένην, τοὺς τῶν γεννητῶν ἁπάντων λόγους, καὶ τὰς τῶν ὁρωμένων ἀσωμάτους τε καὶ ἀοράτους ἰδέας ἐν αὐτῇ φέρουσαν. Διὸ καὶ σοφίαν αὐτὴν, καὶ Θεὸν Λόγον οἱ θεῖοι χρησμοὶ προσαγορεύουσιν.

A Verbum Dei appellatur, merito illud quidem, propterea quod omnium rerum artificiosas atque efficaces rationes, omnipotens in ipsum conjecerit : **230** quippe qui ratione atque ordine universa illi, et dispensanda et gubernanda tradiderit. Nemo igitur putet humanæ, quæ ex syllabis constat, et ex nominibus et verbis componitur, articulatæ, atque enuntiabili orationi, Dei verbum simile esse : quoniam nostra hæc oratio in vocibus et syllabis, et iis quæ per hæc significantur, quicquid ipsa est, obtinet : utpote, quæ per linguam, et arterias, et fauces, et os, proferatur : sempiternæ vero atque incorporeæ naturæ Verbum omni omnino ratione, quæ a nobis proferri solent verba prætergressum, nihil humanæ rationis præ se ferat, sed solam cum B humano verbo communem appellationem possideat : quando neque vocem, quæ ex aeris pulsu constet, neque dictiones ullas, neque syllabas, neque linguam, neque os, neque omnino quidpiam humani sive mortalis, in Deo universi accipere, sive intelligere, fas est. Id enim verbum animæ esset, quod nullo modo per seipsum ab anima seorsum posset esse, aut consistere. Tale enim humanum est verbum, quod privatim quidem nullam, neque essentiam, neque substantiam habet, sed totum libera quædam motio est, et efficientia cogitationis. Cæterum, ipsum Dei Verbum non tale, sed per seipsum habens propriam substantiam, usquequaque divinam atque intelligentem, quæ privatim quidem subsistit, privatimque idem effici, quidquid efficit, verum materiæ omnis est expers, et incorporea, et omni ratione primi et ingeniti, et solius Dei naturæ assimilata, earum omnium rerum quæ factæ sunt, rationes, et earum quæ sub visum cadunt, incorporeas et invisibiles species, in seipsa ferens. Quare illam et Sapientiam et Dei Verbum, divina oracula appellant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

CAPUT VI.

C

Ὡς καὶ Ἡσαΐας δύο Κυρίους ὁμοίως τῷ Δαβὶδ ὁμολογεῖ, καὶ τὸν δεύτερον δημιουργὸν εἶναι τῶν ὅλων, ὥσπερ οὖν καὶ αὐτοὶ δοξάζομεν.

Quod Isaias similiter ut David, duos, Patrem et Filium confitetur, et eorum alterum universi Opificem, quemadmodum ipsi quoque credimus.

« Ἄκουέ μου, Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ, ὃν ἐγὼ καλῶ. Ἐγώ εἰμι πρῶτος, καὶ ἐγώ εἰμι εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ἡ χείρ μου ἐθεμελίωσε τὴν γῆν, καὶ ἡ δεξιά μου ἐστερέωσε τὸν οὐρανόν. Καλέσω αὐτοὺς, καὶ στήσονται ἅμα, καὶ συναχθήσονται πάντες, καὶ ἀκούσονται, τίς αὐτοῖς ἀνήγγειλε ταῦτα. Κύριος ἀγαπῶν σε, ἐποίησε τὸ θέλημά σου ἐπὶ Βαβυλῶνα, τοῦ ἆραι σπέρμα Χαλδαίων. Ἐγὼ ἐλάλησα, καὶ ἐγὼ ἐκάλεσα. Ἤγαγον αὐτὸν, καὶ εὐώδωσα τὴν ὁδὸν αὐτοῦ. Προσαγάγετε πρὸς μὲ, καὶ ἀκούσατε ταῦτα. Οὐκ ἀπ' ἀρχῆς ἐν κρυφῇ λελάληκα. Ἡνίκα ἐγένετο, ἐκεῖ ἤμην. Καὶ νῦν Κύριος Κύριος ἀπέσταλκέ με, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. » Ὅρα δὴ καὶ νῦν τίνα τρόπον ὁ φήσας, « Ἐγώ εἰμι ὁ πρῶτος, καὶ ἐγώ εἰμι εἰς τὸν αἰῶνα, ὁ τὴν γῆν καὶ τὸν οὐρανὸν συστησάμενος, » ἐναργῶς οὕτως ἀπεστάλθαι ὁμολογεῖ ὑπὸ Κυρίου Κυρίου, οὕτω τὸν Πατέρα συνήθως δὶς Κύριον ἀναγορεύων, ὡς ἂν ἔχοις καὶ ταύτην ἀναμφίλεκτον τοῦ ζητουμένου τὴν μαρτυρίαν. Πρῶτον δὲ αὐτὸν ὡς ἐν γεννητοῖς εὐσεβῶς εἶναι λέγει, τὴν ἄναρχον καὶ ἀγέννητον

« Audi me, Jacob, et Israel quem ego voco. Ego sum primus, et ego sum in æternum, et manus mea fundavit terram, **231** et dextera mea consolidavit cœlos. Vocabo eos, et stabunt simul, et congregabuntur omnes, et audient, quis eis annuntiavit hæc. Dominus qui diligit te, fecit voluntatem tuam in Babylone, ut tolleret semen Chaldæorum. Ego locutus sum, et ego vocavi ; duxi eum, et direxi viam ejus : adducite ad me, et audite hæc. Non ab initio in occulto locutus sum. Quando fiebat, illic eram : et nunc Dominus Dominus misit me, et spiritus ejus [39]. » Consi- D dera, quæso, hic, quonam modo qui dixit : « Ego sum primus, et ego sum in æternum, qui terram et cœlum condidit, » ita plane se missum esse fatetur a Domino Domino. Sic enim Patrem consuevit bis Dominum appellare. Itaque habes hoc quoque indubitatum, de eo de quo quæritur, testimonium Primum vero illum hic dicit esse propheta, quem in iis quæ genita sunt pie colit : nam quæ sine prin-

[39] Isa. XLVIII, 12-16.

Digitized by Google

cipio est, quæque genita non est, essentia, eam attribuit Patri. Primum enim in aliquo majore numero antecedit, et honore atque ordine præponi solet : quod quidem neutiquam Patri conveniat : non enim eorum quæ genita sunt primus est supremus Deus, quoniam ne principium quidem illius ullum excogitari potest, sed est ultra primum, utpote qui primum ipse genuerit, atque ut esset, fecerit : quandoquidem solum divinum Verbum, omnium eorum quæ genita sunt, primum jure nuncupatur. Cum ergo quæreretur in illo, « Ipse dixit et facta sunt, ipse mandavit et creata sunt [40], » cuinam creandarum rerum mandaverit opificium, nunc perspicue demonstratum est, quod videlicet ei qui dixit : « Manus mea fundavit terram, et dextra mea consolidavit cœlum » qui etiam se a Patre missum esse confitetur ubi ait : « Nunc Dominus Dominus misit me, et spiritus ejus. » Erit autem Deus Verbum qui hæc dicat, « quando Verbo Domini cœli firmati sunt, » ex eo Psalmi loco quem supra apposuimus : sed enim cum ipsum quoque Dei Verbum, Domini appellatione ut Deus celebretur, tamen ipsum patrem Dominum, maxima cum reverentia ac pietate bis Dominum appellat, ut in eo diversitate nominis utatur. « Nunc » enim, inquit, « Dominus Dominus misit me, » utpote cum Pater et Deus sit, et tam sui unigeniti Verbi, quam eorum omnium, **232** quæ illo posterius facta sunt, quorum cum potestatem ac dominium a Patre ipsum Dei Verbum acceperit, tanquam is, qui et legitimus, et unicus Filius sit, merito etiam ipse ab iis, qui et pie et religiose colere Deum volunt, appellabitur Dominus.

A καὶ τὴν ὑπὲρ τὸ πρῶτον οὐσίαν ἀπονέμων τῷ Πατρί. Τὸ γάρ τοι πρῶτον ἀριθμοῦ πλείονος ἡγεῖται, τιμῇ καὶ τάξει προτεταγμένον· ὅπερ οὐκ ἂν ἐπὶ τοῦ Πατρὸς ἁρμόσειεν· οὐ γὰρ δὴ γεννητῶν πρῶτος ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς, ἐπεὶ μηδ' ἀρχή τις ἐπινοεῖται αὐτοῦ· ἐπέκεινα δ' ἂν εἴη καὶ ἀνωτάτω τοῦ πρώτου, ἅτε δὴ αὐτὸς καὶ τὸ πρῶτον γεννήσας καὶ ὑποστησάμενος, μόνου τοῦ θείου Λόγου πάντων τῶν θνητῶν πρώτου χρηματίζοντος. Ζητουμένου δὲ ἄρα, κατὰ τὸ, « Αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν, » τίνι τὴν τῶν γεννητῶν ἐντέταλται δημιουργίαν, νῦν σαφῶς ἀποδέδεικται, ὅτι τῷ φήσαντι· « Ἡ χείρ μου ἐθεμελίωσε τὴν γῆν, καὶ ἡ δεξιά μου ἐστερέωσε τὸν οὐρανόν· » ὃς καὶ πρὸς τοῦ κρείττονος ἀπεστάλθαι ὁμολογεῖ λέγων· « Νῦν Κύριος Κύριος ἀπέσταλκέ με, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. » Εἴη δ' ἂν ὁ Θεὸς Λόγος καὶ ταῦτα φάσκων, « ἐπειδὴ τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, » κατὰ τὴν ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ παράθεσιν. Πλὴν ἀλλὰ, εἰ καὶ αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος τῇ *Κύριος* θεολογεῖται προσηγορίᾳ, ὅμως τὸν ἀνωτάτω καὶ κρείττονα Πατέρα αὐτοῦ καὶ Κύριον εὖ μάλα εὐσεβῶς δὶς Κύριον αὐτὸν ἀνακαλεῖ, τῷ διαφόρῳ χρώμενος ἐπ' αὐτοῦ ὀνόματι. « Καὶ νῦν » γὰρ, φησὶ, « Κύριος Κύριος ἀπέσταλκέ με, » ὡσὰν κυρίως ὄντος τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ πρώτου, καὶ ἀληθῶς Κυρίου αὐτοῦ τε τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Λόγου, καὶ τῶν μετ' αὐτὸν γεννητῶν ἁπάντων, καθ' ὧν δευτέρως τὴν κυρίαν καὶ δεσποτείαν παρὰ τοῦ Πατρὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἀναδεξάμενος, οἷα γνήσιος Υἱὸς καὶ μονογενὴς, δεύτερος εἰκότως καὶ αὐτὸς ἂν εὐσεβῶς χρηματίζοι Κύριος.

B

C

CAPUT VII.

A Genesi. — Quod etiam maximus Dei servus Moses, in mundi fabricatione, cognovit Patrem Deumque universi, cum altero communicantem de hominis opificio, hoc porro divinum esse Verbum ante didicimus.

« Et dixit Deus : Faciamus hominem ad imaginem ac similitudinem nostram [41], » et rursus : « Et dixit Deus, non est bonum esse hominem solum, faciamus illi adjutorium secundum ipsum [42]. » Ac ne quispiam suspicetur hæc ad Angelos dicta fuisse, continuo declarat eum cui imperatum sit, non esse angelum Dei, dicens : « Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum. [43] »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Ἀπὸ τῆς Γενέσεως. — Ὡς καὶ ὁ μέγιστος τοῦ Θεοῦ θεράπων Μωσῆς ἐν τῇ κοσμοποιίᾳ οἶδε Πατέρα καὶ Θεὸν τῶν ὅλων, ἑτέρῳ κοινολογούμενον ἐπὶ τῇ τοῦ ἀνθρώπου δημιουργίᾳ· τὸν θεῖον δὲ Λόγον τοῦτον εἶναι προμεμαθήκαμεν.

« Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν· » καὶ αὖθις· « Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Οὐ καλὸν εἶναι τὸν ἄνθρωπον μόνον, ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν. » Καὶ ἵνα γε μή τις πρὸς ἀγγέλους ταῦτα εἰρῆσθαι νομίσειε, παραχρῆμα δηλοῖ τὸν κεκελευσμένον οὐκ ἄγγελον ὄντα Θεοῦ, λέγων· « Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. »

D

CAPUT VIII.

Ab eadem. — Quod quidem Moses bis planissime Dominum, sine ullis involucris, theologice commendat.

« Sol ortus est super terram, et Lot ingressus est in Segor, et pluit Dominus super Sodoma sulfur et ignem a Domino [44]. » Plane bis Dominum nominat, et huic docet ab illo mandatum esse, ut impios debito supplicio afficiat : etenim licet non semel Dominum aperte dicamus, non tamen simili

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Ἀπὸ τῆς αὐτῆς. — Ὡς ὁ αὐτὸς Μωσῆς δύο σαφέστατα Κυρίους ἀνεπικαλύπτως θεολογεῖ.

« Ὁ ἥλιος ἀνέτειλεν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ Λὼτ εἰσῆλθεν εἰς Σηγὼρ, καὶ ἔβρεξε Κύριος ἐπὶ Σόδομα θεῖον καὶ πῦρ παρὰ Κυρίου. » Σαφῶς δεύτερον ἀναγορεύει, ὃν καὶ διδάσκει παρὰ τοῦ μείζονος ἐπιτραπέντα τὴν κατὰ τῶν ἀσεβῶν ποιήσασθαι τιμωρίαν. Πλὴν ἀλλ' εἰ καὶ δύο Κυρίους ἀνεπικαλύπτως ὁμολογοῦμεν, ἀλλ'

[40] Psal. xxxii, 9. [41] Gen. i, 26. [42] Gen. ii, 18 [43] Gen. i, 27. [44] Gen. xix, 23, 24.

Digitized by Google

οὐ καὶ ταῖς ὁμοίαις ἐπ' ἀμφοτέροις χρώμεθα θεολογίαις· εὐσεβῶς δὲ τῇ τάξει χρώμενοι, τὸν μὲν ἀνωτάτω Πατέρα καὶ Θεὸν καὶ Κύριον, καὶ τοῦ δευτέρου Κύριον καὶ Θεὸν εἶναι πεπαιδεύμεθα· τὸν δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγον, τὸν δεύτερον Κύριον, τῶν μὲν ὑπ' αὐτὸν δεσπότην, οὐκ ἔτι δὲ ὁμοίως καὶ τοῦ μείζονος. Οὐ γὰρ τοῦ Πατρὸς Κύριος, οὐδὲ τοῦ Πατρὸς Θεὸς, ὁ Θεὸς Λόγος, ἀλλ' ἐκείνου μὲν εἰκὼν, καὶ Λόγος, καὶ σοφία, καὶ δύναμις, τῶν δὲ μετ' αὐτὸν δεσπότης Κύριος, καὶ Θεός· ὁ δέ γε Πατὴρ καὶ τοῦ Υἱοῦ Πατὴρ, καὶ Κύριος καὶ Θεός. Ὅθεν εἰκότως ἀνατρέχουσιν εἰς μίαν ἀρχὴν· καὶ εἰς ἕνα Θεὸν συνίσταται ἡμῖν τὰ τῆς εὐσεβοῦς θεολογίας.

A ubique utimur theologia, sed pia quadam, ac religiosa distinctione utentes, illum quidem et Deum et Dominum, hujus etiam Patrem esse edocti sumus; hunc vero ipsum, quem et Verbi et Domini appellatione significare consuevimus, eorum quidem qui post ipsum, et sub ipso sunt, esse Dominum, ejus autem qui unum cum ipso est, neutiquam similiter: **233** neque enim Patris Dominus, neque Patris Deus, is qui est Deus Verbum, sed illius quidem imago, et Verbum, et Sapientia, et virtus, eorum vero quæ post ipsum collocantur Dominum habens, et Dominus et Deus: ille vero cum et Dominus, et Deus sit, etiam pater est hujus, sicut hic illius est Filius. Quare cum hi duo unum sint, merito ea quæ ad religiosam theologiam pertinent in unum principium nobis recidunt, et in uno Deo consistunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

B

CAPUT IX.

Ἀπὸ τῆς αὐτῆς. — Ὡς ὁ αὐτὸς θεράπων τὸν Θεὸν Λόγον δηλοῖ δεύτερον Θεὸν καὶ Κύριον προωνομασμένον, ἐν ἀνθρώπου τε μορφῇ καὶ σχήματι ὤφθαι τε καὶ χρηματίσαι τοῖς παλαιοῖς ἱστορεῖ.

Ab eadem. — Quod idem Deum Verbum, significat Deum ac Dominum prius nominatum et quod in hominis forma, et figura, et visum esse, et antiquis responsa dedisse conscribit.

« Ὤφθη δὲ Κύριος τῷ Ἀβραὰμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Τῷ σπέρματί σου δώσω τὴν γῆν ταύτην. » Καὶ πάλιν· « Ἐγένετο Ἀβραὰμ ἐτῶν ἐννενήκοντα ἐννέα, καὶ ὤφθη Κύριος τῷ Ἀβραὰμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἐγώ εἰμι ὁ Θεός. Εὐαρέστει ἐνώπιόν μου, καὶ γίνου ἄμεμπτος, καὶ θήσομαι τὴν διαθήκην μου ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ἀνὰ μέσον σου, καὶ πληθυνῶ σε σφόδρα. » Καὶ αὖθις· « Ὤφθη δὲ ὁ Θεὸς αὐτῷ πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ, καθημένου αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς αὐτοῦ μεσημβρίας. Ἀναβλέψας δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, εἶδε· καὶ ἰδοὺ C τρεῖς ἄνδρες εἱστήκεισαν ἐπάνω αὐτοῦ. Καὶ ἰδὼν προσέδραμεν εἰς συνάντησιν αὐτοῖς ἀπὸ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς, καὶ προσεκύνησε. » Καὶ ἑξῆς μετὰ τὴν ὀπτασίαν ἐπιφέρει· « Ὁ δὲ Κύριος εἶπεν· Οὐ μὴ κρύψω ἐγὼ ἀπὸ Ἀβραὰμ τοῦ παιδός μου ἃ ἐγὼ ποιῶ. Ἀβραὰμ δὲ γινόμενος ἔσται εἰς ἔθνος μέγα καὶ πολὺ, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. » Καὶ τούτοις αὖθις ἐπιλέγει ὡς περὶ ἑτέρου· « Ἤδειν γὰρ, ὅτι συντάξει τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ καὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ μεθ' αὐτὸν, καὶ φυλάξουσι τὰς ὁδοὺς Κυρίου, ποιεῖν δικαιοσύνην καὶ κρίσιν, ὅπως ἐπαγάγῃ Κύριος ἐπὶ Ἀβραὰμ ἃ ἐλάλησε πρὸς αὐτόν. » Ταῦτα αὐτὸς ἀναγέγραπται λέγων ὁ χρηματίζων τῷ Ἀβραὰμ Κύριος, ἕτερον Κύριον ὁμολογῶν, δηλαδὴ τὸν αὐτοῦ Πατέρα, καὶ ποιητὴν τοῦ παντός. Ὅ γε D μὴν Ἀβραὰμ, οἷα προφήτης κατάληψιν ἔχων ἀκριβῆ τοῦ χρηματίζοντος, ἑξῆς τοῖς προεκτεθεῖσι ποτνιᾶται λέγων· « Καὶ μὴ συναπολέσῃς δίκαιον μετ' ἀσεβοῦς, καὶ ἔσται ὁ δίκαιος ὡς ἀσεβής. Ἐὰν ὦσι πεντήκοντα δίκαιοι ἐν τῇ πόλει, ἀπολεῖς αὐτούς; οὐκ ἀνήσεις πάντα τὸν τόπον ἕνεκεν τῶν πεντήκοντα δικαίων; Μηδαμῶς σὺ ποιήσεις τὸ ῥῆμα τοῦτο, τοῦ ἀποκτεῖναι δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς, καὶ ἔσται ὁ δίκαιος ὡς ὁ ἀσεβής· μηδαμῶς· ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν, οὐ ποιήσεις κρίσιν; » Ἀγγέλοις δὴ φάσκειν ταῦτα, ἢ τινι τῶν τοῦ Θεοῦ λειτουργῶν, οὐχ ἡγοῦμαι λέγεσθαι ἁρμόζειν·

« Apparuit autem Dominus Abrahæ, et dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc[48]. » Et rursus: « Erat Abraham annorum nonaginta novem, et apparuit Dominus Abrahæ, et dixit ei: Ego sum Deus: bene placitus sis coram me, et esto inculpabilis, et ponam testamentum meum inter te et me, et multiplicabo te valde[49]. » Et rursus: « Apparuit autem Deus ei apud quercum Mambre, dum sederet in ostio tabernaculi sui, ipso meridie: cum vero oculis suis respexisset, vidit, et ecce tres viri steterant supra eum: et cum vidisset accurrit obviam illis, ab ostio tabernaculi, et adoravit[50]. » Ac deinceps post visionem adjungit: « Dominus autem dixit, non celabo ego Abraham puerum meum quæ facio. Abraham vero cum sit, erit in gentem magnam et multam: et benedicentur in eo omnes gentes terræ[48]. » Atque his rursus adjungit tanquam de altero: « Novi enim quod constituet filiis suis, et domui suæ, et custodient vias Domini, facere justitiam et judicium, ut inducat Dominus super Abraham quæ locutus est ad illum[48]. » **234** Hic plane scriptum est, eum Dominum qui Abrahæ respondebat, hæc dicere, ubi videlicet Dominum confitetur Patrem suum, et Conditorem universi: ipse tamen Abraham, veluti propheta, exploratam et certam ejus qui respondebat cogitationem habens, deinceps cum veneratione eos, qui ante expositi sunt, orat, dicens: « Ne perdas justum simul cum impio, et erit justus quasi impius. Si sint quinquaginta justi in civitate, perdes eos? nonne dimittes omnem locum, propter quinquaginta justos? Nequaquam tu facies verbum hoc, ut interficias justum cum impio, et erit justus quasi impius; nequaquam: qui judicas universam terram, non facies judicium[50]? » Porro hæc ad angelos, aut ad quempiam ex Dei ministris dicta

[48] Gen. XII, 7. [49] Gen. XVII, 1, 2. [50] Gen. XVIII, 1, 2. [48] ibid. 17, 18. [48] ibid. 19. [50] ibid. 24, 25.

Digitized by Google

esse, consentanee dici non arbitror : non enim cujuslibet sit, judicare terram universam. Sed nec angelus quidem est nominatus, quem superior scriptura significat, verum alius quispiam angelo præstantior, Deus utique ac Dominus, qui cum duobus angelis in forma hominis, ad supra scriptam quercum est visus. Præterea ne Patrem quidem Deum hunc fuisse putandum est, qui hujuscemodi verbis indicatur : dicere enim, id mutari quod divinum est, et figurari in speciem ac formam hominis, neutiquam pium est. Superest igitur ut confiteamur illum fuisse Dei Verbum, quod a nobis in iis quæ antehac scripta habes, Dei nomine celebratum est : qua de causa hodie quoque a vicinis, et in proximo habitantibus, quasi divinus colitur, atque observatur is locus, honoris illorum gratia qui Abrahæ in illo visi sunt ; atque etiam nunc ibidem permanens terebinthus conspicitur : qui enim ab Abraham hospitio suscepti sunt, ut habet Scriptura, recumbentes erant duo quidem utrinque, medius autem excellentior, et qui reliquos anteiret. Hic vero sit plane is, de quo diximus, ipse utique Dominus ac Salvator noster, quem etiam

A οὐδὲ γὰρ τοῦ τυχόντος ἂν εἴη τὸ κρίνειν πᾶσαν τὴν γῆν. Ἀλλ' οὐδ' ἄγγελος ὁ προγραφεὶς ἀνηγόρευται, κρείττων δέ τις ἀγγέλου Θεὸς καὶ Κύριος, πρὸς τῇ ἀναγεγραμμένῃ δρυῖ μετὰ τῶν δυεῖν ἀγγέλων ἐν ἀνθρώπου σχήματι ὁραθείς. Πάλιν γε μὴν οὐδὲ τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ἡγητέον διὰ τούτων δηλοῦσθαι· μεταβάλλειν γὰρ φάναι τὸ θεῖον, καὶ χρηματίζεσθαι εἰς ἀνδρὸς εἶδος καὶ μορφήν, οὐκ εὐαγές. Λείπεται δὴ αὐτὸν εἶναι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, τὸν διὰ τῶν πρόσθεν τεθεολογημένον, ὁμολογεῖν. Ὅθεν εἰσέτι καὶ νῦν παρὰ τοῖς πλησιοχώροις, ὡσὰν θεῖος ὁ τόπος εἰς τιμὴν τῶν αὐτόθι τῷ Ἀβραὰμ ἐπιφανέντων θρησκεύεται, καὶ θεωρεῖταί γε εἰς δεῦρο διαμένουσα ἡ τερέβινθος· οἱ γὰρ τῷ Ἀβραὰμ ἐπιξενωθέντες, ἐπὶ Γραφῆς ἀνακείμενοι, δύο μὲν ἑκατέρωθεν, μέσος δὲ ὁ κρείττων

B ὑπερέχων τῇ τιμῇ. Εἴη δ' ἂν ὁ δεδηλωμένος ἡμῖν Κύριος αὐτὸς, ὁ ἡμέτερος Σωτὴρ, ὃν καὶ οἱ ἀγνῶτες (1) σέβουσι, τὰ θεῖα λόγια πιστούμενοι. Οὗτος δὲ οὖν αὐτὸς, ἐξ ἐκείνου τὰ τῆς εὐσεβείας σπέρματα εἰς ἀνθρώπους καταβαλλόμενος, ἀνθρώπειον ὑποδὺς εἶδός τε καὶ σχῆμα, τῷ θεοφιλεῖ προπάτορι Ἀβραὰμ, ὅστις εἴη, αὐτὸν ἐξέφηνε, καὶ τὴν τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ παρεδίδου γνώμην

pertinaces et increduli, divina oracula confirmantes, venerantur : hic ipse igitur ex illo, pietatis jaciens ad homines semina, humanam speciem ac figuram indutus, Dei amico atque antiquo Patri Abrahæ seipsum quisnam esset, ostendit, Patrisque sui tradidit sententiam.

235 CAPUT X.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Ab eadem. — Quod idem propheta in Jacob, manifestius eum de quo agitur, indicat Dominum : quem sane et Deum et angelum supremum Dei vocat.

C

Ἀπὸ τῆς αὐτῆς. — Ὡς ὁ αὐτὸς προφήτης ἐπὶ τοῦ Ἰακὼβ, σαφέστερον ἐμφαίνει τὸν δηλούμενον Κύριον, ὃν δὴ καὶ Θεὸν, καὶ ἄγγελον ἀποκαλεῖ τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ προσειπών.

« Quoniam tu, Domine, spes mea, Altissimum posuisti refugium tuum: non accedent ad te mala, et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo:

[91] Job XXXVIII, 12-17. [92] Job XLII, 4-6.

Digitized by Google

quoniam angelis suis mandavit de te, **249** in manibus tollent te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum : super aspidem et regulum ascendes, et conculcabis leonem et draconem [93]. » His sane utitur vocibus diabolus, in tentatione adversus Salvatorem nostrum. Contemplare hic igitur, quonam modo psalmus ad ipsum Dominum ait : « Quoniam tu, Domine, spes mea, Altissimum posuisti refugium tuum. Tu enim ipse, inquit, mea spes, o Domine, illum a quo ipse es, Deum ipsum altissimum et supremum et tuum Patrem, refugium posuisti, propter quod non accedent ad te mala, ad te, inquam, meum Dominum, et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. » Nam etsi nefarii homines conabuntur te hominem factum flagellis cædere, etsi morti tradere, neutiquam tamen flagellum, quod a Deo est, tuo appropinquabit tabernaculo, hoc est, tuo corpori, quo videlicet propter nos homo factus, indutus es. Ad eumdem modum accommodabis ei, quæ in toto psalmo dicuntur, quæ sane nos quoque suo tempore disquiremus, et contemplabimur.

λοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ. Ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μή ποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον πόδα σου. Ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα. » Ταύταις ὁ διάβολος ἐν τῷ κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πειρασμῷ κέχρηται ταῖς λέξεσιν. Ὅρα δὴ οὖν τίνα τρόπον ὁ ψαλμὸς πρὸς αὐτὸν τὸν Κύριόν φησιν· « Ὅτι σὺ, Κύριε, ἐλπίς μου, τὸν Ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου. » Σὺ γὰρ αὐτὸς, φησὶν, ἡ ἐμὴ ἐλπὶς, ὦ Κύριε, μείζονα σαυτοῦ, τὸν Θεὸν αὐτὸν τὸν ὕψιστον καὶ ἐπὶ πάντων καὶ σαυτοῦ Πατέρα, καταφυγὴν ἔθου· δι' ὃν οὐ προσελεύσεται κακὰ πρὸς σὲ, πρὸς σὲ τὸν ἐμὸν Κύριον, καὶ μάστιξ οὐκ ἐγγιεῖ τῷ σκηνώματί σου. » Κἂν γὰρ ἀσεβεῖς ἄνδρες ἐπιχειρήσωσι ἐνανθρωπήσαντά σε μαστίζειν, κἂν τῷ θανάτῳ παραδιδόναι, ἀλλ' οὔτι γε ἡ ἐκ Θεοῦ μάστιξ τῷ σῷ προσεγγιεῖ σκηνώματι, τοῦτ' ἔστι σώματι, ὃ δηλονότι δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσας περιβέβλησαι. Τούτοις ἀκολούθως ἐφαρμόσεις αὐτῷ τὰ δι' ὅλου τοῦ ψαλμοῦ δηλούμενα, ἃ καὶ αὐτοὶ κατὰ τὸν οἰκεῖον καιρὸν ἐπιθεωρήσομεν.

CAPUT XXII.

Ab Osee. — De Deo Verbo et Patre, sicut de Domino.

« Non derelinquam ut deleam Jacob, quoniam Deus ego sum, et non homo in te sanctus, et non ingrediar in civitatem : post Dominum ambulabo [94]. » Hic et per alia his similia, Deus Verbum homo factus, ad eos dicit, qui virum quidem ipsum sanctum, non autem Deum esse confitentur : « Deus ego sum, inquit, et non homo in te sanctus : » deinde ubi Deum seipsum dixit, Dominum ac Deum et Patrem suum indicat, adjungens : « Post Dominum ambulabo : » illud autem : « Non ingrediar in civitatem, » abnegantis sane fuerit communem, ac popularem hominum rempublicam, a qua etiam suos discipulos avertens, ait : « In viam gentium ne abieritis, et in civitatem Samaritanorum ne intraveritis [95]. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Ἀπὸ τοῦ Ὡσηέ. — Περὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου καὶ τοῦ Πατρὸς, ὡς περὶ Κυρίου.

« Οὐ μὴ ἐγκαταλείψω τοῦ ἐξαλειφθῆναι τὸν Ἰακὼβ, ὅτι Θεὸς ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἄνθρωπος ἐν σοὶ ἅγιος· καὶ οὐκ εἰσελεύσομαι εἰς πόλιν· ὀπίσω Κυρίου πορεύσομαι. » Ἐνταῦθα καὶ διὰ τούτων ὁ Θεὸς Λόγος ἐνανθρωπήσας πρὸς τοὺς ἀνθρώπων αὐτὸν ἅγιον, ἀλλ' οὐ Θεὸν εἶναι ὁμολογοῦντας· « Θεὸς ἐγώ εἰμι, φησὶ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος ἐν σοὶ ἅγιος· » εἶτα Θεὸν αὐτὸν εἰπὼν, τὸν ἐπὶ πάντων Κύριον καὶ Θεὸν καὶ Πατέρα αὐτοῦ δηλοῖ, ἐπιλέγων· « Ὀπίσω Κυρίου πορεύσομαι. » Τὸ δὲ, « Οὐκ εἰσελεύσομαι εἰς πόλιν, » ἀρνουμένου ἂν εἴη τὴν κοινὴν καὶ δημώδη ἀνθρώπων πολιτείαν· ἧς καὶ τοὺς ἰδίους μαθητὰς ἀποτρέπων, φησίν· « Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε. »

250 CAPUT XXIII.

Ab Amos. — De Salvatore nostro, sicut de Domino, et de Patre, sicut de Deo : et de Judæorum gentis eversione.

« Everti vos, sicut evertit Deus Sodoma et Gomorrha : et facti estis quasi torris ereptus ex igne. Et ne sic quidem conversi estis ad me, dicit Dominus [96]. » Etiam hoc loco ipse Dominus, Deum quemdam ait Sodomorum eversionis auctorem fuisse, cum alius sit ipse Filius quam is de quo ipse loquitur. Porro in ipsa Sodomorum eversione duo apparent, quando pluit Dominus ignem a Domino super Sodoma et Gomorrha. Qualem igitur, inquit, Sodoma ob turpes atque absurdas impietates, eversionem perpessa sunt; talia vos quoque patiemini, ac ne sic quidem conversi estis ad me. Consuevit autem Scriptura, tempus futurum quasi præteritum

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Ἀπὸ τοῦ Ἀμώς. — Περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ὡς περὶ Κυρίου, καὶ τοῦ Πατρὸς, ὡς περὶ Θεοῦ, καὶ τῆς τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους καταστροφῆς.

« Κατέστρεψα ὑμᾶς, καθὼς κατέστρεψεν ὁ Θεὸς Σόδομα καὶ Γόμορρα, καὶ ἐγένεσθε ὡς δαλὸς ἐξεσπασμένος ἐκ πυρός. Καὶ οὐδ' οὕτως ἐπεστρέψατε πρός με, λέγει Κύριος. » Κἀνταῦθα αὐτὸς ὁ Κύριος Θεόν τινά φησι τὴν ἐπὶ Σοδόμων καταστροφὴν πεποιηκέναι, ἕτερος ὢν δηλαδὴ τοῦ πρὸς αὐτοῦ δηλουμένου. Καὶ ἐν τῇ ἐπὶ Σοδόμων δὲ καταστροφῇ δύο Κύριοι παρίστανται, ὅτε ἔβρεξεν ὁ Κύριος πῦρ παρὰ Κυρίου ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμορρα. Ὁποίαν τοιγαροῦν, φησὶ, διὰ τὰς ἐκτόπους δυσσεβείας ὑπέμεινε καταστροφὴν τὰ Σόδομα, τοιαῦτα καὶ ὑμεῖς, ὦ οὗτοι, πείσεσθε, καὶ οὐδ' οὕτως ἐπεστρέψατε πρός με. Σύνηθες δὲ τῇ Γραφῇ τὸ μέλλον ὡς παρεληλυθὸς δηλοῦν. Ὥστε καὶ

[93] Psal. xc, 9-13. [94] Osc. ix, 9, 10. [95] Matth. x, 5. [96] Amos iv, 11.

Digitized by Google

τὰ παρόντα ὁμοίως χρὴ νοεῖν, ἀντὶ μὲν τοῦ, καταστρέψω, μέλλοντος, τοῦ παρῳχημένου εἰρημένου, τοῦ κατέστρεψα· ἀντὶ δὲ τοῦ, ἐπιστραφήσεσθε, τοῦ, ἐπεστρέψατε, κειμένου. Ταῦτα δὲ πρὸς τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀποτείνεται, ἃ καὶ οὐδ' ἄλλοτε ἢ μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλὴν εἰς αὐτοὺς ἐπληροῦτο. Ὁ γοῦν ἱερὸς αὐτῶν καὶ τὸ πρὶν ἅγιος τόπος εἰς τοῦτο νῦν περιῆλθεν, ὡς κατὰ μηδὲν τῆς Σοδόμων καταστροφῆς ἀποδεῖν. Πλὴν ὅμως, καίπερ ἀκόλουθα τῇ προρρήσει πεπονθότες, οὕπω καὶ εἰς δεῦρο τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, δι' ὃν ταῦτα πεπόνθασιν, ἐπιστροφὴν ἐποιήσαντο· ὡς εἰκότως καὶ τοῦτο διὰ τῆς ἐν χερσὶ θεσπίζεσθαι προφητείας, λεγούσης· « Καὶ οὐδ' οὕτως ἐπεστρέψατε πρός με, λέγει Κύριος. »

A ponere. Quare præsentia quoque eadem ratione oportet accipere, ut videlicet pro eo, quod evertam, futuri temporis dictum sit, everti, præteriti, et pro eo, quod est convertimini, conversi estis. Hæc vero sunt ad Judæorum gentem directe prolata, quæ quidem non alias, quam post factas adversus Salvatorem nostrum insidias, in ipsos completa sunt. Etenim sacer ipsorum et prius sanctus locus ad id redactus est, ut nulla in parte a Sodomorum eversione discrepet. Verumtamen, etsi ea passi sunt, quæ in vaticinio sibi prædicta aperte perspiciunt, necdum in hunc usque diem ad Christum Dei, propter quem talia pertulere, seipsos converterunt. Itaque merito ab ea, quæ nunc in manibus est prophetia, id divinitus dictum est : « Et ne sic quidem
B conversi estis ad me, dicit Dominus. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Ἀπὸ τοῦ Ἀβδειοῦ. — Περὶ τῶν δύο Κυρίων, Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως.

« Ὅρασις Ἀβδειοῦ. Τάδε λέγει Κύριος τῇ Ἰδουμαίᾳ· Ἀκοὴν ἤκουσα παρὰ Κυρίου, καὶ περιοχὴν εἰς τὰ ἔθνη ἐξαπέστειλε. » Κύριος ὁ Θεὸς ἀκοὴν ἤκουσε παρὰ Κυρίου. Καὶ αὕτη δὲ ἦν περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως.

251 CAPUT XXIV.

Ab Abdia. — De duobus Dominis, Patre scilicet et Filio, et gentium vocatione.

« Visio Abdiæ. Hæc dicit Dominus ad Idumæam : Auditum audivi a Domino, et munitionem in nationes emisit [97]. » Dominus Deus auditum audivit a Domino. Is vero auditus fuit de gentium vocatione.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Ἀπὸ τοῦ Ζαχαρίου. — Ὡς ὁ Θεὸς Λόγος Κύριος ὢν πρὸς τοῦ μείζονος ἀπεστάλθαι ὁμολογεῖ Κυρίου.

« Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ὀπίσω δόξης ἀπέσταλκέ με ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ σκυλεύσαντα ὑμᾶς. » Εἶτ' ἐπιφέρει μετὰ βραχέα λέγων· « Καὶ γνώσεσθε ὅτι Κύριος παντοκράτωρ ἀπέσταλκέ με. » Εἰ καὶ ὁ ἀποστέλλων Κύριός ἐστι παντοκράτωρ, καὶ ὁ ἀπεσταλθαι λέγων ὡσαύτως, δύο ἄρα. Σαφῶς δὲ ὁ ἀπεσταλμένος, « Κύριος παντοκράτωρ ἐπὶ τὰ ἔθνη, φησίν, ἀπέσταλκέ με. »

C

CAPUT XXV.

A Zacharia. — Quemadmodum Deus Verbum, cum sit Dominus missum se a Patre confitetur.

« Hæc dicit Dominus omnipotens : Post gloriam misit me ad gentes, quæ deprædatæ sunt vos [98]. » Deinde adjungit post pauca, dicens : « Et cognoscetis quod Dominus omnipotens misit me [99]. » Quod si is Dominus qui mittit, Dominus est omnipotens, et qui dicit se missum esse itidem, duo igitur. Siquidem plane qui missus est, « Dominus omnipotens, inquit, ad gentes misit me. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΣ'.

Ὁ αὐτὸς, καὶ περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως.

« Τέρπου καὶ εὐφραίνου, θύγατερ Σιών, διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἔρχομαι, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, λέγει Κύριος. Καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν Κύριον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαόν· καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, καὶ γνώσῃ, ὅτι Κύριος παντοκράτωρ ἐξαπέσταλκέ με πρὸς σέ· » καὶ τὰ ἑξῆς. Οἷς μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει· « Καὶ κατισχύσω αὐτοὺς ἐν Κυρίῳ Θεῷ αὐτῶν, καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ καυχήσονται, λέγει Κύριος. » Καὶ ταῦτα τοῖς προτέροις ὅμοια, τὴν τοῦ Χριστοῦ εἰς ἀνθρώπους παρουσίαν καὶ τὴν γενομένην τῶν ἐθνῶν σωτήριον δι' αὐτοῦ κλῆσιν ἀναφωνοῦντα· « Ἐγὼ μὲν οὖν αὐτὸς ὁ Κύριος ἥξω, φησίν. Ἐπὶ δὲ τῇ ἐμῇ παρουσίᾳ οὐκέθ' ὁ πάλαι Ἰσραὴλ, ἀλλ' οὐδὲ ἓν μόνον ἐπὶ γῆς ἔθνος, ἔθνη δὲ πολλὰ καταφεύξονται ἐπὶ τὸν κρείττονα καὶ μέγαν Κύριον, τὸν ἐμοῦ τε αὐτοῦ, καὶ τῶν ὅλων Θεὸν, ἐφ' ὃν τὰ καταφεύγοντα ἔθνη τοσαύτης τεύξεται εὐεργεσίας, ὡς καὶ χρηματίσαι καὶ γενέσθαι λαὸν Θεοῦ, κατοικῆσαί τε ἐν

D

CAPUT XXVI.

Idem, iterum de vocatione gentium.

« Gaude et lætare, filia Sion, quia ecce ego venio, et habitabo in medio tui, dicit Dominus. Et confugient gentes multæ ad Dominum in die illa, et erunt illi in populum, et habitabo in medio tui, et cognosces quod Dominus omnipotens misit me ad te [1], » etc. Quibus post alia adjungit : « Et corroborabo eos in Domino Deo ipsorum, et in nomine ejus gloriabuntur, dicit Dominus [2]. » Hæc quoque prioribus similia sunt, quæ Christi ad homines adventum, et salutarem futuram gentibus **252** per ipsum vocationem, palam enuntiant : « Ego igitur ipse Dominus veniam, inquit, et in meo adventu non amplius ille antiquus Israel, ac ne una quidem in terra gens, sed multæ gentes confugient, ad præstantiorem et magnum Dominum, qui et meus ipsius, et universi est Deus, ad quem confugientes nationes tantum consequentur beneficium, ut et appellentur et sint populus Dei, et habitent in me-

[97] Abd. I, 1. [98] Zach. II, 8. [99] ibid. 9. [1] ibid. 10, 11. [2] Zach. X, 12.

Digitized by Google

dio ejus quæ vocatur filia Sion. » (Sic enim Dei in terra Ecclesiam, quasi filiam quamdam ejus, quæ in cœlo est, sacræ Litteræ vocare consueverunt.) Hanc etiam veluti bono nuntio gaudere jubet oraculum, dicens : « Gaude et lætare, filia Sion, ecce ego venio, et habitabo in medio tui. » In medio enim Ecclesiæ Deum Verbum habitare credimus : quemadmodum ipse pollicitus est, cum dixit : « Ecce ego vobiscum sum omnes dies, usque ad consummationem sæculi [3], » et : « Ubi duo aut tres congregati sunt in nomine meo, illic sum in medio eorum [4], » — « Cum autem ego, inquit ipse Dominus, venero, et habitabo in medio tui, » majorem tum cognitionem de Deo omnipotente accipies : dum ego Dominus causam, cur ad homines missus sim, Patri qui misit me, attribuam : « Cognosces autem quod Dominus omnipotens misit me ad te. » Ac deinceps in hunc sane modum ipse Dominus loquitur : « Et corroborabo eos in Domino Deo ipsorum, et in nomine ipsius gloriabuntur, dicit Dominus. » Sed qui tandem sunt qui in Domino gloriantur?

μέσῳ τῆς καλουμένης θυγατρὸς Σιών » (Οὕτω δὲ τὴν ἐπὶ γῆς Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ὥσπερ τινὰ θυγατέρα τυγχάνουσαν τῆς ἐπουρανίου, τοῖς ἱεροῖς Γράμμασι ἀποκαλεῖν φίλον.) Ταύτην δὲ καὶ εὐαγγελίζεται τὸ φάσκον λόγιον· « Χαῖρε καὶ εὐφραίνου, θύγατερ Σιών, διότι ἰδοὺ ἔρχομαι, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου. » Ἐν μέσῳ γὰρ τῆς Ἐκκλησίας τὸν Θεὸν Λόγον κατασκηνοῦν πεπιστεύκαμεν· ὡς γοῦν καὶ ἐπήγγελται φήσας· « Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· » καί· « Ὅπου δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰσὶν εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. » — « Ἐπειδὰν δὲ ἔγω, » φησὶν αὐτὸς ὁ Κύριος, « ἐλθὼν κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, » μείζονα τότε γνῶσιν περὶ τοῦ Θεοῦ παντοκράτορος ἀναλήψῃ, ἐμοῦ τοῦ Κυρίου τὴν αἰτίαν τῆς εἰς ἀνθρώπους ἀποστολῆς ἀνατιθέντος τῷ ἐξαποστείλαντί με Πατρί. « Γνώσῃ δὲ, ὅτι Κύριος παντοκράτωρ ἀπέσταλκέ με πρὸς σέ » Καὶ ἑξῆς περὶ ἑτέρου Κυρίου καὶ Θεοῦ ὧδέ πως αὐτὸς ὁ Κύριος ἐπιλέγει· « Καὶ κατισχύσω αὐτοὺς ἐν Κυρίῳ Θεῷ αὐτῶν, καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ καυχήσονται, λέγει Κύριος. » Τίνες δὲ ἂν εἶεν οἱ ἐν τῷ Κυρίῳ καυχώμενοι;

CAPUT XXVII.

Quod rursus Dominus de alio quodam, constat autem quod de Patre suo loquitur.

« Et ostendit mihi Dominus Jesum sacerdotem magnum, stantem ante faciem angeli Domini, et diabolus stabat a dextris ejus, ut adversaretur ei. Et dixit Dominus ad diabolum : Increpet Dominus in te, diabole, et increpet Dominus in te, qui elegit **253** Jerusalem [5]. » Rursus hoc loco Dominus alium quemdam objurgaturum ait ipsum diabolum, ubi sane non ipse, qui loquitur Dominus, increpat, sed alterum memorat : quibus verbis plane constare arbitror demonstrationem de duabus personis, uno Patre, altero eo qui a Patre omnium quæ facta sunt, potestatem ac dominationem acceperit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Ὡς αὖθις Κύριος περὶ ἑτέρου Κυρίου, δῆλον δὲ, ὅτι περὶ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, διέξεισιν.

«Καὶ ἔδειξέ μοι Κύριος Ἰησοῦν τὸν ἱερέα τὸν μέγαν, ἑστῶτα πρὸ προσώπου ἀγγέλου Κυρίου· καὶ ὁ διάβολος εἱστήκει ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τοῦ ἀντικεῖσθαι αὐτῷ. Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς τὸν διάβολον· Ἐπιτιμήσαι Κύριος ἐν σοὶ, διάβολε, καὶ ἐπιτιμήσαι Κύριος ἐν σοὶ, ὁ ἐκλεξάμενος τὴν Ἱερουσαλήμ. » Πάλιν καὶ ἐνταῦθα ὁ Κύριος ἕτερον Κύριον ἐπιτιμήσειν τῷ διαβόλῳ φησὶν, οὐχ ὁ προσδιαλεγόμενος Κύριος ἐπιτιμῶν, ἀλλ' ἑτέρου μνημονεύων Κυρίου· δι' ὧν ἡγοῦμαι σαφῶς παρίστασθαι περὶ τῶν δύο Κυρίων, τοῦ Πατρὸς καὶ Θεοῦ τῶν ὅλων, καὶ τοῦ μετὰ τὸν Πατέρα τὴν κατὰ πάντων τῶν γεννητῶν κυρείαν καὶ δεσποτείαν διειληφότος ἀπόδειξιν.

CAPUT XXVIII.

A Malachia. — Quod angelum Testamenti Christum, et eumdem Dominum omnipotens Deus vocat.

« Ecce ego mitto angelum meum, et prospiciet viam ante faciem meam, et repente veniet ad templum Dominus, quem vos quæritis, et angelus Testamenti, quem vos vultis, ecce venit, dicit Dominus omnipotens, et quis sustinebit diem ingressus ejus [6]? » Etiam hæc prioribus similia sunt. Ipse enim Dominus Deus omnipotens, Dominum venturum ait in templum suum, interim de alio loquens : significat porro Deum Verbum, quem postea angelum Testamenti nominat, quemque etiam ipse Dominus omnipotens docet se mittere ante faciem suam, dicens : « Ecce ego mitto angelum meum ante faciem meam. » Atqui eumdem hunc, quem « angelum meum » vocavit, rursus deinceps Dominum appellat, ubi adjungit illud : « Et repente veniet Dominus et an-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

Ἀπὸ τοῦ Μαλαχίου. — Ὡς ἄγγελον Διαθήκης τὸν Χριστὸν, τὸν αὐτὸν δὲ καὶ Κύριον ὁ παντοκράτωρ Θεὸς ἀποκαλεῖ.

« Ἰδοὺ ἐξαποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου, καὶ ἐπιβλέψεται ὁδὸν πρὸ προσώπου μου, καὶ ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ναὸν Κύριος, ὃν ὑμεῖς ζητεῖτε, καὶ ὁ ἄγγελος τῆς Διαθήκης, ὃν ὑμεῖς θέλετε. Ἰδοὺ ἔρχεται, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ τίς ὑπομενεῖ ἡμέραν εἰσόδου αὐτοῦ; » Ὅμοια καὶ ταῦτα τοῖς προτέροις. Κύριος γὰρ αὐτὸς ὁ Θεὸς παντοκράτωρ ἥξειν φησὶν εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ Κύριον, περὶ ἑτέρου λέγων. Δηλοῖ δὲ ἄρα τὸν Θεὸν Λόγον. Μετὰ τοῦτο δὲ καὶ ἄγγελον τῆς Διαθήκης ὀνομάζει, ὃν καὶ αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ Κύριος ἐξαποστέλλειν πρὸ προσώπου ἑαυτοῦ διδάσκει, λέγων· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἐξαποστέλλω ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου μου. » Τὸν αὐτὸν δὲ τοῦτον, ὃν « ἄγγελόν μου » ἀπεκάλεσε, πάλιν ἑξῆς Κύριον ὀνομάζει· « Καὶ ἐξαίφνης ἥξει Κύριος, » ἐπιλέγων, « καὶ ὁ ἄγγελος τῆς Διαθη-

[3] Matth. xxviii, 20. [4] Matth. xviii, 20. [5] Zach. iii, 1, 2. [6] Malach. iii, 1, 2.

Digitized by Google

κης. » Ἕνα δὲ καὶ τὸν αὐτὸν προειπὼν ἐπιφέρει· « Ἰδοὺ ἔρχεται, καὶ τίς ὑπομενεῖ ἡμέραν εἰσόδου αὐτοῦ; » τὴν δευτέραν καὶ ἔνδοξον παρουσίαν αὐτοῦ σημαίνων. Ὁ ταῦτα δὲ πάντα θεσπίζων, Κύριός ἐστι παντοκράτωρ ὁ τῶν ὅλων Θεός.

A gelus Testamenti. » Unum vero et eumdem cum produxerit, tum addit : « Ecce venit, et quis sustinebit diem ingressus ejus? » quibus verbis secundum et gloriosum illius adventum significat. Sed qui omnia hæc canit, Dominus est omnipotens universi Deus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'.

Ὡς ἥλιον δικαιοσύνης τὸν Χριστὸν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ὀνομάζει.

« Καὶ ἀνατελεῖ τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά μου ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ ἴασις ἔσται ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ. » Ὁ πολλάκις ὀνομασθεὶς Κύριος, καὶ Θεὸς, καὶ ἄγγελος, καὶ ἀρχιστράτηγος, Χριστός τε καὶ ἱερεὺς, καὶ Λόγος, καὶ σοφία Θεοῦ, καὶ εἰκὼν, νῦν αὐτὸς οὗτος ἥλιος κέκληται δικαιοσύνης. Τοῦτον δὴ οὖν αὐτὸν ὁ γεννήσας Πατὴρ οὐ τοῖς πᾶσιν, ἀλλὰ μόνοις τοῖς τὸ ὄνομα αὐτοῦ φοβουμένοις ἀνατελεῖν ἐπαγγέλλεται, γέρας αὐτοῖς τοῦ εἰς αὐτὸν φόβου διδοὺς τὸ φῶς τοῦ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου. Εἴη δ' ἂν οὗτος ὁ Θεὸς Λόγος, ὁ εἰπών· « Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου· ὅπερ ἦν φῶς τὸ φωτίζον πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. » Τοῦτον δὴ οὖν, ἀλλ' οὐ τὸν αἰσθητὸν, οὐδὲ τὸν προφανῆ τοῖς πᾶσι λογικοῖς τε καὶ ἀλόγοις ἥλιον, ἀλλὰ τὸν ἔνθεον, καὶ νοερὸν, καὶ πάσης ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης αἴτιον, μόνοις τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν ἀνατελεῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος ὁ Θεός φησιν, ἀποκρύπτων αὐτὸν τῶν ἀναξίων· περὶ ὧν ἀλλαχόθι που λέγει· « Καὶ δύσεται ὁ ἥλιος ἐπὶ τοὺς προφήτας τοὺς πλανῶντας τὸν λαόν μου. »

CAPUT XXIX.

254 *Quod solem justitiæ Christum ipse universi Deus nominat.*

« Et orietur timentibus nomen meum sol justitiæ, et sanatio erit in alis ejus[7]. » Qui sæpe nominatus est et Dominus, et Deus, et angelus, et princeps imperatorum, et Christus, et sacerdos, et Verbum, et sapientia Dei, et imago : nunc idem « sol justitiæ » dicitur. Hunc ipsum igitur, is qui genuit Pa- B ter, non omnibus oriturum promittit, sed solis nomen suum timentibus, ut sic illis timoris erga se præmium, solis justitiæ det lumen. Erit autem hic Deus Verbum, a quo illud dictum est : « Ego sum lux mundi[8], quæ erat lux illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum[9]. » Hanc itaque lucem, non autem illum sensibilem et manifestum, et rationalibus et brutis solem, sed divinum atque intelligentem, et omnis virtutis ac justitiæ auctorem solis ipsum timentibus oriturum, in præsenti ait Deus, illum iis interim occultans, qui illo indigni sint, de quibus etiam alibi dicit : « Et occidet sol super prophetas, qui decipiunt populum meum[10]. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

Ἀπὸ τοῦ Ἱερεμίου. — Ὡς Θεὸς Λόγος Κύριος ὢν Κυρίῳ τῷ Πατρὶ εὐχὴν ἀναπέμπει, τὴν τῶν ἐθνῶν ἐπιστροφὴν θεσπίζων.

« Κύριε ἡ ἰσχύς μου, καὶ βοήθειά μου, καὶ καταφυγή μου ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, πρὸς σὲ ἔθνη ἥξουσιν ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς, καὶ ἐροῦσιν· Ὡς ψευδῆ ἐκτήσαντο οἱ πατέρες ἡμῶν εἴδωλα, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ὠφέλεια. Εἰ ποιήσει αὐτῷ ἄνθρωπος θεούς, καὶ οὗτοι οὐκ εἰσὶ θεοί. Διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἐγὼ δηλώσω αὐτοῖς ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ τὴν χεῖρά μου, καὶ γνωριῶ αὐτοῖς τὴν δύναμίν μου, καὶ γνώσονται ὅτι ἐγὼ Κύριος. » Κύριος ἑτέρῳ εὔχεται Κυρίῳ, τῷ Πατρὶ δηλαδὴ καὶ Θεῷ τῶν ὅλων, ἐν οἷς ἀρχόμενός φησι· « Κύριε, ἰσχύς μου, » καὶ τὰ ἑξῆς. Σαφῶς δὲ τὴν τῶν ἐθνῶν ἐκ τῆς πολυπλανοῦς εἰδωλολατρείας ἐπὶ τὴν εἰς τὸν Θεὸν εὐσέβειαν μεταβολὴν θεσπίζει· καὶ αὕτη δὲ ἡ προφητεία μετὰ τὴν εἰς ἀνθρώπους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίαν ἐναργέστατα δείκνυται πεπληρωμένη. Ἀλλὰ γὰρ δι' ὅλων τριάκοντα προφητικῶν κεφαλαίων δεύτερον Θεὸν μετὰ τὸν ἀνωτάτω καὶ ἐπὶ πᾶσι, τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον εἶναι μεμαθηκότες, ἐφ' ἑτέραν τῆς κατὰ αὐτὸν οἰκονομίας ὑπόθεσιν μεταβησόμεθα, αὐτὸν δὴ τοῦτον Θεὸν εἰς ἀνθρώπους ἐλεύσεσθαι δεῖν, ἐκ τῶν αὐτῶν παρὰ Ἑβραίοις ἱερῶν βίβλων συστήσοντες.

CAPUT XXX.

Ab Jeremia. — Quemadmodum Deus Verbum, ad Patrem deprecationem emittit, gentium conversionem futuram significans.

« Domine fortitudo mea, et auxilium meum, et refugium meum, in die tribulationis, ad te gentes venient ab extremo terræ, et dicent : Vere falsa possederunt patres nostri simulacra, et non est in eis utilitas. Si faciet sibi homo deos, et hi non sunt dii. Idcirco ecce ego ostendam eis in tempore hoc, et notam faciam eis manum meam, **255** et virtutem meam, et cognoscent quod ego Dominus[11]. » In his verbis Dominus alium precatur, Patrem videlicet ac Deum universi, illic sane ubi incipiens ait : « Domine, fortitudo mea, » et cætera. Perspicue vero gentium ab errabundo simulacrorum cultu, D ad pietatem, religionemque erga Deum commutationem futuram, significat ; et hæc interim prophetia, post Salvatoris nostri Jesu Christi ad homines adventum evidentissime completa monstratur. At enim postquam hactenus ex totis triginta propheticis capitibus, Deum, Salvatorem, ac Dominum nostrum, Dei Verbum esse didicimus ; ad alterum ejus, quæ ad eumdem pertinet, dispensationis argumentum, deinceps transeamus, et hunc ipsum Deum ad homines venturum fuisse, ex iisdem sacris Hebræorum libris comprobemus.

[7] Malach. IV, 2. [8] Joan. VIII, 12. [9] Joan. I, 9. [10] Mich. III, 6. [11] Jer. XVI, 19-21.

Digitized by Google

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΚΤΟΝ.

256 EUSEBII PAMPHILI

DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ

LIBER SEXTUS.

HÆC INSUNT IN SEXTO LIBRO EVANGELICÆ DE SALVATORE NOSTRO DEMONSTRATIONIS.

De ejus commoratione inter homines, et cum iis consuetudine, ab iis Scripturæ divinæ locis, quæ inferius notata sunt.

1. *A psalmo* XVII.
2. *A psalmo* XLVI.
3. *A psalmo* XLIX.
4. *A psalmo* LXXXIII.
5. *A psalmo* XCV.
6. *A psalmo* XCVII.
7. *A psalmo* CVI.
8. *A psalmo* CXVII.
9. *A psalmo* CXLIII.
10. *A psalmo* CXLVII.
11. *A Regum* II.
12. *A Regum* III.
13. *A Michæa.*
14. *Ab Ambacum.*
15. *Ab eodem.*
16. *A Zacharia.*
17. *Ab eodem.*
18. *Ab eodem.*
19. *A Baruch.*
20. *Ab Isaia.*
21. *Ab eodem.*
22. *Ab eodem.*
23. *Ab eodem.*
24. *Ab eodem.*
25. *Ab eodem.*

A ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΕΚΤΩ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΙ ΤΗΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ.

Περὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας αὐτοῦ, ἐκ τῶν ὑποσεσημειωμένων Γραφῶν.

α'. Ἀπὸ ψαλμοῦ ιζ'.
β'. Ἀπὸ ψαλμοῦ μς'.
γ'. Ἀπὸ ψαλμοῦ μθ'.
δ'. Ἀπὸ ψαλμοῦ πγ'.
ε'. Ἀπὸ ψαλμοῦ ιε'
ς'. Ἀπὸ ψαλμοῦ ιζ'.
ζ'. Ἀπὸ ψαλμοῦ ρς'.
η'. Ἀπὸ ψαλμοῦ ριζ'.
θ'. Ἀπὸ ψαλμοῦ ρμγ'.
ι'. Ἀπὸ ψαλμοῦ ρμζ'.
ια'. Ἀπὸ τῶν Βασιλειῶν β'.
ιϐ'. Ἀπὸ τῶν Βασιλειῶν γ'.
B ιγ'. Ἀπὸ τοῦ Μιχαίου.
ιδ'. Ἀπὸ τοῦ Ἀμβακούμ.
ιε'. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.
ις'. Ἀπὸ τοῦ Ζαχαρίου.
ιζ'. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.
ιη'. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.
ιθ'. Ἀπὸ τοῦ Βαρούχ.
κ'. Ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου.
κα'. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.
κϐ'. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.
κγ'. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.
κδ'. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.
κε'. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

257 PROŒMIUM.

Quod de Patre ac Filio dicendum fuit, id plane jam in quinto *Evangelicæ Demonstrationis* volumine, definitum est: et Patrem quidem Deum unum esse constitit, alteram autem præter illum et cum illo personam esse, quæ omnia quæ facta sunt antecedat, demonstratum est: quam et Sapientiam Dei primogenitam et unicum Filium, Deumque de Deo, et magni consilii angelum, et cœlestis militiæ principem, et Patris administrum, ad hæc et Dominum

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Σαφῶς ἐν τῷ πέμπτῳ συγγράμματι τῆς *Εὐαγγελικῆς Ἀποδείξεως* ὡρισμένου τοῦ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λόγου, καὶ Θεοῦ μὲν ἑνὸς τοῦ ἐπὶ πάντων ὁμολογημένου, δευτέρας δὲ μετ' αὐτὸν ἀποδειχθείσης C οὐσίας ἡγουμένης τῶν γεννητῶν ἁπάντων, ἣν Σοφίαν Θεοῦ πρωτότοκον, μονογενῆ τε Υἱὸν, καὶ Θεὸν ἐκ Θεοῦ, μεγάλης τε βουλῆς ἄγγελον, καὶ τῶν κατ' οὐρανὸν στρατιῶν ἄρχοντα, καὶ τοῦ Πατρὸς ὑπουργὸν, ναὶ μὴν καὶ Κύριον τῶν ὅλων, καὶ Θεοῦ Λόγον, καὶ

Digitized by Google

Θεοῦ δύναμιν, οἱ θεῖοι προηγόρευον λόγοι. Εἰ φανεῖεν ἐπὶ τοῦ παρόντος αἱ προφητικαὶ μαρτυρίαι, Θεὸν εἰς ἀνθρώπους ἀφίξεσθαι μέλλοντα προαναφωνοῦσαι, παντὶ τῷ δῆλον ἐπὶ τίνα χρὴ τὴν ἀναφορὰν τοῦ σημαινομένου ποιεῖσθαι· ὅτε μάλιστα διὰ τῶν πρόσθεν, ἐν ἀνθρώπου μορφῇ καὶ σχήματι, τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἀβραὰμ θεοφιλέσιν ὁ Θεὸς Λόγος ἐπ' ὀνόματος Κυρίου καὶ Θεοῦ πέφηνε τὰς εἰς ἀνθρώπους ὀπτασίας πεποιημένος. Φέρε οὖν ἴδωμεν, ὅπως ποτὲ μὲν Κύριον, ποτὲ δὲ Θεὸν καταβήσεσθαι εἰς ἀνθρώπους, καὶ πάλιν ἀναβήσεσθαι ἐναργῶς οὕτω προαναφωνεῖ τὰ παρ' Ἑβραίοις λόγια, καὶ τάς γε αἰτίας τῆς καθόδου. Σημειώσῃ δ' ὡς τινὰ μὲν εἴρηται δι' αἰνιγμάτων, τινὰ δὲ φανερώτερον. Τὰ μὲν οὖν δι' ἐπικρύψεως ἡγοῦμαι τῶν ἐκ περιτομῆς ἕνεκα κεκαλυμμένως ἀποδεδόσθαι διὰ τὰ θεσπιζόμενα κατ' αὐτῶν σκυθρωπά· δι' ἅπερ εἰκὸς ἦν καὶ ἀφανίσαι αὐτοὺς τὴν Γραφήν, εἰ ἐκ τοῦ προφανοῦς τὴν ἐσχάτην αὐτῶν ἀποβολὴν ἐσήμαινεν. Οὕτω γοῦν καὶ τοῖς προφήταις αὐτοῖς ἐπιβουλεῦσαι αὐτοὺς κατέχει λόγος, δι' οὓς ἐποιοῦντο κατ' αὐτῶν ἐλέγχους. Αἱ δὲ σαφεῖς προφητεῖαι τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν λευκότατα περιέχουσι, τῶν κατ' εὐσέβειαν ἀγαθῶν τὰς ἐπαγγελίας οὐ τῷ Ἰουδαίων ἔθνει, πᾶσι δὲ ἀνθρώποις τοῖς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης καταγγέλλουσαι. Ὧν οὕτως ἐχόντων, καιρὸς ἤδη καὶ τῶν θείων ἐπακοῦσαι λογίων.

A universi, et Dei Verbum, et Dei virtutem, divina prius appellabant oracula. Si ergo hoc tempore, prophetica etiam testimonia Deum ad homines fuisse venturum, prædixisse ostenderimus : tum unicuique planum fuerit, ad quem referre oporteat, id quod significavimus, cum per ea maxime quæ antea dicta sunt, demonstravimus, Deum Verbum, habitu quidem formaque hominis, nomine vero Domini ac Dei, et ipsi Abrahæ, et cæteris Dei amicis viris, qui Abrahæ tempestate floruerint, seipsum videndum præbuisse. Jam nunc igitur tempus est ut videamus qua ratione, nunc Dominum, nunc Deum ad homines descensurum, et rursus ascensurum, tam evidenter Hebræorum oracula prius denuntiaverint, et quænam hujusce descensus causæ fuerint : B tametsi illud tibi notandum est, alia quidem obscurius, alia autem apertius dicta inveniri. Atque ego quidem arbitror, occultiora illa propter Judæos, ita involute atque implicite reddita esse, quod videlicet tristia quædam in illis contra ipsos canerentur, ob quæ verisimile fuit, ipsos abolituros perdituros-que fuisse Scripturam, si aperte extremum ipsorum interitum significasset. Sic sane etiam prophetis infestos fuisse, memoriæ proditum est, propterea quod ab illis reprehenderentur. Quæ vero apertius loquuntur prophetiæ, ab iis utique gentium vocatio, nullis involuta obscuritatibus, continetur : eædemque bonorum quæ a pietate proficiscuntur promissiones, non uni Judaicæ genti, sed omnibus per totum terrarum orbem hominibus, denuntiant : quæ cum sic se res habeant, jam nunc oracula quoque divina audire, tempus fuerit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ψαλμοῦ ιζ'. — Θεοῦ εἰς ἀνθρώπους ἀφίξεως δήλωσις, καὶ ἐπὶ ταύτῃ κλῆσις ἐθνῶν.

« Καὶ ἔκλινεν οὐρανούς, καὶ κατέβη, καὶ γνόφος ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ· καὶ ἐπέβη ἐπὶ χερουβὶμ, καὶ ἐπετάσθη· ἐπετάσθη ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων· καὶ ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ, κύκλῳ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ. » Ἡγοῦμαι διὰ τούτων ἄντικρυς Θεοῦ κάθοδον οὐρανόθεν παρίστασθαι. Προειπὼν γὰρ πολλὰς θεολογίας, ἐπιλέγει τὰ ἐκκείμενα. Τῷ δὲ λέγειν κλίνειν αὐτὸν οὐρανούς, καὶ κατελήλυθέναι, σημαίνει τὴν ὑποστολὴν τῆς ἐνθέου δόξης, ἣν ὁ θεῖος Ἀπόστολος παριστὰς ἔλεγεν· « Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' αὐτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. » Καὶ τὸ, « Ἐπέβη δὲ ἐπὶ χερουβὶμ, καὶ ἐπετάσθη, » αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ τὴν ἐπὶ τοῦ Θεοῦ δόξαν ἀποκατάστασιν, ἣν πεποίηται ἀγγελικαῖς καὶ θείαις δυνάμεσι δορυφορούμενος· ὃ καὶ αὐτὸ δηλοῦσθαί μοι δοκεῖ διὰ τοῦ· « Ἐπετάσθη ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων. » Τὸ δὲ σκότος τεθεῖσθαι τὴν ἀποκρυφὴν αὐτοῦ, καὶ γνόφον ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ λέγεσθαι, παραστατικὸν ἂν εἴη τῆς κρυφίου καὶ ἀπορρήτου οἰκονομίας, καθ' ἣν ταῦτα πάντα αὐτῷ ἐτελεῖτο. « Κύκλῳ δὲ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ, » τίνα λέγεσθαι προσήκει νοεῖν, ἢ τὴν ἁγίαν αὐτοῦ καὶ καθολικὴν Ἐκκλησίαν, εἴτε τὴν ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὴν ἐν οὐρανοῖς; Ἐξῆς δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν ψαλμὸν τελευτῶν ὁ λόγος, ὁμοῦ παραίτησιν τοῦ προτέρου λαοῦ, καὶ

C

258 CAPUT I.

A psalmo XVII. — *Dei ad homines adventus ostenditur, item vocatio gentium.*

« Et inclinavit cœlos et descendit, et caligo sub pedibus ejus : et ascendit super cherubim, et volavit : volavit super pennas ventorum : et posuit tenebras latibulum suum, in circuitu ejus tabernaculum ejus [12]. » Arbitror ex his planissime Dei de cœlo descensum ostendi : postquam enim multas theologias enuntiavit, tum ea quæ exposita sunt adjungit. Porro dum dicit inclinasse illum cœlos, et sic descendisse, contractionem divinæ gloriæ significat, quam divinus Apostolus declarans ait : « Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo : sed seipsum exinanivit, formam servi accipiens [13]. » Illud autem, « Ascendit D super cherubim, et volavit, » significare mihi videtur, quod gloriæ Dei esset restituendus, atque interim angelicis divinisque copiis constipandus : quod item mihi declarare illud videtur : « Volavit super pennas ventorum. » Quod autem tenebras latibulum suum posuerit, et caliginem sub pedibus ejus dixerit, nimirum hoc sit, occultam et ineffabilem dispensationem indicantis, secundum quam, universa hæc ab ipso perfecta sunt : quod autem « In circuitu ejus tabernaculum ejus » dictum sit, nihil ego aliud intelligi oportere arbitror, quam sanctam ipsius et catholicam Ecclesiam, sive eam

[12] Psal. XVII, 10-12. [13] Philipp. II, 6.

Digitized by Google

quæ in terris, sive eam quæ in cœlo versatur accipias. Deinceps vero in eodem psalmo ubi oratio terminatur, simul et rejectionem prioris populi, et vocationem gentium prædivinat, his verbis : « Eripies me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentium. Populus quem non cognovi servivit mihi, in auditu auris obedivit mihi : filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inveterati sunt, et claudicaverunt a semitis suis [14]. » Hæc autem quonam sensu accipienda sint, suo tempore inquirendum a nobis erit.

A τὴν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν προθεσπίζει, δι' ὧν φησι· « Ῥύσῃ με ἐξ ἀντιλογιῶν λαοῦ, καταστήσεις με εἰς κεφαλὰς ἐθνῶν. Λαὸς ὃν οὐκ ἔγνων ἐδούλευσέ μοι, υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό μοι, υἱοὶ ἀλλότριοι ἐπαλαιώθησαν, καὶ ἐχώλαναν ἀπὸ τῶν τρίβων αὐτῶν. » Ταῦτα δὲ ὁποίας διανοίας ἔχεται, κατὰ τὸν προσήκοντα καιρὸν ἐξετασθήσεται.

259 CAPUT II.

A psalmo XLVI. — *Ascensus Dei qui prius descenderat : ac deinceps vocatio cunctarum gentium, quæ unum et solum Deum erant cognituræ.*

« Omnes gentes, plaudite manibus, jubilate Deo in voce exsultationis, quoniam Dominus altissimus, terribilis, rex magnus super omnem terram. Subjecit populos nobis, et gentes sub pedibus nostris : elegit nobis hæreditatem sibi, speciem Jacob quam dilexit. Ascendit Deus in jubilo, Dominus in voce tubæ. Psallite Deo nostro, psallite, psallite regi nostro, psallite, quoniam rex omnis terræ Deus, psallite sapienter : regnavit Deus super gentes, Deus sedet super sedem sanctam suam. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham, quoniam ipsius Dei fortes a terra vehementer elevati sunt [15]. » Quid tandem aliud præ se ferre vult is Domini ac Dei ascensus, qui hisce verbis expositus est, quam antea descendisse eum, qui nunc ascendat? post quem sane ascensum, protinus gentium cunctarum vocatio canitur, hilaritatisque ac lætitiæ signa, post eam quæ exspectatur Dei cognitionem, nationibus universis nuntiatur? quandoquidem ipsum Dominum altissimum, quem solum Deum ac regem universæ terræ confessus est, subjecturum nobis populos dicit : nobis autem, quibus? his sane, qui hæc ipsa vaticinati sunt : quod ipsum quidem jam nunc completum plane intueri licet, quando gentes, quæ in Christi fidem venerunt, omnes oraculis prophetarum abdictæ sunt. Hæc tamen eadem, etiam ex apostolorum Salvatoris nostri persona dici possunt, qui quidem id ita enuntient : « Elegit nobis hæreditatem suam : » cæterum quam tandem hæreditatem accipere oportet, nisi vocationem gentium universarum? quam ipse Christus Dei cum significare vellet, ita ait : « Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te; postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam et possessionem tuam terminos terræ [16]. » Quæ igitur ipsa a Patre data est hæreditas, hanc apostolis suis atque prophetis **260** subjecit, dum quicunque ipsi credunt horum præceptis ac legibus parent, quemadmodum exposita vaticinia præscribunt : hæc vero cuncta, cum Deus Verbum sub adventum suum ad homines, compleverit ac perfecerit, de quo Deo Verbo jam plura tractavimus, tum ascendit in jubilo, quod quidem cum Apostolus interpretaretur, ita ait : « Quod autem ascenderit, quid est, nisi

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Ψαλμοῦ μς'. — Ἀνάβασις Θεοῦ προκατελθόντος, καὶ ἐπίκλησις ἐθνῶν ἁπάντων, τὸν ἕνα καὶ μόνον Θεὸν ἐπιγνωσομένων.

« Πάντα τὰ ἔθνη κροτήσατε χεῖρας, ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως, ὅτι Κύριος ὕψιστος, φοβερὸς, βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Ὑπέταξε λαοὺς ἡμῖν, καὶ ἔθνη ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν· ἐξελέξατο ἡμῖν τὴν κληρονομίαν ἑαυτῷ, τὴν καλλονὴν Ἰακὼβ, ἣν ἠγάπησεν. Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, Κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος. Ψάλατε τῷ Θεῷ ἡμῶν, ψάλατε, ψάλατε τῷ βασιλεῖ ἡμῶν, ψάλατε, ὅτι βασιλεὺς πάσης τῆς γῆς ὁ Θεὸς, ψάλατε συνετῶς· ἐβασίλευσεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ ἔθνη· ὁ Θεὸς κάθηται ἐπὶ θρόνου ἁγίου αὐτοῦ. Ἄρχοντες λαῶν συνήχθησαν μετὰ τοῦ Θεοῦ Ἀβραὰμ, ὅτι τοῦ Θεοῦ οἱ κραταιοὶ τῆς γῆς σφόδρα ἐπήρθησαν. » Καὶ τί ἕτερον βούλεται σημαίνειν ἡ διὰ τούτων δηλουμένη Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἄνοδος, ἢ τὴν πρὸ τῆς ἀνόδου κάθοδον αὐτοῦ; ἐφ' ᾗ πάλιν ἡ τῶν ἐθνῶν πάντων κλῆσις θεσπίζεται, χαρᾶς τε καὶ εὐφροσύνης σημεῖα ἐπὶ τῇ μελλούσῃ θεογνωσίᾳ τοῖς ἔθνεσιν ἅπασιν εὐαγγελίζεται, ὅτε Κύριος αὐτὸς ὁ ὕψιστος, μόνος Θεὸς καὶ βασιλεὺς ἁπάσης τῆς γῆς ὁμολογηθεὶς, ὑποτάξειν λαοὺς ἡμῖν λέλεκται. Ἡμῖν δὲ τίσιν ἢ δηλαδὴ τοῖς ταῦτα προφητεύουσιν; ὃ καὶ ἔστιν ἐναργῶς ἰδεῖν πεπληρωμένον, ὅτε πάντα τὰ εἰς Χριστὸν πεπιστευκότα ἔθνη τοῖς λόγοις τῶν προφητῶν ὑποτέτακται. Λέγοιτο δ' ἂν ταῦτα καὶ ἐκ προσώπου τῶν ἀποστόλων τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, οἳ καὶ εἴποιεν ἂν τό· « Ἐξελέξατο ἡμῖν τὴν κληρονομίαν ἑαυτοῦ. » Κληρονομίαν δὲ αὐτοῦ τίνα χρὴ νοεῖν ἢ τὴν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν ἁπάντων; ἣν αὐτὸς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ παριστὰς ἔφησε· « Κύριος εἶπε πρός με· Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. » Ταύτην οὖν τὴν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς δεδομένην αὐτῷ κληρονομίαν, ὑπέταξε τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ προφήταις, τῷ τοὺς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας τοῖς τούτων ὑποτετάχθαι λόγοις, ἀκολούθως τοῖς προκειμένοις θεσπίσμασι. Καὶ ταῦτα δὲ πάντα κατορθώσας ἐπὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ παρουσίας ὁ Θεὸς Λόγος, περὶ οὗ πλεῖστα ἡμῖν διείληπται, ἀνέβη ἐν ἀλαλαγμῷ. Τοῦτο δὲ ἑρμηνεύων (1) Ἀπόστολός φησι· « Τὸ δὲ ἀνέβη τί ἐστιν, εἰ μὴ ὅτι καὶ κατέβη πρῶτον; εἰς τὰ κατώτατα μέρη τῆς γῆς ὁ καταβάς, αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν. » Ἐν ἀλαλαγμῷ δὲ αὐτὸν φησιν ἀνεληλυθέναι διὰ τὴν εἰς αὐ-

[14] Psal. XVII, 44-46. [15] Psal. XLVI, 2-10. [16] Psal. II, 7, 8.

(1) Desideratur ὁ. EDIT.

Digitized by Google

τὸν θεολογίαν τῶν δορυφορούντων αὐτὸν ἀνιόντα ἀγγέλων· οἱ καὶ ἔλεγον· « Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. » Φωνὴν δὲ σάλπιγγος οὐκ ἂν σφαλείης τὸ κήρυγμα εἰπὼν τὸ εὐαγγελικόν, εἰς πᾶσαν ἐξηχῆσαν τὴν οἰκουμένην. Παντὸς γὰρ ὀργάνου μουσικοῦ μεγαλοφωνοτέρας οὔσης τῆς σάλπιγγος, οἰκείως παρείληπται τὸ παράδειγμα εἰς παράστασιν τοῦ πάντων τῶν ἐξ αἰῶνος κραταιοτέραν καὶ μεγαλοφωνοτέραν τὴν περὶ τοῦ Χριστοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις κατηγγέλθαι διδασκαλίαν, δι' ἧς ὥσπερ διὰ σάλπιγγος εἰς ἐξάκουστον πάντων τῶν ἀνθρώπων βοᾷ καὶ ἐκραγε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὰ ἐξῆς τοῦ ψαλμοῦ, δι' ὧν εἴρηται· « Ψάλατε τῷ Θεῷ ἡμῶν, ψάλατε, ψάλατε τῷ βασιλεῖ ἡμῶν, ψάλατε· ὅτι βασιλεὺς » οὐκέτι μόνου τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ἀλλὰ « πάσης, φησί, τῆς γῆς ὁ Θεός· ψάλατε συνετῶς. » Οὐκέτι γὰρ οἱ πρὶν δαίμονες, φησί, οὐδὲ τὰ περίγεια καὶ ἀπατηλὰ πνεύματα, ἀλλ' αὐτὸς « ὁ Θεὸς ἐβασίλευσεν ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη· » ὁ Θεὸς αὐτὸς, « ὃς κάθηται ἐπὶ θρόνου ἁγίου αὐτοῦ. » Ἤδη δὲ πρότερον τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸν θρόνον, ἐφ' ὃν καθέζεσθαι ὁ Πατὴρ αὐτῷ παρεκελεύσατο, εἰπών, « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου, » διὰ τοῦ πρὸ τούτου συγγράμματος παρεστήσαμεν. Τὸ δὲ, « Ἄρχοντες λαῶν συνήχθησαν μετὰ τοῦ Θεοῦ Ἀβραάμ, » ἔτι σαφέστερον δηλοῖ μετατεθεῖσθαι εἰς τὸν κλῆρον τῶν πάλαι θεοφιλῶν τοῦ Θεοῦ προφητῶν τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἄρχοντας τῆς Χριστοῦ Ἐκκλησίας, οἳ, καὶ τῇ δυνάμει τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν κραταιωθέντες, σφόδρα ἐπήρθησαν οὐδενὸς ἀνθρώπων καταβαλεῖν αὐτοὺς καὶ ταπεινῶσαι δεδυνημένου, διὰ τὴν ἀνυψοῦσαν αὐτοὺς καὶ δυναμοῦσαν τοῦ Θεοῦ δεξιάν. Καὶ ταῦτα δὲ ἐπὶ σχολῆς ἐντελοῦς τεύξεται διηγήσεως.

A quod et descenderit primum in infimas partes terræ ? qui descendit, ipse est et qui ascendit supra omnes cœlos [17] : » in jubilo autem illum dicit ascendisse, ob divinas et sacras erga ipsum voces, ipsum dum ascenderet constipantium angelorum, qui etiam illud dicebant : « Tollite portas, principes, vestras, et elevamini, portæ æternæ, et introibit rex gloriæ [18].» Vocem autem tubæ non admodum aberraveris, si prædicationem dixeris evangelicam, quæ in totum exaudita est terrarum orbem : cum enim tuba omni alio instrumento musico vocalior sit, satis accommodata convenientique figura dictum fuerit illud, ad demonstrandum quod omnibus aliis quæ a condito ævo exstiterint, robustior et vocalior cunctis hominibus denuntiata B sit Christi doctrina, per quam veluti per tubam, usque adeo sanctus clamat, et vociferatur Spiritus, ut ab omnibus exaudiri possit hominibus, clamat vero ea quæ in eodem psalmo sequuntur, in quibus dicitur : « Psallite Deo nostro, psallite, psallite regi nostro, psallite, quoniam rex » non amplius unius Judaicæ gentis, sed « omnis, inquit, terræ Deus, psallite sapienter. » Non enim amplius, inquit, illi qui prius dæmones, neque circum terram versantes fallacesque spiritus, sed ipse « Deus regnavit super omnes gentes, » ipse, inquam, Deus, « qui sedet super sede sancta sua. » Cæterum jam antea Dei Verbi sedem super qua Pater ipsum sedere jusserat, illis verbis : « Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum [19],» eo C qui hunc antecedit libro, pro viribus declaravimus. Illud autem : « Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham, » adhuc apertius demonstrat, commutatos esse in fortem uterum religiosorum Dei prophetarum, assumptos de gentibus Ecclesiæ Christi principes, qui etiam virtute Salvatoris nostri corroborati, in sublime admodum evecti sunt, quippe quos nemo ex omnibus hominibus dejicere aut prosternere potuerit, ob eam, qui ipsos extollit fortesque facit, summi Dei dextram. **261** Cæterum hæc majus otium nacti, absolutius aliquando enarrabimus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ἀπὸ ψαλμοῦ μθ'. — Ὡς ἐμφανῶς ἤξειν ὁ Θεὸς εἰς ἀνθρώπους λέγεται, καὶ πᾶν γένος ἀνθρώπων πρὸς ἑαυτὸν ἀνακαλέσασθαι.

« Θεὸς θεῶν Κύριος ἐλάλησε, καὶ ἐκάλεσε τὴν γῆν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου καὶ μέχρι δυσμῶν. Ἐκ Σιὼν ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ. Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται. » Καὶ μεθ' ἕτερα· « Ἄκουσον, φησὶ, λαός μου, καὶ λαλήσω σοι, Ἰσραὴλ, καὶ διαμαρτύρομαί σοι. Ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου εἰμὶ ἐγώ. Οὐκ ἐπὶ ταῖς θυσίαις σου ἐλέγξω σε. Τὰ δὲ ὁλοκαυτώματά σου ἐνώπιόν μου εἰσὶ διὰ παντός. Οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ οἴκου σου μόσχους, οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων σου χιμάρους, ὅτι ἐμά ἐστι πάντα τὰ θηρία τοῦ δρυμοῦ, κτήνη ἐν τοῖς ὄρεσι, καὶ βόες· ἔγνωκα πάντα τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡραιότης ἀγροῦ μετ' ἐμοῦ ἐστιν. Ἐὰν πεινάσω, οὐ μή σοι εἴπω· ἐμὴ γάρ ἐστιν ἡ οἰκουμένη, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Μὴ φάγομαι κρέα ταύρων, ἢ αἷμα

CAPUT III.

A psalmo XLIX. — *Quod manifeste ad homines venturus dicitur Deus, et omne genus hominum ad seipsum revocaturus.*

« Deus deorum Dominus locutus est, et vocavit terram a solis ortu usque ad occasum. Ex Sion species decoris ejus : Deus manifeste veniet, Deus D noster, et non silebit [20]. » Et post nonnulla alia : « Audi, inquit, populus meus, et loquar tibi, Israel, et testificabor tibi, Deus Deus tuus sum ego. Non in sacrificiis tuis arguam te : holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua vitulos, neque in gregibus tuis hircos, quoniam meæ sunt omnes feræ sylvarum, jumenta in montibus, et boves : cognovi omnia volatilia cœli, et pulchritudo agri mecum est. Si esuriero, non dicam tibi ; meus est enim orbis terræ, et plenitudo ejus. Numquid manducabo carnes taurorum ? aut sanguinem hircorum potabo ? immola Deo sa-

[17] Ephes. IV, 10. [18] Psal. XXIII, 7-9. [19] Psal. CIX, 2, 3. [20] Psal. XLIX, 1-3.

Digitized by Google

crificium laudis, et redde Altissimo vota tua, et invoca me in die tribulationis [21]. » Etiam hoc loco divina prædictio plane Deum manifeste venturum canit, quæ quidem non alium, quam ipsum Dei Verbum significat. Illius vero adventus causam manifestissime indicat, ac gentium rursus, quæ in tota terra continentur, vocationem futuram denuntiat. Itaque « Vocavit, inquit, terram, ab ortu solis usque ad occasum. » Miro autem quodam ordine, post adventum illius, et post gentium vocationem, rejiciendam esse veterem illam corpori magis inservientem, quam spiritui, ex lege Moysis adorationem docet, quæ ipsa quoque suum contigit finem, post Dei Verbi ad homines adventum. Ex illo enim ad hunc usque diem vocati jam sunt omnes de toto orbe terrarum homines, omnesque ab ortu solis usque ad occasum gentes. Cessavit autem, sublatusque est Judæorum ritus, ubi ex Novo **262** evangelicæ prædicationis Testamento, non autem ex lege Moysis, omnes homines Deum colere, et cum pietate vivere admoniti edoctique sunt. Attamen eadem hæc ad secundum gloriosumque Salvatoris adventum, referri item possunt.

τράγων πίομαι; Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ Ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου, καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως. » Κάνταῦθα ἡ θεία πρόρρησις σαφῶς Θεὸν ἐμφανῶς ἥξειν θεσπίζει, οὐκ ἄλλον ἢ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον δηλοῦσα. Καὶ τὸ αἴτιον δὲ τῆς παρουσίας αὐτοῦ σαφέστατα παρίστησιν, αὖθις τὴν κλῆσιν σημαίνουσα τῶν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐθνῶν· « Ἐκάλεσε γοῦν, φησὶ, τὴν γῆν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου καὶ μέχρι δυσμῶν. » Σφόδρα δὲ ἀκολούθως μετὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, καὶ μετὰ τὴν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν, τὴν παραίτησιν τῆς κατὰ τὸν Μωσέως νόμον σωματικωτέρας λατρείας διδάσκει, ἣ καὶ αὐτὴ τέλους ἔτυχε μετὰ τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου εἰς πάντας ἀνθρώπους ἐπιφάνειαν. Ἐξ ἐκείνου γάρ τοι καὶ εἰς δεῦρο κέκληνται μὲν πάντες οἱ ἐπὶ πάσης τῆς οἰκουμένης ἄνθρωποι, καὶ πάντα τὰ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ μέχρι δυσμῶν ἔθνη. Πέπαυται δὲ καὶ καθῄρηται ἡ κατὰ Ἰουδαίους θρησκεία, κατὰ τὴν καινὴν Διαθήκην τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος, ἀλλ' οὐ Κατὰ τὸν Μωσέως νόμον, πάντων ἀνθρώπων εὐσεβεῖν παρηγγελμένων. Ταῦτα δὲ καὶ ἐπὶ τὴν δευτέραν καὶ ἔνδοξον ἐπιφάνειαν τοῦ Σωτῆρος ἀναφέροιτο ἄν.

CAPUT IV.

A psalmo LXXXII. — *Quod videndus in terra diceretur Deus, per Christi ad homines adventum.*

« Videbitur Deus deorum in Sion. Domine Deus virtutum, exaudi orationem meam, auribus percipe, Deus Jacob. Protector noster aspice, Deus, respice in faciem Christi tui [22]. » Postquam Deum deorum videndum prædixit, tum orat adventum ejus quam celerrime adesse, modum quo videndus sit interim docens illis verbis : « Respice in faciem Christi tui, » non aliter quam planius, dixisset : Post faciem Christi tui præbe teipsum videndum. Propterea enim, quod « qui vidit Filium, vidit Patrem qui misit illum [23] : » merito per faciem Christi, eum qui in Christo habitat, Deum deorum videndum denuntiat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ἀπὸ ψαλμοῦ πγ'. — Ὡς ἐπὶ γῆς ὀφθήσεσθαι ὁ Θεὸς λέγεται διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ εἰς ἀνθρώπους ἐπιφανείας.

« Ὀφθήσεται ὁ Θεὸς τῶν θεῶν ἐν Σιών. Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου, ἐνώτισαι, ὁ Θεὸς Ἰακώβ· ὑπερασπιστὰ ἡμῶν, ἴδε, ὁ Θεός, καὶ ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ σου. » Τὸν Θεὸν τῶν θεῶν ὀφθήσεσθαι προειπὼν, εὔχεται τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ ἢ τάχος ἐπιστῆναι, καθ' ὃν ὀφθήσεται τρόπον διδάσκων διὰ τοῦ· « Ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ σου· » ὡσεὶ σαφέστερον εἰρήκει· Διὰ τοῦ προσώπου τοῦ Χριστοῦ σου ἐπιφάνηθι. Ἐπεὶ γὰρ ὁ ἑωρακὼς τὸν Υἱὸν ἑώρακε τὸν Πατέρα τὸν πέμψαντα αὐτὸν, εἰκότως διὰ τοῦ προσώπου τοῦ Χριστοῦ ἐπιφανήσεσθαι τὸν ἐν τῷ Χριστῷ κατοικοῦντα Θεὸν τῶν θεῶν ἐπαγγέλλει.

CAPUT V.

A psalmo XCV. — *Adventus Domini in terram regnumque ejus inter gentes, et novum Canticum non ipsi Israel, sed gentibus exhibendum.*

« Cantate Domino canticum novum, cantate Domino, omnis terra, cantate Domino, benedicite nomini ejus, annuntiate de die in diem salutare ejus, annuntiate inter gentes gloriam ejus, in omnibus populis mirabilia ejus : quoniam magnus **263** Dominus et laudabilis nimis, terribilis est super omnes Deos [24]. » Et rursus : « Afferte Domino patriæ gentium [25]. » Et rursus : « Dicite in gentibus quod Dominus regnavit [26]. » Ad extremum vero adjungit : « Tunc exsultabunt omnia ligna silvarum a facie Domini, quoniam venit : quoniam venit

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ἀπὸ ψαλμοῦ ιε'. — Παρουσία Κυρίου ἐπὶ γῆς, βασιλεία τε αὐτοῦ ἐπὶ τῶν ἐθνῶν, καινόν τε ᾆσμα οὐ τῷ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ τοῖς ἔθνεσι δοθησόμενον.

« Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινὸν, ᾄσατε τῷ Κυρίῳ, πᾶσα ἡ γῆ. Ἄσατε τῷ Κυρίῳ, εὐλογήσατε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Εὐαγγελίσασθε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸ σωτήριον αὐτοῦ· ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὴν δόξαν αὐτοῦ, ἐν πᾶσι τοῖς λαοῖς τὰ θαυμάσια αὐτοῦ· ὅτι μέγας Κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα, φοβερός ἐστιν ὑπὲρ πάντας τοὺς θεούς. » Καὶ πάλιν· « Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν. » Καὶ πάλιν· « Εἴπατε ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὅτι Κύριος ἐβασίλευσε. » Καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἐπιλέγει· « Τότε ἀγαλλιάσονται πάντα τὰ ξύλα τοῦ δρυμοῦ, ἀπὸ προσώπου Κυρίου, ὅτι ἔρχεται· ὅτι

[21] Psal. XLIX, 7-15. [22] Psal. LXXXII, 8-10. [23] Joan. XII, 45. [24] Psal. XCV, 1-4. [25] ibid. 7. [26] ibid. 10.

Digitized by Google

ἥκει κρῖναι τὴν γῆν. Κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ λαοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ αὐτοῦ. » Κάνταῦθα πάλιν ἐρχόμενος εἰς ἀνθρώπους Κύριος προφητεύεται, καινόν τε ᾆσμα ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ ᾄσεσθαι, τὴν Καινὴν Διαθήκην, οὐ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν γῆν· εὐαγγελισθήσεσθαί τε οὐκέτι τὸν Ἰσραὴλ, ἀλλὰ πάντα τὰ ἔθνη· ἐπειδήπερ αὐτῶν ἔσεσθαί φησι βασιλέα τὸν ἐρχόμενον Κύριον. Τίς δ' ἂν εἴη οὗτος ἢ ὁ Θεὸς Λόγος; ὃς μέλλων δικαιοσύνῃ τὴν οἰκουμένην, καὶ ἀληθείᾳ τὴν ἀνθρωπότητα κρίνειν ἐξίσης ἅπαντας τοὺς ἐπὶ τῆς οἰκουμένης ἀνθρώπους, τῆς αὐτοῦ κλήσεως, καὶ τῆς ἐπὶ ταύτῃ παρὰ τῷ Θεῷ σωτηρίας κατηξίωσεν.

judicare terram. Judicabit orbem terræ in justitia, et populos in veritate sua [27]. » Hoc item loco venturus ad homines promittitur Dominus, novumque in adventum ejus canendum esse canticum, Novum videlicet Testamentum, non ab una Judaica gente, sed ab omni terra, Evangelioque illustrandum non amplius ipsum Israel, sed omnes gentes : quandoquidem fore ipsorum regem ait eum, qui venturus sit Dominus. Quis porro hic sit alius, quam Deus Verbum ? qui justitia orbem terræ, et veritate humanitatem judicaturus, ex æquo omnibus qui in orbem terræ essent hominibus, vocationem suam, et post vocationem, salutem a Deo impertiendam esse putavit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Ἀπὸ ψαλμοῦ ιϛ'. — Ἆσμα καινὸν, γνῶσίς τε ἐθνῶν τῆς τοῦ Κυρίου δικαιοσύνης, ἐρχόμενός τε αὐτὸς κριτὴς τῶν ὅλων.

« Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινὸν, ὅτι θαυμαστὰ ἐποίησε, » καὶ τὰ ἑξῆς· « Ἐγνώρισε Κύριος τὸ σωτήριον αὐτοῦ, ἐναντίον πάντων τῶν ἐθνῶν ἀπεκάλυψε τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. » Καὶ πάλιν· « Εἶδοσαν πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Ἀλαλάξατε τῷ Κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ. » Καὶ ἐπὶ πᾶσι· « Τὰ ὄρη ἀγαλλιάσονται ἀπὸ προσώπου Κυρίου, ὅτι ἔρχεται, ὅτι ἥκει κρῖναι τὴν γῆν. Κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ λαοὺς ἐν εὐθύτητι. » Πολλῶν ἀγαθῶν αἰτία καὶ διὰ τούτων ἡ τοῦ Κυρίου παρουσία τοῖς ἔθνεσι γεγενῆσθαι προφητεύεται· ἃ καὶ διὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπὶ πέρας ἀχθέντα δείκνυται. Ἐξ ἐκείνου γάρ τοι καὶ οὐ πρότερον, τὸ καινὸν ᾆσμα τῆς Καινῆς Διαθήκης εἰς πάντας ἀνθρώπους ᾄδεται, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ διὰ τῆς τῶν Εὐαγγελίων γραφῆς γνώριμα καὶ ἐξάκουστα τοῖς πᾶσι γίνεται. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ σωτήριον, τὸ κατὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν αὐτοῦ, πᾶσιν ἀπεκαλύφθη τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἡ ἀληθὴς δικαιοσύνη, δι' ἧς ἐναργῶς ἀπεδείχθη, ὅτι μὴ Ἰουδαίων ὁ Θεὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐθνῶν· « Ἐπείπερ εἷς ὁ Θεὸς, » κατὰ τὸν ἱερὸν Ἀπόστολον, « ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως. » Τὸ δὲ, « Ὅτι ἔρχεται κρῖναι τὴν γῆν, » γένοιτ' ἂν δηλωτικὸν καὶ τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας.

CAPUT VI.

A psalmo XCVII. — *Canticum novum, gentiumque cognitio justitiæ, venturusque ipse judex universi.*

« Cantate Domino canticum novum, quoniam mirabilia fecit, » et cætera : « Notum fecit Dominus salutare suum, in conspectu gentium revelavit justitiam suam [28]. » Et rursus : « Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri, jubilate Domino, omnis terra [29]. » Et ad extremum : « Montes exsultabunt a conspectu Domini, quoniam venit, quoniam venit judicare terram. Judicabit orbem terræ in justitia, et populos in æquitate [30] : » multorum bonorum effectorem Domini adventum gentibus contigisse, hæc verba prædicunt, quæ quidem bona, per eumdem Salvatoris nostri adventum, exitum accepisse monstrantur. Non prius enim, sed ex illo duntaxat, novum Novi Testamenti canticum apud omnes homines canitur, et mirabilia ejus per scripturam Evangeliorum 264 nota fiunt, et exaudiuntur ab omnibus. Quinetiam salutare, quod secundum reditum illius in vitam percipitur, omnibus patefactum est gentibus, et cum eo vera justitia, per quam evidenter ostensum est, quod non Judæorum solum sit Deus, sed aliarum quoque gentium : « Quandoquidem, unus Deus, » sanctus ait Apostolus, « qui justificabit circumcisionem ex fide, et præputium per fidem [31]. » Illud autem : « Quod venit judicare terram, » etiam alterum illius adventum significare poterit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Ἀπὸ ψαλμοῦ ρϛ'. — Λόγος Θεοῦ εἰς ἀνθρώπους ἀποστελλόμενος ἐπὶ θεραπείᾳ καὶ σωτηρίᾳ ψυχῶν, τῶν πάλαι ἐν κακίαις τετρυχωμένων.

« Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ Κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων· ὅτι συνέτριψε πύλας χαλκᾶς, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνέθλασεν. Ἀντελάβετο αὐτῶν ἐξ ὁδοῦ ἀνομίας αὐτῶν· διὰ γὰρ τὰς ἀνομίας αὐτῶν ἐταπεινώθησαν· πᾶν βρῶμα ἐβδελύξατο ἡ ψυχὴ αὐτῶν, καὶ ἤγγισαν ἕως τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου, καὶ ἐκέκραξαν πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἔσωσεν αὐτούς. Ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο

CAPUT VII.

A psalmo CVI. — *Verbum Dei ad homines missum ad medelam et salutem animarum, quæ quondam vexatæ oppressæque erant in malis.*

« Confiteantur Domino misericordiæ ejus, et mirabilia ejus filiis hominum : quia contrivit portas æreas, et vectes ferreos confregit. Suscepit eos de via iniquitatis eorum, nam propter injustitias suas humiliati sunt : omnem escam abominata est anima eorum, et appropinquaverunt usque ad portas mortis, et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, et de necessitatibus eorum liberavit eos : misit verbum suum et sanavit eos, et eripuit eos de in-

[27] Psal. XCV, 12, 13. [28] Psal. XCVII, 1, 2. [29] ibid. 3. [30] ibid. 8, 9. [31] Rom. III, 30.

Digitized by Google

διεξληφεν. Ἡ μὲν γὰρ τῆς προφητείας λέξις, « Ὁ ἐρχόμενος, » φησὶν, « ἥξει, καὶ οὐ χρονίσει. » Καὶ ἐπιφέρει· « Ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ, » ὅπερ συναπτόμενον, ἀνάγεσθαι δόξειεν ἂν ἐπὶ τὸν ἐρχόμενον, καὶ οὐ χρονίζοντα, ὅπερ ἐστὶν ἄτοπον. Πῶς γὰρ ἐπ' ἐκεῖνον ἁρμόσει τὸ λέγεσθαι μὴ εὐδοκεῖν ἐν αὐτῷ τὸν Θεόν; Ἀλλ' ἡ τῆς διαστολῆς παράθεσις ἐναλλάξασα τὴν τοῦ λόγου σύνταξιν, τὴν διάνοιαν ἐσώσατο. Μετὰ γὰρ τὸ, « Ἔτι μικρὸν ὅσον, ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονίσει, » ἑξῆς συνῆψε τὸ, « Ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. » Εἶτα τὸ ἐν τῇ προφητείᾳ πρῶτον κείμενον, ὑπέταξε δεύτερον ἐν τῷ, « Καὶ ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ. » Ἅπαξ γὰρ θεσπίσας ὁ λόγος διὰ τῆς προφητείας, ὅτι δὴ τὸ φῶς τὸ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἐπηγγελμένον, διὰ τῆς Χριστοῦ παρουσίας ὀψέ ποτε καὶ ἑσπέρας ἀνατελεῖ, καὶ οὐ διαψεύσεται (οὕτω γὰρ ἀντὶ τοῦ, « καὶ οὐκ εἰς κενὸν, » ὁ Ἀκύλας ἡρμήνευσεν)· ἔπειτα διὰ τὸ μέλλειν ὀψὲ καὶ ἑσπέρας ἔσεσθαι τὴν τοῦ προφητευομένου παρουσίαν, εἰς ὑπομονὴν παρακαλέσας διὰ τοῦ, « Ἐὰν ὑστερήσῃ, ὑπόμεινον αὐτὸν, » ἢ « ἐὰν μελλήσῃ προσδέχου αὐτόν· ὅτι ὁ ἐρχόμενος ἥξει καὶ οὐ μὴ χρονίσῃ, » ἐπὶ τὴν πίστιν τῆς προῤῥήσεως τὸν ἀκροατὴν παρορμᾷ λέγων· Ὁ δὴ τούτοις πιστεύων, ἐξ αὐτῆς τῆς πίστεως αὐτοῦ δίκαιος ἀναδειχθείς, τὴν κατὰ Θεὸν ζήσεται ζωήν· ὡς ἐμπαλιν ὁ ἀπιστῶν, ἐν οἷς ὑποστείληται μὴ θαρσήσας, μηδὲ ἐμπιστεύσας τοῖς εἰρημένοις, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ. Οὐκοῦν καὶ αὐτοὶ τούτοις ἀκολούθως, ἐναλλάξαντες τὸ πρῶτον ὕστερον, καὶ μεταθέντες τὸ ὕστερον ἐπὶ τὸ πρῶτον, σώσομεν τὸν νοῦν τῆς λέξεως, μετὰ τὸ, « Ὅτι ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονίσει, » καθ' ὑπερβατὸν συνάπτοντες τὸ, « Ὁ δὲ δίκαιός μου ἐκ πίστεως ζήσεται, » καὶ τούτῳ ἐπιλέγοντες τὸ, « Ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ. » Ταύτῃ δὲ καὶ ὁ Ἀκύλας τῇ διανοίᾳ συντρέχει λέγων· « Ἐὰν μελλήσῃ, προσδέχου αὐτὸν, ὅτι ἐρχόμενος ἐλεύσεται, καὶ οὐ βραδυνεῖ· ἰδοὺ νωχελευομένου, οὐκ εὐθεῖα ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ, καὶ δίκαιος ἐν πίστει αὐτοῦ ζήσεται. »

A eo [74]. » Et sane specta, quemadmodum quod a propheta obscurius positum est, propterea quod per trajectionem prolatum sit, Epistola in sensum planiorem transtulerit; verba enim prophetiæ sic habent : « Veniens veniet, et non morabitur; » et adjungit : « Si subtraxerit se, non bene sibi placet anima mea in eo. » Quod quidem dum ita conjungitur, facile referendum esse videatur ad eum qui venturus est, et non morabitur; at id quidem perquam absurdum. Qui enim fieri potest ut illi accommodetur quod dicitur, non placere sibi in eo animam suam, si de Deo sit sermo? Sed distinctio quæ apposita est, cum verborum structuram mutaverit, sensum conservavit. Nam post illud : « Adhuc modicum aliquantulumque, qui venturus est B veniet, et non tardabit, » continuo adjunxit illud : « Justus autem ex fide vivet, » Deinde illud quod in prophetia primum positum est, secundo loco subjecit, ubi ait : « Quod si subtraxerit se, non bene sibi placet anima mea in eo. » Cum enim semel oraculum per ipsam prophetiam cecinerit, lucem omnibus promissam gentibus per Christi adventum aliquando tandem et ad vesperum orituram, et non frustraturam (sic enim pro eo quod est, « et non in vanum, » Aquila est interpretatus); deinde quod sero et ad vesperum futurus esset ejus, de quo prophetia loquitur, adventus, ideo illis verbis, « Si tardius veniet, exspecta illum, » vel, « si cunctabitur, accipe illum; quoniam veniens veniet, et non tardabit, » ad patientiam vocans auC ditorem, ut vaticinio fidem adhibeat, hortatur, dicens, eum qui his rebus crediderit, ubi ex sua ipsius fide justus declaratus fuerit, vitam quæ Deo placeat, victurum, sicut e contrario, qui non crediderit, ubi subtraxerit se, non confidens neque credens his quæ dicta sunt, futurum ut non bene sibi placeat anima in eo. Ergo nos quoque ipsa hæc sequentes, si commutaverimus ita ut quod prius est, posterius, quod vero posterius est, translatum prius faciamus, sensum verborum integrum conservabimus : sic enim post illud, « Quoniam veniens veniet et non morabitur, » statim subjungemus illud, « Justus autem meus ex fide vivet, » et huic ipsi connectemus illud, « Si subtraxerit se, non bene sibi placet anima mea in eo. » **278** Cum hoc vero sensu etiam Aquila concordat dicens : « Si cunctabitur accipe illum, quoniam veniens veniet et non tardabit; ecce si tardus sit, non recta anima mea in eo, et justus ex fide ipsius vivet. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. — Ὡς ἐπίφοβος ἡ περὶ τῆς ἐξ οὐρανῶν καθόδου τοῦ Κυρίου ἀκοὴ τυγχάνει, καὶ μετὰ ἐκπλήξεως τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἐλθόντος τε αὐτοῦ ἡ σύμπασα γῆ τῆς αἱρέσεως αὐτοῦ πλησθήσεται, ὅ τέ γε τῆς Καινῆς Διαθήκης αὐτοῦ Λόγος εἰς πάντας ἀνθρώπους διαδραμεῖται.

CAPUT XV.

Ab eodem. — Quod terribilis sit auditus descensus Domini de cœlo, et facta illius cum admiratione, quodque cum ipse venerit, universa terra ipsius laude complebitur, et Novi ipsius Testamenti verbum ad omnes homines penetrabit.

« Κύριε, εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην. Κύριε, κατενόησα τὰ ἔργα σου, καὶ ἐξέστην· ἐν μέσῳ δύο ζωῶν γνωσθήσῃ· ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη, ἐπιγνωσθήσῃ· ἐν τῷ παρεῖναι τὸν καιρὸν, ἀναδειχθήσῃ· ἐν τῷ ταραχθῆναι τὴν ψυχήν μου ἐν ὀργῇ,

« Domine, audivi auditionem tuam, et timui. Intellexi opera tua, et obstupui : in medio duarum vitarum cognosceris, dum anni appropinquabunt, notus fies, dum aderit tempus declaraberis. Dum perturbata fuerit anima mea in ira, misericordiæ

[74] Hebr. x, 35-38.

Digitized by Google

memor eris. Deus de Thama veniet, et sanctus de monte umbroso denso : cooperuit cœlos virtus ejus, et laude ejus plena est terra, et splendor ejus ut lumen erit. Cornua in manibus ejus, et posuit dilectionem fortem roboris sui : ante faciem ejus ibit Verbum, et egredietur in campos [16]. » cum enim ipse seipsum audisset propheta sanctus, ac potius divinum qui ipsum afflabat, quique in ipso canebat Spiritum, de eo de quo ipsa prophetia loquitur, dicentem : « Quod veniens veniet et non morabitur, justus autem ex fide mea vivet [16], » cumque credidisset illum esse justum oraculo, in his verbis quæ nunc in manibus sunt, ita ait : « Domine, audivi auditionem tuam et timui, » et quæ sequuntur ; in quibus manifestissime Deum ad homines venturum denuntiat. Quis vero alius hic sit qui olim cognosceretur, et post aliquando dum anni appropinquabunt, esset agnoscendus, et per id tempus de quo prophetia loquitur, declarandus : quis, inquam, hic sit **279** nisi ille ipse qui antea dictus est universi Dominus? qui etiam hoc comprobato vaticinio, in consummatione sæculorum ita nuntiatus est ac prædicatus, ut omnes homines exaudierint. Hujusce igitur ea, quæ palam in sacris Evangeliis descripta sunt, facta, corporis videlicet, quod assumpsit de Virgine generationem, item quemadmodum « cum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed seipsum exinanivit formam servi accipiens [17] » ; præterea quæ miracula in hominibus degens ediderit, nec non quæcumque contra ipsum ausa est Judaica gens, omnia, inquam, hæc et alia similia his cum animæ oculis providisset, quæque eventura in posterum exspectabantur, divino Spiritu docente, purgatissima intelligentia percepisset, ex iis quæ hoc modo audierat, se obstupuisse ac timuisse fatetur propheta, dicens : « Domine, audivi auditionem tuam, et timui : Domine, intellexi opera tua, et obstupui. » Salvator autem ac Dominus noster, ipsum utique hoc Dei Verbum, in medio duarum vitarum cognitus est. Non enim *duorum animalium* est legendum, sed *duarum vitarum*. Duarum ergo vitarum, inquit, medium cognosceris. Cum enim una secundum Deum sit vita, et altera secundum hominem, et illa quidem mortalis, hæc vero sempiterna, merito cum utramque expertus esset Dominus, atque eo modo venisset, in medio duarum vitarum esse cognitus dicitur, ex interpretatione quam Septuaginta ediderunt. Nam ex ea quam Aquila edidit, non item, sed sic : « Dum appropinquant anni, vivifica illud. » Sed quidnam est illud, nisi quod ait : « opus tuum ? » Theodotion vero ita ait : « In medio annorum vivifica ipsum. » Et Symmachus : « Intra annos reviviscere fac ipsum, » interpretatus est. Cum igitur omnes, « vivifica ipsum, » dixerint, plane non de quibusdam veluti brutis, aut etiam ratione præditis animalibus, sermonem esse declararunt. Quapropter cum apud

A ἐλέους μνησθήσῃ. Ὁ Θεὸς ἐκ Θαιμὰν ἥξει, καὶ ὁ ἅγιος ἐξ ὄρους κατασκίου, δασέος. Ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ, καὶ τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ πλήρης ἡ γῆ· καὶ φέγγος αὐτοῦ ὡς φῶς ἔσται. Κέρατα ἐν χερσὶν αὐτοῦ, καὶ ἔθετο ἀγάπησιν κραταιὰν ἰσχύος αὐτοῦ. Πρὸ προσώπου αὐτοῦ προπορεύσεται λόγος, καὶ ἐξελεύσεται εἰς πεδία. » Ἐπακούσας δὲ αὐτὸς ἑαυτοῦ, μᾶλλον δὲ τοῦ ἐμπνέοντος καὶ ἐνθεσπίζοντος ἐν αὐτῷ θείου Πνεύματος, ὁ ἱερὸς προφήτης περὶ τοῦ προφητευομένου φήσαντος, ὅτι, « Ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ μὴ χρονίσῃ· ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεώς μου ζήσει, » πιστεύσας τε ὡς δίκαιος τῷ χρησμῷ, διὰ τῶν μετὰ χεῖρά φησι· « Κύριε, εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην, » καὶ τὰ ἑξῆς· δι' ὧν σαφῶς Θεὸν εἰς ἀνθρώπους ἥξειν καταγγέλλει. Τίς

B δὲ ἂν οὗτος εἴη ὁ πάλαι γνωριζόμενος, ὕστερον δέ ποτε ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη γνωσθησόμενος, καὶ κατὰ τὸν προφητευόμενον χρόνον ἀναδειχθησόμενος, ἢ ὁ αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ προδηλωθεὶς δεύτερος τῶν ὅλων Κύριος, ὁ καὶ τῇ προρρήσει ἀκολούθως, ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, εἰς ἐξάκουστον πᾶσιν ἀνθρώποις κηρυχθείς ; Τούτου δὴ οὖν τὰ ἀνάγραπτα ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ἔργα, τὴν ἐκ Παρθένου δηλονότι, οὗ ἀνείληφε σκήνους, γένεσιν, καὶ « ὡς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλὰ ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών, » τάς τε ἐπιτελεσθείσας αὐτῷ εἰς ἀνθρώπους παραδοξοποιΐας, καὶ τὰ κατ' αὐτοῦ γε τετολμημένα τῷ Ἰουδαίων ἔθνει, τοῖς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοῖς προλαβὼν, τά τε

C μέλλοντα συμβήσεσθαι κεκαθαρμέναις ταῖς διανοίαις παρὰ τοῦ διδάσκοντος αὐτὸν θείου Πνεύματος μαθών, ἐκστῆναι ὁ προφήτης ἐπὶ τοῖς ἀκουσθεῖσι καὶ πεφοβῆσθαι ὁμολογεῖ, φάσκων· « Κύριε, εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην· Κύριε, κατενόησα τὰ ἔργα σου, καὶ ἐξέστην. » Ὁ Σωτὴρ δὲ καὶ Κύριος ἡμῶν, αὐτὸς οὗτος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἐν μέσῳ δύο ζωῶν ἐγνώσθη· πληθυντικῶς ἐνταῦθα καὶ περισπωμένως τῶν ζωῶν, ἀπὸ ἑνικοῦ τοῦ *τῆς ζωῆς* ὀνόματος ἐξακουομένων. Οὐ γὰρ παροξυτόνως τῶν ζώων, ἀπὸ οὐδετέρου τοῦ ζώου λέγεται, ἀλλὰ ζωῶν περισπωμένως ἀπὸ πληθυντικῆς εὐθείας τῆς, *αἱ ζωαί*. Δύο οὖν, φησὶ, ζωῶν μέσον γνωσθήσῃ. Μιᾶς γὰρ οὔσης τῆς κατὰ Θεὸν ζωῆς, καὶ θατέρας τῆς κατὰ ἄνθρωπον· καὶ τῆς μὲν θνητῆς, τῆς δὲ ἀϊδίου· ἀμφοτέρων εἰκότως ὁ Κύ-

D ριος διὰ πείρας ἐλθὼν, ἐν μέσῳ δύο ζωῶν γνωσθῆναι λέγεται, κατὰ τὴν τῶν Ἑβδομήκοντα ἑρμηνείαν. Κατὰ γὰρ τὸν Ἀκύλαν οὐχ οὕτως, ἀλλ', « Ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη, ζώωσον αὐτὸ, » εἴρηται. Τί δὲ αὐτὸ, ἢ « Τὸ κάτεργόν σου ; », φησί· Καὶ ὁ Θεοδοτίων δέ φησιν· « Ἐν μέσῳ ἐτῶν ζώωσον αὐτόν. » Καὶ ὁ Σύμμαχος, « Ἐντὸς τῶν ἐνιαυτῶν ἀναζώωσον αὐτὸν, » ἐκδέδωκε. Πάντες οὖν « ζώωσον αὐτὸν » εἰπόντες, σαφῶς, ὅτι μὴ περὶ οἷον ἀλόγων τινῶν ἢ λογικῶν ζώων ὁ λόγος τυγχάνει παρέστησαν. Διὸ παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα λεγομένου τοῦ, « Ἐν μέσῳ δύο ζωῶν γνωσθήσῃ, » οὐ κατὰ τοὺς πρὸ ἡμῶν ἐξειλήφαμεν, ἀλλὰ δύο ζωὰς τοῦ προφητευομένου δηλοῦσθαι ἔφαμεν· μίαν μὲν τὴν ἐν-

[16] Habac. III, 1-6. [16] Habac. II, 3. [17] Philipp. II, 6, 7.

Digitized by Google

θεον, ἑτέραν δὲ τὴν ἀνθρωπίνην. Τούτοις ὁ προφήτης ἐπιλέγει· « Ἐν τῷ ταραχθῆναι τὴν ψυχήν μου ἐν ὀργῇ, ἐλέους μνησθήσῃ· » διδάσκων, ὅτι τὸν τοῦ πάθους τοῦ προφητευομένου καιρὸν συνιδὼν τῷ πνεύματι, τεθορύβητο. Πλὴν ἀλλ' ἐν αὐτῷ τούτῳ, φησὶ, τῷ καιρῷ, ἐφ' ᾧ τὴν ψυχὴν ἐταράχθην, ὀργῆς τοῖς ἀνθρώποις οὐδεπώποτε ἄλλοτε ἐπαιωρηθείσης διὰ τὰς τολμηθείσας κατὰ τοῦ Κυρίου δυσσεβείας, ἐλέους αὐτὸς ὁ φιλανθρωπότατος Κύριος ἀντὶ ὀργῆς ἐμνήσθη, ὡσὰν ἀγαθοῦ τυγχάνων Πατρὸς Υἱός. Τὸ γοῦν πάθος αὐτοῦ τῷ παντὶ κόσμῳ σωτηρίας τῆς κατὰ Θεὸν, καὶ ἐλέους κατέστη αἴτιον. Τούτοις ἐπιλέγεται· « Ὁ Θεὸς ἀπὸ Θαιμὰν ἥξει. » Τὸ δὲ Θαιμὰν μεταλαμβάνεται εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν *συντέλεια*· ὡς μηδὲν διαφέρειν, εἰ σαφῶς ἐλέγετο· Ὁ Θεὸς ἐπὶ συντελείᾳ ἥξει. Ἐπὶ γὰρ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος καὶ ἐν ταῖς ἐσχάταις ταύταις ἡμέραις ἐπέφηνεν ἡμῖν ἡ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων διὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εὐεργεσία. Τάχα δὲ καὶ τὴν δευτέραν αὐτοῦ καὶ ἔνδοξον ἐν τούτοις ἄφιξιν θεσπίζει· ὥστε ἀπὸ ἑτέρας ἀναγινώσκεσθαι ἀρχῆς τὰ ἀπὸ τοῦ, « Ὁ Θεὸς ἀπὸ Θαιμὰν ἥξει, » ὡς ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος ἥξοντος αὐτοῦ, ἀπὸ τῶν κατὰ τὰ νότια μερῆ τοῦ οὐρανοῦ. Μεταλαμβάνεται γὰρ Θαιμὰν εἰς τὸν *Νότον*. Διόπερ ὁ Θεοδοτίων τοῦτον ἑρμηνεύει τὸν τρόπον· « Ὁ Θεὸς ἀπὸ Νοτίου ἥξει. » Τὸ δὲ ἑξῆς εἰρημένον, « Καὶ ὁ ἅγιος ἐξ ὄρους κατασκίου, δασέος, » νοήσεις, παραθεὶς τὰς οὕτως ἐχούσας ἐν τῷ Ζαχαρίᾳ φωνάς· « Ἑώρακα τὴν νύκτα, καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ἵππον πυρρὸν, καὶ οὗτος εἱστήκει ἀνὰ μέσον τῶν ὀρέων τῶν κατασκίων. » Τοῦτον γοῦν τὸν ἐπιβεβηκότα ἐπὶ ἵππον πυρρὸν, καὶ ἑστῶτα ἀνὰ μέσον τῶν ὀρέων τῶν κατασκίων, αὐτὸν ἡγοῦμαι εἶναι τὸν ἐν τῇ μετὰ χεῖρας δηλούμενον προφητείᾳ, φασκούσῃ τὸν ἅγιον ἥξειν ἐξ ὄρους κατασκίου, δασέος. Ἐν ἑκατέροις γοῦν ὄρη κατάσκια λέλεκται· καὶ ἡγοῦμαι τοῦ παραδείσου τοῦ Θεοῦ τυγχάνειν, ὃν ἐφύτευσεν ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολὰς, ἢ καὶ τῆς ἐπουρανίου Ἱερουσαλήμ· ὄρη γὰρ κύκλῳ αὐτῆς, καὶ Κύριος κύκλῳ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. Ταῦτα γοῦν διὰ τὸ πλήρη τυγχάνειν θείων δυνάμεων καὶ πνευμάτων ἁγίων, ὡσὰν σύμφυτα καὶ ἀμφιλαφῆ, κατάσκια λέγεται. Ἀλλ' ἐν μὲν τῷ Ζαχαρίᾳ σαφῶς ἀνὴρ ἐποχούμενος ἵππῳ πυρρῷ θεωρεῖται αὐτῷ, τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρωπήσεως. καὶ τῆς σαρκὸς, ἣ ἐπωχήσατο, δηλουμένης. Ἐνταῦθα δὲ Κύριος καὶ ἅγιος ὠνόμασται. Ὡς γὰρ ἐκ Θεοῦ εἰς ἀνθρώπους τὴν ἄφιξιν πεποιημένος, καὶ ὡσὰν ἐκ τῶν θειοτέρων χωρίων ἐπιφοιτήσας, λέγεται· « Ὁ Θεὸς ἀπὸ Θαιμὰν ἥξει, καὶ ὁ ἅγιος ἐξ ὄρους κατασκίου, δασέος. » Εἶτα ἑξῆς ἐπιλέγει « Ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ, καὶ τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ πλήρης ἡ γῆ, καὶ φέγγος αὐτοῦ ὡς φῶς ἔσται. » Δι' ὧν ἥ τε εἰς οὐρανοὺς ἔνδοξος αὐτοῦ βασιλεία παρίσταται, καὶ ἡ μετὰ ταῦτα γενομένη τε καὶ ἐπὶ πλεῖον γενησομένη εἰς πᾶσαν τὴν γῆν τῆς περὶ αὐτοῦ διδασκαλίας αἴνεσις. Τὸ δὲ, « Κέρατα ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, » τῆς βασιλείας αὐτοῦ τὰ σύμβολα δηλοῖ· δι' ὧν κεράτων τὰς

A Septuaginta sit dictum, « in medio duarum vitarum cognosceris, » non ex sententia eorum, qui nos antecesserunt, hoc accepimus, sed duas ejus, de quo prophetia loquitur, vitas significari diximus, unam quidem divinam, alteram vero humanam. His quæ dicta sunt, propheta deinceps adjungit : « Dum perturbata fuerit anima mea in ira, misericordiæ memor eris ; » sic interim docens, quod cum spiritu tempus illud providisset, quo passurus erat is de quo ipsa prophetia texitur, perturbatus sit. **280** Verumtamen in hoc ipso tempore, inquit, in quo animo perturbatus sum, propterea quod alias nusquam talis hominibus ita impenderit, propter facinora adversus Dominum perpetrata, misericordiæ ipse clementissimus Dominus non B iræ recordatus est, utpote qui boni Patris sit Filius. Proinde extremum illius supplicium salutis secundum Deum, et misericordiæ toti mundo causa exstitit. Sequitur illud : « Deus de Thæman veniet. » Dictio autem illa Thæman, si in nostram linguam convertatur, *consummatio* est, ut nihil intersit, si clare dictum fuerit : Deus in consummatione veniet. Nam in consummatione sæculi, et in hisce extremis diebus per Salvatorem nostrum, summi Dei nobis illuxit beneficentia. Fortasse etiam secundum ejusdem, gloriosumque in his verbis adventum canit, ut altero initio facto, legenda sint verba ab illo loco : « Deus de Thæman veniet, » tanquam si in consummatione sæculi ipse venturus sit ab iis, qui ad australes cœli partes spectant. C Accipitur enim Thæman pro eo quod est *Auster*. Quocirca Theodotion ad hunc interpretatus est modum : « Deus ab Austro veniet. » Quod autem sequitur : « Et sanctus de monte umbroso denso : » poteris intelligere, si quæ in Zacharia sic se habent, apposueris voces : « Vidi per noctem, et ecce vir ascendens super equum rufum, et hic stabat inter montes umbrosos [78]. » Hunc igitur qui ascendit super equum rufum, et insistit inter montes umbrosos, ipsum illum puto esse qui in præsenti prophetia significatur, quæ ait, « sanctum venturum de monte umbroso denso. » Certe utrobique montes umbrosi habentur ; et arbitror esse eos in paradiso Dei, quem plantavit in Eden ad Orientem ; aut etiam apud cœlestem Jerusalem ; montes enim in D circuitu ejus, et Dominus in circuitu populi sui. Hi ergo montes, eo quod divinis potestatibus et sanctis spiritibus referti sint, quasi consiti et large his exuberantes, umbrosi dicuntur. Et in Zacharia quidem plane vir cernitur, qui equo rufo invehitur, cum sit interim Salvatoris nostri, et humana assumpta natura, et corpus quo quasi vehiculo utebatur, declaretur ; at hic Deus et sanctus nominatus est. Tanquam enim is qui a Deo ad homines descensurus esset, et tanquam de divinioribus locis profecturus, dicitur Deus de Thæman venturus, et sanctus de monte umbroso deu-

[78] Zach. I, 8.

Digitized by Google

281 Deinceps adjungit : « Cooperuit cœlos virtus ejus, et laudis ejus plena est terra, et splendor ejus ut lumen erit. » Quibus utique verbis, simul et gloriosum ejus in cœlo regnum ostenditur, et quæ posthac futura est, longiusque duratura, atque in omnem terram penetratura, doctrinæ, quæ de illo fertur, laudatio. Illud autem : « Cornua in manibus ejus, » regni ejus insignia et notas significat, quibus cornibus, invisibiles atque adversantes potestates repellens, et victas obtinens abigit. Ordine his deinceps adjungit : « Et posuit dilectionem fortem roboris sui. » Et sane vehementis affectionis ejus ac dilectionis erga homines indicium maximum fuerit, quod ante faciem ejus incesserit verbum illud, videlicet salutare atque evangelicum, quod etiam egressum percurrerit campos, adeo ut brevi tempore totum orbem terrarum ea, quæ per ipsum omnibus hominibus conciliata sit, salute impleverit, comprobata ejus prophetiæ veritate, quæ ait : « Ante faciem ejus ibit verbum, et egredietur in campos. » In secundo autem ejusdem adventu, amplius quoque ac magis proprie Verbum ejus et his quæ dicta sunt et iis quæ deinceps sequuntur, finem imponet, quibus nunc explorandis atque indagandis tempus non adest.

A ἀοράτους καὶ ἀντικειμένας δυνάμεις ὠθούμενος κα κερατίζων, ἀπελαύνει. Ἀκολούθως τούτοις ἐπιλέγει « Καὶ ἔθετο ἀγάπησιν κραταιὰν ἰσχύος αὐτοῦ. Καὶ τῆς γε εἰς ἀνθρώπους κραταιᾶς διαθέσεω αὐτοῦ, καὶ ἀγάπης δεῖγμα μέγιστον ἦν τὸ πρ προσώπου αὐτοῦ πορευθῆναι λόγον, δηλονότι τὸ σωτήριον καὶ εὐαγγελικὸν, ἐξελθόντα τε τοῦτον διαδραμεῖν εἰς πεδία, ὥστε ἐν ὀλίγῳ πᾶσαν πληρῶσαι τὴν οἰκουμένην τῆς ὑπ' αὐτοῦ προξενηθείσης ἅπασιν ἀνθρώποις σωτηρίας, ἀκολούθως τῇ προφητείᾳ φησάσῃ· « Πρὸ προσώπου αὐτοῦ προπορεύσεται λόγος, καὶ ἐξελεύσεται εἰς πεδία. » Κατὰ τὴν δευτέραν ἣ αὐτοῦ παρουσίαν, ἔτι μᾶλλον καὶ κυριώτερον ὁ Λόγος αὐτοῦ πέρας ἐπιθήσει τοῖς τε εἰρημένοις καὶ τοῖς ἑξῆς ἐπιφερομένοις, ἃ καὶ οὐ νῦν ἐξετάζειν καιB ρός.

CAPUT XVI.

A Zacharia. — Quemadmodum Dominus omnipotens confitetur se missum, ut auferat ea, quæ vitiosa sint.

« Hæc dicit Dominus omnipotens : Post gloriam misit me ad gentes, quæ spoliaverunt vos : quoniam qui tangit vos, quasi is qui tangit pupillam oculi ejus : quia ecce affero manum meam super C ipsos : et erunt spolia iis qui servierint eis, et cognoscetis quod Dominus omnipotens misit me[79]. » Ipse Dominus omnipotens in his seipsum missum esse ait, et quisnam is sit, qui miserit, docet, ubi ait : « Et cognoscetis quod Dominus omnipotens misit me. » Igitur etiam hoc loco duos perspicue habes, qui eadem utantur appellatione, unum eum, qui misit Dominum omnipotentem, alterum eum, qui mittitur, ejusdem cum eo qui misit nominis. **282** Quem porro alium dixeris eum qui mittitur, nisi eum quem ante nos pluribus appellavimus Deum Verbum, qui a Patre missum se confitetur, et qui manifeste dixit : « Post gloriam misit me, » illud interim significans, quod qui antea fuerit in gloria D apud Patrem, postea missus sit ad gentes, quæ spoliaverint vos? Cum enim ad eas gentes quæ prius populo Dei adversæ inimicæque erant, missum sit Dei Verbum, has ipsas sibi ipsi subjecit, easdem per suos discipulos deprædatus, qui portio quædam erant illius populi qui ad circumcisionem pertinet, quem quondam in servitutem redegerunt gentes, quæ ipsum illum suo simulacrorum cultu deprædatæ fuerunt. Hæc igitur passuras dicit gentes quas disposuit. Sicut enim illæ populum Dei a patria pietate ac religione avertentes, spolia propriis dæmonibus factæ sunt, ita quandoque etiam ipsæ patrio simulacrorum cultu ab iis qui ipsis an-

[79] Zach. II, 8, 9

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

Ἀπὸ τοῦ Ζαχαρίου. — Ὡς ὁ Κύριος ὁ παντοκράτωρ ὁμολογεῖ ὑφ' ἑτέρου Κυρίου παντοκράτορος ἐπὶ καθαιρέσει τῶν φαύλων ἀπεστάλθαι.

« Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ὀπίσω δόξης ἀπέσταλκέ με ἐπὶ τὰ ἔθνη, τὰ σκυλεύσαντα ὑμᾶς· διότι ὁ ἁπτόμενος ὑμῶν, ὡς ὁ ἁπτόμενος τῆς κόρης τοῦ ὀφθαλμοῦ αὐτοῦ. Διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἐπιφέρω τὴν χεῖρά μου ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ἔσονται σκῦλα τοῖς δουλεύσασιν αὐτοῖς, καὶ γνώσεσθε, ὅτι Κύριος παντοκράτωρ ἐξαπέσταλκέ με. » Κύριος αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ ἐν τούτοις ἑαυτὸν ἀπεστάλθαι φησὶ, καὶ τὸν ἀποστείλαντα, ὅστις εἴη, διδάσκει λέγων· « Καὶ γνώσεσθε, ὅτι Κύριος παντοκράτωρ ἐξαπέσταλκέ με. » Οὐκοῦν καὶ ἐνταῦθα δύο σαφῶς ἔχεις, μιᾷ χρωμένους προσηγορίᾳ, τόν τε ἀποστείλαντα Κύριον παντοκράτορα, καὶ τὸν ἀποστελλόμενον, ὁμώνυμον τῷ ἀποστείλαντι. Τίνα δ' ἂν ἕτερον εἴποις τὸν ἀποστελλόμενον, ἢ τὸν διὰ πλειόνων ἡμῖν προηγορευμένον Θεὸν Λόγον, πρὸς τοῦ Πατρὸς ἀπεστάλθαι ὁμολογοῦντα, σαφῶς δὲ εἰρηκότα, « Ὀπίσω δόξης ἀπέσταλκέ με, » δηλοῦντα, ὅτι προῦπάρχων ἐν δόξῃ τῇ παρὰ τῷ Πατρὶ, μετὰ ταῦτα ἀπέσταλτο ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ σκυλεύσαντα ὑμᾶς; Ἐπὶ γὰρ τὰ πρότερον ἐχθρὰ καὶ πολέμια τοῦ λαοῦ τοῦ Θεοῦ ἔθνη ἀποσταλεὶς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ταῦθ' ὑφ' ἑαυτὸν ἠγάγετο, σκυλεύσας αὐτὰ διὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, οἵτινες ἦσαν μέρος τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ, ὄντινα πάλαι καταδεδούλωντο τὰ ἔθνη, σκυλεύσαντα αὐτὸν τῇ οἰκείᾳ εἰδωλολατρείᾳ. Τοῦτ' οὖν φησι πείσεσθαι τὰ ἔθνη, ἅπερ διατέθεικεν. Ὡς γὰρ τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ, τῆς πατρῴας εὐσεβείας μεταστησάμενα, σκῦλα τοῖς ἰδίοις δαίμοσι κατεστήσατο, οὕτω ποτὲ καὶ αὐτὰ τῆς πατρικῆς εἰδωλολατρείας πρὸς τῶν πάλαι δεδουλευκότων αὐτοῖς σκυλευθήσεται, καὶ ὑπὸ τὸν ζυγὸν τῆς καθ' Ἑβραίους εὐσεβείας μεταστήσεται. Τοῦτο δὲ ἔσεσθαί φησιν ὁ

Digitized by Google

Κύριος δι' ἑαυτοῦ, ἐπὶ τῷ τοιῷδε κατορθώματι πρὸς τῶ Πατρὸς ἀποσταλησομένου. Εἴποι δ' ἄν τις καὶ νοητάς τινας καὶ ἀοράτους δυνάμεις, ἔθνη νῦν ὀνομάζεσθαι, τὰ σκυλεύσαντα, καὶ αἰχμαλωτεύσαντα τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχάς, ὧν ψυχῶν οὕτω φησὶ κήδεσθαι ὁ φιλάνθρωπος τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὡσεί τις ἰδίας ὀφθαλμοῦ κόρης. Καὶ δεῖγμα τῆς τοιᾶσδε αὐτοῦ περὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος κηδεμονίας, τὸ μηδ' ὑποστείλασθαι αὐτὸν, Θεοῦ Λόγον ὄντα καὶ ἐν δόξῃ τῇ παρὰ τῷ Πατρὶ τυγχάνοντα, τὴν εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίαν τε καὶ οἰκονομίαν ἀναδέξασθαι.

A tea servierint, spoliabuntur, et sub jugum Hebraicæ religionis traducentur. Hoc autem futurum ait Dominus per seipsum, qui ad tale munus præstandum a Patre mittendus sit. Cæterum, dixerit aliquis, etiam intelligibiles quasdam et invisibiles potestates, gentes nunc nominari, quæ spoliaverint captivasque hominum animas egerint, quarum animarum talem se curam gerere ait clementissimum Dei Verbum, qualem unusquisque oculi sui pupillæ gerit, cujus sedulitatis atque amoris erga hominum genus, signum illud erit, quod cum Dei Verbum esset, et sua gloria apud Patrem frueretur, non piguerit ipsum veniendi ad homines, atque inter eos versandi curam, dispensationemque suscipere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. — Ὡς αὐτὸς ὁ Κύριος ἥξειν οὐρανόθεν, καὶ ἐν ἀνθρώποις κατασκηνώσειν, τά τε ἔθνη εἰς αὐτὸν καταφεύξεσθαι θεσπίζει, καὶ ὡς ἀπεσταλθαι ὑπό τινος κρείττονος Κυρίου παντοκράτορος ὁμολογεῖ.

CAPUT XVII.

Ab eodem. — Quod ipse Dominus venturum se de cœlo, et inter homines habitaturum, gentesque ad ipsum confugituras, canit : et quod missum se esse a Domino omnipotente confitetur.

« Τέρπου καὶ εὐφραίνου, θύγατερ Σιών, διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἔρχομαι, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, λέγει Κύριος, καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν Κύριον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαὸν, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, καὶ γνώσῃ, ὅτι Κύριος παντοκράτωρ ἐξαπέσταλκέ με πρὸς σέ. » Ἐπεὶ πρόκειται νῦν τὸ δεύτερον αἴτιον ἐκ τῶν προφητῶν ἀποδεῖξαι, ἀνθρώποις μέλλον ἐπὶ γῆς συμπολιτεύεσθαι, οἶμαι τούτου παραστατικὸν εἶναι καὶ τὴν παροῦσαν προφητείαν, ὡς διὰ τὸ πρόδηλον μηδὲ πλείονος ἐξεργασίας δεῖσθαι. Τηρήσεις δὲ, ὅτι καὶ τὴν αἰτίαν αὖθις τῆς ἀφίξεως αὐτοῦ δηλοῖ ἐν οἷς φησι· « Καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν Κύριον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαόν. » Ταῦτα δὲ ὁ λόγος, τὴν θυγατέρα Σιὼν εὐαγγελίζεται, οὕτω τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ προσαγορεύων, διὰ τὸ τῆς ἐπουρανίου Ἱερουσαλὴμ θυγατέρα εἶναι δοκεῖν, μητρὸς οὔσης ἐκείνης τῶν ἁγίων, κατὰ τὸν ἱερὸν Ἀπόστολον. Ἢ καὶ ἄλλως θυγάτηρ Σιὼν ἡ Ἐκκλησία Χριστοῦ λεχθείη ἂν, ὡσὰν ἐκ τῆς προτέρας συναγωγῆς τῶν ἐκ περιτομῆς, διά τε ἀποστόλων, καὶ εὐαγγελιστῶν ὑποστᾶσα, οἳ καὶ γεννήματα ἐτύγχανον μητρὸς τῆς ἀπορριφείσης διὰ τὰς οἰκείας δυσσεβείας, καὶ χήρας γεγενημένης, διὰ τὸ ἀπελάσαι τὸν ἄνδρα, διὰ τῶν προφητῶν ἐπιμεμψάμενον αὐτῇ καὶ φήσαντα· « Οὐχ ὡς ἄνδρα με ἐκάλεσας, καὶ πατέρα, καὶ ἀρχηγὸν τῆς παρθενίας σου· » ὃς καὶ τοῖς ἐξ αὐτῆς γενομένοις τὸν τρόπον τῆς μητρὸς διαβάλλων, φησί· « Ποῖον τοῦτο τὸ βιβλίον τοῦ ἀποστασίου τῆς μητρὸς ὑμῶν, ᾧ ἐξαπέστειλα αὐτήν; » Καὶ πάλιν· « Κριθῆτε πρὸς τὴν μητέρα ὑμῶν, κριθῆτε, ὅτι αὕτη οὐ γυνή μου, κἀγὼ οὐκ ἀνὴρ αὐτῆς. » Εἰκότως δῆτα ὡσὰν τὴν μητέρα ἀπαρνησαμένου τοῦ Κυρίου, πρὸς τὴν θυγατέρα ἡ παροῦσα προφητεία εὐαγγελίζεται τὴν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου παρουσίαν. Εἴη δ' ἂν αὕτη ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, ἐν χώρᾳ θυγατρὸς τῆς προτέρας, διὰ τοὺς ἀποστόλους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, λελογισμένη.

283 « Gaude et lætare, filia Sion, quoniam ecce ego venio, et habitabo in medio tui, dicit Dominus, et confugient gentes multæ ad Dominum in die illa, et erunt ei in populum, et habitabo in medio tui, et cognosces quod Dominus omnipotens misit me ad te [80]. » Quia nunc propositum est Filium, auctorem rerum, apud homines in terra versaturum, ex prophetis ostendere, arbitror hujusce rei demonstrandæ efficaciam habere præsentem prophetiam, adeo quidem ut ob ipsius rei perspicuitatem, nulla ampliore explanatione sit opus : etiam illud observabis quod causam rursus sui adventus significat, ubi ait : « Et confugient gentes multæ ad Dominum in die illa, et erunt ipsi in populum. » Hæc autem ipsi filiæ Sion nuntiat oraculum, sic interim Dei Ecclesiam appellans, propterea quod cœlesti Jerusalem filia esse videatur, quæ, ut sanctus ait Apostolus, mater sanctorum est. Aut etiam aliter filia Sion Christi Ecclesia dici potest, tanquam ea quæ ex priore eorum qui ad circumcisionem pertinent conventu, per apostolos, atque evangelistas, id quod est, acceperit, qui etiam filii erant ejus matris, quæ ob scelera sua abjecta est, quæque vidua facta est, eo quod expulerit virum, qui per prophetas de ipsa conquestus est, atque ait : « Non tanquam virum me vocasti, et Patrem et ducem virginitatis tuæ [81], » qui etiam iis qui de ipsa nati sunt, mores matris exprobrans ac vituperans, ait : « Quis est hic liber repudii matris vestræ, in quo emisi eam [82] ? » Et rursus : « Judicamini : quoniam hæc non uxor mea, et ego non vir ejus [83]. » Merito sane tanquam iis qui matrem abnegaverint filiam Domini, ipsius Domini adventum præsens prophetia nuntiat. Erit autem hæc Ecclesia de gentibus, quæ loco prioris filiæ per nostri Salvatoris apostolos, habita est.

[80] Zach. II, 10, 11. [81] Jer. III, 4. [82] Isa. XXX, 1. [83] Ose. II, 2.

Digitized by Google

284 CAPUT XVIII.

Ab eodem. — De Domini adventu, et de iis quæ in passione ejus eventura erant.

« Ecce dies veniunt Domini, et dividentur spolia tua in te, et congregabo omnes gentes in Jerusalem ad bellum; et capietur civitas, et diripientur domus, et mulieres fœdabuntur, et egredietur dimidium civitatis in captivitate, reliqui vero de populo meo non peribunt, et egredietur Dominus, et parabitur ad prælium in gentibus illis, sicut dies prælii ejus in die belli : et stabunt pedes ejus in die illa super monte Olivarum, qui est contra Jerusalem ab Oriente, et scindetur mons Olivarum, dimidium ejus ad Orientem, et dimidium ejus ad mare; profunditas magna vehementer, et inclinabit dimidium montis ad Boream, et dimidium ejus ad Austrum : et obturabitur vallis montium meorum, et conglutinabitur convallis montium usque Asael : et obturabitur, quemadmodum obturata est a facie terræ motus, in diebus Oziæ regis Juda. [Et adveniet Dominus Deus meus, et omnes sancti cum eo :] et erit in die illa, non erit lumen, sed frigus et glacies erit die uno : et dies ille notus Domino, et non dies, neque nox, ad vesperam erit lux. Et erit in die illa, egredietur aqua viva de Jerusalem : dimidium ejus ad mare primum, et dimidium ejus ad mare ultimum : in æstate et in vere erit sic : et erit Dominus in regem in omnem terram. In die illa erit Dominus unus, et nomen ejus unum, circumdans omnem terram, et omnem solitudinem [84]. » Post primam obsidionem Jerusalem, extremamque illius ruinam et solitudinem, quæ sub Babyloniis accidit, postque reditum ab hostili terra ad patriam, qui sub Cyro Persarum rege contigit, cum paulo ante Jerusalem instaurata esset, renovatumque sanctuarium, et quod apud illud erat altare, sub Dario Persa præsens canit propheta, **285** et posthac alteram obsidionem Jerusalem futuram significat, quam passa est a Romanis non alias, quam post scelera, quæ ejus habitatores contra Salvatorem nostrum Jesum Christum ausi sunt. Manifestissime igitur etiam hoc in loco, Salvatoris nostri, qui Dei Verbum est, adventus, et quæ illius tempore acciderint, significantur : sunt vero hæc, partim quæ quo tempore ille passus est, gesta sunt, partim quæ illico Hebraicam nationem oppressit obsidio, et ipsius Jerusalem expugnatio, et post ipsa hæc, vocatio gentium, uniusque ac solius Dei apud omne genus hominum cognitio. Cæterum divino Spiritu afflatus propheta, cum quadam commiseratione, tanquam is qui suos ad circumcisionem pertinentes deploret, ab exclamatione contra illos suæ prophetiæ initium facit : dies igitur Domini, sicut in aliis locis, hoc quoque in loco nominat, ut sic tempus Christi, ad homines adventus significet : planeque in eodem ostendit, quemadmodum

[84] Zach. XIV, 1-9.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. — Περὶ τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας, καὶ τῶν κατὰ τὸ πάθος αὐτοῦ συμβησομένων.

« Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται τοῦ Κυρίου, καὶ διαμερισθήσονται τὰ σκῦλά σου ἐν σοί, καὶ ἐπισυνάξω πάντα τὰ ἔθνη ἐπὶ Ἰερουσαλὴμ εἰς πόλεμον · καὶ ἁλώσεται ἡ πόλις, καὶ διαρπαγήσονται αἱ οἰκίαι, καὶ αἱ γυναῖκες μολυνθήσονται, καὶ ἐξελεύσεται τὸ ἥμισυ τῆς πόλεως ἐν αἰχμαλωσίᾳ. Οἱ δὲ κατάλοιποι τοῦ λαοῦ μου οὐ μὴ ἐξολοθρευθῶσι, καὶ ἐξελεύσεται Κύριος, καὶ παρατάξεται ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις, καθὼς ἡμέρα παρατάξεως αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ πολέμου. Καὶ στήσονται οἱ πόδες αὐτοῦ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἐπὶ τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν τὸ, κατέναντι Ἰερουσαλὴμ ἐξ ἀνατολῶν, καὶ σχισθήσεται τὸ ὄρος Ἐλαιῶν, τὸ ἥμισυ αὐτοῦ πρὸς θάλασσαν. Χάος μέγα σφόδρα, καὶ κλινεῖ τὸ ἥμισυ τοῦ ὄρους πρὸς τὸν Βορρᾶν, καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ πρὸς Νότον. Καὶ ἐμφραχθήσεται ἡ κοιλὰς τῶν ὀρέων μου, καὶ ἐγκολληθήσεται ἡ φάραγξ ὀρέων ἕως Ἀσαήλ · καὶ ἐμφραχθήσεται ὃν τρόπον ἐνεφράγη ἀπὸ προσώπου τοῦ σεισμοῦ, ἐν ἡμέραις Ὀζίου βασιλέως Ἰούδα. Καὶ ἔσται ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, οὐκ ἔσται φῶς, ἀλλὰ ψῦχος, καὶ πάγος ἔσται μίαν ἡμέραν. Καὶ ἡ ἡμέρα ἐκείνη γνωστὴ τῷ Κυρίῳ, καὶ οὐχ ἡμέρα, καὶ οὐχὶ νύξ, τὸ πρὸς ἑσπέραν ἔσται φῶς. Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἐξελεύσεται ὕδωρ ζῶν ἐξ Ἰερουσαλὴμ · τὸ ἥμισυ αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν τὴν πρώτην, καὶ ἥμισυ αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν τὴν ἐσχάτην. Ἐν θέρει καὶ ἐν ἔαρι ἔσται οὕτως. Καὶ ἔσται Κύριος εἰς βασιλέα ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται Κύριος εἷς, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἕν, κυκλοῦν πᾶσαν τὴν γῆν καὶ τὴν ἔρημον. » Μετὰ τὴν πρώτην πολιορκίαν τῆς Ἰερουσαλὴμ, καὶ τὴν παντελῆ καθαίρεσιν αὐτῆς, καὶ ἐρήμωσιν τὴν ὑπὸ Βαβυλωνίων, καὶ μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς πολεμίας γῆς ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἐπάνοδον, τὴν ἐπὶ Κύρου τοῦ Περσῶν βασιλέως γενομένην, ἄρτι τῆς Ἰερουσαλὴμ ἀνεγηγερμένης, ἀνανεωθέντος δὲ τοῦ ἁγιάσματος, καὶ τοῦ πρὸς αὐτῷ θυσιαστηρίου ἐπὶ Δαρείου τοῦ Πέρσου, ὁ παρὼν προφήτης θεσπίζει, τὴν μετὰ ταῦτα δευτέραν πολιορκίαν τῆς Ἰερουσαλὴμ σημαίνων, ἣν πέπονθεν ὑπὸ Ῥωμαίων οὐκ ἄλλοτε ἢ μετὰ τὰ κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῖς οἰκήτορσιν αὐτῆς τετολμημένα. Ἐναργέστατα τοιγαροῦν καὶ ἐνταῦθα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τοῦ Θεοῦ Λόγου ἡ παρουσία, καὶ τὰ ἐπὶ ταύτῃ συμβεβηκότα δηλοῦνται. Ταῦτα δὲ ἦν ὁμοῦ τὰ περὶ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ πεπραγμένα, καὶ ἡ παραυτίκα τῷ Ἑβραίων ἔθνει ἐπελθοῦσα πολιορκία, καὶ τῆς Ἰερουσαλὴμ ἡ ἅλωσις, καὶ ἡ πρὸς τούτοις κλῆσις τῶν ἐθνῶν, τοῦ τε ἑνὸς καὶ μόνου Θεοῦ εἰς πᾶν γένος ἀνθρώπων ἐπίγνωσις. Ὅ γε μὴν πνευματοφόρος προφήτης περιπαθέστερον, ὡσὰν ἐπ' οἰκείοις ὀλοφυρόμενος τοῖς ἐκ περιτομῆς, ἐκ τῆς κατ' αὐτῶν ἐκφωνήσεως τὴν καταρχὴν πεποίηται τῆς προφητείας. Ἡμέρας δὴ οὖν τοῦ Κυρίου, ὡσπεροῦν καὶ ἐν ἑτέροις, κἀνταῦθα ὀνο-

Digitized by Google

μάζει, οὕτω τὸν χρόνον τῆς εἰς ἀνθρώπους τοῦ Χριστοῦ παρουσίας σημαίνων· καὶ σαφῶς δηλῶν, ὡς ἄρα ὁ Κύριος αὐτὸς, οἷα φῶς ἀληθινὸν τυγχάνων, ἰδίων ποιητής ποτε γενήσεται ἡμερῶν. Τοῖς δὲ ἐπὶ τῆς ἅπασιν ἀνθρώποις ἐπιλάμψει τῶν ἐθνῶν ἁπάντων, αὐτόν τε καὶ τὰς ἀκτῖνας τοῦ φωτὸς αὐτοῦ καταδεξαμένων, ὅτε, τῶν ἐθνῶν ἁπάντων φωτιζομένων κατὰ τὸ, « Τέθεικά σε εἰς φῶς διαθήκης γένους, » τὸ Ἰουδαίων ἔθνος διὰ τὴν εἰς αὐτὸν ἀπιστίαν, τοῖς ἐσχάτοις περιπεσεῖται δεινῶν. Τοιοῦτον γάρ ἐστι τό· « Ἰδοὺ ἡμέρα ἔρχεται τοῦ Κυρίου, καὶ διαμερισθήσονται τὰ σκῦλά σου ἐν σοὶ, καὶ ἐπισυνάξω πάντα τὰ ἔθνη ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ εἰς πόλεμον, καὶ ἁλώσεται ἡ πόλις, καὶ διαρπαγήσονται αἱ οἰκίαι, καὶ αἱ γυναῖκες μολυνθήσονται, καὶ ἐξελεύσεται τὸ ἥμισυ τῆς πόλεως ἐν αἰχμαλωσίᾳ. » Μετὰ δὲ τὴν κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ πολιορκίαν, καὶ τὴν μετ' αὐτὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ἐπιλέγει ἑξῆς, ἀγαθὰ τοῖς πᾶσι θεσπίζων· « Καὶ ἔσται Κύριος εἰς βασιλέα ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν· » καὶ πάλιν· « Ἔσται Κύριος εἷς, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἕν, κυκλοῦν πᾶσαν τὴν γῆν καὶ τὴν ἔρημον. » Ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος τοιαῦτα πείσεσθαι ἐν ταῖς τοῦ Κυρίου ἡμέραις τῆς προῤῥήσεως ἀποφηναμένης, τίς οὐκ ἂν ὑπομάσειε τῆς προῤῥήσεως τὸ ἀποτέλεσμα; Ἅμα γὰρ Ἰησοῦς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν παρῆν, ἠσέβουν τε εἰς αὐτὸν οἱ ἐκ περιτομῆς, καὶ πάντα αὐτοῖς ἀθρόως τὰ προηγορευμένα, μετὰ πεντακοσιοστὸν ἔτος τῆς προῤῥήσεως, τέλους ἐτύγχανεν, ἐξ αὐτοῦ Πιλάτου, καὶ μέχρι τῆς κατὰ Νέρωνα καὶ Τίτον καὶ Οὐεσπασιανὸν πολιορκίας, οὐ διαλελοιπότων αὐτοὺς παντοίων καὶ ἐπαλλήλων συμφορῶν, ὡς πάρεστιν ἐκ τῆς Φλαυΐου Ἰωσήπου γραφείσης ἱστορίας ἀναλέξασθαι. Τότε μὲν οὖν εἰκὸς τὸ ἥμισυ τῆς πόλεως ἀπολωλέναι τῇ πολιορκίᾳ, ὥς φησιν ἡ προφητεία· μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον, κατὰ Ἀδριανὸν αὐτοκράτορα, κινήσεως αὖθις Ἰουδαϊκῆς γενομένης, τὸ λοιπὸν τῆς πόλεως μέρος ἥμισυ, πολιορκηθὲν αὖθις ἐξελαύνεται, ὡς ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς δεῦρο πάμπαν ἄβατον αὐτοῖς γενέσθαι τὸν τόπον. Εἰ δὲ λέγοι τις κατὰ Ἀντίοχον τὸν Ἐπιφανῆ ταῦτα πεπληρῶσθαι, σκεψάσθω, εἰ οἷός τέ ἐστιν ἀποδιδόναι καὶ τὰ λοιπὰ τῆς προφητείας κατὰ τοὺς Ἀντιόχου χρόνους· οἷον τὸ αἰχμαλωσίαν πεπονθέναι τὸν λαὸν, καὶ τὸ στῆναι τοὺς πόδας Κυρίου ἐπὶ τὸ τῶν Ἐλαιῶν ὄρος, καὶ εἰ γέγονε Κύριος εἰς βασιλέα ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ εἰ τὸ ὄνομα Κυρίου ἐκύκλωσε τὴν γῆν πᾶσαν, καὶ τὴν ἔρημον, ὅτε τῆς Συρίας Ἀντίοχος ἐκράτει. Καὶ τὰ λοιπὰ δὲ τῆς προῤῥήσεως, ὁποίου τέλους ἔτυχεν, Ἀντιόχου βασιλεύοντος, πῶς τις ἀποδώσει; Καθ' ἡμᾶς δὲ ταῦτα, καὶ πρὸς λέξιν μὲν ἀποδέδοται, καὶ καθ' ἑτέραν δὲ διάνοιαν. Μετὰ γὰρ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, ἡ πόλις αὐτῶν, αὕτη γε ἡ Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὸ πᾶν σύστημα, καὶ πολίτευμα τῆς κατὰ τὸν νόμον Μωσέως θρησκείας καθηρεῖτο. Αὐτίκα δὲ τὴν κατὰ διάνοιαν αἰχμαλωσίαν πρὸς τῇ σωματικῇ πεπόνθασι, τὸν Σωτῆρα καὶ Λυτρωτὴν

ipse Dominus, tanquam lumen verum, proprio:um aliquando auctor fiet dierum, et omnibus qui in terra sunt hominibus illucescet, quo tempore et ipsum et luminis ipsius radios, universæ gentes suscipient, quæ quidem dum illuminabuntur, juxta illud: « Posui te in lumen gentium, in testamentum generis [85], » interea Judaica gens, propter infidelitatem adversus illum, in extrema incidet infortunia. Tale igitur est illud: « Ecce dies venit Domini, et dividentur spolia tua in te, et congregabo omnes gentes in Jerusalem ad bellum, et capietur civitas et diripientur domus et mulieres fœdabuntur, et egredietur dimidium civitatis in captivitate. » Post vero ipsius Jerusalem obsidionem, et eam quæ illico secuta est Judaicæ gentis servitutem, deinceps bona omnibus adjungit communia, sic canens: « Et erit Dominus in regem in omnem terram. » Et rursus: « Erit Dominus unus, et nomen illius unum, ambiens omnem terram et solitudinem. » Sed enim cum vaticinium enuntiet, Judaicam gentem esse talia perpessuram in diebus Domini, quis non exitum vaticinii admiretur? Nam simul ac Jesus Salvator ac Dominus noster advenit, quique ad circumcisionem pertinent, nefaria adversus illum facinora perpetrarunt, omnia illis quæ prædicta fuerant, quinquagesimo ab ipsa prædictione anno, acervatim evenerunt, **286** finemque sortita sunt: cum videlicet ab ipso Pilato usque ad Neronem et Titum ac Vespasianum, qui civitatem obsederunt nusquam illos omnis generis, et aliæ super alias ingruentes calamitates defecerint, quemadmodum facile est ex ea historia quam Flavius Josephus scripsit, colligere: tunc sane credibile est, dimidium civitatis periisse obsidione, ut ait prophetia. Haud vero ita multo post, cum Adrianus imperaret, Judaico rursus exorto tumultu, quæ reliqua fuerat pars dimidia civitatis, rursus obsessa expellitur, adeo quidem, ut ab illo tempore usque in hodiernum diem, penitus instabilis omnis illis factus sit locus. Quod si quis dicat sub Antiocho Epiphane hæc completa fuisse, etiam atque etiam consideret utrum possit reliqua item quæ ex hac prophetia supersunt, ad Antiochi tempora referre, cujusmodi illud est, quod populus servitutem sit passus, quod pedes Domini in monte Olivarum steterint, et utrum Dominus in die illa in regem fuerit in omnem terram, et utrum nomen Domini ambierit omnem terram, et solitudinem, quo tempore Syriam Antiochus obtinuit: et quæ reliqua sunt de eodem oraculo, quem tunc finem sortita sint, aliquo modo conetur ostendere. At si quis nostram rationem sequatur, vel ad verbum hæc evenisse demonstrabit, atque in alium item sensum eadem accipere poterit: nam post Salvatoris nostri Jesu Christi adventum, civitas illorum, ipsaque Jerusalem atque omnis conventus, institutioque civilis, quæ ad ritum religionemque Mosaicæ legis

[85] Isa. XLIX, 6.

Digitized by Google

pertinet, eversa sublataque sunt : e vestigioque eam, quæ ad intelligentiam spectat, servitutem, adjuncta etiam ea quæ corporum est, perpessi sunt, quippe qui Salvatorem ac Liberatorem humanarum animarum non susceperint, eum qui venerat, ut iis qui malorum dæmonum servi facti essent, liberationem nuntiaret, iis vero, qui mentis oculis capti, visus recuperationem. Hæc itaque cum illi ob incredulitatem suam pertulissent, alii omnes quicumque suum Liberatorem agnoverunt, domesticique illius ac familiares effecti sunt, discipuli utique et apostoli, et evangelistæ, compluresque alii, qui de circumcisione profecti in ipsum crediderunt (de quibus ait Apostolus : « Sic etiam nunc reliquiæ secundum electionem gratiæ factæ sunt [86]; » et illud : « Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma facti essemus, et quasi Gomorrha similes fuissemus [87]), » **287** illius obsidionis, quam nos ad intelligentiam referimus, immunes expertesque sunt servati, neque hujus solum, sed etiam illius, quæ ad verbum intelligitur : nam ipsi apostoli ac discipuli Salvatoris nostri, et omnes qui ex Judæis ad ipsum credentes accesserant, cum procul ab Judæa terra abessent, et reliquis essent immixti gentibus : omnem eorum, qui civitatem incolebant, perditionem atque interitum effugere, per illud tempus facile potuerunt. Quod ipsum sane etiam prophetia anticipans cecinerat, illis verbis : « Qui autem reliqui fuerint de populo meo, non peribunt [88]; » quibus deinceps adjungit : « Et egredietur Dominus, et comparabitur ad prælium in gentibus illis, quemadmodum dies prælii ejus in die belli [89]. » At vero in quibus tandem gentibus Dominus præliabitur, si non in his quæ Jerusalem obsidebunt? indicat vero ipsum oraculum, quemadmodum ipse Dominus auxilium feret obsidentibus, eritque interim in illis, et cum illis ad prælium comparabitur, quasi quidam imperator, propugnatorque illorum et adversus Jerusalem militabit. Non enim dicit oratio, Dominum contra gentes præliaturum. Quibus ergo et contra quos? Nempe contra Jerusalem, et contra ejus habitatores, de quibus sermo erat. Illud autem : « Et stabunt pedes ejus in die illa super monte Olivarum, qui est contra Jerusalem ad Orientem [90], » quidnam aliud significet, quam Domini Dei, ipsius, inquam, Dei Verbi, in sua Ecclesia stationem et confirmationem? quam in præsenti monte Olivarum per figuram, quæ permutatio dicitur, nominat? Ut enim vinea exstitit dilecto, et fuit vinea Domini Sabaoth figurate domus Israel, et vitis Judæa novella dilecta, sic eadem ratione dixeris, quod etiam olivetum facta sit Domino, collecta de gentibus Ecclesia ipsius, quæ sane Ecclesia cum antea esset oliva quædam agrestis, plantata fuit a Domino, qui eam post insuevit in apostolicis bonæ olivæ radicibus, post priorum ramorum excisionem, quemadmodum Apostolus do-

A τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν μὴ παραδεξάμενοι, τὸν ἐλθόντα κηρῦξαι τοῖς ὑπὸ δαιμόνων πονηρῶν αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τοῖς τὰς διανοίας τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. Ταῦτα δὲ πεπονθότων ἐκείνων διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, οἱ τὸν σφῶν Λυτρωτὴν ἐπιγνόντες, οἰκεῖοί τε αὐτοῦ γενόμενοι μαθηταὶ, καὶ ἀπόστολοι, καὶ εὐαγγελισταὶ, πλεῖστοί τε ἄλλοι τῶν ἐκ περιτομῆς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων (περὶ ὧν φησιν ὁ Ἀπόστολος· « Οὕτω καὶ νῦν λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονε· » καὶ τό· « Εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γόμορρα ἂν ὡμοιώθημεν), » τῆς νενοημένης ἡμῖν κατὰ διάνοιαν πολιορκίας ἄπειροι διεφυλάχθησαν οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς πρὸς λέξιν ἀποδοθείσης. Οἱ γοῦν ἀπόστολοι καὶ μαθηταὶ τοῦ Σωτῆρος αὐτῶν, καὶ πάντες οἱ ἐξ Ἰουδαίων εἰς B αὐτὸν πεπιστευκότες, μακρὰν τῆς Ἰουδαίας γῆς γενόμενοι, καὶ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν ἐπισπαρέντες, τὸν κατὰ τῶν οἰκούντων τὴν πόλιν ὄλεθρον διαδρᾶναι τότε ἠδυνήθησαν. Καὶ τοῦτο δὲ ἡ προφητεία προλαβοῦσα ἐθέσπισε δι' ὧν ἔφησεν· « Οἱ δὲ κατάλοιποι τοῦ λαοῦ μου οὐ μὴ ἐξολοθρευθῶσιν· » οἷς ἐξῆς ἐπιλέγει· « Καὶ ἐξελεύσεται Κύριος, καὶ παρατάξεται ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις, καθὼς ἡμέρα παρατάξεως αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ πολέμου. » Ἐν ποίοις δὲ ἔθνεσι Κύριος παρατάξεται ἢ ἐν τοῖς τὴν Ἱερουσαλὴμ πολιορκήσουσι; Δηλοῖ δὲ ὁ λόγος αὐτὸν τὸν Κύριον συμμαχήσειν τοῖς πολιορκοῦσιν, ἐν αὐτοῖς ὄντα, καὶ σὺν αὐτοῖς παρατεταγμένον, ὥσπερ τινὰ στρατηγὸν καὶ ὑπέρμαχον αὐτῶν κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ στρατευομένων. Οὐ γάρ φησιν ὁ λόγος τὸν Κύριον κατὰ τῶν ἐθνῶν παρα- C τάξεσθαι. Τίσι δὲ κατὰ τίνων; κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ καὶ τῶν οἰκητόρων αὐτῆς, περὶ ὧν ἦν ὁ λόγος. Τὸ δὲ, « Καὶ στήσονται οἱ πόδες αὐτοῦ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπὶ τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν, τὸ κατέναντι Ἱερουσαλὴμ, ἐξ ἀνατολῶν, » τί ἕτερον δηλοῖ ἢ Κυρίου τοῦ Θεοῦ, αὐτοῦ δὴ τοῦ Θεοῦ Λόγου, τὴν ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ στάσιν τε καὶ βεβαίωσιν, ἣν ὄρος Ἐλαιῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος κατὰ τρόπον ἀλληγορίας ὀνομάζει; Ὡς γὰρ ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ, καὶ ἦν ἀμπελὼν Κυρίου Σαβαὼθ ἀλληγορικῶς ὁ οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἄμπελος τοῦ Ἰούδα νεόφυτος ἠγαπημένη· οὕτω δὴ κατὰ τὴν αὐτὴν θεωρίαν εἰποις ἄν, ὅτι δὴ καὶ ἐλαιὼν ἐγενήθη τῷ δεσπότῃ ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία αὐτοῦ, ἣν πάλαι ἀγριέλαιον οὖσαν κατ- D εφύτευσεν, ἐγκεντρίσας ἐπὶ τὰς ἀποστολικὰς τῆς καλλιελαίου ῥίζας μετὰ τὴν τῶν προτέρων κλάδων ἐκτομὴν, ὡσπερεῖν ὁ Ἀπόστολος παιδεύει· « Καὶ κατεφύτευσέ γε αὐτὴν ὁ Κύριος ἑαυτῷ, » μονονουχὶ διὰ τῆς προφητείας λέγων· « Ἐλαίαν ὡραίαν, εὔσκιον ἐκάλεσε Κύριος τὸ ὄνομά σου. » Ἐπεὶ γὰρ ὁ πρῶτος ἀμπελὼν, δέον ποιῆσαι σταφυλὴν, ἐποίησεν ἀκάνθας, καὶ οὐ δικαιοσύνην, ἀλλὰ κραυγὴν, εἰκότως ὡσὰν ἄκαρπον αὐτοῦ καθελὼν ὁ Θεὸς τὸν φραγμὸν αὐτοῦ καὶ τὸν τοῖχον αὐτοῦ, παραδούς τε αὐτὸν τοῖς ἐχθροῖς ἐς διαρπαγὴν καὶ καταπάτησιν, κατὰ τὴν τοῦ Ἡσαΐου προφητείαν, ἕτερον αὐτὸν ἑαυτῷ ἀγρὸν συνεστήσατο, τὸν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐλαιῶνα ὀνομαζόμενον, ἅτε τοῦ

[86] Rom. xi, 5. [87] Rom. ix, 29, [88] Zach. xiv, 2. [89] ibid. 3. [90] ibid. 4.

Digitized by Google

ἐκ Θεοῦ ἐλέους τετυχηκότα, καὶ πρὸς τοῦ Χριστοῦ κατασφυτευθέντα ἀειθαλέσι φυτοῖς, τοῦτ' ἔστι ψυχαῖς ἁγίαις καὶ φωτὸς θρεπτικαῖς, οἷαις τε λέγει· « Ἐγὼ τε ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ. » Τοῦτο δὲ τὸ τῶν Ἐλαιῶν ὄρος κατέναντι τῆς Ἱερουσαλὴμ εἶναι λέγεται· ἐπειδήπερ ἀντὶ τῆς παλαιᾶς ἐπιγείου Ἱερουσαλὴμ, καὶ τῆς ἐν αὐτῇ θρησκείας συνέστη τῷ Θεῷ μετὰ τὴν τῆς Ἱερουσαλὴμ καθαίρεσιν. Φήσας γοῦν ἀνωτέρω ὁ λόγος περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ὡς « Ἀλώσεται ἡ πόλις, καὶ τὰ ἐχθρὰ καὶ πολέμια ἔθνη συναχθήσεται ἐπ' αὐτὴν, καὶ διαμερισθήσεται τὰ σκῦλα αὐτῆς, » εἰκότως οὐκ ἐπὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ τοὺς πόδας τοῦ Κυρίου στήσεσθαί φησι. Πῶς γὰρ καὶ οἷόν τε ἦν, ἅπαξ καθῃρημένης; Μεταβάντων δὲ ἐξ αὐτῆς ἐπὶ τὸ ἀντικρυς τῆς Ἱερουσαλὴμ ὄρος τὸ καλούμενον Ἐλαιῶν, ἐνταῦθα στήσεσθαι διδάσκει. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ προφήτης Ἰεζεκιὴλ τῷ θείῳ Πνεύματι προλαβὼν θεωρεῖ. Λέγει δὲ οὕν· « Καὶ ἐξῆρε τὰ χερουβὶμ, καὶ αἱ τροχοὶ ἐχόμενοι αὐτῶν· καὶ ἡ δόξα Θεοῦ Ἰσραὴλ ἦν ἐπ' αὐτοῖς, ὑπεράνω αὐτῶν, καὶ ἀνέβη ἡ δόξα Κυρίου ἐκ μέσου τῆς πόλεως, καὶ ἔστη ἐπὶ τοῦ ὄρους ὃ ἦν ἀπέναντι τῆς πόλεως. » Ὅπερ ἔστι καὶ ἄλλως πρὸς λέξιν ὁρᾶν πεπληρωμένον εἰσέτι καὶ σήμερον, τῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκότων ἁπάντων πανταχόθεν γῆς συντρεχόντων, οὐχ ὡς πάλαι τῆς κατὰ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἁγλαΐας ἕνεκα, οὐδ' ὥστε προσκυνῆσαι ἐν τῷ πάλαι συνεστῶτι ἐπὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἁγιάσματι, καταλύειν δὲ ἕνεκεν ἱστορίας τε ὁμοῦ τῆς κατὰ τὴν προφητείαν ἀλώσεως καὶ ἐρημίας τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ τῆς ἐπὶ τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν τὸ κατέναντι Ἱερουσαλὴμ προσκυνήσεως, ἔνθα ἡ δόξα Κυρίου μετέστη καταλείψασα τὴν προτέραν πόλιν. Ἔστησαν δὲ ἀληθῶς καὶ κατὰ τὴν πρόχειρον καὶ ῥητὴν διήγησιν οἱ πόδες τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, αὐτοῦ δὴ τοῦ Λόγου, δι' οὗ ἀνείληφεν ἀνθρωπείου σκήνους ἐπὶ τοῦ ὄρους τῶν Ἐλαιῶν, πρὸς τῷ αὐτόθι δεικνυμένῳ σπηλαίῳ, εὐξαμένου τε καὶ τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἐπὶ τῆς ἀκρωρείας τοὐτῶν Ἐλαιῶν ὄρους τὰ περὶ τῆς συντελείας μυστήρια παραδεδωκότος, ἐντεῦθέν τε τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον ποιησαμένου, ὡς ὁ Λουκᾶς ἐν ταῖς *Πράξεσι τῶν ἀποστόλων* διδάσκει, φάσκων· « Βλεπόντων αὐτῶν ἐπήρθη, καὶ νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. Καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανὸν πορευομένου αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ ἄνδρες δύο παρειστήκεισαν αὐτοῖς ἐν ἐσθῆσι λευκαῖς, οἳ καὶ εἶπον· Ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε βλέποντες εἰς τὸν οὐρανόν; Οὗτος ὁ Ἰησοῦς, ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσεται, ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν. » Οἷς ἐπιφέρει λέγων· « Τότε ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἀπὸ ὄρους τοῦ καλουμένου Ἐλαιῶνος, ὅ ἐστι κατέναντι Ἱερουσαλήμ. » Ἔστι μὲν οὖν καὶ πρὸς λέξιν κατέναντι Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐξ ἀνατολῶν αὐτῆς τὸ δηλούμενον τῶν Ἐλαιῶν ὄρος. Πλὴν ἀλλὰ κατὰ τὴν διάνοιαν ἡ ἁγία Χριστοῦ Ἐκκλησία, καὶ τὸ ὄρος ἐφ' ᾧ τεθεμελίωται, περὶ οὗ διδάσκει λέγων ὁ Σωτήρ· « Οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη, » ἀντὶ

cet [91]: Et plantavit, inquit, eam Dominus sibi ipsi, propemodum per prophetiam dicens: « Olivam speciosam umbrosam vocavit Dominus nomen tuum [92]. » Postquam enim prior vinea, cum deberet facere uvam, fecit spinas, neque justitiam, sed clamorem, merito tanquam ejus quæ infructuosa esset, sepem auferens ac parietem Deus, tradensque eam inimicis ad diripiendum et conculcandum, **288** sicut in Isaiæ prophetia dictum est, alium ipse sibi agrum constituit in præsenti, quod olivetum nominatur, quasi eum qui oleum et misericordiam a Deo sit consecutus, et a Christo plantis semper virentibus consitus, hoc est, sanctis lucisque altricibus animis, quibus liceat dicere: « Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei [93]. » Hic vero Olivarum mons contra Jerusalem esse dicitur, quoniam in locum veteris ac terrenæ Jerusalem, ac religionis quæ in illa servabatur, successit, et a Deo constitutus est, post ruinam Jerusalem. Cum supra igitur oraculum dixerit de Jerusalem, « quod civitas capietur, quodque hostiles atque inimicæ gentes convenient adversus eam, et spolia ejus dividentur, » merito non in Jerusalem pedes Domini staturos dicit; qui enim id fieri potuisset, cum ea semel sublata esset? Sed migrantibus ab ea in montem qui est contra Jerusalem, qui Olivarum vocatur, ibi staturos docet, quod etiam propheta Ezechiel, divino ante Spiritu edoctus, contemplatur; dicit enim: « Et elevaverunt cherubim alas suas, et rotæ, quæ eis adhærebant, et gloria Dei Israel erat super eis, et ascendit gloria Domini de medio civitatis, et stetit in monte, qui est contra civitatem [94]. » Quod quidem aliter quoque licet intueri completum ad verbum quando hodie quoque omnes, quicunque Christi religionem cum fide susceperint, ex omnibus terræ partibus concurrunt, non ut quondam festæ cujusdam lætitiæ gratia, quæ in Jerusalem celebretur, neque ut adorent in eo, quod olim in Jerusalem constitutum fuerat, sanctuario, sed ut diversentur cum ad sciscitandum de expugnatione et solitudine Jerusalem, quam prophetia prædixerat, tum ut in monte Olivarum, qui est contra Jerusalem, adorent, ubi gloria Domini commutata est, postquam delevit priorem civitatem. Vere autem et secundum expositam atque ad verbum acceptam enarrationem, pedes Domini et Salvatoris nostri, ipsius utique Dei Verbi, per id quod assumpsit humanum corpus, in monte Olivarum steterunt ad speluncam quæ ibi ostendi solet, et quo tempore oravit, et cum suis discipulis in ejus montis cacumine, mysteria de consummatione tradidit: ex eodem præterea monte in cœlum ascendit, quemadmodum Lucas in *Actis apostolorum* **289** docet, cum ait, illum [in monte Olivarum] apostolis suis et præsentibus et intuentibus, sublimem abiisse, nubeque ab oculis eorum sublatum fuisse, ipsosque intentis oculis, illo in cœlum ab-

[91] Rom. xi, 17. [92] Jer. xi, 16. [93] Psal. li, 10. [94] Ezech. xi, 22, 23.

Digitized by Google

eunte, mansisse. « Et ecce, inquit, duo viri astiterunt eis in vestibus albis, qui etiam dixerunt : Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum? Hic Jesus qui assumptus est a vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum [95]. » Quibus etiam adjungit verba hæc : « Tunc reversi sunt in Jerusalem a monte qui vocatur Oliveti, qui est contra Jerusalem [96]. » Est igitur, etiam si quis ad verbum Scripturam velit accipere, contra Jerusalem et ab illa ad orientem spectans, mons is, de quo dictum est, Olivarum; verumtamen si sententiam, non verba sequi volumus, sancta Christi Ecclesia, et mons in quo fundata est, de quo loquitur Salvator, dicens : « Non potest abscondi civitas supra montem posita [97], » pro ea quæ cecidit, neque amplius surrexit Jerusalem, structa atque erecta, dignaque habita in qua pedes Domini insistant, non solum est contra Jerusalem, sed etiam ab ea ad orientem vergens, quippe quæ ejus luminis, quo Deum pie colimus, radios excipiat, et multo ipsa Jerusalem anterior facta sit, ipsique justitiæ soli propinquior, de quo dictum est, « timentibus autem me, orietur sol justitiæ [98] : » quia vero dicit deinceps, quod « scindetur mons Olivarum : dimidium ejus ad orientem et mare : profunditas magna vehementer, et inclinabit dimidium ejus ad boream, et dimidium ejus ad austrum; » potest hoc quidem Ecclesiæ per totum orbem, qui ab hominibus incolitur, dilatationem significare : quæ partes ad orientem solem spectantes, ipsasque auroræ Orientisque gentes ac nationes complevit. Porrigitur vero etiam usque ad mare, quod est ad occidentem, et ad insulas quæ in ipso sunt. Porro ad austrum quoque ac meridiem pervenit, item ad aquilonem et septentrionem : ad omnes enim partes et ubique gentium, quod figurate significatur Domini olivetum, quæ est ejus Ecclesia, plantatum est. Potest etiam alio sensu, quæ antehac factæ sint, quæque etiam nunc fiunt in Ecclesia Christi, scissiones et sectas, moralesque in vita, ubi scissa divisaque est, lapsus significare; dicit enim montem esse dilapsurum, dimidium ejus ad orientem, et dimidium ejus ad mare : profunditatem magnam vehementer, et inclinabit dimidium montis ad aquilonem, et dimidium ejus **290** ad austrum; ut sic in quatuor partes scindi videatur, duas quidem graviores ac præstantiores, duas autem contrarias : et sane vide ne forte in his verbis, illud quod dicitur ad orientem et austrum, duos ordines significet, eorum qui successu ac profectu in divino cultu instincti sunt, unum quidem eorum qui in cognitione ac verbo, et reliquis divini Spiritus donis proficiunt, alterum eorum qui in moribus quidem et vita probe rectequedegunt, sed tamen in suis seligendis rationibus detinentur. Reliquæ vero duæ partes, quæ a prioribus divisæ sunt, ad mare et aquilonem, am-

A τῆς πεσούσης καὶ μὴ ἐγερθείσης Ἱερουσαλὴμ ἀνεγερθεῖσα, καὶ τῶν ποδῶν τοῦ Κυρίου καταξιωθεῖσα, οὐ μόνον κατέναντί ἐστιν Ἱερουσαλὴμ, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀνατολῶν αὐτῆς, προσλαβοῦσα τὰς αὐγὰς τοῦ τῆς θεοσεβείας φωτὸς, καὶ πολὺ προτέρα τῆς Ἱερουσαλὴμ γενομένη, αὐτῷ τε πλησιάσασα τῷ τῆς δικαιοσύνης ἡλίῳ, περὶ οὗ λέλεκται · « Τοῖς δὲ φοβουμένοις με ἀνατελεῖ ἥλιος δικαιοσύνης. » Ὃ δὲ λέγει τὸ ἑξῆς, ὅτι « Σχισθήσεται τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν, τὸ ἥμισυ αὐτοῦ πρὸς ἀνατολὰς καὶ θάλασσαν, χάος μεγὰ σφόδρα, καὶ κλινεῖ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ πρὸς τὸν βορρᾶν, καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ πρὸς νότον, » δύναται μὲν τὴν καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης ἐξάπλωσιν τῆς Ἐκκλησίας σημαίνειν, ἐπὶ καὶ ἀνατολὰς ἡλίου, αὐτά τε τὰ ἑῷα καὶ ἀνατολικὰ ἔθνη πεπληρωμένην· διατείνει δὲ
B καὶ ἐπὶ τὴν δυτικὴν θάλασσαν, τάς τε ἐν αὐτῇ νήσους. Οὐ μὴν ἀλλ' ἔφθακε κατά τε νότον καὶ μεσημβρίαν, κατά τε βορρᾶν, καὶ ἄρκτον· πάντῃ γὰρ καὶ πανταχοῦ ὁ σημαινόμενος τροπικῶς τοῦ Κυρίου ἐλαιὼν ἡ Ἐκκλησία αὐτοῦ καταπεφύτευται· δύναται δὲ καὶ κατὰ διάνοιαν τὰ ἐπὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας γενόμενά τε, καὶ εἰσέτι νῦν γινόμενα σχίσματα καὶ τὰς αἱρέσεις, τάς τε ἠθικὰς κατὰ τὸν βίον ἀποπτώσεις αἰνίττεσθαι. Σχισθὲν γάρ φησι τὸ ὄρος διαστήσεσθαι, τὸ ἥμισυ αὐτοῦ πρὸς ἀνατολὰς, καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ πρὸς θάλασσαν, χάος μέγα σφόδρα, καὶ κλινεῖ τὸ ἥμισυ τοῦ ὄρους πρὸς τὸν βορρᾶν, καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ πρὸς νότον, ὡς εἰς τέσσαρα μέρη διαιρεῖσθαι, δύο μὲν τὰ σεμνότερα καὶ κρείττω, δύο
C δὲ τὰ ἐναντία. Καὶ ὅρα μήποτε διὰ τούτων τὸ μὲν πρὸς ἀνατολὰς καὶ πρὸς νότον δύο τάγματα σημαίνει τῶν τῆς κατὰ Θεὸν προκοπῆς ἐπειλημμένων· ἓν μὲν τῶν ἐν γνώσει καὶ λόγῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῦ θείου Πνεύματος χαρίσμασι τελειουμένων· θάτερον δὲ τῶν διὰ βίου κατορθούντων, ἐν ἐκλογαῖς γε μὴν διατασσόντων. Τὰ δὲ λοιπὰ δύο μέρη τῶν προτέρων διῃρημένα εἴη ἄν, τὸ κατὰ θάλασσαν καὶ πρὸς βορρᾶν, ἀμφότερα πρὸς τῇ κακίᾳ σημαινόμενα. « Ἀπὸ προσώπου γὰρ, φησὶ, βορρᾶ ἐκκαυθήσεται τὰ κακὰ ἐπὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν· » ὅ τε δράκων ἐπὶ τῆς θαλάσσης ποιεῖσθαι τὰς διατριβὰς λέγεται. Ὥστε εἰκότως κάνταῦθα τῶν ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἀποπιπτόντων δύο πάλιν δηλοῦσθαι τρόπους, τόν τε κατὰ τὴν γνῶσιν καὶ τὸν κατὰ τὸ ἦθος ἁμαρτάνοντα,
D ὡς εἶναι ταύτας τοῦ δηλουμένου Ἐλαιῶνος ὄρους, τὰς ὑπὸ τῆς προφητείας αἰνιττομένας διαστάσεις. Τούτοις ἑξῆς ἐπιλέγεται· « Καὶ ἐμφραχθήσεται ἡ κοιλὰς τῶν ὀρέων μου, καὶ ἐγκολληθήσεται φάραγξ ὀρέων ἕως Ἀσαήλ. Καὶ ἐμφραχθήσεται, ὃν τρόπον ἐνεφράγη ἀπὸ προσώπου τοῦ σεισμοῦ ἐν ἡμέραις Ὀζίου βασιλέως Ἰούδα. » Κοιλὰς δὲ ἐν τούτοις τῶν ὀρέων τοῦ Θεοῦ τίς ἂν εἴη ἢ ἡ κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ πάλαι πρότερον συντελουμένη σωματικὴ καὶ Ἰουδαϊκὴ θρησκεία; ἣν ἀποκλεισθήσεσθαι ὥσπερ ἀποφραχθεῖσαν ὁ παρὼν λόγος θεσπίζει φάσκων· « Καὶ ἐμφραχθήσεται ἡ κοιλὰς τῶν ὀρέων μου, καὶ ἐγκολληθήσεται φάραγξ ὀρέων ἕως Ἀσαήλ, καὶ

[95] Act. I, 11. [96] Ibid. 12. [97] Matth. V, 14. [98] Malach. IV, 2.

Digitized by Google

ἐμφραχθήσεται. » Ἀνθ' ὧν ὁ Σύμμαχος πεποίηκε· « Καὶ ἐμφραχθήσεται ἡ φάραγξ τῶν ὀρέων μου, » καὶ ὅτι « ἐγγιεῖ » ἡ φάραγξ τῶν ὀρέων πρὸς τὸ παρακείμενον, « καὶ ἐμφραχθήσεται· » δι' ὧν παρίστησι τὸ αἴτιον τῆς ἐμφραχθείσης φάραγγος. Τί δὲ ἦν τοῦτο ἀλλ' ἢ τὸ ἐγγίσαι αὐτὴν καὶ πλησιάσαι τῷ παρακειμένῳ αὐτῇ; τοῦτο δὲ ἦν τὸ τοῦ Κυρίου ὄρος τὸ τῶν Ἐλαιῶν πρωνομασμένον, ὅπερ Ἀσαὴλ ὠνόμασται παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα. Δηλοῖ δὲ τοῦτο κατὰ τὴν Ἑβραίων φωνὴν *ποίησιν Θεοῦ*. Οὕτω δὲ, φησὶν, ἡ παλαιὰ φάραγξ πλησιάσασα τῷ ὄρει, καὶ τῇ Χριστοῦ Ἐκκλησίᾳ, τῷ τε ποιήματι Θεοῦ, ἐμφραχθήσεται καὶ ἀποκλεισθήσεται, ὃν τρόπον ἐνεφράγη ἀπὸ προσώπου τοῦ σεισμοῦ, ἐν ἡμέραις Ὀζίου βασιλέως Ἰούδα. Ζητῶν δὲ παρ' ἐμαυτῷ, καὶ τὰς θείας περιῶν Γραφὰς, εἴ ποτε ἐν ταῖς ἡμέραις Ὀζίου ἡ ἐνταῦθα δηλουμένη φάραγξ ἐνεφράγη ἀπὸ προσώπου τοῦ σεισμοῦ, ἐν μὲν ταῖς τῶν *Βασιλειῶν* ἱστορίαις οὐδὲν ηὗρισκον, οὐδὲ σωματικῶς γε κατ' αὐτὸν σεισμὸς γεγονὼς, οὔτε τι τοιοῦτο περὶ φάραγγος ἐν αὐταῖς εἰρημένον ἀναγέγραπται. Ἱστορεῖταί γε μὴν Ὀζίας ἐν ἀρχαῖς δίκαιος γεγονέναι, εἶτα διαβέβληται ὡς ἐπαρθεὶς τῇ διανοίᾳ, καὶ δι' αὐτοῦ θῦσαι τῷ Θεῷ τολμήσας. Διὸ καὶ λέπραν αὐτῷ κατὰ τοῦ προσώπου ἀνθῆσαι. Τοῦτο μὲν οὖν ἡ βίβλος τῶν *Βασιλειῶν* παρίστησιν. Ὁ δέ γε Ἰώσηπος καὶ τὰς ἔξωθεν Ἰουδαϊκὰς ἐξετασεις ἀπηκριβωκὼς, ἅτε Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων τυγχάνων, ἐπάκουσον οἷα γενέσθαι κατὰ τοὺς αὐτοῦ δηλοῖ χρόνους, λέγων, ὡς ἄρα « Κατεπειγόντων τὸν Ὀζίαν τῶν ἱερέων ἐξιέναι τοῦ ἱεροῦ, καὶ μὴ παραινεῖν εἰς τὸν Θεὸν, ὀργισθεὶς ἠπείλησεν αὐτοῖς θάνατον, εἰ μὴ τὴν ἡσυχίαν ἄξουσιν. Μεταξὺ δὲ σεισμὸς ἐκλόνησε τὴν γῆν· καὶ διαστάντος τοῦ ναοῦ, φέγγος λαμπρὸν ἐξέλαμψε, καὶ τῇ τοῦ βασιλέως ὄψει προσέπεσεν, ὡς τῷ μὲν εὐθέως λέπραν ἐπιδραμεῖν, πρὸ δὲ τῆς πόλεως πρὸς τῇ καλουμένῃ *Ἐρωγῇ* τοῦ ὄρους ἀπορραγῆναι τὸ ἥμισυ τοῦ κατὰ τὴν δύσιν, καὶ κυλισθὲν τέσσαρας σταδίους ἐπὶ τὸ ἀνατολικὸν ὄρος στῆναι, ὡς τάς τε παρόδους ἐμφραχθῆναι, καὶ τοὺς παραδείσους τοὺς βασιλικούς. » Ταῦτά μοι ἀπὸ τοῦ συγγράμματος τῆς Ἰωσήπου *Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας* κείσθω. Καὶ ἐν τῷ προφήτῃ δὲ Ἀμὼς εὗρον κατ' ἀρχὰς τῆς προφητείας αὐτοῦ, ὡς ὅτι ἤρξατο προφητεύειν ἐν ἡμέραις Ὀζίου βασιλέως Ἰούδα πρὸ δύο ἐτῶν σεισμοῦ. Ποίου δὲ σεισμοῦ, οὐκέτι σαφῶς ἐπιλέγει. Οἶμαι δὲ τὸν αὐτὸν προφήτην προϊόντα τὸν σεισμὸν ὑπογράφειν ἐν οἷς φησιν· « Εἶδον τὸν Κύριον ἐφεστῶτα ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ εἶπε· Πάταξον ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ σεισθήσεται τὰ πρόπυλα· καὶ διάκοψον εἰς κεφαλὰς πάντων, καὶ τοὺς καταλοίπους αὐτῆς ἐν ῥομφαίᾳ ἀποκτενῶ. » Δι' ὃν ἡγοῦμαι θεσπίζεσθαι τὸν σεισμὸν, καὶ τὴν καθαίρεσιν τῶν πάλαι σεμνῶν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, καὶ τῆς ἐπιτελουμένης ὑπ' αὐτῶν ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ θρησκείας, τήν τε ἀπώλειαν τὴν μετελθοῦσαν αὐτοὺς μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίαν, ὅτε, παραιτησαμένων αὐτῶν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ τὸν

(1) Antiq. Jud. IX, 11.

[a] Jer. I, 14.

A bæ erunt quæ jam ad malitiam pertinent : « A facie, inquit, aquilonis accendentur mala super omnes habitantes terram [a], » et draco in mari diversari dicitur. Quapropter merito hic quoque duo rursus genera intelliguntur eorum, qui ab Ecclesia declinant, unum eorum qui in vita et moribus peccant, alterum eorum qui a sana et recta sententia labuntur, ut jam Oliveti hujus montis, de quo sermo est, hæ duæ sint, quæ a prophetia significantur, separationes. His deinde adjungit : « Et obturabitur vallis montium meorum, et conglutinabitur convallis montium, usque ad Asael : et obturabitur quemadmodum obturata est a facie terræmotus, in diebus Oziæ regis Juda. » Ac enim in his verbis, quæ tandem esse potest vallis montium B Dei, nisi quæ olim antea celebrabatur ex lege Moysis in Hierusalem, corporalis et Judaica adoratio? quam quidem occlusum iri, quasi obturatione quadam, præsens oraculum canit, dicens : « Et obturabitur vallis montium meorum, et conglutinabitur convallis montium, usque ad Asael, et obturabitur. » Pro quibus verbis Symmachus reddidit hæc : « Et obturabitur vallis montium meorum, » et præterea « appropinquabit » convallis montium, ad id quod appositum est « et obturabitur, » ubi sane causam indicat, cur obturata sit convallis. Quæ porro hæc alia, quam eam appropinquare et vicinam fieri ei, quod ipsi appositum est? Hic autem est mons Domini, qui Olivarum antea est appellatus, quique *Asael* dictus ab ipsis Septuaginta. C Significat vero apud Hebræos ea vox *opus Dei*. Sic vero, inquit, vetus convallis monti appropinquans et Christi Ecclesiæ, atque operi Dei, obturabitur et occludetur, quemadmodum obturata est a facie terræmotus in diebus Oziæ regis Juda. **291** Cum vero diu apud meipsum quæsierim, et divinas Scripturas percurrerim, ut invenirem si quando ea convallis, de qua hic sermo est, in diebus Oziæ obturata sit a facie terræmotus, in *Regnorum* historiis nihil sane inveni : nam neque terræmotum illis temporibus ullum ex iis qui terris et regionibus solent accidere, neque aliud quippiam tale de convalle aliqua factum esse, in illis scriptum est : narratur autem quemadmodum Ozias initio justus fuerit, deinde animo sublatus, per seipsum Deo sacrificare ausus D sit : quare de illius facie lepram efflоruisse, hoc quidem in *Regnorum* libris continetur. At Josephus, præterea quæ in sacris libris scripta sunt, etiam ea quæ intrinsecus, quasi secundo loco, apud Judæos habentur, summa diligentia persecutus, utpote qui Hebræus ab Hebræis exsisteret, quæ illius regis temporibus evenisse commemoret, jam audire potes. Narrat enim (1) quemadmodum « urgentibus Oziam sacerdotibus, ut de templo exiret, neque adversus Deum peccaret, ille iratus sit, illisque mortem minatus, nisi quiescerent : interea vero motus quidam terram concusserit, discissoque

Digitized by Google

templo, splendor ingens illuxerit, qui etiam regis faciem invaserit, et sic evestigio illum in lepram incidisse. Ante urbem vero ad locum qui dicitur *Eroge*, abscissam esse de monte dimidiam partem, quæ ad occidentem versa erat : convolutamque per quatuor stadia, ad montem stetisse, qui orientem spectabat, itaque et aditus et hortos regios obturasse. » Hæc sane ego in libris *Judaicæ Antiquitatis* posita, apud Josephum deprehendi. Apud prophetam vero Amos, initio illius prophetiæ inveni, quemadmodum ipse vaticinari cœperit in diebus Oziæ regis Juda, duobus ante terræmotum annis : quem vero terræmotum intelligat, nusquam perspicue subjungit. Sed arbitror eumdem prophetam longius progressum, hunc terræmotum describere, ubi ait : « Vidi Dominum stantem super altare, et dixit : Percute super altare, et commovebuntur vestibula, et cæde in capita omnium, et qui reliqui fuerint ex ea, in gladio interficiam [1-2]. » Quibus illum verbis censeo canere terræmotum, rerumque Judaicæ gentis et gloriæ, necnon ritus, qui ab illis in Jerusalem celebrabatur, eversionem, præterea interitum, qui illos post Salvatoris nostri adventum invaserit, quo videlicet tempore, recusantibus illis Christum Dei, **292** eum qui verus est sacerdos, lepra animis illorum oborta est, sicut etiam Oziæ temporibus, quando vi quadam invisibili Dominus altare insistens illorum, potestatem fecit percutienti, dicens : « Percute altare. » Certe sua ipsius potestate hoc ipsum declaravit, dicens : « Relinquitur vobis domus vestra deserta [3]. » Protinus namque dum ille pateretur, velum templi scissum est, a summo usque ad imum, quemadmodum Josephus narrat contigisse Oziæ regis temporibus : tum primum quidem commota sunt vestibula, cum terra mota est passionis illius tempore. Deinde haud multo post, extremum quoque pertulit casum, acceptaque potestate percutiens cecidit in capita omnium : hoc igitur tempore vallis montium Dei obturata est, quemadmodum Oziæ temporibus evenit. Quod si dictum quidem ac verba sequimur, factum sane id fuerit in ipsa obsidione Romanorum, secundum quam puto quædam talia accidisse ; si vero sententiam, quo tempore corporalis illa et humum spectans Mosaicæ legis adoratio exclusa est, ut non amplius celebretur, propter terræmotum ex illo prophetice prædictum, qui Judaicam gentem invasit, ac propter cætera quæ palam memoriæ prodita sunt. Post hæc ad Domini adventum revertens oraculum, in ipsum planius denuntiat, dicens : « Et adveniet Dominus Deus meus, et omnes sancti cum eo, » ubi dum sanctos nominat, vel apostolos ejus intelligit ac discipulos, vel potestates quasdam invisibiles et spiritus administros, de quibus dictum est : « Et accesserunt angeli ac ministrabant ei. [4] » Deinde : « In adventu Domini, inquit, erit dies et non erit lux, sed frigus et glacies

A ἀληθῆ ἀρχιερέα, λέπρα κατὰ τῶν ψυχῶν ἐξήνθησεν, ὥσπερ οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ Ὀζίου, ὅτε καὶ ἀοράτῳ δυνάμει αὐτὸς ὁ Κύριος ἐπιστὰς τῷ θυσιαστηρίῳ αὐτῶν, τὴν ἐξουσίαν ἔδωκε τῷ πατάσσοντι, φήσας· « Πάταξον τὸ θυσιαστήριον. » Δυνάμει γοῦν τοῦτο ἐδήλου, λέγων· « Ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. » Αὐτίκα γοῦν ἐπὶ τῷ πάθει αὐτοῦ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω, ὥσπερ οὖν ὁ Ἰώσηπος ἱστορεῖ γεγονέναι κατὰ τοὺς Ὀζίου χρόνους. Εἶτα πρότερον μὲν ἐσείσθη τὰ πρόπυλα, ὅτε ἡ γῆ ἐσείσθη κατὰ τὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ καιρόν· μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ τὴν ἐσχάτην ὑπέμεινε πτῶσιν. Λαβών τε τὴν ἐξουσίαν ὁ πατάσσων, διέκοψεν εἰς κεφαλὰς ἁπάντων. Κατὰ τοῦτο δὴ οὖν τοῦ καιροῦ καὶ ἡ κοιλὰς τῶν τοῦ Θεοῦ ὀρέων ἐνεφράγη, ὥσπερ οὖν γέ-
B γονεν ἐπὶ Ὀζίου· πρὸς μὲν ῥητὸν καὶ λέξιν, κατὰ τὴν Ῥωμαίων πολιορκίαν, καθ' ἣν οἶμαι συμβῆναί τινα τοιαῦτα· πρὸς δὲ διάνοιαν, ὅτε ἡ σωματικὴ καὶ ταπεινοτέρα τοῦ Μωϋσέως νόμου λατρεία ἀπεκλείσθη, εἰς τὸ μηκέτι ἐνεργεῖσθαι, διὰ τὸν σεισμὸν τὸν ἐπελθόντα προφητικῶς ἐξ ἐκείνου τῷ Ἰουδαίων ἔθνει, καὶ διὰ τὰ λοιπὰ, τὰ ἀναγεγραμμένα. Μετὰ ταῦτα ἐπαναλαβὼν ὁ λόγος τὴν τοῦ Κυρίου παρουσίαν σαφέστερον ἀνακηρύττει, λέγων· « Καὶ παρέσται Κύριος ὁ Θεός μου, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι μετ' αὐτοῦ. » Εἴτε τοὺς ἀποστόλους αὐτοῦ καὶ μαθητὰς ὀνομάζων ἁγίους αὐτοῦ, εἴτε δυνάμεις τινὰς ἀοράτους καὶ πνεύματα λειτουργικὰ, περὶ ὧν εἴρηται· « Προσῆλθον ἄγγελοι, καὶ διηκόνουν αὐτῷ. » Εἶτα ἐπὶ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου, « Ἔσται, φησὶν, ἡμέρα, καὶ οὐκ
C ἔσται φῶς, καὶ ψῦχος καὶ πάγος ἔσται μίαν ἡμέραν. » Ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε, « Καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ οὐκ ἔσται φῶς, ἀλλὰ ψῦχος καὶ πάγος ἔσται μίαν ἡμέραν, ἥτις ἔγνωσται τῷ Κυρίῳ, οὐχ ἡμέρα οὐδὲ νὺξ, ἀλλ' ἔσται τὸ πρὸς ἑσπέραν φῶς. » Καὶ ὅρα εἰ μὴ διὰ τούτων λευκότατα τὴν ἡμέραν τοῦ πάθους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν δηλοῖ, ἐν ᾗ ἡμέρᾳ τὸ μὲν, « Οὐκ ἔσται φῶς, » ἐπληροῦτο, ἡνίκα ἀπὸ ἕκτης ὥρας σκότος ἐγένετο ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐννάτης· τὸ δὲ, « Ἀλλὰ ψῦχος καὶ πάγος, » ὅτε, κατὰ
D τὸν Λουκᾶν, παραλαβόντες τὸν Ἰησοῦν ἤγαγον εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἀρχιερέως· ὁ δὲ Πέτρος ἠκολούθει μακρόθεν· περιαψάντων δὲ πῦρ ἐν μέσῳ τῆς αὐλῆς,' ἐκάθητο, κατὰ τὸν Μάρκον, μετὰ τῶν λοιπῶν θερμαινόμενος. Ὁ δὲ Ἰωάννης ἄντικρυς καὶ τοῦ ψύχους ἐμνημόνευσεν, εἰπών· « Εἱστήκεισαν οἱ δοῦλοι καὶ οἱ ὑπηρέται ἀνθρακιὰν πεποιηκότες, ὅτι ψῦχος ἦν, καὶ ἐθερμαίνοντο. » — « Γνωστὴ δὲ, φησὶν, ἦν αὕτη ἡ ἡμέρα τῷ Κυρίῳ, καὶ οὐκ ἦν ἡμέρα, καὶ οὐκ ἦν νύξ· » οὐχ ἡμέρα μὲν, διὰ τὸ προκεῖσθαι, « Οὐκ ἔσται φῶς· » ὃ καὶ ἐπληροῦτο, ὅτε ἀπὸ ἕκτης ὥρας σκότος ἐγένετο ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐννάτης· « Οὐδὲ νὺξ δὲ, » διὰ τὸ ἐπιλέγεσθαι, « Πρὸς ἑσπέραν ἔσται φῶς. » Ὃ καὶ αὐτὸ τέλους ἐτύγχανεν, ὅτε μετὰ τὴν ἐννάτην ὥραν αὖθις τὸ σύνηθες φῶς ἀπελάμβανεν ἡ ἡμέρα· καὶ κατὰ διάνοιαν δὲ ταῦτα ἐπληροῦτο. Καθόλου μὲν ἐπὶ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Χριστοῦ,

[1-2] Amos IX, 1. [3] Matth. XXIII, 38. [4] Matth. IV, 11.

Digitized by Google

τύλμαν, σκότους καὶ πάγου καὶ ψύχους γεγενημένου, σκοτισθείσης αὐτῶν τῆς διανοίας εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι τὸν φωτισμὸν τοῦ Εὐαγγελίου ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, ψυγείσης τε τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπης. Ἔμπαλιν δὲ πρὸς τῇ ἑσπέρᾳ τὸ φῶς τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ ἀνατέταλκεν, ὡς τοὺς πάλαι καθημένους ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου τὸ μέγα φῶς ἰδεῖν, κατὰ τὰς τοῦ Ἡσαΐου φωνάς· « Ἐν αὐτῇ δὴ οὖν τῇ τοιαύτῃ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου, ἐξελεύσεται, » φησὶν, « ὕδωρ ζῶν ἐξ Ἰερουσαλήμ. » Τοῦτο δὲ ἦν τὸ λογικὸν καὶ πότιμον, ζωτικόν τε καὶ σωτήριον τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ποτὸν, περὶ οὗ καὶ αὐτὸς ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ τὴν Σαμαρεῖτιν παιδεύων ἔλεγεν· « Εἰ ἤδεις τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι· Δός μοι πιεῖν, σὺ ἂν ἤτησας αὐτὸν, καὶ ἔδωκεν ἄν σοι ὕδωρ ζῶν. » Αὐτὸ οὖν τοῦτο τὸ σωτήριον ποτὸν ἐξ αὐτῆς τῆς Ἰερουσαλὴμ προῆλθεν· ἐνθένδε γοῦν ὥρμητο αὐτοῦ Εὐαγγέλιον, καὶ οἱ τούτου κήρυκες πᾶσαν κατέπλησαν τὴν οἰκουμένην· ὃ καὶ δηλοῦται διὰ τοῦ λέγεσθαι· « Εἰς τὴν θάλασσαν τὴν πρώτην, καὶ εἰς τὴν θάλασσαν τὴν ἐσχάτην » τὸ ζῶν ὕδωρ ἐξελεύσεσθαι. Δι' ὧν τὰ τῆς συμπάσης γῆς πέρατα δηλοῦται, τά τε πρὸς τῷ ἀνατολικῷ Ὠκεανῷ πρώτη θάλαττα ὀνομαζόμενα, καὶ τὰ κατὰ δύοντα ἥλιον διὰ τῆς θαλάττης τῆς ἐσχάτης σημαινόμενα, ἃ καὶ πεπλήρωκε τὸ ζῶν ὕδωρ τῆς σωτηρίου καὶ εὐαγγελικῆς διδασκαλίας, περὶ οὗ πάλιν ἐπαίδευε, λέγων· « Ὃς ἂν πίῃ τοῦ ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσει εἰς τὸν αἰῶνα. » Καὶ πάλιν· « Ποταμοὶ, φησὶν, ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος, ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. » Καὶ αὖθις· « Εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρὸς μὲ, καὶ πινέτω. » Μετὰ γοῦν ἀνομβρῆσαν ἐκ τῆς Ἰερουσαλὴμ ἐπὶ πᾶν γένος ἀνθρώπων σωτήριον καὶ λογικὸν νᾶμα, ὅπερ σαφέστερον ἐν ἑτέρῳ δηλοῦται διὰ τοῦ· « Ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ Λόγος Κυρίου ἐξ Ἰερουσαλὴμ, καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον τῶν ἐθνῶν· » « Ἔσται, φησὶ, Κύριος εἰς βασιλέα. » Οὐκ ἔσται δὲ ἐν Ἰερουσαλὴμ, οὐδὲ ἐπὶ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, ἀλλὰ « ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. Καὶ ἔσται Κύριος εἷς, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἕν, κυκλοῦν πᾶσαν τὴν γῆν. » Ἃ καὶ αὐτὰ συνᾴδει τοῖς ἀπὸ τῶν Ψαλμῶν παρατεθεῖσι, δι' ὧν ἐλέγετο· « Ἐβασίλευσεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ ἔθνη· » καὶ πάλιν· « Εἴπατε ἐν τοῖς ἔθνεσιν· Ὁ Κύριος ἐβασίλευσε. » Ταῦτα δὲ ὁμοῦ πάντα ἐν ταῖς τοῦ Κυρίου ἡμέραις ἔσεσθαι προφητεύεται. Ἐν ἀρχῇ γοῦν τῆς ὅλης προφητείας, « Ἰδοὺ ἡμέραι, φησὶν, ἔρχονται τοῦ Κυρίου, καὶ ἔσται τάδε. » Τίνα δὴ ταῦτα ἀλλ' ἢ ἡ πολιορκία τῆς Ἰερουσαλὴμ, καὶ ἡ τοῦ Κυρίου μετάστασις ἐπὶ τὸ τῶν Ἐλαιῶν ὄρος, καὶ τὸ, « Παρέσται Κύριος, » καὶ τὰ συμβεβηκότα περὶ τὴν ἡμέραν τοῦ πάθους αὐτοῦ; καὶ τὸ ζῶν ὕδωρ, τὸ ἐπὶ πᾶσαν ῥεῦσαν τὴν οἰκουμένην; καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις ἡ βασιλεία πάντων τῶν ἐθνῶν ἄρχουσα, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἕν, πληροῦν πᾶσαν τὴν γῆν; ἅπερ ὁποίου τέλους ἔτυχεν, ὡς ἐν ἐπιτομῇ διειλήφαμεν. Πρόδηλον δὲ καὶ πῶς ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ προσηγορίας, τὸ Χριστιανῶν

A erit uno die. » Pro quo Symmachus interpretatus est : « Et in die illa non erit lux, sed frigus et glacies erit uno die, qui cognitus est Domino, non dies neque nox, sed erit ad vesperam lux. » Et sane vides quemadmodum in his verbis planissime diem, quo Salvator noster supplicio est affectus, significet, in quo die illud quidem, « Non erit lux, » completum est, quando a sexta hora tenebræ factæ sunt in universam terram, usque ad horam nonam. Illud autem : « Sed frigus et glacies, » quo tempore, ut Lucas scribit [4], comprehendentes Jesum, duxerunt ad domum principis sacerdotum. Petrus autem sequebatur eum a longe : accenso autem igne in medio atrii, sedebat, ut ait Marcus[5], cum reliquis,

293 calefaciens se. Joannes vero plane etiam frigus commemoravit, ubi ait : « Stabant servi et ministri ad prunas, quia frigus erat, et calefaciebant se [6]. » — « Cognitus autem, inquit, est hic dies Domino, et non erit dies, neque erit nox, non quidem dies : » propterea quod dictum est ante, « Non erit lux, » quod sane etiam completum est, quando a sexta hora tenebræ factæ sunt super universam terram, usque ad horam nonam : « Neque item nox : » propterea quod additum est, « Ad vesperam erit lux, » quod etiam ipsum exitum invenit, quando post nonam horam, rursus consuetum lumen recepit dies. Præterea sententiam quoque si sequimur, hæc completa erunt in universo quidem super Judaica gente, postquam adversus Christum illud immane facinus ausa est, et tenebræ, et glacies, et frigus facta sunt, quippe cum illorum mens obtenebrata sit, adeo ut Evangelii lumen radios in corda illorum immittere nequierit, et charitas erga Deum sit refrigerata. Econtrario autem ad vesperam lumen cognitionis Christi ortum est, adeo ut ii qui olim in tenebris et umbra mortis sedebant, lumen viderint, sicut apud Isaiam prophetam scriptum est : « In ipso igitur Domini hujuscemodi die, egredietur, inquit, aqua vivens de Jerusalem. » Hæc autem est rationalis et ad bibendum suavis, et vitam suppeditans, et salutaris Christi doctrinæ potio, de qua ipse in Evangelio quod Joannes scripsit, Samaritanam illam mulierem instruens loquebatur, dicens : « Si scires quis est qui dicit tibi : Da mihi bibere, tu petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam [7]. » Ipsa igitur hæc salutaris potio de Jerusalem profluxit : inde illius profectum est Evangelium, et illius nuntii et præcones totum terrarum orbem impleverunt, quod quidem declaratur per id quod dicitur, « In mare primum, et in mare ultimum, » viventem aquam exituram, quibus verbis universæ terræ fines significantur, et ii videlicet qui ad Oceanum orientis spectant, qui primum mare nominantur, et qui ad occidentem solem, qui per ultimum mare significantur, quos utique fines, salutaris evangelicæque doctrinæ aqua vivens implevit, de qua rursus da-

[4] Cap. XXII, 54-55. [5] Cap. XIV, 66. [6] Joan. XVIII, 18. [7] Joan. IV, 10.

Digitized by Google

hat præcepta, cum dicebat : « Quicunque biberit ex aqua quam ego illi dabo, non sitiet in æternum [8]. » Et rursus : Flumina, inquit, « de ventre ejus fluent aquæ vivæ salientis in vitam æternam [9]. » Et rursus : « Si quis sitit, veniat ad me et bibat [10]. »

A ὄνομα κατέπλησε τὴν πᾶσαν οἰκουμένην· ὃ καὶ αὐτὸ παρίστησιν ὁ φάσκων λόγος· « Καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἓν, κυκλοῦν πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ ἔρημον. » Καὶ σοὶ δὲ ἐπὶ σχολῆς παρέσται ἑκάστην βασανίσαντι λέξιν ἐπὶ πλάτους θεωρῆσαι τὰ νενοημένα.

Post hanc igitur **294** de Jerusalem irrigantem influentemque super omne genus hominum, salutarem rationalemque aquam, quæ quidem planius alio quodam in loco indicatur illis verbis : « Ex Sion enim exibit lex, et Verbum Domini de Jerusalem, et judicabit inter gentes [11]. » — « Erit, inquit, Dominus in regem. » Non erit autem in Jerusalem, neque super gente Judæorum, sed « in omnem terram in die illa. Et erit Dominus unus, et nomen ejus unum, ambiens omnem terram. » Quæ ipsa quoque concordant cum illis quæ a *Psalmis* accepta sunt, et hic apposita, ubi dicebatur : « Regnavit Dominus super gentes [12]. » Et rursus : « Dicite in gentibus, Dominus regnavit [13]. » Hæc autem uno tempore omnia in diebus Domini futura esse prophetia significat. Nam totius prophetiæ initio : « Ecce dies, inquit, veniunt Domini, et erunt hæc. » Quæ porro hæc alia, nisi obsidio Jerusalem? et ipsius Domini translatio super montem Olivarum? juxta illud, « Adveniet Dominus, » et quæ acciderunt eo die quo ipse passus est? et aqua vivens, quæ in totum terrarum orbem effluxit? et denique regnum Domini omnium gentium obtinens principatum, nomenque ejus unum, complens universam terram? quæ omnia, quem quidem exitum sortita sint, jam ut in compendio exposuimus. Constat vero etiam illud, quemadmodum ab appellatione Christi Dei derivatum Christianorum nomen, totum terrarum orbem impleverit, quod ipsum sane, oraculum quoque declarat, cum dicit : « Et nomen ejus unum, ambiens omnem terram et solitudinem. » Tibi vero per otium licebit, cum singula verba exploraveris, latius quæ intellexeris contemplari.

CAPUT XIX.

A Baruch. — Quemadmodum ipse prophetarum Deus, cum omnem viam scientiæ per eam legem, quæ a Moyse data est, iis qui ad circumcisionem pertinent, ordinasset, posterioribus in terra olim conspiciendus, atque inter homines versaturus canitur.

295 « Quis ascendit in cœlum, et accepit eam (dicit autem Sapientiam), et deduxit eam de nubibus? Quis transfretavit mare, et invenit eam, et feret eam super aurum electum? Non est qui cognoscat vitam ejus, neque qui excogitet semitam ejus. Sed qui scit universa novit eam, repperit eam prudentia sua : qui instruxit eam in sempiternum tempus, implevit eam jumentis quadrupedibus; qui emittit lumen, et vadit, vocavit illud, et obedivit ei cum tremore : et stellæ splenduerunt in custodiis suis et lætatæ sunt; vocavit eos, et dixerunt : Adsumus; splenduerunt cum lætitia ei qui fecit ipsas. Ilic est Deus noster, non reputabitur alius ad ipsum : reperit omnem viam scientiæ, et dedit eam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo. Post hæc in terra visus est, et cum hominibus versatus est [14]. » Nihil adjungere oportet divinis vocibus, quæ evidentissime propositum nostrum confirmant.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Ἀπὸ τοῦ Βαρούχ. — Ὡς αὐτὸς ὁ τῶν προφητῶν Θεὸς, πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης διὰ τῆς κατὰ Μωϋσέα νομοθεσίας ἐκ περιτομῆς διαταξάμενος, ὕστερόν ποτε ἐπὶ τῆς γῆς ὀφθήσεσθαι, καὶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφήσεσθαι προφητεύεται.

« Τίς ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἔλαβεν αὐτὴν (δηλοῖ δὲ τὴν σοφίαν), καὶ κατεβίβασεν αὐτὴν ἐκ τῶν νεφελῶν; Τίς διέβη πέραν τῆς θαλάσσης, καὶ εὗρεν αὐτὴν, καὶ οἴσει αὐτὴν χρυσίου ἐκλεκτοῦ; Οὐκ ἔστιν ὁ γινώσκων τὴν ὁδὸν αὐτῆς, οὐδ' ὁ ἐνθυμούμενος τὴν τρίβον αὐτῆς· ἀλλὰ ὁ εἰδὼς τὰ πάντα γινώσκει αὐτὴν, ἐξεῦρεν αὐτὴν τῇ συνέσει ἑαυτοῦ. Ὁ κατασκευάσας αὐτὴν εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον ἐνέπλησεν αὐτὴν κτηνῶν τετραπόδων. Ὁ ἀποστέλλων τὸ φῶς, καὶ πορεύεται, ἐκάλεσεν αὐτὸ, καὶ ὑπήκουσεν αὐτῷ τρόμῳ, καὶ οἱ ἀστέρες ἔλαμψαν ἐν ταῖς φυλακαῖς αὐτῶν, καὶ ηὐφράνθησαν, ἐκάλεσεν αὐτοὺς, καὶ εἶπον· Πάρεσμεν· ἔλαμψαν μετὰ εὐφροσύνης τῷ ποιήσαντι αὐτούς. Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. » Οὐδὲν ἐπιλέγειν δεῖ ταῖς θείαις φωναῖς, ἐναργῶς τῷ προβλήματι παρισταμέναις.

C

CAPUT XX.

Ab Isaia. — Quemadmodum Christus in Ægyptum iturus canebatur, et quæcunque in adventu ejus futura fuerant.

Visio Ægypti.

« Ecce Dominus sedet super nube levi, et veniet in Ægyptum, et commovebuntur manufacta Ægypti a facie ejus, et cor eorum superabitur in eis, et

D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου. — Ὡς ὁ Χριστὸς εἰς Αἴγυπτον ἥξειν προεφητεύετο, καὶ ὅσα ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ γενήσεσθαι ἔμελλεν.

Ὅρασις Αἰγύπτου.

« Ἰδοὺ Κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης, καὶ ἥξει εἰς Αἴγυπτον, καὶ σεισθήσεται τὰ χειροποίητα Αἰγύπτου ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἡ καρδία αὐτῶν

[8] Joan. IV, 13. [9] Joan. VII, 38. [10] ibid. 37. [11] Isa. II, 3. [12] Psal. XLVI, 9. [13] Psal. XCV, 10. [14] Baruch III, 29-38.

Digitized by Google

ἠγηθήσεται ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐπαρθήσονται Αἰγύπτιοι ἐπὶ Αἰγυπτίους, καὶ πολεμήσει ἄνθρωπος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἄνθρωπος τὸν πλησίον αὐτοῦ. Πόλις ἐπὶ πόλιν, καὶ νόμος ἐπὶ νόμον· καὶ ταραχθήσεται τὸ πνεῦμα τῶν Αἰγυπτίων ἐν αὐτοῖς. Καὶ τὴν βουλὴν αὐτῶν διασκεδάσω. Καὶ ἐπερωτήσουσι τοὺς θεοὺς αὐτῶν, καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτῶν, καὶ τοὺς ἐκ τῆς γῆς φωνοῦντας, καὶ τοὺς ἐγγαστριμύθους, καὶ παραδώσω Αἴγυπτον εἰς χεῖρας ἀνθρώπων κυρίων, σκληρῶν, καὶ βασιλεῖς σκληροὶ κυριεύσουσιν αὐτῶν, » καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς. Καὶ νῦν τὸν δεύτερον μετὰ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν καὶ Κύριον, αὐτὸν δὴ τοῦ Θεοῦ Λόγον ἥξειν εἰς Αἴγυπτον, ἡ παροῦσα προφητεία σημαίνει, καὶ ἥξειν οὐκ ἀφανῶς, οὐδ' ἀοράτως, οὐδ' ἄνευ τινὸς σωματικῆς περιβολῆς, ἀλλ' ἐπὶ νεφέλης κούφης ὀχούμενον, μᾶλλον δὲ ἐπὶ πάχους ἐλαφροῦ. Οὕτω γὰρ ἔχειν φασὶ τὴν Ἑβραίων φωνήν. Λεγέτωσαν δῆτα Ἑβραίων παῖδες, πότε μετὰ τοὺς Ἡσαΐου χρόνους ὁ Κύριος Αἰγυπτίοις ἐπιδεδήμηκε, καὶ ποῖος Κύριος· εἷς γὰρ ὁ ἐπὶ πάντων Θεός· καὶ πῶς ἐπὶ πάχους ἐλαφροῦ οὗτος ἐποχεῖσθαι λέγεται, καὶ τροπικῶς ἐπιβαίνειν μέρει τινὶ τῆς γῆς. Ἑρμηνευέτωσαν δὲ καὶ τὸ πάχος ἐλαφρὸν, τί ποτε ἄρα ἐστὶ, καὶ διὰ τί μὴ ἄνευ τούτου λέγεται ὁ Κύριος ἐπιδημεῖν τῇ Αἰγύπτῳ· πότε δὲ καὶ ἱστορεῖται τὰ ἐν τῇ προφητείᾳ εἰρημένα τέλους τετυχηκέναι, τὸ σεισθῆναι, λέγω, τὰ εἴδωλα τὰ χειροποίητα Αἰγύπτου, καὶ τὸ Αἰγυπτίους Αἰγυπτίοις πολεμῆσαι, διὰ τὴν τοῦ Κυρίου εἰς ἀνθρώπους παρουσίαν· καὶ τοὺς θεοὺς αὐτῶν, δηλαδὴ τοὺς δαίμονας, πολλὰ τὸ παλαιὸν δυναμένους, μηκέτι ἰσχύειν, μηδὲ ἀποκρίνασθαι τοῖς ἐπερωτῶσι, διὰ τὸ τοῦ Κυρίου δέος· εἰς χεῖρας δὲ ποίων κυρίων σκληρῶν, ποίων δὲ βασιλέων μετὰ τὴν θεσπιζομένην τοῦ Κυρίου παρουσίαν παρεδόθη Αἴγυπτος· καὶ διὰ τί Κυρίου παρόντος σκληροῖς ἄρχουσι παραδίδονται· καὶ τὰ λοιπὰ δὲ τούτοις παραπλησίως ὁ βουλόμενος ἑρμηνευσάτω. Ἡμεῖς γὰρ οὐκ ἄλλως ταῦτά φαμεν συνίστασθαι ἢ διὰ μόνης τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς ἀνθρώπους ἐπιφανείας. Οὗτος γὰρ Θεοῦ Λόγος ὤν, καὶ Θεοῦ δύναμις κατὰ διάνοιαν, καὶ πρὸς λέξιν ἐπιδημήσας τῇ Αἰγυπτίων χώρᾳ διὰ νεφέλης κούφης, ἐπλήρου τὰ προηγορευμένα. Νεφέλην δὲ κούφην ἀλληγορικῶς ὀνομάζει τὴν δι' οὗ ἀνείληφε σώματος ἐκ Παρθένου καὶ ἁγίου Πνεύματος ἐπιδημίαν αὐτοῦ, ὡσπερεῖν ἡ Ἑβραίων γραφή. Καὶ ὁ Ἀκύλας σαφέστερον ἠνίξατο εἰπών· « Ἰδοὺ Κύριος ἐπιβαίνει ἐπὶ πάχος ἐλαφρὸν, καὶ ἔρχεται ἐπ' Αἴγυπτον· » πάχος ἐλαφρὸν, τὸ ἐξ ἁγίου Πνεύματος σῶμα προσαγορεύσας. Καὶ τοῦτο τοιγαροῦν τὸ τῆς προφητείας μέρος πρὸς λέξιν τέλους ἐτύγχανεν, ὅτε ἄγγελος Κυρίου ὄναρ ἐπιφανεὶς εἶπε τῷ Ἰωσήφ· « Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἴσθι ἐκεῖ ἕως ἂν εἴπω σοι. » Τότε γοῦν αὐτὸς ὁ Κύριος ὁ Θεὸς Λόγος ἐπιπαρὼν τῇ τοῦ παιδὸς ἡλικίᾳ, καὶ ἐν τῇ συστάσει αὐτοῦ ἐξ ἁγίας Παρθένου, σαρκὶ παχείᾳ μὲν οὔσῃ διὰ τὸ τῆς σωματικῆς ὕλης ἀντίτυπον· ἐλαφρᾷ δὲ πάλιν διὰ

A excitabuntur Ægyptii contra Ægyptios, et bellum geret homo contra fratrem suum, et homo contra proximum suum. Civitas adversus civitatem, et lex adversus legem, et conturbabitur spiritus Ægyptiorum in eis, et consilium eorum dissipabo, et interrogabunt deos suos, et simulacra sua, et eos qui de terra vocem emittunt, et pythones, et tradam Ægyptum in manus hominum dominorum, asperorum, et reges asperi dominabuntur eis [15], » **296** et quæ sequuntur. Etiam nunc Deum et Dominum, ipsum utique Dei Verbum, iturum in Ægyptum præsens prophetia significat, et iturum non obscure neque invisibiliter, neque sine corporali aliquo indumento, sed levi nube vectum, ac potius super crassitudine levi. Sic enim habere aiunt Hebraicam B vocem. Dicant ergo Hebræi quando post Isaiæ tempora Dominus apud Ægyptios sit versatus et quis Dominus, unus est enim supremus Deus, et quonam pacto super crassitudine levi hic invectus esse dicatur, et particularem aliquem locum terræ ascendisse. Interpretentur præterea crassitudinem levem, quid tandem ea sit ; et quamobrem non sine hac, dicatur Dominus versari in Ægypto. Et quando memoriæ proditum sit, ea, quæ in hac prophetia continentur, finem contigisse : commota esse, inquam, simulacra manufacta Ægypti, et Ægyptios cum Ægyptiis pugnasse, propter Domini ad homines adventum, et deos illorum, dæmones videlicet, qui multum prius valebant, nihil amplius posse, neque respondere sciscitantibus, propter C Domini timorem, et in quorum dominorum manus, qui asperi exstiterint, quorumve regum, post eum qui hic canitur Domini adventum, tradita sit Ægyptus. Et quamobrem, Domino præsente, principibus asperis tradantur : et reliqua eadem ratione cum iis quæ dicta sunt, qui velit, interpretetur. Nos enim non alias hæc dicimus exstitisse, quam sub unum duntaxat Salvatoris nostri Jesu Christi ad homines adventum. Hic enim cum Dei Verbum sit, et Dei virtus, tam si ad sensum quam si ad verbum accipias, versatus in regione Ægyptiorum per nubem levem, complevit ea quæ prædicta fuerant. Nubem vero levem figurate nominat commorationem ejus inter homines, qua per corpus quod D de Virgine et Spiritu sancto assumpsit, usus est, nimirum quemadmodum Hebræorum habet scriptura, et Aquila planius significavit, cum dixit : « Ecce Dominus ascendit super crassitudinem levem, et venit in Ægyptum : » crassitudinem levem, corpus de Spiritu sancto conceptum appellans. Igitur etiam ipsa hæc prophetiæ particula ad verbum exitum sortita est, quo tempore angelus Domini in somnis visus ipsi Joseph dixit : « Surgens accipe puerum, et matrem ejus, et fuge in Ægyptum, et esto ibi , donec dicam tibi [16]. » **297** Tunc igitur ipse Dominus Deus Verbum, puerilem ætatem ingressus, et suo corpori, quod ex sancta Virgine

[15] Isa. XIX, 1-4. [16] Matth. II, 13.

Digitized by Google

acceperat, conjunctus (quod sane corpus, crassum quidem erat ob corporeæ materiæ duriorem naturam; at rursus leve, eo quod præstantius esset quam ea quæ ad nos pertinent, ex quo etiam levis nubes nominatur, propterea quod non ex voluptaria corruptione, sed de Spiritu sancto constabat), in terra Ægyptiorum diversatur. Causa autem cur illuc accesserit, rationem hanc habet. Quoniam enim in Ægypto initium accepisse ea quæ ad errorem colendi simulacra pertinent, memorantur, et videbantur omnium hominum superstitiosissimi esse Ægyptii, inimicique atque hostes populi Dei, longissimeque a prophetis abesse, merito primum apud illos Dei virtus commorata est: quapropter plus apud Ægyptios, quam apud omnes alios homines, evangelicæ illius doctrinæ verbum invaluit: ex quo ipsum Dominum ad illos accessurum, et cum illis moraturum præsens prophetia divinat. At non Ægyptios in terram Judæorum venturos, neque Hierosolyma, ut ibi illum adorent, neque vero ibidem inter Judæos ex iis quæ a Mose instituta sunt peregrinaturos, neque sacrificaturos in eo, quod est in Jerusalem, altari: sed horum quidem nihil prorsus ait futurum, at ipsum Dominum aditurum Ægyptios, et suo adventu homines dignaturum, magnorumque bonorum ipsis auctorem futurum. Directuram siquidem perfecturamque illius inter illos commorationem, ea quæ jam re ipsa post Salvatoris nostri Jesu Christi adventum, completa cernuntur; quæ porro hæc sint, inspiciamus. Ii qui prius incolebant Ægyptum, vitiosi pravique dæmones, per multa sæcula in simulacris latitantes, animasque Ægyptiorum omni superstitionis errori addicentes ac subjicientes, cum sensissent novam quamdam divinamque virtutem ad se accessisse, illico commoti sunt, et fluctuationem ac perturbationem in seipsis pertulerunt, corque ipsorum et vis intelligendi intrinsecus in ipsis convicta sunt, cesseruntque ac fugata sunt ab ea virtute, quæ visum effugiens illos compellebat, et ignis instar ineffabili quadam ratione adurebat. Et tunc quidem invisibiliter dæmones talia passi sunt, cum Salvator noster Jesus Christus in Ægyptum cum visibili corpore pervenit. **298** At vero postquam plane jam ipsius Evangelium ad Ægyptios, sicut ad reliquas gentes perlatum est, et invisibilis ejus virtus, una cum ejus apostolis adfuit, quæ latenter illos adjuvaret, et una cum illis rem negotiumque gereret, ac per eos religiosam piamque ipsius doctrinam denuntiaret, unumque solum ac verum Deum colere adhortaretur, et eos a dæmonibus averteret, qui prius decepti fuerant: hic jam tum Ægyptiis sicut etiam reliquis gentibus seditio bellumque intestinum exortum est, cum alii quidem ab errore colendi plures deos recederent, et ad Christi Dei Verbum concurrerent, alii vero e contrario hos ipsos oppugnarent, atque ad hujusmodi facinus a domesticis dæmonibus furore quodam concitarentur, adeo ut fratres a fratribus disjun-

A τὸ κρεῖττονα ἢ καθ' ἡμᾶς εἶναι. Καὶ νεφέλη **κούφη** ὀνομαζομένη, διὰ τὸ μὴ ἐξ ἡδυπαθοῦς φθορᾶς, ἀλλὰ ἐξ ἁγίου Πνεύματος συστῆναι, τῇ τῶν Αἰγυπτίων ἐπιδημεῖ χώρᾳ. Ἡ δ' αἰτία τῆς ἐκεῖσε ἐπιδημίας αὐτοῦ τοῦτον ἔχει τὸν λόγον. Ἐπεὶ γὰρ ἐν αὐτῇ πρώτῃ κατάρξαι τὰ τῆς εἰδωλολάτρου πλάνης μνημονεύεται, ἐδόκουν τε πάντων ἀνθρώπων μάλιστα δεισιδαιμονέστατοι τυγχάνειν, ἐχθροί τε εἶναι καὶ πολέμιοι τοῦ λαοῦ τοῦ Θεοῦ, τῶν προφητῶν κατὰ πλεῖστον ὅσον ἀφεστῶτες· εἰκότως αὐτοῖς πρώτοις ἡ τοῦ Θεοῦ ἐφίστη δύναμις· διὸ καὶ πάντων ἀνθρώπων μᾶλλον παρ' Αἰγυπτίοις ἴσχυσεν ὁ τῆς εὐαγγελικῆς αὐτοῦ διδασκαλίας λόγος. Ὅθεν ἡ παροῦσα προφητεία αὐτὸν αὐτοῖς ἐπιδημήσειν τὸν Κύριον θεσπίζει, ἀλλ' οὐχὶ τοὺς Αἰγυπτίους ἥξειν εἰς τὴν Ἰουδαίων
B χώραν, οὐδέ γε εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα προσκυνήσειν αὐτῷ, οὐδ' ἐνταῦθα, κατὰ τὰ παρὰ Μωϋσεῖ προστεταγμένα, προσηλυτεύσειν Ἰουδαίοις, οὐδὲ θύσειν θυσίας ἐν τῷ πρὸς τῇ Ἱερουσαλὴμ θυσιαστηρίῳ· ἀλλὰ τούτων μὲν ἔσεσθαί φησιν οὐδέν, τὸν δὲ Κύριον αὐτὸν ἐπιδημήσειν τοῖς Αἰγυπτίοις, καὶ τῆς αὐτοῦ παρουσίας καταξιώσειν τοὺς ἄνδρας, μεγάλων τε ἀγαθῶν καταστήσεσθαι αἴτιον αὐτοῖς. Κατορθώσειν γοῦν αὐτοῦ τὴν ἐπιδημίαν ταῦτα, ἅπερ καὶ αὐτοῖς ἔργοις μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ ἐπιφάνειαν συνίσταται πεπληρωμένα. Τίνα δὲ ἦν, θεασώμεθα. Οἱ πρὶν τὴν Αἴγυπτον οἰκοῦντες φαῦλοι καὶ μοχθηροὶ δαίμονες, ἐξ αἰῶνος μακροῦ τοῖς ξοάνοις ἐμφωλεύοντες, καὶ τὰς τῶν Αἰγυπτίων
C ψυχὰς πάσῃ δεισιδαιμονίας πλάνῃ καταδουλούμενοι, συναισθόμενοι ξένης τινὸς καὶ ἐνθέου δυνάμεως ἐπιδημούσης αὐτοῖς, αὐτίκα συνεκινοῦντο σάλον, καὶ κλόνον ἐν ἑαυτοῖς πάσχοντες, ἥ τε καρδία αὐτῶν καὶ διανοητικὴ δύναμις ἠττᾶτο ἔνδον ἐν ἑαυτοῖς, ὑποχωροῦσα καὶ νικωμένη ὑπὸ τῆς ἀοράτως συνελαυνούσης, καὶ πυρὸς δίκην ἀῤῥήτῳ λόγῳ φλεγούσης αὐτοὺς δυνάμεως. Ἀλλὰ τότε μὲν ἀοράτως οἱ δαίμονες ταῦτα ἔπασχον ἐπὶ τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τὴν Αἴγυπτον ἐνσάρκῳ ἐπιδημίᾳ. Ἐπειδὴ δὲ μετὰ ταῦτα γυμνῶς ἤδη λοιπὸν τὸ περὶ αὐτοῦ Εὐαγγέλιον τοῖς Αἰγυπτίοις, ὡσπεροῦν καὶ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν, ἐκηρύττετο, ἥ τε ἀόρατος αὐτοῦ δύναμις σὺν τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῦ παρῆν ἀφανῶς συμπράττουσα αὐτοῖς, καὶ συνεργοῦσα, καὶ καταγγέλ-
D λουσα δι' αὐτῶν τὴν εὐσεβῆ διδασκαλίαν αὐτοῦ, μόνον τὸν ἕνα, καὶ μόνον ἀληθῆ Θεὸν εὐσεβεῖν παρακελευομένη, τῶν δὲ δαιμόνων τοὺς πάλαι πεπλανημένους ἀφιστῶσα· ἐνταῦθα λοιπὸν ἤδη Αἰγυπτίοις, ὡσπεροῦν καὶ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι, στάσις καὶ πόλεμος ἐμφύλιος συνίστατο, τῶν μὲν ἀναχωρούντων τῆς πολυθέου πλάνης, καὶ τῷ Θεοῦ Χριστοῦ λόγῳ προστρεχόντων, τῶν δὲ ἐξ ἐναντίας τούτοις πολεμούντων, καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων δαιμόνων ἐξοιστρουμένων, ὡς καὶ ἀδελφοὺς ἀλλήλων διίστασθαι, καὶ τοὺς φιλτάτους διὰ ξιφῶν χωρεῖν τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ἕνεκεν. Φησὶν ὁ χρησμός· « Καὶ ἐπεγερθήσονται Αἰγύπτιοι ἐπ' Αἰγυπτίους, καὶ πολεμήσει ἄνθρωπος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἄνθρωπος τὸν πλησίον αὐτοῦ. » Πιστοῦται δὲ τὴν προφητικὴν πρόῤῥησιν καὶ

Digitized by Google

αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, φάσκων ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· « Παραδώσει ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς θάνατον, καὶ πατὴρ τέκνον, καὶ ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς, καὶ θανατώσουσιν αὐτούς. » Καὶ αὖθις· « Μὴ νομίσητε, ὅτι ἦλθον εἰρήνην δοῦναι ἐν τῇ γῇ, οὐχὶ λέγω ὑμῖν, ἀλλ' ἢ διαμερισμόν· ἔσονται γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν πέντε ἐν οἴκῳ ἑνὶ διαμεμερισμένοι· τρεῖς ἐπὶ δυσὶν, καὶ δύο ἐπὶ τρισί. Διαμερισθήσονται πατὴρ ἐπὶ υἱῷ, καὶ υἱὸς ἐπὶ πατρὶ, μήτηρ ἐπὶ τὴν θυγατέρα, καὶ θυγάτηρ ἐπὶ τὴν μητέρα, πενθερὰ ἐπὶ τὴν νύμφην, καὶ νύμφη ἐπὶ τὴν πενθεράν. » Τί γὰρ ταῦτα τῆς προφητικῆς διαφέροι ἂν φωνῆς, ἐπὶ τῇ τοῦ Κυρίου εἰς Αἴγυπτον παρουσίᾳ λεγούσης, ἐπεγερθήσεσθαι Αἰγυπτίους κατ' Αἰγυπτίων, καὶ πολεμήσειν ἄνθρωπον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ; Καὶ νόμος δὲ ὁ τῆς Καινῆς Διαθήκης τοῦ Χριστοῦ ἐπὶ νόμον τὸν τῆς πολυθέου δεισιδαιμονίας ἠγείρετο, ὅτε τῶν εἰδωλολατρῶν ἐθνῶν νόμος τὴν Χριστοῦ πολεμῶν διδασκαλίαν, πόλις τε καὶ πολιτεία τῆς ἐν Χριστῷ Ἐκκλησίας τοῖς τῶν ἀπίστων ἐθνῶν πολιτεύμασιν ἐπανίστατο. Διὸ λέλεκται· « Πόλις ἐπὶ πόλιν, καὶ νόμος ἐπὶ νόμον. » Ἔστι δὲ ἐπὶ τούτοις τοὺς Αἰγυπτίους πάντας τοὺς εἰδωλολάτρας, τό τε ἐνεργοῦν ἐν αὐτοῖς τῆς εἰδωλολατρείας πνεῦμα, συνιδεῖν ταραττομένους εἰσέτι νῦν, καὶ πολλὰ μὲν βουλευομένους κατὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας, ὡς ἂν σβέσοιεν αὐτὴν, καὶ ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίσοιεν, διασκεδαννυμένους δὲ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, φήσαντος ἐν τῇ προφητείᾳ· « Καὶ ταραχθήσεται τὸ πνεῦμα τῶν Αἰγυπτίων ἐν αὐτοῖς, καὶ τὴν βουλὴν αὐτῶν διασκεδάσω. » Μυρία δὲ ὅσα πυνθανόμενοι καὶ ἐπερωτῶντες καθ' ἡμῶν ἔν τε χρησμοῖς καὶ μαντείαις τοὺς θεοὺς αὐτῶν, καὶ τοὺς ἐν τοῖς ἀγάλμασιν ἐμφωλεύοντας δαίμονας, τούς τε πάλαι ἐν αὐτοῖς πολλὰ δυναμένους ἐγγαστριμύθους, οὐδέν τι πλέον ἐξ αὐτῶν ἔχουσι. Διό φησιν ὁ λόγος· « Καὶ ἐπερωτήσουσι τοὺς θεοὺς αὐτῶν, καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτῶν, καὶ τοὺς ἐγγαστριμύθους. » Ἀλλ' οὐδεμιᾶς γὰρ, φησὶ, τεύξονται βοηθείας οἱ ἐπὶ τοὺς πεπλανημένως δοκοῦντας αὐτῶν εἶναι θεοὺς καταφεύγοντες, τότε μάλιστα αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ κυρίοις σκληροῖς καὶ βασιλεῦσι παραδιδόντος, ὅτε τοῖς δαίμοσιν αὐτῶν πειθόμενοι, καὶ ὑπ' αὐτῶν ἐνεργούμενοι, τοὺς κατὰ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ διωγμοὺς ἐπεγείρουσιν. Ἔνθα μοι τὸν νοῦν ἐπιστήσεις, τίνα τρόπον μέχρι μὲν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιφανείας οἰκείοις βασιλεῦσιν ἰδίως καὶ καθ' ἑαυτὴν πᾶσα Αἴγυπτος κέχρητο, ἐν αὐτονομίᾳ τε καὶ ἐν ἐλευθερίᾳ διῆγον οἱ Αἰγύπτιοι, δυναστεία δὲ αὐτῶν ἐξ αἰῶνος μακρά τις καὶ πολλὴ βεβόητο, ἐξ ἐκείνου τε πρώτου Ῥωμαίων Αὐγούστου, καθ' ὃν ὁ Κύριος ἡμῶν ἐγεγέννητο, χειρωσαμένου τὴν Αἴγυπτον, ὑστάτης τε τῶν Πτολεμαίων Κλεοπάτρας ἀλούσης, ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων γεγόνασιν ἐξουσίαν, ὑπό τε τοὺς αὐτῶν νόμους, καὶ ἐπιτάγματα, τῆς προτέρας αὐτονομίας καὶ ἐλευθερίας ἀφῃρημένοι· ὡς καὶ ἐν τούτῳ τὸ προφητικὸν ἐπαληθεύειν λόγιον, περὶ μὲν τῶν εἰς τοὺς τόπους ἐκπεμπομένων ἐπιτρόπων τε καὶ ἡγουμένων, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ἐν μέρει

A gerentur, et doctrinæ Christi causa, etiam charissimos sibi gladiis transfigerent. Ait enim oraculum: « Et excitabuntur Ægyptii contra Ægyptios, et bellum geret homo contra fratrem suum, et homo contra proximum suum. » Confirmat autem propheticam prædictionem etiam ipse Salvator noster in Evangeliis, dicens: « Tradet frater fratrem in mortem, et pater filium, et consurgent filii adversus parentes, et interficient eos [17]. » Et rursus: « Nolite putare quod venerim pacem mittere in terram, non dico vobis, sed separationem; erunt enim ex hoc, quinque in domo una, tres divisi adversus duos, et duo adversus tres. Separabuntur, pater contra filium, et filius contra patrem, mater contra filiam, et filia contra matrem, socrus contra
B nurum, et nurus contra socrum [18]. » Hæc enim in quo tandem a voce prophetica differunt, quæ quo tempore Dominus in Ægyptum adveniet, ait surrecturos Ægyptios contra Ægyptios? et bellum gesturum hominem contra fratrem suum? Tunc vero Novi Testamenti lex, cujus Christus auctor, contra legem superstitionis, in qua plures dii colebantur, surrexit, cum videlicet gentium simulacra adorantium lex, Christi doctrinam oppugnans, et civitas ac respublica ejus Ecclesiæ quæ in Christo consistit, adversus ritus atque instituta non credentium nationum suscitata est. Ex quo illud dictum est: « Civitas adversus civitatem, et lex adversus legem. » Deinde licet plane Ægyptios et omnes simulacrorum
C cultores, eumque qui in ipsis vim suam exercet superstitionis spiritum, intueri etiam nunc perturbatos, **299** et multum quidem consultantes, et comminiscentes contra Christi doctrinam, ut eam exstinguant, atque ex hominibus deleant: dispergi autem ac dissipari a Deo, qui ait in ipsa prophetia: « Et conturbabitur spiritus Ægyptiorum in eis, et consilium eorum dissipabo. » Cumque innumerabilia sint quæ interrogent ac sciscitentur in oraculis ac divinationibus, adversum nos, quoties deos suos, et latitantes in simulacris dæmonas, et eos qui prius in ipsis multum poterant, pythonas, adeunt: nihil tamen amplius ex illis habent. Quapropter oraculum ait: « Et interrogabunt deos suos, et simulacra sua, et pythonas. » Sed enim,
D inquit, nullum plane obtinebunt auxilium, quicunque ad eos qui ipsorum dii esse videantur, quique ipsos antea deceperint, confugient, tunc utique maxime eos ipsos dominis ac regibus asperis tradente Domino, cum dæmonibus suis auscultantes, et ab illis instincti, insectationes adversus Dei Ecclesiam concitabunt. Hic mihi animum advertas diligenter velim, quonam pacto usque ad Salvatoris nostri Jesu Christi adventum, suis regibus seorsum ac per se tota Ægyptus uteretur, et in suo ipsorum jure ac libertate degerent Ægyptii, potestasque illorum ab initio quam longa et quam multa fama feratur fuisse, et quemadmodum ex

[17] Matth. x, 21. [18] Luc. xii, 51-53.

Digitized by Google

illo, cum primus Romanorum Augustus, cujus temporibus Dominus noster natus est, Ægyptum subegisset, et novissima Ptolemæorum Cleopatra capta esset, in Romanorum potestatem devenerint, et sub illorum leges atque edicta missi sint, suoque ipsorum proprio jure, suaque libertate privati, ut propheticum oraculum etiam in hoc plane veritatem suam demonstret, quod quidem de iis qui ad loca, procurandi gratia mittendi essent, deque prætoribus ac reliquis per singulas partes magistratibus, ita loquitur : « Et tradam Ægyptum in manus hominum, dominorum asperorum. » De iis vero qui totum imperium obirent, summumque jus obtinerent, id quod sequitur, pro quo Aquila ait : « Et rex corroboratus, potestatem obtinebit in eis. » Symmachus autem, « Et rex fortis jus in illos habebit. » Sic autem ipse regnum Romanorum arbitror vocatum esse, quo tanquam freno ac vinculo impediti, non solum Ægyptii omnium hominum superstitiosissimi, sed reliqui quoque universi homines, nihil possunt jam audentve contra Salvatoris nostri Ecclesiam oblatrare. **300** Post hæc, in eadem prophetia ordine sequuntur obscuriora quædam, et nodis ac difficultatibus implicita, quæ longioris atque altioris, ob figuram qua enuntiata sunt, interpretationis indigeant, quibus quidem nos per otium, cum tempus aderit, aptam expositionis lucem adhibere non gravabimur, ubi Deo favente divinarum promissionum rationem absolverimus.

A ἀρχόντων φάσκον· « Καὶ παραδώσω Αἴγυπτον εἰς χεῖρας ἀνθρώπων κυρίων σκληρῶν· » περὶ δὲ τῶν τὴν καθ' ὅλου διεπόντων ἀρχὴν τὸ ἐξῆς, ἀνθ' οὗ ὁ Ἀκύλας φησὶ, « Καὶ βασιλεὺς κεκραταιωμένος ἐξουσιάσει ἐν αὐτοῖς· » ὁ δὲ Σύμμαχος· « Καὶ βασιλεὺς ἰσχυρὸς ἐξουσιάσει αὐτῶν. » Οὕτω δὴ τὴν Ῥωμαίων ἡγοῦμαι κεκλῆσθαι βασιλείαν, ὑφ' ἧς, ὥσπερ χαλινῷ καὶ δεσμῷ, πεπεδημένους, οὐ μόνον τοὺς πάντων ἀνθρώπων δεισιδαιμονεστάτους Αἰγυπτίους, ἀλλὰ καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας ἀνθρώπους μηδὲν δύνασθαι τολμᾶν κατὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἐκκλησίας δυσφημεῖν. Μετὰ ταῦτα προφητεύεται τούτοις ἐξῆς σκοτεινότερά τινα, καὶ δι' αἰνιγμάτων μακροτέρας καὶ βαθυτέρας τῆς κατὰ τροπολογίαν δεόμενα ἑρμηνείας, ἃ δὴ ἐπὶ σχολῆς κατὰ τὸν προσήκοντα καιρὸν τῆς B προσηκούσης τεύξεται διηγήσεως, ἐπὰν σὺν Θεῷ τὸν περὶ τῶν ἐπαγγελιῶν ἀποδώσωμεν λόγον.

CAPUT XXI.

Ab eodem. — Bonorum promissio ad eam, quæ prius deserta erat, ex gentibus collectam Ecclesiam, et ad afflictas vexatasque animas manifestus Dei adventus, et salutares miraculorum prodigiorumque ostentationes.

C

« Lætare, deserta sitiens, exsultet deserta, et floreat ut lilium : et efflorebunt, et exsultabunt deserta Jordanis. Et gloria Libani data est ei, et honor Carmeli ; et populus meus videbit gloriam Domini, et altitudinem Dei. Convalescite manus remissæ, et genua dissoluta : consolamini pusillanimes intellectu, convalescite, ne timete. Ecce Deus noster judicium reddit, et reddet : ipse veniet, et salvos faciet nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum audient : tunc saliet ut cervus, claudus, et plana erit lingua mutorum. Quoniam erupit in deserto aqua, et convallis in terra sitienti : et erit quæ caret aqua in stagna, et in terram sitientem fons aquæ erit [19]. » Hoc etiam in loco palam salutaris Dei canitur adventus, qui multa bona sit allaturus ; surdis enim auditum, et cæcis visum, præterea claudis et linguam impeditam habentibus, medelam prædicitur redditurus : quæ omnia non alias exitum invenerunt, nisi postquam Salvator noster Jesus Christus advenit, a quo et cæcorum oculi aperti sunt, et surdi auditum receperunt ; quid vero dicere opus est, quam multi per illius discipulos, et soluta membra habentes, et muti et claudi, naturales sanationes recuperaverint ? **301** quamque alii innumerabiles, qui variis ægritudinum languorumque generibus vexarentur, ab illo et curatione

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. — Ἀγαθῶν ἐπαγγελία τῇ πρὶν ἐρήμῳ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίᾳ, καὶ ταῖς κεκακωμέναις ψυχαῖς ἐμφανὴς Θεοῦ παρουσία, σωτήριοί τε παραδοξοποιαί.

« Εὐφράνθητι, ἔρημος διψῶσα, ἀγαλλιάσθω ἔρημος, καὶ ἀνθείτω ὡς κρίνον· καὶ ἐξανθήσει καὶ ἀγαλλιάσεται τὰ ἔρημα τοῦ Ἰορδάνου. Καὶ ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου ἐδόθη αὐτῇ, καὶ ἡ τιμὴ τοῦ Καρμήλου, καὶ ὁ λαός μου ὄψεται τὴν δόξαν Κυρίου, καὶ τὸ ὕψος τοῦ Θεοῦ. Ἰσχύσατε, χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα παρακαλέσατε· οἱ ὀλιγόψυχοι τῇ διανοίᾳ, ἰσχύσατε, μὴ φοβεῖσθε. Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν κρίσιν ἀνταποδίδωσι, καὶ ἀνταποδώσει· αὐτὸς ἥξει, καὶ σώσει ἡμᾶς. Τότε ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ ὦτα ἀκούσονται· τότε ἁλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ χωλὸς, καὶ τρανὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων. Ὅτι ἐῤῥάγη ἐν τῇ ἐρήμῳ ὕδωρ, καὶ φάραγξ ἐν γῇ διψώσῃ· καὶ ἔσται ἡ ἄνυδρος εἰς ἕλη, καὶ εἰς τὴν D διψῶσαν γῆν πηγὴ ὕδατος ἔσται. » Κάνταῦθα διαῤῥήδην Θεοῦ ἄφιξις θεσπίζεται σωτήριος, καὶ πολλῶν ἀγαθῶν αἰτία· κωφοῖς γοῦν ἴασις, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψις, προσέτι τε χωλοῖς καὶ τὴν γλῶτταν συνδεδεμένοις θεραπεία ἔσεσθαι προφητεύεται· ἃ καὶ τέλους ἔτυχεν οὐκ ἄλλως ἢ διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίας, ὑφ' οὗ καὶ τυφλῶν ἀνεῴχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ κωφοὶ τὴν ἀκοὴν ἀπειλήφασι. Τί δεῖ λέγειν, ὅσοι καὶ διὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν παρειμένοι, καὶ κωφοὶ, καὶ χωλοὶ τὰς κατὰ φύσιν βάσεις ἀπελάμβανον; ἄλλοι τε μυρίοι ποικίλαις νόσοις καὶ μαλακίαις τετρυχωμένοι τῆς παρ' αὐτοῦ θεραπείας τε καὶ σωτηρίας ἠξιοῦντο, κατά τε τὴν ἔνθεον τῆς προφητείας

[19] Isa. xxxv, 1-7.

Digitized by Google

πρόρρησιν, καὶ κατὰ τὴν ἀψευδεστάτην τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων μαρτυρίαν. Ἔρημον δὲ ἐν τούτοις ὁ λόγος, αἰνίττεται τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν, ἣν πάλαι Θεοῦ ἔρημον οὖσαν διὰ τῶν ἐν χερσὶν εὐαγγελίζεται. Καὶ ταῦτα δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις τῇ ἐρήμῳ φησὶν ὁ λόγος, δοθήσεσθαι τὴν δόξαν τοῦ Λιβάνου. Λίβανον δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀλληγορικῶς σύνηθές ἐστιν ἀποκαλεῖν, ὡς ἐπὶ καιροῦ διὰ τῶν ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς ἀποδείξεων παραστήσομεν. Ἐν δὴ οὖν τῇ τοῦ Θεοῦ εἰς ἀνθρώπους παρουσίᾳ, τῇ δηλωθείσῃ ἐρήμῳ, λέγω δὴ τῇ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίᾳ, τὴν δόξαν τοῦ Λιβάνου δοθήσεσθαι ἡ προκειμένη διδάσκει πρόρρησις. Ἀντὶ δὲ τοῦ, « καὶ ἡ τιμὴ τοῦ Καρμήλου, » ὁ μὲν Ἀκύλας φησί· « Διαπρέπεια τοῦ Καρμήλου καὶ τοῦ Σαρὼν, αὐτοὶ ὄψονται δόξαν Κυρίου· » ὁ δὲ Σύμμαχος· « Εὐπρέπεια τοῦ Καρμήλου καὶ τοῦ πεδίου, αὐτοὶ ὄψονται τὴν δόξαν Κυρίου. » Καὶ ὁ Θεοδοτίων δὲ, « Ὡραιότης, φησὶ, τοῦ Καρμήλου καὶ τοῦ Σαρὼν, αὐτοὶ ὄψονται τὴν δόξαν Κυρίου· » δι' ὧν αἰνίττεσθαι ἡγοῦμαι τὴν προφητείαν οὐ τὴν Ἱερουσαλὴμ, οὐδὲ τὴν Ἰουδαίαν, ἀλλὰ τὴν τῶν ἐθνῶν χώραν καταξιωθήσεσθαι τῆς ἐνθέου γνώσεως. Ὁ γοῦν Κάρμηλος, καὶ ὁ καλούμενος Σαρὼν τόποι τῶν ἀλλοφύλων ὑπῆρχον ἐθνῶν. Ταῦτα μὲν οὖν πρὸς λέξιν· καὶ κατὰ διάνοιαν δὲ εἰσέτι σήμερον οἱ πρὶν τὰς ψυχὰς πεπηρωμένοι, ὡς ξύλα, καὶ λίθους, καὶ τὴν λοιπὴν ἄψυχον ὕλην, δαίμονάς τε περιγείους, καὶ πνεύματα πονηρὰ, ἀντὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων προσκυνεῖν, οἵ τε τὰ ὦτα τῆς διανοίας κεκωφωμένοι, καὶ σκάζοντες, καὶ παρειμένοι τὸν πάντα ἑαυτῶν βίον, τούτων ἁπάντων καὶ τῶν ἄλλων παθῶν τε καὶ ἀῤῥωστημάτων διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας εἰσέτι καὶ νῦν ἀπαλλάττονται, πολὺ κρείττονος ἢ κατὰ σῶμα ἰάσεως καὶ ὠφελείας ἀξιούμενοι, καὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους τοῦ Θεοῦ Λόγου παρουσίας ἐναργῆ τὴν θείαν καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον δύναμιν ἐπιδεικνύμενοι.

et salute digni judicati, utrumque consecuti sint bonum, cui rei et divina prophetiæ prædictio, et ab omni mendacio alienissimum sacrorum Evangeliorum testimonium, indubitatam fidem facit. Desertam vero in his verbis oraculum significat eam quæ de gentibus collecta est, Ecclesiam, quæ cum antea sine Deo esset, per eos de quibus nunc agitur, Evangelium accipit. Præterea idem oraculum ait, huic desertæ dandam esse gloriam Libani. Libanum autem figurate Jerusalem appellari consuetum est, sicut suo tempore per eas demonstrationes, quas de divina Scriptura conficiam, probaturus sum: itaque in ipsius Dei ad homines adventu, illi desertæ, de qua dictum est, Ecclesiæ, inquam, quæ de gentibus collecta est, gloriam Libani dandam esse, propositum docet oraculum. Pro eo autem quod dictum est, « et honor Carmeli, » Aquila quidem convertit, « Splendor Carmeli et Saron, ipsi videbunt gloriam Domini. » Symmachus vero, « Decor Carmeli et campi, ipsi videbunt gloriam Domini. » Theodotion autem: « Species, inquit, Carmeli et Saron, ipsi videbunt gloriam Domini. » Quibus verbis significare arbitror prophetiam, non ipsam Jerusalem neque Judæam, sed ipsarum gentium terram, cui divina cognitio exhibenda sit. Carmelus enim, et qui vocatur Saron, externarum gentium loca erant. Et hæc quidem ad verbum, ad sensum vero interpretantibus, dicendum erit, quod ii qui prius animis excæcati erant, adeo ut ligna et lapides et reliquam animæ expertem materiam, necnon dæmonas circum terram versantes, aliosque spiritus depravatos, loco summi Dei colerent, quique auribus intelligentiæ obsurduerant; et claudicantes solutique omni vita erant, his omnibus malis aliisque et perturbationum et ægritudinum generibus, per Salvatoris nostri Jesu Christi doctrinam etiam nunc liberantur, et multo præstantiorem quam ea est, quæ ad corpus pertinet, salutem opemque recipiunt, et Dei Verbi ad homines adventus divinam et plus quam humanam virtutem detegunt ac demonstrant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. — Ὡς ὁ πρῶτος καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ τῶν ὅλων Δημιουργὸς, ὑπὸ Κυρίου τοῦ Πατρὸς καὶ νῦν ἀπεσταλθαι ἑαυτὸν ὁμολογεῖ.

« Ἄκουέ μου, Ἰακὼβ, καὶ Ἰσραὴλ, ὃν ἐγὼ καλῶ· ἐγώ εἰμι πρῶτος, καὶ ἐγώ εἰμι εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ἡ χείρ μου ἐθεμελίωσε τὴν γῆν, ἡ δεξιά μου ἐστερέωσε τὸν οὐρανόν. » Καὶ ἐπιφέρει λέγων· « Καὶ νῦν Κύριος ἀπέσταλκέ με, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ. » Ἔχεις κἀνταῦθα καὶ τὸν ἀποστελλόμενον, καὶ τὸν ἀποστέλλοντα, δηλαδὴ τὸν Πατέρα καὶ Θεὸν τῶν ὅλων, συνήθως ὃς Κύριον ὀνομαζόμενον.

302 CAPUT XXII.

Ab eodem. — Quemadmodum primum sempiternumque Dei Verbum, ipse universi Opifex a Domino Patre etiam nunc se missum esse confitetur.

« Audi me, Jacob et Israel, quem ego voco: ego sum primus, et ego sum in sempiternum: et manus mea fundavit terram, dextera mea firmavit cœlum [10]. » Et adjungit paulo post: « Et nunc Dominus misit me et Spiritus ejus [11]. » Habes igitur hic quoque Dominum, qui mittitur et qui mittit, Patrem videlicet ac Deum universi, qui consuevit bis Dominus nominari.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. — Ὡς αὐτὸς ὁ Κύριος τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀπελέγχει, ὅτι δὴ ἐλθόντα αὐτὸν οὐ παραδέξονται, οὐδὲ καλοῦντι ὑπακούσονται, ὁποῖά τε πείσεται πρὸς αὐτῶν.

« Οὕτω λέγει Κύριος· Ποῖον τοῦτο τὸ βιβλίον

CAPUT XXIII.

Ab eodem. — Quemadmodum ipse Dominus Judæorum gentem redarguit, eo quod venturum ipsum suscepturi non sint, neque vocanti sibi auscultaturi, et quæ passurus sit ab eis.

« Sic dicit Dominus, Qualis est hic liber repudii

[10] Isa. XLVIII, 13. [11] ibid. 16.

Digitized by Google

matris vestræ, quo dimisi eam? aut cui debitori vendidi vos? ecce peccatis vestris venditi estis, et iniquitatibus vestris emisi matrem vestram, quoniam veni, et non erat homo; vocavi, et non erat qui audiret. Nunquid non potest manus mea liberare? aut nunquid non possum eripere [23]? » Deinde in eadem prophetia paululum progressus : « Ego vero, inquit, non contumax sum, neque contradico : tergum meum dedi in flagella, et maxillas meas in alapas : faciem vero meam non averti a probro sputorum [24]. » Ipse Dominus, cum in his verbis suum ad homines adventum fateatur, redarguit **303** populum Judæorum, quod venientem eum suscepturi non sint, neque vocanti auscultaturi, et hanc, quasi seipsum defendens, causam illorum ipsorum rejectionis docet fuisse : nam « Quoniam veni, inquit, et non erat in vobis homo, vocavique et nullus erat, qui audiret : idcirco, inquit, peccatis vestris venditi estis, » tanquam ipsi per vos ipsos meæ vocationis repudiatores exstiteritis, neque vero ipse vobis libellum repudii dederim. Hæc autem evidentissime ad eum populum qui ad circumcisionem pertinet, directa sunt, et simul ea, quæ illi contra ipsum in passione ausi sunt, significat, dicens : « Tergum meum dedi in flagella, et maxillas meas in alapas, » et quæ sequuntur. Hæc quoque per otium a nobis justa interpretatione explanabuntur.

A τοῦ ἀποστασίου τῆς μητρὸς ὑμῶν ᾧ ἐξαπέστειλα αὐτήν; ἢ τίνι ὑπόχρεῳ πέπρακα ὑμᾶς; Ἰδοὺ ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἐπράθητε, καὶ ταῖς ἀνομίαις ὑμῶν ἐξαπέστειλα τὴν μητέρα ὑμῶν· διότι ἦλθον, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος· ἐκάλεσα, καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακούων. Μὴ οὐχὶ ἰσχύει ἡ χείρ μου τοῦ ῥύσασθαι; ἢ οὐκ ἰσχύω τοῦ ἐξελέσθαι; » Εἶτ' ἐπὶ τῆς αὐτῆς προφητείας ὑποβάς, « Ἐγὼ δὲ, φησὶν, οὐκ ἀπειθῶ, οὐδὲ ἀντιλέγω. Τὸ νῶτόν μου ἔδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα· τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. » Αὐτὸς ὁ Κύριος διὰ τούτων τὴν εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ παρουσίαν σαφῶς ὁμολογῶν, ἀπελέγχει τὸν Ἰουδαίων λαὸν, ὅτι μὴ ἐλθόντα αὐτὸν καταδέξονται, μηδὲ καλοῦντι ὑπακούσονται. Καὶ τοῦθ' ὥσπερ ἀπο- B λογούμενος, αἴτιον τῆς αὐτῶν ἐκείνου ἀποβολῆς γεγονέναι διδάσκει. « Ἐπεὶ γὰρ ἦλθον, φησὶ, καὶ οὐκ ἦν ἐν ὑμῖν ἄνθρωπος, ἐκάλεσά τε, καὶ οὐδεὶς ἦν ὁ ὑπακούων· διὰ τοῦτο, φησὶ, ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἐπράθητε, » ἅτε αὐτοὶ ἀφ' ἑαυτῶν ἀποστάται τῆς ἐμῆς κλήσεως καταστάντες, ἀλλ' οὐκ ἐμοῦ βιβλίον ὑμῖν ἀποστασίου δεδωκότος. Σαφῶς δὲ ταῦτα πρὸς τὸν ἐκ περιτομῆς λαὸν ἀποτείνεται. Ὁμοῦ δὲ τὰ περὶ τὸ πάθος τετολμημένα αὐτοῖς δηλοῖ λέγων· « Τὸν νῶτόν μου δέδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα, » καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς. Καὶ ταῦτα ἐπὶ σχολῆς τῆς προσηκούσης τεύξεται ἑρμηνείας.

CAPUT XXIV.

Ab eodem. — Quemadmodum ipse qui in prophetis olim canebat Dominus, venturus ad homines, et ipsis oculis inspiciendus, et a gentibus cognoscendus, exspectaretur.

« Hæc dicit Dominus : Propter vos nomen meum blasphematur in gentibus, idcirco cognoscet populus meus in die illa, quod ego sum, ipse qui loquor, adsum, ut formositas in montibus, ut pedes evangelizantis auditum pacis, ut qui nuntiat bona, quoniam auditam faciet salutem tuam dicens : Sion, rex tuus erit Deus. Vox custodientium te exaltata est, et cum voce simul lætabuntur, quoniam oculis ad oculos videbunt, quando miserebitur Dominus Sion : erumpant lætitiam simul deserta Jerusalem, quoniam miseratus est Dominus ipsam, et liberavit Jerusalem, et revelabit brachium sanctum suum, D in conspectu omnium gentium, et videbunt omnia extrema terræ salutem a Deo nostro [25]. » His ipsis deinceps adnexa est sub uno et eodem contextu, de passione Christi prophetia, quam item per otium expositurus sum. Cum vero unus et idem sit Dominus, qui ait in particula ante hanc proxime exposita, ad ipsum Judaicum populum : **304** « Peccatis vestris venditi estis, et iniquitatibus vestris dimisi matrem vestram, quoniam veni, et non erat homo; vocavi, et non erat qui audiret [26]; » in his de quibus nunc agitur verbis, ad eosdem ait : « Propter vos nomen meum blasphe-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. — Ὡς αὐτὸς ὁ ἐν τοῖς προφήταις πάλαι θεσπίζων Κύριος ἥξειν εἰς ἀνθρώπους, καὶ αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς θεαθήσεσθαι, καὶ τοῖς ἔθνεσι γνωσθήσεσθαι μελλήσει.

C

« Τάδε λέγει Κύριος· Δι' ὑμᾶς διὰ παντὸς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι· διὰ τοῦτο γνώσεται ὁ λαός μου ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ὅτι ἐγώ εἰμι, αὐτὸς ὁ λαλῶν, πάρειμι, ὡς ὥρα ἐπὶ τῶν ὀρέων, ὡς πόδες εὐαγγελιζομένου ἀκοὴν εἰρήνης, ὡς εὐαγγελιζόμενος ἀγαθά· ὅτι ἀκουστὴν ποιήσει τὴν σωτηρίαν σου, λέγων· Σιὼν, βασιλεύσει σου ὁ Θεός. Φωνὴ τῶν φυλασσόντων σε ὑψώθη, καὶ τῇ φωνῇ ἅμα εὐφρανθήσονται, ὅτι ὀφθαλμοῖς πρὸς ὀφθαλμοὺς ὄψονται, ἡνίκα ἂν ἐλεήσῃ Κύριος τὴν Σιών. Ῥηξάτω εὐφροσύνην ἅμα τὰ ἔρημα Ἰερουσαλὴμ, ὅτι ἠλέησε Κύριος αὐτὴν, καὶ ἐῤῥύσατο Ἰερουσαλὴμ, καὶ ἀποκαλύψει τὸν βραχίονα τὸν ἅγιον αὐτοῦ ἐνώπιον πάντων τῶν ἐθνῶν, καὶ ὄψονται πάντα τὰ ἄκρα τῆς γῆς τὴν σωτηρίαν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. » Τούτοις ἑξῆς ἐπισυνῆπται ὑφ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἱρμὸν ἡ περὶ τοῦ πάθους Χριστοῦ προφητεία, ἣν καὶ ἐπὶ σχολῆς ἐκθήσομαι. Εἷς δὲ ὢν καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος ὁ φήσας ἐν τῇ πρὸ ταύτης περικοπῇ πρὸς τὸν Ἰουδαίων λαόν· « Ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἐπράθητε, καὶ ταῖς ἀνομίαις ὑμῶν ἐξαπέστειλα τὴν μητέρα ὑμῶν· διότι ἦλθον, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος, ἐκάλεσα, καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακούων· » διὰ τῶν ἐν χερσὶ πρὸς τοὺς αὐτούς φησι· « Διὰ ὑμᾶς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν

[23] Isa. L, 1. [24] ibid. 5-6. [25] Isa. LII, 5-10. [26] Isa. XXX, 1-2.

Digitized by Google

τοῖς ἔθνεσιν. » Εἶθ' ὡς ἔχων ἕτερον παρ' αὐτοὺς λαὸν, ἐπιφέρει· « Διὰ τοῦτο γνώσεται ὁ λαός μου τὸ ὄνομά μου· » διδάσκει τε, ὅτι μὴ ἕτερος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ ἐν τοῖς προφήταις λαλήσας Κύριος ἐπιδημήσει ποτὲ τῷ βίῳ, λέγων· « Ἐγώ εἰμι, αὐτὸς ὁ λαλῶν, πάρειμι. » Τὸ δὲ, « Ὡς ὡραι ἐπὶ τῶν ὀρέων, ὡς πόδες εὐαγγελιζομένου ἀκοὴν εἰρήνης, ὡς εὐαγγελιζόμενος ἀγαθὰ, ἀκουστὴν ποιήσω τὴν σωτηρίαν σου, λέγων· Σιὼν, βασιλεύσει σου ὁ Θεὸς, » σαφέστερον οἱ λοιποὶ ἐκδεδώκασιν ἑρμηνευταί· ὁ μὲν Ἀκύλας εἰπὼν, « Τί ὡραιώθησαν ἐπὶ τὰ ὄρη πόδες εὐαγγελιζομένου, ἀκουτίζοντος εἰρήνην, εὐαγγελιζομένου ἀγαθὸν, ἀκουτίζοντος σωτηρίαν, λέγοντος τῇ Σιών· Ἐβασίλευσεν ὁ Θεός σου; » καὶ ὁ Σύμμαχος φήσας· « Τί εὐπρεπεῖς ἐπὶ τῶν ὀρέων πόδες εὐαγγελιζομένου, ἀκουστὴν ποιοῦντος εἰρήνην, εὐαγγελιζομένου ἀγαθὰ, ἀκουστὴν ποιοῦντος σωτηρίαν, λέγοντος τῇ Σιών· Ἐβασίλευσεν ὁ Θεός σου; » ἀντὶ δὲ τῶν, « Φωνὴ τῶν φυλασσόντων σε ὑψώθη, καὶ τῇ φωνῇ ἅμα εὐφρανθήσονται· ὅτι ὀφθαλμοῖς πρὸς ὀφθαλμοὺς ὄψονται· » ὁ μὲν Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσε· « Φωνὴ τῶν σκοπῶν σου ἐπῆραν φωνὴν, ἐπὶ τὸ αὐτὸ αἰνέσουσιν· ὀφθαλμοφανῶς γὰρ ὄψονται. » Λέγοιντο δ' ἂν ἐν τούτοις σκοποὶ οἱ ἱεροὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀπόστολοι, οἳ καὶ, ὀφθαλμοφανῶς ἰδόντες τὸν προφητευόμενον, ὕψωσαν αὐτῶν τὴν φωνὴν εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην κηρύξαντες. Σιὼν δὲ καὶ Ἱερουσαλὴμ τὴν ἐν τοῖς τόποις εὐαγγελιζομένην οἶδεν ἐπουράνιους ὁ Ἀπόστολος, δι' ὧν φησιν· « Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν· » καὶ, « Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει. » Λέγοιτο δ' ἂν Σιὼν καὶ ἡ εἰς πάντα τὸν ἐπὶ γῆς τόπον διὰ Χριστὸν συστᾶσα Ἐκκλησία, ὡς καὶ Ἱερουσαλὴμ πᾶν τὸ θεοσεβὲς τόπισμα, ὃ καὶ παρὰ μόνοις Ἰουδαίοις τοῖς πάλαι τὸ πρὶν συνεστὸς εἰς ἐρημίαν διὰ τὰς δυσσεβείας αὐτῶν περιτέτραπται· εἶτ' αὖ πάλιν τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἀνανεώσεως ἔτυχε διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας· Διὸ φησὶν ἡ προφητεία· « Ῥηξάτω εὐφροσύνην ἅμα τὰ ἔρημα Ἱερουσαλήμ· ὅτι ἠλέησε Κύριος αὐτὴν, καὶ ἐρρύσατο Ἱερουσαλήμ. » Οὐκ ἂν δὲ ἁμάρτοις τὴν παντὸς ἁγίου καὶ θεοφιλοῦς ψυχὴν, καθὸ μὲν ἐπῆρται τῷ βίῳ, τὸ πολίτευμα ἔχουσα ἐν οὐρανοῖς, σκοποῦσα τὰ ὑπερκόσμια, Σιὼν ὀνομάζων (ἑρμηνεύεται γὰρ *σκοπευτήριον*)· καθὸ δὲ ἐν εὐσταθείᾳ καὶ γαλήνῃ παθῶν καθέστηκεν, Ἱερουσαλὴμ αὐτὴν ἀποκαλῶν· *ὄρασιν* γὰρ *εἰρήνης* μεταληφθὲν τοὔνομα σημαίνει. Τούτοις ἀκολούθως ἡ τῶν ἐθνῶν ἐπὶ τὴν εὐσέβειαν τοῦ Θεοῦ κλῆσις ἐναργέστατα δηλοῦται διὰ τοῦ, « Καὶ ἀποκαλύψει Κύριος ὁ Θεὸς τὸν βραχίονα τὸν ἅγιον αὐτοῦ ἐνώπιον πάντων τῶν ἐθνῶν· καὶ ὄψονται πάντα τὰ ἄκρα τῆς γῆς τὴν σωτηρίαν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. » Βραχίονα δὲ τοῦ Θεοῦ μὴ ἄλλον εἶναι τοῦ Λόγου, καὶ τῆς Σοφίας, καὶ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου, ὃς ἐστιν ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, νόμιζε. Τοῦτο γοῦν ἐκ πολλῶν παραστῆσαι ῥᾴδιον. Ἔχεις δὲ καὶ ἐν *Ἐξόδῳ* τὸν Ἰσραὴλ βραχίονι Θεοῦ ῥυσθέντα τῆς ὑπ' Αἰγυ-

A matur in gentibus. » Deinde quasi habens alium præter illos populum, adjungit : « Idcirco cognoscet populus meus nomen meum. » Deinde docet quod non alius, sed ipse qui in prophetis loquebatur Dominus, versabitur olim in hac vita, his verbis : « Ego sum, ipse qui loquor, adsum. » Illud autem : « Ut formositas in montibus, ut pedes evangelizantis auditum pacis, ut qui nuntiat bona, auditam faciam salutem tuam, dicens : Sion, rex tuus erit Deus, » manifestius reliqui converterunt interpretes : Aquila quidem in hunc modum : « Quid speciosi facti sunt super montes, pedes evangelizantis? ejus qui audire facit pacem? ejus qui nuntiat bonum, qui audire facit salutem, dicentis ipsi Sion : Regnavit Deus tuus? » Symmachus vero : « Cur decentes in montibus pedes
B evangelizantis? auditam facientis pacem, evangelizantis bona, auditam facientis salutem? dicentis ipsi Sion : Regnavit Deus tuus? » pro eo vero quod est : « Vox custodientium te exaltata est, et cum voce simul lætabuntur, quoniam oculis ad oculos videbunt, » Symmachus quidem sic interpretatus est : « Vox speculatorum tuorum extulerunt vocem, in id ipsum laudabunt, palam enim oculis videbunt. » Dici porro in his speculatores videntur, sacrosancti Salvatoris nostri apostoli, qui palam oculis intuiti eum, de quo prophetæ loquebantur, extulerunt vocem suam in totum terrarum orbem, illum ipsum prædicantes. Ipsam vero Sion ac Jerusalem quæ in locis evangelizatur, in cœlo agnovit ipse Apostolus, illis verbis : « Superior autem Jerusalem libera
C est, quæ est mater nostra[36], » et : « Accessistis ad Sion montem et ad civitatem Dei viventis Jerusalem cœlestem, et multorum millium angelorum frequentiam[37]. » Dici vero Sion poterit etiam ea, quæ in omnem terræ locum, per Christum constituta est Ecclesia, quemadmodum Jerusalem omne pium ac religiosum civile institutum, quod cum apud solos veteres Judæos olim exsisteret, in solitudinem propter ipsorum impietates conversum est, deinde rursus renovationem in melius consecutum est, per Christi Salvatoris nostri adventum. **305** Quapropter ait prophetia : « Erumpant lætitiam simul deserta Jerusalem, quoniam miseratus est Dominus ipsam, et liberavit Jerusalem. » Cæterum, nusquam sane aberres, si uniuscujusque
D viri sancti Deoque amici animam, quatenus quidem supra hanc vitam elata est, quippe cum in cœlo suum jus civitatis habeat, contempleturque ea quæ ipso mundo sunt superiora, Sion nomines (nam ex interpretatione *speculatorium* significat); quatenus autem in bono statu et quiete perturbationum constituta est, Jerusalem eamdem appelles. Illud enim nomen conversum, *visionem pacis* significat. Ordine posthac Dei ad veram religionem vocatio gentium, evidentissime declaratur illis verbis : « Et revelabit Dominus Deus brachium sanctum suum, in conspectu omnium gentium, et videbunt omnes fines terræ salutem a Deo nostro. » Porro bra-

[36] Galat. IV, 26. [37] Hebr. XII, 22.

Digitized by Google

chium Dei neutiquam aliud esse arbitreris quam Verbum et Sapientiam, et ipsum Dominum, qui est Christus Dei. Hoc enim ex multis ostendere facile est. Habes præterea in *Exodo*, Israel ab Ægyptiaca servitute liberatum brachio Dei. Ipsum igitur illud brachium Dei, quod veteri populo salutem manifestissime attulit, omnibus gentibus aperiendum ac detegendum, tanquam id quod prius occultum esset, præsens prophetia significat. Salutem vero quam dicit « visuros omnes terræ fines, » et quam superius indicavit cum dixit : « Auditam faciam salutem tuam, » cito apud Hebræos ipso Jesus nomine appellari.

A πτίοις δουλείας. Αὐτὸν δὴ ἐκεῖνον τὸν βραχίονα τοῦ Θεοῦ τὸν ἀναφανέντα σωτῆρα τοῦ πάλαι λαοῦ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἀποκαλυφθήσεσθαι, ὡς ἂν τὸ πρὶν ἐπικεκρυμμένον, ἡ παροῦσα σημαίνει προφητεία. Τὴν δὲ σωτηρίαν, ἣν φησιν « ὄψεσθαι πάντα τὰ ἄκρα τῆς γῆς, » καὶ ἣν ἀνώτερον ἐδήλου λέγων, ὅτι « Ἀκουστὴν ποιήσω τὴν σωτηρίαν σου, » ἴσθι τῇ Ἑβραίων φωνῇ τῷ τοῦ Ἰησοῦ ὀνόματι προσαγορεύεσθαι.

CAPUT XXV.

Ab eodem. — Quod rursus Dominus, ipsum plane Dei Verbum, venturus et gentes congregaturus caneretur.

« Ecce Dominus ut ignis veniet, et sicut tempestas currus ejus [28], » et quæ sequuntur. « Dixit Dominus: Et ego opera eorum et cogitationem eorum scio, et ego venio congregare omnes gentes et linguas, et venient et videbunt gloriam meam, et relinquam eis signum, et emittam ex eis qui salvati fuerint ad gentes, **306** in Tharsis, et Phud, et Lud, et Mosoch, et Thobel, et in Græciam, et ad insulas remotas, ad eos qui non audierunt nomen meum, neque viderunt meam gloriam, et nuntiabunt mea opera in gentibus [29]. » Planissime etiam in his Domini adventus ad homines indicatur; et quoniam hic dictum est, illum ut ignem venturum, merito Salvator noster ait : « Ignem veni mittere in terram, et quid volo si jam accensus est [30]? » Currus vero ejus, stipantes ipsum divinas potestates inservientesque ipsi sanctos angelos, commode dixeris, de quibus illud dictum est : « Et accesserunt angeli et ministrabant ei [31], » sanctos item ejusdem apostolos ac discipulos, quibus invectum divina atque invisibili virtute Dei Verbum, omnem permeavit terrarum orbem. Potest etiam aliter dici ad verbum : Ignem et currus una cum ejus adventu denuntiari, propter eam, quæ Jerusalem oppressit, obsidionem post Salvatoris nostri adventum : post quem haud multo, templum quidem ipsum igne incensum est, et extremam pertulit vastationem. Urbs vero circumdata est curribus et exercitibus bellicis; post quem casum etiam ea quæ de cunctis gentibus prædicta fuerant, huic prophetiæ consentaneum finem sortita sunt. Cæterum, quis non admiretur audiens Dominum per prophetam dicentem : « Venio congregare omnes gentes et linguas, » cum videat in omni, quæcunque ab hominibus habitatur, terra, per Salvatoris nostri Jesu Christi adventum ac vocationem, conventus gentium in Christi nomine celebrari, linguasque omnium nationum omni genere sermonis unum Deum ac Dominum invocantes? Denique post omnia hæc quis inspiciens omnes, quicunque in Christi fidem venerunt, salutari signo pro annuli nota utentes, non merito obstupescat, si audiat tanto ante ipsum

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. — Ὡς αὖθις Κύριος, ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἐρχόμενος, καὶ τὰ ἔθνη συνάξειν θεσπίζεται.

B « Ἰδοὺ Κύριος ὡς πῦρ ἥξει, καὶ ὡς καταιγὶς τὰ ἅρματα αὐτοῦ· » καὶ ἑξῆς· « Εἶπε Κύριος· Κἀγὼ τὰ ἔργα αὐτῶν καὶ τὸν λογισμὸν αὐτῶν ἐπίσταμαι, καὶ ἔρχομαι συναγαγεῖν πάντα τὰ ἔθνη καὶ τὰς γλώσσας, καὶ ἥξουσι, καὶ ὄψονται τὴν δόξαν μου. Καὶ καταλείψω ἐπ' αὐτῶν σημεῖον, καὶ ἐξαποστελῶ ἐξ αὐτῶν σεσωσμένους εἰς τὰ ἔθνη, εἰς Θαρσὶς, καὶ Φοὺδ, καὶ Λοὺδ, καὶ Μοσὸχ, καὶ Θοβὲλ, εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ εἰς τὰς νήσους τὰς πόρρω, οἳ οὐκ ἠκουσάν μου τὸ ὄνομα, οὐθ' ἑωράκασί μου τὴν δόξαν, καὶ ἐξαγγελοῦσί μου τὰ ἔργα ἐν τοῖς ἔθνεσιν. » Ἄντικρυς καὶ ἐν τούτοις ἡ τοῦ Κυρίου εἰς ἀνθρώπους παρουσία δηλοῦται. Καὶ ἐπειδήπερ εἴρηται, ὡς πῦρ ἥξειν, εἰκότως φησὶν ὁ Σωτὴρ ἡμῶν· « Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη; » Ἅρματα δὲ C αὐτοῦ τὰς δορυφορούσας αὐτὸν θείας δυνάμεις, καὶ τοὺς ἐξυπηρετουμένους αὐτῷ ἱεροὺς ἀγγέλους, εἰκὸς ἂν, περὶ ὧν εἴρηται· « Καὶ προσῆλθον ἄγγελοι, καὶ διηκόνουν αὐτῷ· καὶ τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους αὐτοῦ καὶ μαθητὰς, οἷς ἐποχούμενος ἐνθέῳ καὶ ἀοράτῳ δυνάμει ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, τὴν πᾶσαν διέδραμεν οἰκουμένην. Λέγοιτο δ' ἂν καὶ ἄλλως πρὸς λέξιν· Πῦρ καὶ ἅρματα καταγγέλλεσθαι σὺν τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ ἅτε τὴν καταλαβοῦσαν πολιορκίαν τὴν Ἱερουσαλὴμ μετὰ τὴν ἐς ἡμᾶς ἄφιξιν, μεθ' ἣν οὐκ εἰς μακρὰν ὁ μὲν νεὼς αὐτὸς ἐπυρπολεῖτο, καὶ τὴν ἐσχάτην ὑπέμεινεν ἐρημίαν, ἡ δὲ πόλις ἐκυκλώθη ὑπὸ ἁρμάτων καὶ στρατοπέδων πολεμικῶν, μεθ' ἃ καὶ περὶ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων προηγγελμένα συμφώνως τῇ προφητείᾳ τέλους D ἔτυχε. Τίς δ' οὐκ ἂν θαυμάσειεν ἀκούων τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· « Ἔρχομαι συναγαγεῖν πάντα τὰ ἔθνη καὶ τὰς γλώσσας, » ὁρῶν καθ' ὅλης τῆς τῶν ἀνθρώπων γῆς διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ παρουσίας τε καὶ κλήσεως τὰς τῶν ἐθνῶν συναγωγὰς ἐπ' ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ συγκροτουμένας; τάς τε γλώσσας ἁπάντων τῶν ἐθνῶν ἐν παντοίαις διαλέκτοις ἀνθρώπων τὸν ἕνα Θεὸν, καὶ Κύριον ἐπικαλουμένας; καὶ ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις, τίς θεώμενος τῷ σωτηριώδει σημείῳ πάντας τοὺς εἰς Χριστὸν πεπιστευκότας, σφραγῖδι χρωμένους, οὐκ ἂν εὐλόγως καταπλαγείη ἀκούων πρόπαλαι τοῦ Κυρίου εἰρηκότος· « Καὶ ἥξουσι καὶ ὄψονται τὴν δόξαν μου,

[28] Isa. LXVI, 15. [29] ibid. 18, 19. [30] Luc. XII, 49. [31] Matth. IV, 11.

Digitized by Google

καὶ καταλείψω ἐπ' αὐτῶν σημεῖον; » Ἐν μέρει μὲν οὖν ἐντεῦθεν ἤδη κατὰ τὴν προτέραν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰς ἀνθρώπους ἐπιφάνειαν αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρῶμεν τῶν θείων χρησμῶν τὰ ἀποτελέσματα· γένοιτο δ' ἂν ἐντελῆ ταῦτα καὶ κατὰ τὴν δευτέραν καὶ ἔνδοξον αὐτοῦ παρουσίαν, ὅτε πάντα τὰ ἔθνη ὄψονται τὴν δόξαν αὐτοῦ, ἐρχόμενόν τε αὐτὸν ἐξ οὐρανῶν μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς. Ἀναχθείη δ' ἂν εἰς ἐκεῖνο καιροῦ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἐν τῇ προῤῥήσει δηλουμένων, ὡσπεροῦν συστήσομεν κατὰ τὴν οἰκείαν ὑπόθεσιν. Τοσούτων ἡμῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος συνειλεγμένων περὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους θεσπιζομένης ἔσεσθαι παρουσίας Θεοῦ, ἐξῆς ἂν εἴη ἐπισυνάψαι ὁποῖός τις ὁ τρόπος τῆς προτέρας αὐτοῦ εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον παρόδου γενήσεσθαι προανεφωνεῖτο.

A Dominum dixisse : « Et venient et videbunt gloriam meam, et relinquam in eis signum? » Jam inde igitur saltem in parte, secundum priorem Salvatoris nostri ad homines adventum, ipsis oculis intuemur divinorum oraculorum eventa. Cæterum eadem hæc plenius absolventur in secundo et glorioso ejusdem adventu, quando omnes gentes videbunt gloriam ejus, venientemque ipsum de cœlo cum **307** potestate et gloria multa. Referri vero ad illud tempus etiam reliqua poterunt quæ in ipso oraculo prædicta sunt, quemadmodum quidem nos proprio atque huic rei dicato opere ostensuri sumus. Cum igitur ad hunc usque locum hæc tam multa collegerimus, de eo, qui olim canebatur futurus, Dei ad homines adventu, sequitur ut his adjungamus quisnam modus in iisdem oraculis prædiceretur futurus prioris ejusdem ad humanam vitam accessus.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ
ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΒΔΟΜΟΝ.

EUSEBII PAMPHILI
DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ
LIBER SEPTIMUS.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΕΒΔΟΜΩ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΙ ΤΗΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ.

Α'. *Τίς ὁ τρόπος τῆς τοῦ Θεοῦ εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας, ἐκ τῶν ὑποσεσημειωμένων Γραφῶν.*

α'. Ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου.
β'. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.
γ'. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

Β'. *Ποῦ γῆς ὁ Χριστὸς γεννηθήσεσθαι προεφητεύετο.*

δ'. Ἀπὸ τοῦ Μιχαΐα.
ε'. Ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ ρλα'.

Γ'. Ἀφ' οἵου γένους προελεύσεσθαι ἐβοᾶτο.

ς'. Ἀπὸ τῆς β' τῶν Παραλειπομένων.
ζ'. Ἀπὸ ψαλμοῦ οα'.
η'. Ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου.
θ'. Ἀπὸ τοῦ Ἱερεμίου.
ι'. Ἀπὸ τῆς Γενέσεως.

B **308** *HÆC INSUNT IN SEPTIMO LIBRO EVANGELICÆ DE SALVATORE NOSTRO DEMONSTRATIONIS.*

I. *Quisnam modus accessus Dei ad homines, ex subnotatis Scripturæ locis.*

1. *Ab Isaia.*
2. *Ab eodem.*
3. *Ab eodem.*

II. *Ubi terrarum Christus oriturus prædiceretur a prophetis.*

4. *A Michæa.*
5. *A psalmo* CXXXI.

III. *De quo genere progressurus caneretur.*

6. *De II* Paralipomenon.
7. *A psalmo* LXXI.
8. *Ab Isaia.*
9. *Ab Jeremia.*
10. *A Genesi.*

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Θεὸν εἰς ἀνθρώπους ἀφίξεσθαι, καὶ σὺν ἀνθρώποις ἐπὶ γῆς πολιτεύσεσθαι, δύο τε ταῦτα μέγιστα τεκμή-

PROŒMIUM.

Cum proximo libro Deum ad homines venturum, et cum hominibus in terra versaturum, duoque

Digitized by Google

hæc maxima signa illius adventus futura : gentium per totum orbem ad accipiendam veram Dei notitiam, vocationem, et Judaicæ gentis propter incredulitatem in illum, ruinam ac solitudinem, ex propheticis vocibus didicerimus, ibidemque inspexerimus, **309** quem tandem exitum invenerint ea quæ prædicta fuerant, ipse deinceps ordine, in hoc septimo *Evangelicæ Demonstrationis* volumine, modum contemplari conabimur, secundum quem sit se ad homines commigrasse. Jam inde igitur videamus, quisnam modus Dei ad homines migrationis caneretur futurus, et ubinam gentium oriturus prædiceretur, et de quo genere profecturus sanctorum hominum vocibus ferretur.

CAPUT I.

Ab Isaia. — Quisnam modus accessus Domini ad homines.

Prædictio Judæorum incredulitatis erga Christum, et signum eis a Domino datum. Fuit autem illud : Virgo generans Deum ; sub cujus generatione universalis Judæorum nationis purgatio canebatur ; et sicut externi et hostes regionem illorum occupabunt, et quemadmodum quæ ante desertum fuit, agriculturam sortita divinam, fecunda erit. Ecclesia ex gentibus collecta hunc ostendente modum quemadmodum divinus evangelista Joannes, plus quam humana voce de Salvatore ac Domino nostro, de ipso, inquam, Dei Verbo disserens, sacramque illius Scripturam narrationemque aggrediens, una cum ipsa de illa theologia ejusdem ad homines accessum, per assumptum corpus exponit, sic dicens : « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum [32]. » Hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt : atque his deinceps adjungens : « Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis [33]. » Ita divino Spiritu afflatus propheta, cum Deum de Virgine genitum esset nuntiaturus, visionem antea quamdam illius gloriæ contemplatur, talemque theologiam describit : « Vidi Dominum Sabaoth sedentem super solio excelso et sublimi, et plena erat domus gloria ejus, et seraphim stabant circum eum, sex alæ uni, et sex alæ alteri, et duabus quidem tegebant faciem, duabus autem velabant pedes, et duabus volabant, et **310** clamabant alter ad alterum, et dicebant : Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth, plena est omnis terra gloria ejus [34]. » Et deinceps adjungit : « Et audivi vocem Domini dicentis : Quem mittam, et quis ibit ad populum hunc. Et dixi : Ecce ego, mitte me. Et dixit ad me : Vade, et dic populo huic : Auditu audietis, et non intelligetis : et intuentes intuebimini, et non videbitis. Crassum enim factum est cor populi hujus, et auribus suis graviter audierunt, et oculos suos clauserunt, ne quando videant oculis, et corde intelligant, et convertantur, et sanem eos,

[32] Joan. I, 1. [33] ibid. 14. [34] Isa. VI, 1-3.

ρια τῆς αὐτοῦ παρουσίας ἔσεσθαι· κλῆσιν ἐπ' ἀναλήψει τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας τῶν ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν, ἀπόπτωσίν τε καὶ ἐρημίαν διὰ τὴν εἰς αὐτὸν ἀπιστίαν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ἐν τῷ πρὸ τούτου συγγράμματι διὰ τῶν προφητικῶν φωνῶν μεμαθηκότες, ἐπισκεψάμενοί τε κατὰ τὸ αὐτὸ ὁποίου τέλους ἔτυχε τὰ προηγορευμένα, ἑξῆς καὶ ἀκολούθως ἐν ἑβδόμῳ τούτῳ συγγράμματι τῆς *Εὐαγγελικῆς Ἀποδείξεως* τὸν τρόπον ἐπιθεωρῆσαι πειρασόμεθα, καθ' ὃν φησιν αὐτὸν τὴν εἰς ἀνθρώπους ποιήσασθαι πάροδον. Φέρε οὖν ἐντεῦθεν ἤδη σκοπήσωμεν, ὁποῖός τις ὁ τρόπος ἔσεσθαι τῆς τοῦ Θεοῦ εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας ἐθεσπίζετο, καὶ ποῦ γῆς γεννηθήσεσθαι προεκηρύττετο, ἀπὸ ποίου τε γένους προελεύσεσθαι ἐδοᾶτο.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου.— Τίς ὁ τρόπος τῆς τοῦ Κυρίου εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας.

Πρόρρησις τῆς εἰς Χριστὸν ἀπιστίας τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, καὶ σημεῖον αὐτοῖς ἀπὸ Κυρίου διδόμενον. Ἦν δὲ τοῦτο· Παρθένος Θεὸν γεννῶσα, ἐφ' οὗ τῇ γενέσει καθαίρεσις παντελὴς τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐθεσπίζετο, καὶ ὡς ἀλλόφυλοι καὶ πολέμιοι τὴν χώραν αὐτῶν καθέξουσι, καὶ ὡς ἡ πρὶν ἔρημος τῆς ἐνθέου τυχοῦσα γεωργίας, εὐφορήσει· τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας τοῦτον δηλουμένης τὸν τρόπον· ὥσπερ ὁ θαυμάσιος εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, μείζονι ἢ κατὰ ἄνθρωπον μεγαλοφωνίᾳ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν θεολογῶν, αὐτὸν δὴ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, τῆς γε ἱερᾶς Γραφῆς αὐτοῦ ἀπαρχόμενος, ὁμοῦ τῇ θεολογίᾳ καὶ τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ εἰς ἀνθρώπους παρίστησιν ἐπιδημίαν· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, » φήσας· τούτοις ἑξῆς ἐπάγων· « Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. » Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ θεσπέσιος προφήτης Θεοῦ ἐκ Παρθένου γεγεννημένου μέλλων ἀνακηρύττειν, τὴν ἔνδοξον αὐτοῦ θεοπτείαν προθεωρεῖ, ὧδε τὴν θεολογίαν ὑπογράφων· « Εἶδον τὸν Κύριον Σαβαὼθ καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, καὶ πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ σεραφὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ· ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνί· καὶ ταῖς μὲν δυσὶν ἐκάλυπτον τὸ πρόσωπον, ταῖς δὲ δυσὶ κατεκάλυπτον τοὺς πόδας· ταῖς δὲ δυσὶν ἐπέταντο. Καὶ ἐκέκραγον ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον, καὶ ἔλεγον· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος Σαβαὼθ, πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. » Καὶ ἑξῆς ἐπιλέγει· « Καὶ ἤκουσα τῆς φωνῆς Κυρίου λέγοντος· Τίνα ἀποστελῶ, καὶ τίς πορεύσεται πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον; Καὶ εἶπα· Ἰδοὺ ἐγώ εἰμι, ἀπόστειλόν με. Καὶ εἶπε πρός μέ· Πορεύθητι, καὶ εἰπὸν τῷ λαῷ τούτῳ· Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶν αὐτῶν βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς. Καὶ εἶπα· Ἕως πότε, Κύριε,

Digitized by Google

Καὶ εἶπεν· « Ἕως ἂν ἐρημωθῶσι πόλεις, παρὰ τὸ μὴ κατοικεῖσθαι, καὶ οἶκοι παρὰ τὸ μὴ εἶναι ἀνθρώπους. » Ποῖον δὲ θεμιτὸν φάσκειν τὸν προφήτην ἑωρακέναι Κύριον; ἢ ὃν τοῖς περὶ τὸν Ἀβραὰμ προπάτορσιν ὤφθαί τε καὶ ὡμιληκέναι ἐν τοῖς πρὸ τούτων ἀπεδείξαμεν; Τοῦτον γὰρ ὁμοῦ Θεὸν καὶ Κύριον, καὶ δὴ ἄγγελον εἶναι, καὶ ἀρχιστράτηγον δυνάμεως Κυρίου προμεμαθήκαμεν. Μέλλων τοιγαροῦν τὴν εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ πάροδον ὁ παρὼν λόγος θεσπίζειν, τὴν ἔνθεον αὐτοῦ προθεωρεῖ βασιλείαν, δι' ἧς φησιν ἑωρακέναι αὐτὸν καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου. Οὗτος δ' ἂν εἴη ὁ θρόνος αὐτοῦ ἐκεῖνος ὁ καὶ ἐν τῷ περὶ τοῦ ἀγαπητοῦ ψαλμῷ δεδηλωμένος, κατὰ τό· « Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, » ἐφ' ὃν καὶ ὁ ἀνωτάτω τῶν ὅλων ποιητὴς Θεὸς Πατήρ τε αὐτοῦ ὡς ἂν μονογενεῖ καὶ ἀγαπητῷ καθέζεσθαι παρεκελεύετο, λέγων· « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. » Συνίστησι δὲ ταύτην ἡμῖν τὴν εἰς τοὺς τόπους ἑρμηνείαν Ἰωάννης ὁ Εὐαγγελιστὴς, ὃς, παραθέμενος τὰς προκειμένας τοῦ Ἡσαΐου φωνὰς, ἐν αἷς εἴρητο· « Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶν αὐτῶν βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, » ἐπιφέρει περὶ τοῦ Χριστοῦ λέγων· « Ταῦτα εἶπεν Ἡσαΐας, ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐμαρτύρησε περὶ αὐτοῦ. » Ἰδὼν δὴ οὖν ὁ προφήτης τὴν ἐπὶ τοῦ πατρικοῦ θρόνου τῆς ἐνθέου δόξης τε καὶ βασιλείας ἴδρυσιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, τῷ τε ἁγίῳ ἐπιθειάσας Πνεύματι, καὶ μέλλων ἐξῆς τὴν εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ πάροδον, καὶ τὴν ἐκ Παρθένου γέννησιν ὑπογράφειν, προμαρτύρεται τὴν εἰς πᾶσαν τὴν γῆν μέλλουσαν ἔσεσθαι γνῶσίν τε καὶ δοξολογίαν, τὰ σεραφὶμ εἰσάγων κυκλοῦντα αὐτὸν καὶ φάσκοντα· « Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος Σαβαὼθ, πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. » Τίνα δ' ἂν εἴη τὰ σεραφὶμ, τὰ τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ δορυφοροῦντα, ἢ τάχα ἴσως ἀγγέλων καὶ θείων δυνάμεων χοροὶ, ἢ καὶ προφητῶν καὶ ἀποστόλων; ἑρμηνεύεται γὰρ τὰ σεραφὶμ *ἀρχὴ στόματος αὐτῶν*. Τοιοῦτοι δὲ οἱ προφῆται καὶ ἀπόστολοι, ὧν διὰ τοῦ στόματος ἡ ἀπαρχὴ γέγονε τοῦ σωτηρίου κηρύγματος· διὸ ταύτης ἔτυχον τῆς προσηγορίας, ὧν καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος αἱ δυνάμεις, πτέρυγες ὠνομασμέναι, τὰ μὲν πρῶτα καὶ τὰ ὕστατα τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου γνώσεως ἐπικρύπτουσιν, ὡς ἄῤῥητα καὶ ἀκατάληπτα ὄντα τὴν φύσιν, τὰ δὲ μέσα τῆς περὶ αὐτοῦ οἰκονομίας ἐκφαίνουσιν, ὅτι δὴ μόνα γνωστὰ ταῦτα ἀνθρώπων φύσει, τῶν ἐπέκεινα καὶ τῶν μετὰ ταῦτα ἐν ἀῤῥήτοις σεσιγημένων. Καὶ δυνάμεις δὲ θεῖαι καὶ οὐράνιοι εἶεν ἄν, διὰ τὸ σεραφὶμ ἑρμηνεύεσθαι *ἐμπρησμοί*· διὸ εἴρηται· « Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα. » Κεκράγασι δὲ οὗτοι καὶ βοῶσιν ἕτερος τῷ ἑτέρῳ κατὰ τὴν οἰκείαν δύναμιν, τὴν ἁγιότητα τοῦ θεολογουμένου παριστῶντες, καὶ τό γε πάντων παραδοξότατον, θεολογοῦντες. Ὅτι μὴ μόνος καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ πάντα πλήρη τυγχάνει τῆς δοξολογίας αὐτοῦ,

et dixi: Quousque, Domine? Et dixit: Donec desertæ sint civitates, eo quod non sit qui inhabitet: et domus, eo quod non sint homines [35]. » At enim quem tandem Dominum fas est dicere visum fuisse a propheta præter eum, quem et Abrahæ, et reliquis Abrahæ similibus priscis patribus visum fuisse, et cum iisdem locutum esse, in prioribus libris ostendimus? Hunc enim pariter et Deum et Dominum, et item angelum esse, et primum imperatorem copiarum Domini, antea didicimus. Cum ergo præsens oraculum esset illius ad homines commigrationem prædicturum, divinum antea illius regnum contemplatur, ubi ait se vidisse illum sedentem in solio excelso, et sublimi. Hoc autem illius solium illud esse existimandum est, quod in Psalmo de dilecto ostensum est. In illis verbis: « Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi [36], » super quam supremus et universi conditor Deus, et ipsius Pater, ipsum tanquam unicum ac dilectum sedere jubebat, dicens: « Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum [37]. » Confirmat vero hanc nostram in hos locos interpretationem, Joannes evangelista, qui postquam citavit proxime expositas Isaiæ voces, in quibus dictum est: « Crassum enim factum est cor populi hujus, et auribus suis graviter audierunt, et oculos suos clauserunt, » adjungit de Christo, et dicit: « Hæc dicit Isaias, quando vidit gloriam ejus, et testificatus est de eo [38]. » Cum ergo vidisset propheta Salvatoris nostri super paterna divinæ majestatis ac regni sede collocationem, divinoque ipse esset Spiritu instinctus, essetque deinceps ejusdem ad homines accessum, ortumque de Virgine descripturus, prius testificatur eam, **311** quæ in omnem terram perventura erat, cognitionem, et gloriæ prædicationem, ipsa seraphim inducens, quæ circum illum starent, ac dicerent: « Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Sabaoth, plena est omnis terra gloria ejus. » Sed quænam existimanda sunt hæc seraphim, Christum Dei stipantia? Num forsitan angelorum ac divinarum potestatum chori, an vero prophetarum atque apostolorum? nam seraphim si interpreteris, *initium oris ipsorum* audias. Tales vero et prophetæ et apostoli, per quorum os, instar primitiarum, initium salutaris prædicationis factum est, ex quo appellationem hanc sortiti sunt, sicut etiam sancti Spiritus potestates, quæ alæ nominatæ sunt, primas quidem atque extremas de Deo Verbo notitiæ partes occultant, tanquam eas quæ suapte natura neque dici neque comprehendi possint; quæ vero ipsius de illo dispensationis mediæ sunt, eas ostendunt, propterea quod solæ hæc naturæ hominum cognoscibilia, cum ea quæ supra hæc et post hæc reliqua sunt, in arcanis habita sileantur. Præterea divinæ ac cœlestes potestates, poterunt item vocabulo seraphim intelligi, quatenus alia quadam ratione, seraphim ex inter-

[35] Isa. VI, 8-11. [36] Psal. XLIV, 7. [37] Psal. CIX, 1, 2. [38] Joan. XII, 40, 41.

Digitized by Google

pretatione, incendia significant, ex quo illud dictum est : « Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignis flammam [39]. » Clamant porro hi et vociferantur alter ad alterum pro suis quisque viribus, sanctitatem ejus, de quo ut de Deo loquitur propheta, commendantes, et quod omnium admiratione dignissimum est, theologice declarantes, quod non modo cœlum, et quæ in cœlo sunt, universa plena sunt majestate et gloria ejus, sed etiam omnis terra ejusdem facultatis ac virtutis est particeps, propter ejus, qui canitur de cœlo ad homines, descensum, de quo deinceps longius progressum oraculum vaticinatur, nec non et ortum de Virgine, et per hunc latius in omnem terram disseminatam gloriæ ejus celebrationem, denuntiat. Dominus autem Sabaoth ex interpretatione, est *Dominus exercituum :* is autem erit primus imperator exercituum Domini, quem in tertio ac vicesimo psalmo Dominum Sabaoth, divinæ rursus potestates appellant, ubi ejusdem de terra ad cœlum ascensum divinant, et canunt verbis illis : « Tollite portas, principes, vestras, et elevamini, portæ æternæ, et introibit Rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus exercituum, ipse est rex gloriæ [40]. » **312** Hebraicus enim contextus hoc loco rursus Dominum Sabaoth illum vocat : et quoniam ipse est Rex gloriæ, et propter ejus adventum, futurum erat ut omnis terra impleretur gloria ejus, merito quod futurum erat, et in propheta, et in psalmo dictum est. In propheta quidem illis verbis : « Plena est omnis terra gloria ejus ; » in psalmo autem initio statim ubi ait : « Domini est terra et plenitudo ejus, orbis terrarum, et omnes qui habitant in eo [41]. » His autem vaticinio comprehensis, deinceps progressus propheta testificatur quod licet omnis terra futura sit plena gloria ejus, attamen illum Judaica gens acceptura non sit. Itaque ait : Et dixit Dominus (ille videlicet qui visus fuerat Dominus Sabaoth),Quem mittam, et quis vadet ad populum hunc? Et dixi, Ecce ego sum, mitte me. Et dixit : Vade, et dic populo huic, auditu audietis et non intelligetis, et intuentes intuebimini, et non videbitis. Crassum enim factum est cor populi hujus, et auribus suis graviter audierunt, et oculos suos clauserunt, ne quando videant oculis suis, et auribus suis audiant, et corde intelligant, et convertantur et sanem eos. » Quibus verbis manifestissime canit futuram adversum se accusationem Judæorum, et quod intuebuntur quidem ipsum, non tamen animadvertent quis sit, quodque loquentem inter ipsos et docentem audient, non tamen etiam intelligent quisnam is sit qui cum ipsis loquatur, neque item quænam ea sint novæ doctrinæ præcepta quæ ipse illis tradet. Comprobat vero hujus oraculi eventum evangelista Joannes, qui de Salvatore nostro sic ait : « Cum autem tam multa signa fecisset coram eis, non crediderunt in eum, ut sermo Isaiæ prophetæ

ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἡ γῆ τῆς αὐτῆς μετέσχε δυνάμεως, διὰ τὴν ἐξ οὐρανῶν εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ θεσπιζομένην κάθοδον, ἣν προῖὼν ἑξῆς ὁ λόγος προφητεύει, τὴν ἐκ Παρθένου γένεσιν καὶ τὴν διὰ ταύτης εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐφαπλωθεῖσαν δοξολογίαν αὐτοῦ κηρύττων. Κύριος δὲ Σαβαὼθ ἑρμηνεύεται *Κύριος τῶν δυνάμεων* · αὐτὸς δ' ἂν εἴη ὁ ἀρχιστράτηγος δυνάμεως Κυρίου, ὃν καὶ ἐν κγ' ψαλμῷ Κύριον Σαβαὼθ αἱ θεῖαι πάλιν ἀποκαλοῦσι δυνάμεις, τὴν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον αὐτοῦ θεσπίζουσαι, δι' ὧν φασιν· « Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; Κύριος τῆς δυνάμεως, αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. » Τὸ γοῦν Ἑβραϊκὸν πάλιν ἐνταῦθα Κύριον Σαβαὼθ αὐτὸν καλεῖ · καὶ ἐπειδήπερ αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης, διά τε τὴν ἐπιδημίαν αὐτοῦ ἔμελλε πᾶσα ἡ γῆ πληροῦσθαι τῆς δόξης αὐτοῦ, εἰκότως τὸ μέλλον ἔσεσθαι ἔν τε τῷ προφήτῃ λέλεκται, καὶ ἐν τῷ ψαλμῷ· ἐν μὲν τῷ προφήτῃ διὰ τοῦ, « Πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ · » ἐν δὲ τῷ ψαλμῷ διὰ τῆς ἀρχῆς φασκούσης· « Τοῦ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, ἡ οἰκουμένη, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ. » Τούτων τεθεσπισμένων, ἑξῆς ὑποδὰς ὁ προφήτης μαρτύρεται, ὅτι δή, εἰ καὶ πλήρης ἔσται πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ, ἀλλά γε τὸ Ἰουδαίων ἔθνος οὐ προσήσεται· διό φησι· « Καὶ εἶπε Κύριος, αὐτὸς δηλαδὴ ὁ τεθεωρημένος Κύριος Σαβαώθ· Τίνα ἀποστείλω; καὶ τίς πορεύσεται πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον; Καὶ εἶπα· Ἰδού εἰμι ἐγὼ, ἀπόστειλόν με. Καὶ εἶπε· Πορεύθητι, καὶ εἶπον τῷ λαῷ τούτῳ· Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε · καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶν αὐτῶν βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῶν, καὶ τοῖς ὠσὶν αὐτῶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς. » Δι' ὧν ἀντικρυς θεσπίζει τὴν ἐσομένην εἰς αὐτὸν ἀντιλογίαν τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ, καὶ ὡς ὄψονται μὲν αὐτὸν, οὐ μὴν προσέξουσι, τίς εἴη · λέγοντός τε ἐν αὐτοῖς καὶ διδάσκοντος ἀκούσονται, οὐ μὴν καὶ συνήσουσιν οὔθ' ὅστις ὢν αὐτοῖς διαλέξοιτο, οὔθ' ἅπερ αὐτοῖς τῆς καινῆς διδασκαλίας παραδώσει μαθήματα. Μαρτυρεῖ δὲ τοῖς τῶν λόγων ἀποτελέσμασιν ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λέγων· « Τοσαῦτα δὲ αὐτοῦ σημεῖα πεποιηκότος ἔμπροσθεν αὐτῶν, οὐκ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν, ἵνα ὁ λόγος Ἡσαΐου τοῦ προφήτου πληρωθῇ, ὃν εἶπε· Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; διὰ τοῦτο οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν, ὅτι πάλιν εἶπεν Ἡσαΐας· Τετύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν, ἵνα μὴ ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ νοήσωσι τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς. Ταῦτα εἶπεν Ἡσαΐας ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐμαρτύρησε περὶ αὐτοῦ. » Ἀναμφιλόγως οὖν ἐπὶ τὸν Χριστὸν ἀνήνεγκε τὴν ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ

[39] Hebr. I, 7. [40] Psal. XXIII, 7,8. [41] ibid. 1.

Digitized by Google

θεοφάνειαν ὁ εὐαγγελιστής, καὶ ἐπὶ τὸν Ἰουδαίων λαὸν οὐ παραδεδεγμένον τὸν ἑωραμένον τῷ προφήτῃ Κύριον, κατὰ τὴν περὶ αὐτοῦ πρόρρησιν. Τῷ γοῦν προφήτῃ ἑωρακότι τὸν Κύριον Σαβαὼθ φησιν ὁ χρησμὸς εἰπεῖν τῷ Ἰουδαίων ἔθνει, ὅτι δὴ καὶ αὐτοὶ ὄψονταί ποτε τὸν αὐτόν, ἀλλ' οὐ συνήσουσιν ὅστις εἴη, καὶ ἀκούσονται αὐτοῦ λέγοντος ἐν αὐτοῖς καὶ διδάσκοντος, ἀλλ' οὐ νοήσουσι, διὰ τὸ πεπωρῶσθαι αὐτῶν τὴν καρδίαν. Ταῦτ' οὖν ὁ Ἡσαΐας δι' ὧν παρεθέμεθα λέξεων θεσπίσας, ἐν ἱστορίας ἀφηγήσει πολεμίων ἔφοδον κατὰ τοῦ Ἄχαζ, ὃς ἐπεῖχε τότε τὰ τῆς βασιλείας τῶν Ἰουδαίων λαοῦ, ὑπογράφει, καὶ τὴν τῶν μὲν αἰσθητῶν πολεμίων καθαίρεσιν αὐτίκα, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν γενήσεσθαι σημαίνει· ὧν δὲ σύμβολα ἔφερε νοητῶν καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν, δαιμόνων τινῶν, καὶ ἀφανῶν δυνάμεων, περὶ ὧν ἀρχόμενοι τῆς ὅλης πραγματείας διεληλύθαμεν, ὡς οὐ μόνον τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, ἀλλὰ καὶ πᾶν τὸ ἀνθρώπειον γένος ἐπὶ πᾶν εἶδος κακίας, καὶ ἐπὶ αὐτήν γε τὴν ἄθεον εἰδωλολατρείαν καταβεβληκότων, οὐκ ἄλλως τὴν ἧτταν ἔσεσθαι δηλοῖ ἢ διὰ μόνης τῆς θεσπιζομένης εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας τοῦ Θεοῦ Λόγου, ἐξ ἀπειρογάμου Παρθένου σκῆνος ἀνθρώπειον ἀναληψομένου. Τίς δὲ αὐτῷ ἡ τούτου χρεία ἦν, καιρὸς ἂν εἴη διαλαβεῖν.

A impleretur, quem dixit : Domine, quis credidit auditui nostro, et brachium Domini cui revelatum est? propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias : Excæcavit oculos eorum, et induravit cor eorum, ne videant oculis, et corde intelligant, et convertantur, et sanem eos. Hæc dixit Isaias quando vidit gloriam ejus, et testificatus est de eo [48]. » Ergo absque controversia visionem illam Dei ad Christum retulit evangelista Joannes, et ad Judaicum populum, qui visum a propheta Dominum, quemadmodum ab illo ipso prædictum est, non suscepit. **313** Nam cum Dominum Sabaoth propheta vidisset, refert oraculum, quemadmodum ipsi præceperit, ut ad Judæos diceret : quod ipsi illum quidem aliquando videbunt, sed non intelligent quis sit, et B audient illum loquentem inter ipsos et docentem, sed non percipient, propterea quod induratum erit cor eorum. Cum hæc igitur Isaias his quæ apposuimus, verbis canat, in historiæ modum hostium adversus Achaz impetum, qui tunc Judaici populi regnum obtinuerat, describit, et a visibilibus quidem hostibus ruinam brevi, neque haud multo post futuram significat. Quorum vero signa quædam duntaxat attulit (hi porro sunt intelligibiles atque invisibiles quidam hostes, dæmones utique ac sub visum non cadentes potestates, de quibus initio totius operis disseruimus, quod non solam Judaicam gentem, sed omne prorsus humanum genus, in omne malitiæ genus, ac denique in ipsum omni religioni contrarium simulacrorum cultum compulerint), hos non aliter vinci posse demonstrat, quam per unum, qui canitur Dei Verbi ad homines accessum, quod quidem Dei Verbum esset ex inupta Virgine humanum corpus assumpturum. Sed hujus illi quisnam usus fuerit, jam tempus esse videtur, ut latius inquiramus.

Τὰ περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας.

Ἐπειδὴ « δι' ἀνθρώπου θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, » φησὶν ὁ Ἀπόστολος, χρῆν δήπου διὰ τοῦ αὐτοῦ ἀνθρώπου τὴν κατὰ τοῦ θανάτου βραβευθῆναι νίκην, καὶ τὸ σῶμα τοῦ θανάτου σῶμα ζωῆς ἀναδειχθῆναι, καὶ τῆς ἁμαρτίας τὴν βασιλείαν ἐν τῷ θνητῷ σώματι τὸ πρὶν ἐνεργοῦσαν καταλυθῆναι, μηκέτι ἁμαρτίας αὐτοῦ, ἀλλὰ δικαιοσύνης κρατούσης· καὶ ἐπειδὴ διὰ τῶν τῆς σαρκὸς ἁμαρτημάτων πάλαι πρότερον ἡ πτῶσις ἐγίνετο πᾶσιν ἀνθρώποις, εἰκότως πάλιν δι' ἀναμαρτήτου, καὶ πάσης ἀχράντου κακίας τὰ κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἀνηγείρετο τρόπαια. Τίνων δὲ ἐχθρῶν ἢ τῶν πάλαι διὰ τῶν τῆς σαρκὸς ἡδονῶν καταπαλαιόντων τὸ ἀνθρώπειον γένος; καὶ ἄλλως δὲ ἐχρῆν, ἀνθρώποις Θεοῦ Λόγον ὁμιλεῖν μέλλοντα, καὶ σαρκὸς ἀκοαῖς τὰ τῆς εὐσεβείας μαθήματα παραδώσοντα, τερατείας τε καὶ παραδοξοποιίας ἀνθρώπων ὀφθαλμοῖς, Θεοῦ τε δύναμιν ἐναργῆ παραστήσοντα, μὴ ἄλλως ἢ διὰ τοῦ συνήθους ἡμῖν ὀργάνου τοῦτο πρᾶξαι· ὅτι οὐδὲ πλέον οὐδὲν σωμάτων ὁρᾷν ἀνθρώπων δυνατὸν ἦν ὀφθαλμοῖς, οὐδ' ἀκούειν ἀκοὴν πλέον τι τοῦ διὰ γλώττης προφερομένου ἦχου. Ἵν' οὖν καὶ διὰ σωμάτων αἰσθήσεως τῆς τῶν νοητῶν καὶ ἀσωμάτων ἐννοίας ἐπιλαβώμεθα, τὸν ἡμῖν συγγενῆ καὶ γνώριμον λόγον αὐτὸς ὁ Θεὸς Λόγος ἀνελάμβανε, καὶ πάντα γε δι' αὐτοῦ τὰ σωτήρια τοῖς αὐτηκόοις καὶ αὐτόπταις

C *Quæ spectant ad Salvatoris nostri adventum.*

Quia « per hominem mors intravit in mundum, ait Apostolus [48a], » idcirco adversus mortem victoriam obtineri per eumdem hominem oportuit, et quod mortis fuerat corpus, vitæ corpus declarari, et peccati regnum, quod prius in corpore mortali vim suam exercebat, deleri usque adeo, ut non amplius illi peccatum, sed justitia dominaretur, et quoniam ex peccatis corporis, antea cunctis hominibus ruina facta est, merito rursus per omnis peccati expers corpus, omnique prorsus malitia intactum, tropæa adversus hostes erigenda fuerunt. Sed quos tandem hostes, nisi eos qui olim per corporeas voluptates humanum genus prosternebant? præterea cum Dei Verbum esset cum hominibus D collocuturum, et corporeis auribus præcepta de pietate traditurum, prodigiaque et miracula oculis hominum, **314** Deique virtutem evidenter atque aperte demonstraturum, non aliter quam per consuetum, nobisque familiare instrumentum, hoc facere ipsum oportuit, quoniam nihil quidem amplius, quam quæ corpora sunt, mortalibus oculis ut cerneremus, fieri poterat, neque ut auribus perciperemus, quam sonum, qui lingua proferri consuevit. Ut igitur corporeis quoque sensibus intelligibilium incorporearumque rerum notiones capere-

[48] Joan. XII, 37-41. [48a] Rom. V, 12.

Digitized by Google

mus, eum qui nobis et cognatus et familiaris esset, ipse Deus Verbum assumpsit, omniaque per illum quæcunque salutaria essent, iis, qui ipsi audiebant, ipsique fidebant, tam quæ in divinis ipsius verbis, quam quæ in factis consisterent, exposuit. Atque hæc omnia administravit, nusquam ut nos simili ratione corporis necessitatibus illigatus, neque ipse quidquam aut deterius aut amplius sua ipsius divinitate perpetiens, neque vero ut anima hominis, ita ipse tali corpore impeditus, ut divina interim munera obire non posset, aut ubique adesse, qui Dei Verbum est, omniaque implet, per omnia penetrat, neque item aut sordibus ullis, aut corruptione, aut fœditate, ex eo corpore quod assumpsit inquinatus, propterea quod cum ipse natura sit expers et corporis, et carnis, et omnis materiæ, tanquam Dei Verbum, divina quadam virtute rationibusque ineffabilibus, omnem sustinuit dispensationem, quæ sua essent impertiens, non autem contra sibi vindicans, aut usurpans quæ aliena. Ergo cur ita hanc illius in corpore dispensationem formidare opus est, quando neque fœdatus est is qui fœdari non potest, neque ex carne assumpta inquinatus, qui non potest inquinari, neque vero propria corporis natura corruptus, cum ipsum sit Dei Verbum ab omni patiendi natura prorsus alienum? Quandone solis quidem radii dum cadavera et omnis generis corpora attingunt, quidquam omnino pati dicuntur? ab ipso autem divino Verbo etiam contra, quod corruptibile erat in melius commutatum est, sanctumque atque immortale, quemadmodum ipsius voluntas fuit, effectum est: quinetiam divinis sui Patris consiliis, atque actionibus, ipse interim inserviebat. Totum igitur hoc hominum amantissimus Deus Deique Verbum pro cunctorum hominum medela et salute, vocibus interim prophetarum consentanea gerens effecit, qui quidem prophetæ tanto ante a priscis usque temporibus, admirabilem ipsius de Virgine ortum testificati fuerant. Porro autem admodum necessario huic Christi ortui de Virgine, propheta anteponit id quod reddat attentum, **315** inclamans ad eos qui ipsa hæc audiant, illud: « Si non credideritis, non intelligetis; » cui deinceps adjungit ea quæ in hunc modum se habent: « Si non credideritis, non intelligetis. » — « Et adjecit Dominus loqui ad Achaz dicens: Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum aut in excelsum. Et dixit Achaz: Non petam, neque tentabo Dominum. Et dixit: Audite jam, domus David: Num parum vobis est, hominibus exhibere certamen? et cur Domino exhibetis certamen? propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: ecce Virgo in utero capiet, et pariet filium, et vocabis nomen ejus Emmanuel. Butyrum et mel comedet, priusquam cognoscat ipse, aut eligat mala, ut seligat bonum: quia prius quam cognoscat puer bonum aut malum, non est obediens malitiæ, ut seligat bonum. Et comprehendetur terra, quam tu times a

A niam omnem vestem congregatam dolo, et indumentum, cum consiliatione soluturi sunt, et volent si fuerint igne combusti : quoniam puerulus natus est nobis, et filius datus est nobis, cujus imperium super humerum ipsius, et vocatur nomen ejus magni consilii angelus, admirabilis consiliarius, Deus fortis, potentiam habens, princeps pacis, pater futuri sæculi. Adducam enim pacem super principes, et sanitatem ei, magnum imperium ejus, et pacis ejus non est finis, super solium David et regnum ejus ut dirigat illud, et suscipiat in judicio et justitia ex hoc tempore et usque in sæculum : zelus Domini Sabaoth faciet hæc [61]. » Jam nunc tertio puerum hunc prophetia commemorat, quæ eamdem rem variis modis significat. Quoniam B igitur nunc propositum nobis est, adventus Dei ad homines modum ostendere, vide, quæso, hic quam multis modis demonstretur. Primo quidem dictus est Emmanuel, Deus qui de Virgine nasceretur. Secundo, ex prophetica muliere et Spiritu sancto puerulus, qui non alius est quam is de quo jam diximus. Tertio is, de quo nunc agimus, qui cum prioribus unus est atque idem. Huic igitur esse nomen dicitur, ut legitur apud Septuaginta, « magni consilii angelus : » et, ut quidam codices habent, « admirabilis consiliarius, Deus fortis, potentiam habens, princeps pacis, pater **337** futuri sæculi. » Ut vero est in Hebraico, sicut Aquila testificatur : « Quoniam puerulus natus est C nobis, filius datus est nobis, et facta est mensura super humerum ejus, et vocatum est nomen ejus, Admirabilis consiliarius, fortis, potens, pater, etiam princeps pacis, et pacis ejus non est finis. » Sicut autem Symmachus : « Adolescentulus enim datus est nobis, filius datus est nobis, et erit disciplina ejus super humerum ejus, et vocabitur nomen ejus Admirabilitas, consiliarius, fortis, potens, pater sæculi, princeps pacis, et pacis ejus non est finis. » Ergo non simpliciter angelus secundum ipsos LXX, sed « magni consilii angelus, et admirabilis consiliarius, et Deus fortis, et potentiam habens, et princeps pacis, et pater futuri sæculi » oriturus aliquando, et puerulus futurus, iis verbis canebatur. Habes etiam in iis quæ prius dicta sunt, Dei D Verbum, et Deum, et Dominum diversis modis appellatum, et pariter eumdem angelum patris nominatum, et primum imperatorem copiarum Domini. Sed quis tandem hic sit ? Secundum Aquilam quidem et secundum ea quæ etiam nunc apud Hebræos feruntur testimonia, qui inter homines nascetur, et « puerulus » exsistet, « admirabilisque consiliarius, et fortis, et potens, et pater etiam et princeps pacis, » cujus pacis nunquam ait futurum finem. Secundum Symmachum autem « Admirabilitas, consiliarius, fortis, potens, pater sæculi, princeps pacis, et pacis infinitæ atque interminatæ. » At, sicut Theodotion voluit, « admirabiliter consulens,

[61] Isa. IX, 5-7.

(1) Οὗ ποτε. Lege οὖ pro οὐ, et accipe ποτέ sensu οὔποτε, vel puta excidisse voculam ἧς ante οὔποτε. Edit.

Digitized by Google

fortis, potens, pater, princeps pacis, ad multiplicandam disciplinam, cujus pacis non est finis. » Cæterum, quæ sequuntur tibi ipsi contemplanda relinquo, hoc unum duntaxat adnotasse contentus, quod ipse hic, qui dicitur « pater sæculi, et infinitæ pacis princeps, magnique consilii angelus, » oriturus aliquando et puerulus futurus prophetia declaratur, et in ortu suo inter homines volet olim esse igne combustos eos qui in ea salute gentium, cujus ipse auctor erit, odiosi futuri sunt, sive ii mali quidam dæmones, sive etiam impii homines intelligantur, de quibus ait : « Quod omnem vestem collectam dolo, et vestimentum, cum conciliatione solvent. » Sed qui tandem hi fuerint, nisi de quibus alibi ex ipsius Salvatoris nostri persona dictum est : « Partiti sunt vestimenta mea sibi, et super vestem meam miserunt sortem [63], » et quicunque ejusdem impietatis ac sceleris participes fuerunt? **338** Qui quidem dum seipsos ad extremum condemnatos videbunt, optabunt se ante talem impietatem igne fuisse combustos, potius quam magni consilii angelum a seipsis violatum fuisse. Tu vero tecum ipse considera num omnem humanam naturam transiliat, quod illius pax nullum finem habitura esse dicatur, et quod pater sæculi nominetur; præterea quod non simpliciter angelus vocetur, sed « magni consilii angelus, et Deus fortis, » et quæcunque una cum his adnumerata sunt. Item ait per illum regnum David esse dirigendum, quod ipsum sane hoc intelliges modo. Plurima quidem ea sunt quæ ipsi David promisit Deus, in quibus etiam illa : « Et ponam in mari manum ejus, et in fluminibus dexteram ejus, ipse invocabit me, pater meus es tu, Deus meus, et susceptor salutis meæ, et ego primogenitum ponam illum, excelsum præ regibus terræ, in æternum servabo illi misericordiam meam, et testamentum meum fidele ipsi, et ponam in sæculum sæculi semen ejus, et thronum ejus sicut dies cœli [64]. » Et rursus : « Semel juravi in sancto meo, si David mentiar, semen ejus in æternum manebit, et thronus ejus sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in æternum [65]. » Cum in Psalmis Deus ipse David tam multa promiserit, contraria tamen iis quæ promissa sunt, illius successoribus evenisse constat propter ipsorum impietates. Etenim cum ex semine David reges usque ad Jechoniam et usque ad Babylonicam templi obsidionem permanserint, ubi hoc ipsum accidit, tum vero dissolutum est regnum, adeo quidem, ut ex illo tempore non amplius sedes David, neque de semine ejus quisquam apud Judaicam gentem regnaverit, et hanc quidem earum rerum, quæ, ut proxime posita psalmi particula demonstrat, ipsi David promissæ sunt, jacturam, Spiritus divinus in hunc modum canit : « Tu vero repulisti et despexisti, distulisti Christum tuum, evertisti testamentum servi tui, profanasti in terra sanctua-

A τοσοῦτον ἐπισημηνάμενος, ὡς ἄρα αὐτὸς οὗτος ὁ λεγόμενος « πατὴρ αἰῶνος, καὶ ἀπείρου εἰρήνης ἄρχων, μεγάλης τε βουλῆς ἄγγελος » γεννηθήσεσθαι, καὶ παιδίον ἔσεσθαι προφητεύεται, ἐπί τε τῇ εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ γενέσει πυρικαύστους ἐθελήσειν ἔσεσθαι τοὺς ἐπὶ τῇ δι' αὐτοῦ γενομένῃ σωτηρίᾳ τῶν ἐθνῶν διαφθονουμένους, εἴτε δαίμονας πονηροὺς, εἴτε καὶ ἀσεβεῖς ἄνδρας, περὶ ὧν φησιν· « Ὅτι πᾶσαν στολὴν ἐπισυνηγμένην δόλῳ, καὶ ἱμάτιον μετὰ καταλλαγῆς ἀποτίσουσι. » Τίνες δὲ ἄρα ἦσαν οὗτοι, ἢ περὶ ὧν ἀλλαχοῦ ἐξ αὐτοῦ προσώπου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἴρηται; « Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον, » οἵ τε τῆς τούτων μέτοχοι δυσσεβείας, οἳ καὶ θελήσουσι, τὴν σφῶν αὐτῶν κρίσιν ὕστερόν ποτε ὀψόμενοι, εἰ πρὸ τῆς ἀσεβείας B αὐτῶν ἐγεγόνεισαν πυρίκαυστοι, πρὶν ἢ τὸν τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελον πρὸς αὐτῶν ἀσεβηθῆναι. Καὶ σὺ δὲ παρὰ σαυτῷ σκέψαι εἰ μὴ ὑπερβαίνει πᾶσαν φύσιν ἀνθρώπων τὸ μὴ τέλος ἔχειν τὴν εἰρήνην αὐτοῦ λέγεσθαι, καὶ τὸ πατέρα ὀνομάζεσθαι αἰῶνος· καὶ αὐτὸ δὲ τὸ καλεῖσθαι αὐτὸν οὐχ ἁπλῶς ἄγγελον, ἀλλὰ « τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελον, καὶ Θεὸν ἰσχυρὸν, » καὶ ὅσα τούτοις συγκαταλέλεκται. Ἔτι δέ φησι δι' αὐτοῦ κατορθωθήσεσθαι τὴν τοῦ Δαβὶδ βασιλείαν, ὃ καὶ αὐτὸ τοῦτον νοήσεις τὸν τρόπον. Πλεῖσται ὅσαι τῷ Δαβὶδ γεγόνασιν ἐπαγγελίαι, ἐν αἷς εἴρηται· « Καὶ θήσομαι ἐν θαλάσσῃ χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ἐν ποταμοῖς δεξιὰν αὐτοῦ. Αὐτὸς ἐπικαλέσεταί με· Πατήρ μου εἶ σὺ, Θεός μου καὶ ἀντιλήπτωρ τῆς σωτηρίας μου. Κἀγὼ πρωτότοκον θήσομαι αὐτὸν, ὑψηλὸν παρὰ τοῖς βασιλεῦσι C τῆς γῆς. Εἰς τὸν αἰῶνα φυλάξω αὐτῷ τὸ ἔλεός μου, καὶ ἡ διαθήκη μου πιστὴ αὐτῷ. Καὶ θήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ, ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ. » Καὶ αὖθις· « Ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου, εἰ τῷ Δαβὶδ ψεύσομαι, τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μενεῖ, καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον μου, καὶ ὡς ἡ σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα. » Τοσαῦτα ἐν τοῖς Ψαλμοῖς τοῦ Θεοῦ τῷ Δαβὶδ ἐπηγγελμένου, τἀναντία συνέβη ταῖς ἐπαγγελίαις ἐπιλθεῖν διὰ τὰς τῶν διαδόχων αὐτοῦ δυσσεβείας. Ἡ γοῦν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ βασιλεία, διαρκέσασα μέχρις Ἰεχονίου καὶ τῆς ὑπὸ Βαβυλωνίοις τοῦ ἱεροῦ πολιορκίας, λέλυτο, ὡς ἐξ ἐκείνου μηκέτι τὸν θρόνον Δαβὶδ, μηδὲ τοὺς ἐκ σπέρματος αὐτοῦ βασιλεῦσαι τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους. Καὶ ταύτην γε D τὴν γενομένην διάπτωσιν τῆς πρὸς τὸν Δαβὶδ ἐπαγγελίας κατὰ τὴν προειρημένην τοῦ ψαλμοῦ παράθεσιν τὸ θεῖον ὧδέ πως Πνεῦμα θεσπίζει· « Σὺ δὲ ἀπώσω καὶ ἐξουδένωσας, ἀνεβάλου τὸν Χριστόν σου· κατέστρεψας τὴν διαθήκην τοῦ δούλου σου, ἐβεβήλωσας εἰς τὴν γῆν τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ· καθεῖλες πάντας τοὺς φραγμοὺς αὐτοῦ· » καὶ μετ' ὀλίγα· « Τὸν θρόνον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν κατέῤῥαξας, ἐσμίκρυνας τὰς ἡμέρας τοῦ χρόνου αὐτοῦ, κατέχεας αὐτοῦ αἰσχύνην. » Ἃ καὶ ἐναργῶς ἀρξάμενα συντελεῖσθαι ἀπὸ τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας τοῦ λαοῦ μέχρι τῆς Ῥωμαίων καὶ Τιβερίου παρεξετάθη βασιλείας. Οὐδεὶς γοῦν ἐκ τῆς τοῦ Δαβὶδ διαδοχῆς ἐν τοῖς μεταξὺ

[63] Psal. xxi, 18 ; Matth. xxvii, 35. [64] Psal. lxxxviii, 26-30. [65] ibid. 36-38.

Digitized by Google

χρόνοις φαίνεται ἐπὶ τὸν βασιλικὸν τοῦ Ἑβραίων ἔθνους καθεσθεὶς θρόνον μέχρι τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας. Τοῦ δὲ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ γενομένου Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βασιλέως ἐπὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἀνακηρυχθέντος, ὥσπερ ἀπὸ γῆς καὶ πτώματος ἀνανεωθεὶς αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ θρόνος Δαβὶδ διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνθέου βασιλείας ἀνώρθωται, καὶ διαμενεῖ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰσέτι γε, ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον τοῦ Θεοῦ, τὴν πᾶσαν κατα-λάμπων οἰκουμένην ταῖς ἀκτῖσι τοῦ φωτὸς τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ, ἀκολούθως τῇ τε ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ μαρτυρίᾳ, καὶ τοῦ μετὰ χεῖρας προφήτου, περὶ τοῦ γεννηθησομένου παιδίου λέγοντος, ἐπὶ τὸν θρόνον Δαβὶδ, δηλαδὴ τὸν αἰώνιον καὶ διαρκῆ, τὸν δὴ καὶ ἐπηγγελμένον τῷ Δαβὶδ καθεσθήσεσθαι αὐτὸν ἐπὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, κατορθῶσαι αὐτὴν καὶ ἀντιλαβέσθαι ἐν κρίματι καὶ δικαιοσύνῃ ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν αἰῶνα. Ὅπως δὲ ταῦτα ἐπληροῦτο, διδάσκαλος γένοιτ' ἂν ἀξιόχρεως Γαβριὴλ ὁ ἄγγελος ἐν τῷ πρὸς τὴν Παρθένον χρηματισμῷ φάσκων· « Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ· καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται, καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. » Ταύτην ἐν τῷ προειρημένῳ ψαλμῷ καὶ ὁ προφήτης προσδοκῶν τὴν τοῦ Χριστοῦ γένεσιν, τήν τε ὑπέρθεσιν αὐτῆς, καὶ ἀναβολὴν ὥσπερ αἰτίαν συνορῶν τῆς τοῦ θρόνου Δαβὶδ ἀποπτώσεως, ἀποδυσπετεῖ λέγων· « Σὺ δὲ ἀπώσω καὶ ἐξουδένωσας, ἀνεβάλου τὸν Χριστόν σου. » Εὔχεται δὲ ὥσπερ δυσωπῶν τὸ Θεῖον, ἧ τάχος πληρωθῆναι τὰ τῆς ἐπαγγελίας, φάσκων· « Ποῦ ἐστι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα, Κύριε, ἃ ὤμοσας τῷ Δαβὶδ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου; » ἃ δὴ σαφέστατα καὶ αὐτὰ δὴ ταῦτα πληρωθήσεσθαι ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ τῆς μεγάλης βουλῆς ἀγγέλου θεσπίζει· Ἐφ' ᾧ θελήσουσι, φησὶν, οἱ προαποδοθέντες εἰ ἐγενήθησαν πυρίκαυστοι· « διότι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, καὶ υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν ὁ τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελος. » Τίσι δὲ ἡμῖν ἢ τοῖς εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσι τοῖς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ τῶν ἐθνῶν, οἷς αἴτιος γεγένηται φωτὸς καὶ εὐφροσύνης, καινοῦ τε καὶ νέου ποτοῦ, τῆς καινῆς Διαθήκης μυστηρίου, κατὰ τὴν φήσασαν προφητείαν, « Τοῦτο πρῶτον, πίε, ταχὺ ποίει, χώρα Ζαβουλὼν, καὶ γῆ Νεφθαλεὶμ, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ τὴν παραλίαν οἰκοῦντες πέραν τοῦ Ἰορδάνου, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν· ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει, φῶς ἴδετε μέγα· καὶ τοῖς καθημένοις ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς; » Εἶεν δ' ἂν ἐν τούτοις δηλούμενοι οἵ τε ἐξ ἐθνῶν εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ πεπιστευκότες, καὶ οἱ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι, οὓς ἀπὸ γῆς Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλεὶμ ἀνακαλεσάμενος, ἐξελέξατο κήρυκας τοῦ Εὐαγγελίου. Τούτοις μὲν οὖν ὁ τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελος υἱὸς ἐδόθη, σωτηρίας αἴτιος· τοῖς δὲ εἰς αὐτὸν ἠπιστηκόσι, πυρὸς δηλαδὴ καὶ καύσεως. Ὅλης δὲ

A rium ejus, destruxisti omnes sepes ejus [66]. » Et post pauca : « Sedem ejus in terram collisisti, minuisti dies temporis ejus, perfudisti eum confusione [67]. » Quæ omnia cum jam perfici inceperint, ab eo tempore quo populus in Babylonem captivus ductus est, usque ad Romanorum et Tiberii imperium prolata provectaque sunt. **339** Nullus enim ex genere David hoc toto intermedio tempore in Hebraicæ gentis regia sede videtur sedisse, usque ad Christi adventum. Ubi vero Dominus et Salvator noster Jesus Christus, qui de semine David ortus est, in totum orbem rex denuntiatus est, tanquam ea quæ de terra et ruina instaurata sit, ipsa illa sedes David per divinum Salvatoris nostri regnum erecta est, et permanebit in æternum, veluti sol in B conspectu Dei, illius lucis radiis, quam doctrina illius præ se fert, totum orbem terrarum illustrans; quod quidem et psalmi proximo testimonio consentaneum est, et huic prophetæ, de quo nunc agimus, qui de puero orituro ait, ipsum in sede David, æterna videlicet ac permanente, quæ etiam ipsi David promissa est, sessurum in regno ipsius, ut dirigat illud et suscipiat in judicio et justitia ab hoc ipso tempore usque in sæculum. Porro autem quomodo hæc ipsa completa sint, satis abunde docere nos potest angelus Gabriel, in ea allocutione qua ad Virginem usus est sic dicens : « Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum ; ecce concipies in utero et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum, hic erit magnus, et filius Altissimi vocabitur, et dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis [68], » ipsum hunc in psalmo superiore etiam propheta exspectans Christi ortum, et moram ejus, dilationemque quasi ruinæ sedis David causam inspiciens, tædio ingenti afficitur, et ait : « Tu vero repulisti et despexisti, distulisti Christum tuum. » Deinde quasi timens ac suspicans, Deum ipsum orat, ut quam celerrime ea quæ promissa sunt exhibeantur, dicens : « Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine, quas jurasti David in veritate tua [69] ? » quæ quidem ipsa, ipsa, inquam, hæc planissime complenda esse in ortu magni consilii angeli vaticinatur : in quo volent, inquit, ii de quibus antea dictum est, si fuissent igne combusti. Quoniam puerulus natus est nobis, et filius datus est nobis, magni consilii angelus. Quibus autem nobis, nisi iis qui in ipsum credidimus, qui in Galilæa gentium sumus, quibus auctor factus est luminis et lætitiæ, et recentis novique potus, Novi Testamenti mysterii, ut ipsa quoque prophetia ait, **340** « Primum bibe, cito fac, regio Zabulon, et terra Nephthalim, et reliqui maritimam incolentes ultra Jordanem, Galilæa gentium : populus sedens in tenebris, videte lucem magnam, et sedentibus in tenebris et umbra mortis, lux orta est eis [70] » ? Sunt vero ii qui in his verbis

[66] Psal. LXXXVIII, 39-41. [67] ibid. 45, 46 [68] Luc. I, 30-33. [69] Psal. LXXXVIII, 50. [70] Isa. IX, 1, 2.

Digitized by Google

significantur et quicunque ex gentibus in Christum Dei crediderunt, et Salvatoris nostri discipuli atque apostoli, quos de terra Zabulon et Nephthalim evocatos, præcones Evangelii sui elegit. Hisce enim magni consilii angelus filius datus est auctor salutis. Iis vero qui in ipsum non crediderint, ignis videlicet atque incendii. Universæ autem hujusce dispensationis causam fuisse ait zelum Domini, sic dicens : « Zelus Domini Sabaoth faciet hæc [71]. » Sed quis tandem hic sit zelus nisi is cujus meminit Moses, ubi ait : « Ipsi mihi zelum injecerunt in eo qui non erat Deus, et irritaverunt me in simulacris suis ; et ego zelum injiciam eis in ea quæ non est gens, in gente stulta irritabo illos [72]. » Sed quoniam favente Deo jam nunc ea quæ ad ejus adventum ad homines pertinent, de quo apud prophetas agitur, necnon ejusdem adventus modus, ex propheticis testimoniis demonstrata sunt, tempus jam esse videtur ut inspiciamus, ubi terrarum oriturus, et ex quo genere venturus, item ex qua Hebræorum tribu profecturus nuntiaretur; quæ quidem ipsa si placet, obsecro, scrutemur.

A ταύτης τῆς οἰκονομίας ὑπόθεσιν γεγονέναι φησὶ τὸν ζῆλον Κυρίου, λέγων· « Ὁ ζῆλος Κυρίου Σαβαὼθ ποιήσει ταῦτα. » Ποῖος δὲ ζῆλος; ἢ οὗ μέμνηται Μωσῆς, λέγων· « Αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ θεῷ, παρώργισάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν· κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει· ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς. » Ἀλλ' ἐπεὶ σὺν Θεῷ τὰ περὶ τῆς τοῦ προφητευομένου εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ τρόπος τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ διὰ τῶν προφητικῶν ἀποδέδεικται μαρτυριῶν, καιρὸς ἂν εἴη συνιδεῖν, ποῦ γῆς γεννηθήσεσθαι, καὶ ὅθεν γένους ἥξειν, ἐξ ὁποίας τε Ἑβραίων προελεύσεσθαι φυλῆς ἐκηρύττετο· ἃ καὶ αὐτὰ, φέρε, ἐρευνήσωμεν.

CAPUT II.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

A Michæa. — De loco ubi esset oriturus is Deus, quem prophetæ nuntiarunt : et quemadmodum de Bethlehem regione Palæstinæ procedet a sæculo præexsistens piorum gentis princeps, et quemadmodum ille Dominus ducturus divinatur eos qui ab ultimis usque terræ finibus in eum crediderint.

Ἀπὸ τοῦ Μιχαία.— Περὶ τοῦ τόπου τῆς γενέσεως τοῦ προκηρυττομένου Θεοῦ· καὶ ὡς ἐκ Βηθλεὲμ, χωρίου τῆς Παλαιστίνης, ἐξ αἰῶνός τις προϋπάρχων, ἡγούμενος τοῦ τῶν θεοσεβῶν γένους προελεύσεται, καὶ ὡς αὐτὸς ὁ Κύριος ποιμαίνειν θεσπίζεται τοὺς μέχρι τῶν ἐσχατιῶν τῆς γῆς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας.

« Et tu, Bethlehem, domus Ephrata, minima es ut sis in millibus Juda; ex te mihi egredietur qui præsit, ut sit princeps **341** in Israel, et exitus ejus ab initio ex diebus sæculi. Idcirco dabit eos usque ad tempus parientis; pariet, et reliqui fratrum ipsorum convertentur ad filios Israel, et consistet, et videbit, et pascet gregem suum in robore Dominus, et in gloria nominis Domini Dei ipsorum exsistent, quoniam nunc C magnificabuntur usque ad extrema terræ, et erit hæc pax [73]. » Quod quidem ipse Emmanuel, qui ex interpretatione est *nobiscum Deus*, de Virgine nascatur, et quod puer fiat magni consilii angelus, planissime ex iis quæ ante proposita sunt, demonstratum est. Cæterum, oportebat etiam locum, in quo ille oriturus esset, significari. Divinitus ergo prædicitur de Bethlehem quidam egressurus princeps in Israel, exitus ab initio ex diebus sæculi habens. Hoc autem ipsum nunquam humanæ naturæ accommodari poterit, sed soli Emmanuel et magni consilii angelo. Quod enim ab æterno exsistat, cui tandem sit accommodandum nisi soli Deo? Igitur de Bethlehem (est autem hic Judææ locus, non D procul ab ipsa Jerusalem situs) dicitur quidam ab æterno exsistens progressurus. Nullum vero nisi unum David invenimus gloria præditum ac celebrem, qui inde sit exortus, et post ipsum David, alterum duntaxat, nostrum utique Salvatorem Jesum, qui Christus est Dei : præter hos autem nullum alium prorsus. At vero ipse quidem David hujusce prophetiæ tempora antecessit, et plurimis

« Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ οἶκος τοῦ Ἐφραθὰ, ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα Ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος, τοῦ εἶναι ἄρχοντα ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος. Διὰ τοῦτο δώσει αὐτοὺς ἕως καιροῦ τικτούσης. Τέξεται, καὶ οἱ ἐπίλοιποι τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ· καὶ στήσεται, καὶ ὄψεται, καὶ ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ ἐν ἰσχύϊ Κύριος, καὶ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ ὀνόματος Κυρίου Θεοῦ αὐτῶν ὑπάρξουσι· διότι νῦν μεγαλυνθήσονται ἕως ἄκρων τῆς γῆς, καὶ ἔσται αὕτη εἰρήνη. » Ἐμμανουὴλ μεθερμηνευόμενος *μεθ' ἡμῶν Θεὸς*, ἐκ τῆς Παρθένου γεννώμενος, καὶ παιδίον γινόμενος ὁ τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, σαφῶς ἐδείχθη διὰ τῶν προεκτεθειμένων. Ἀλλ' ἐχρῆν καὶ τὸν τῆς γενέσεως αὐτοῦ σημανθῆναι τόπον. Προφητεύεται δῆτα ἐκ Βηθλεέμ τις ἐξελεύσεσθαι ἄρχων ἐν τῷ Ἰσραὴλ, τὰς ἐξόδους ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος ἔχων. Τοῦτο δὲ οὐκ ἂν ἐφαρμόσειεν ἀνθρώπου φύσει, εἰ μὴ μόνῳ τῷ Ἐμμανουὴλ, καὶ τῷ τῆς μεγάλης βουλῆς ἀγγέλῳ. Τὸ γὰρ ἐξ αἰῶνος ὑφεστάναι, τίνι ἄρα ἐφαρμόττοι ἂν ἢ μόνῳ Θεῷ; Ἐκ τοίνυν τῆς Βηθλεὲμ (χωρίον δέ ἐστι τῆς Ἰουδαίας, οὐ πόρρω τῆς Ἱερουσαλὴμ διεστὼς) λέγεταί τις ἐξ αἰῶνος ὑπάρχων προελεύσεσθαι. Οὐδ' (1) ἕτερον δὲ ἐνθένδε ἢ μόνον τὸν Δαβὶδ εὕρομεν ἐπίδοξον γεγενημένον, καὶ ἔπειτα μετ' ἐκεῖνον τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ· ἕτερον δὲ παρὰ τούτους οὐδένα. Ἀλλ' ὁ μὲν Δαβὶδ, τοὺς χρόνους τῆς προφητείας προειληφὼς, τετελευτήκει πλείοσι πρότερον ἔτεσι τῆς προῤῥήσεως· ἀλλ' οὐδὲ δὲ (2) ἀφ' ἡμερῶν αἰῶνος οὗτος τὰς ἐξόδους πεποίητο.

[71] Isa. xxxvii, 32. [72] Deut. xxxii, 21. [73] Mich. v, 2-5.

(1) *Οὐδ'*. Lege οὐχ. Edit.

(2) *Οὐδὲ δέ*. Lege, ut sæpe, pro οὐδὲ, οὐ, et huic conjunge δέ sequens, ut sit οὐδέ solum. Edit.

Digitized by Google

Οὐκοῦν λείπεται ἐπὶ τὸν μετὰ ταῦτα ἐκ Βηθλεὲμ γενόμενον τὸν ἀληθῶς Ἐμμανουὴλ, τὸν πρὸ πάσης κτίσεως προόντα Θεὸν Λόγον καὶ μεθ' ἡμῶν Θεὸν λεγόμενον, συμπληροῦσθαι τὰ γεγραμμένα· ἐπεὶ καὶ ἡ ἐν Βηθλεὲμ γένεσις αὐτοῦ ἀντικρυς Θεοῦ παρουσίαν ἐδήλου διὰ τῶν κατ' αὐτὴν παραδόξων. Γράφει γοῦν ὁ Λουκᾶς τοῦτον ἱστορῶν τὸν τρόπον· « Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου τοῦ ἀπογράψασθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην· αὕτη ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου. Καὶ ἐπορεύοντο πάντες ἀπογράφεσθαι, ἕκαστος εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν. Ἀνέβη δὲ καὶ Ἰωσὴφ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, ἐκ πόλεως Ναζαρὲθ εἰς τὴν Ἰουδαίαν, εἰς πόλιν Δαβὶδ, ἥτις καλεῖται Βηθλεὲμ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ, ἀπογράψασθαι σὺν Μαριὰμ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ γυναικὶ οὔσῃ ἐγκύῳ. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ αὐτοὺς εἶναι ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν. Καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ, διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι. Καὶ ποιμένες ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ τῇ αὐτῇ ἀγραυλοῦντες, καὶ φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν ποίμνην αὐτῶν· καὶ ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη αὐτοῖς, καὶ δόξα Θεοῦ περιέλαμψεν αὐτοὺς, καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ ἄγγελος· Μὴ φοβεῖσθε· ἰδοὺ γὰρ εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην, ἥτις ἔσται παντὶ τῷ λαῷ· ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον Σωτὴρ, ὅς ἐστι Χριστὸς Κύριος, ἐν πόλει Δαβίδ. Καὶ τοῦτο ὑμῖν τὸ σημεῖον· εὑρήσετε βρέφος ἐσπαργανωμένον ἐν φάτνῃ. Καὶ ἐξαίφνης ἐγένετο σὺν τῷ ἀγγέλῳ πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου αἰνούντων τὸν Θεὸν, καὶ λεγόντων· Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. Καὶ ἐγένετο, ὡς ἀπῆλθον ἀπ' αὐτῶν εἰς τὸν οὐρανὸν οἱ ἄγγελοι, οἱ ποιμένες εἶπον πρὸς ἀλλήλους· Διέλθωμεν δὴ ἕως Βηθλεὲμ, καὶ ἴδωμεν τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ γενόμενον, ὃ ὁ Κύριος ἐγνώρισεν ἡμῖν. Καὶ ἦλθον σπεύσαντες, καὶ εὗρον τὴν Μαριὰμ καὶ τὸν Ἰωσὴφ, καὶ τὸ βρέφος κείμενον ἐν τῇ φάτνῃ. Ἰδόντες δὲ ἐγνώρισαν περὶ τοῦ ῥήματος τοῦ λαληθέντος αὐτοῖς περὶ τοῦ παιδίου τούτου· καὶ πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐθαύμασαν περὶ τῶν λαληθέντων ὑπὸ τῶν ποιμένων πρὸς αὐτούς. » Ταῦτα μὲν ὁ Λουκᾶς. Καὶ ὁ Ματθαῖος δὲ τὰ περὶ τὴν γένεσιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἱστορῶν, τοῦτον γράφει τὸν τρόπον· « Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας ἐν ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, ἰδοὺ Μάγοι παρεγένοντο ἀπὸ ἀνατολῶν εἰς Ἱερουσαλὴμ, λέγοντες· Ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων· εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ, καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ. Ἀκούσας δὲ ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης ἐταράχθη, καὶ πᾶσα ἡ Ἱεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ. Καὶ συναγαγὼν πάντας τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, ἐπυνθάνετο παρ' αὐτῶν, ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται. Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· Ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας. Οὕτω γὰρ γέγραπται διὰ τοῦ προφήτου· Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ, οἶκος τοῦ Ἐφραθὰ, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα. Ἐκ σοῦ

[11] Luc. II, 1-18.

ante hoc oraculum annis mortuus est; præterea ne a diebus quidem sæculi exitus suos fecit David. Superest igitur ut in eo, qui posthac de Bethlehem proficiscitur, re vera Emmanuel, quippe omnia quæ creata sunt antecedit, et Deus Verbum, et nobiscum Deus appellatur, quæ hic scripta sunt compleantur : quoniam ipse quoque illius in Bethlehem ortus, planissime Dei adventum significavit, ex iis admirabilibus rebus, quæ apud ipsam illam Bethlehem evenerunt. Siquidem Lucas in hunc modum enarrans describit : « Factum est autem in diebus illis. Exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis : hæc descriptio prima facta est præside Syriæ Cyrenio. Et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam civitatem. Ascendit autem et Joseph a Galilæa de civitate Nazareth, in Judæam, in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo et familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi **342** uxore prægnante. Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret, et peperit filium suum primogenitum, et pannis eum involvit, et reclinavit eum in præsepio, quia non erat eis locus in diversorio. Et pastores erant in regione eadem vigilantes, et custodientes vigilias noctis super gregem suum : et angelus Domini stetit super eos, et gloria Dei circumfulsit illos, et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus : Nolite timere, ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quoniam natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus in civitate David : et hoc vobis signum. Invenietis infantem pannis involutum, et positum in præsepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum et dicentium : Gloria in altissimis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas. Et factum est, ut discesserunt ab iis in cœlum angeli, pastores dixerunt ad se invicem, transeamus usque Bethlehem, et videamus hoc verbum quod factum est, quod Dominus ostendit nobis : et venerunt festinantes, et invenerunt Mariam et Joseph, et infantem positum in præsepio. Videntes autem cognoverunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc : et omnes qui audierunt mirati sunt de iis quæ dicta erant a pastoribus ad ipsos [11]. » Hæc quidem Lucas. Matthæus autem ubi ea quæ ad ortum Salvatoris nostri exponit, scribit in hunc modum : « Cum autem natus esset Jesus in Bethlehem Judææ in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt in Jerusalem, dicentes : Ubi est qui natus est rex Judæorum? vidimus enim stellam ejus in oriente, et venimus ut adoremus eum. Audiens autem Herodes rex turbatus est, et omnis Hierosolyma cum illo : et congregans omnes principes sacerdotum et scribas populi, sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei, in Bethlehem Judææ. Sic enim scriptum est per prophetam : Et tu, Bethlehem domus Ephratha, nequaquam

Digitized by Google

minima es in principibus Juda. Ex te enim exibit dux, qui pascet populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis, et mittens eos in Bethlehem, **343** dixit : Ite et interrogate diligenter de puero, et cum inveneritis, renuntiate mihi, ut et ego veniens adorem eum. Qui cum audiissent regem, abierunt, et ecce stella, quam viderant in oriente, antecedebat eos, donec veniens staret supra ubi erat puer. Videntes autem stellam gavisi sunt gaudio magno valde, et intrantes domum viderunt puerum cum Maria matre ejus, et procidentes adoraverunt eum, et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum et thus et myrrham ; et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam [78]. » Hæc autem universa exposui, ut demonstrarem ea quæ in ortu Salvatoris nostri in Bethlehem gesta sunt, certissima præbere argumenta, illum esse de quo loquitur prophetia. Atque hodie quoque, qui locum illum incolunt, tanquam a patribus ipsorum accepta memoria, iis, qui visendi loci gratia Bethlehem petere consueverunt, testimonium suum afferunt, veritati fidem facientes, agrumque demonstrantes, ubi Virgo enixa infantem deposuit : qua de re ipsa prophetia sic ait : « Idcirco dabis eos usque ad tempus parientis : pariet, et reliqui fratrum ipsorum convertentur. » Consentanee autem hic quoque parientem intelligit eam, quæ in superioribus oraculis Virgo nominata est, et prophetica mulier, quæ ipsum Emmanuel et magni consilii angelum erit paritura. Nam usque ad hujusce tempora, ejusque qui de ipsa erat oriturus, quæ ad priorem populum pertinent, steterunt, quippe cum eis præscriptio temporis data esset usque ad tempus parientis, hoc est, usque ad mirabilem ortum ejus, qui de Virgine nasceretur : post quem, sublatum quidem est ipsorum regnum; qui vero reliqui fratrum ipsorum dicuntur, ii sunt accipiendi, qui in Christum Dei crediderunt, apostoli et discipuli et evangelistæ Salvatoris nostri : quos conversos ipse Dominus pascere dicitur, non sicut prius per angelos, aut per administros homines, sed ipse per seipsum, usque adeo ut propter hoc magnificari eos contigerit usque ad extremum terræ. Magnificati enim sunt, quo tempore in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum. Constat vero etiam illud, quam magnus grex per universam terram ut rationalibus humanisque ovibus ipsi **344** Domino per apostolos suos collectus sit. Quem sane gregem ipse Dominus per seipsum, qui ejus pastor simul et Dominus est, visurus pasturusque in robore dicitur, adeo quidem, ut in manu forti et brachio excelso a Domino et pastore conservatæ oves nihil mali patiantur ab insidiantibus asperis et immitibus feris. Et ea quidem quæ ad ortum in Bethlehem, quæ-

γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. Τότε Ἡρώδης, λάθρα καλέσας τοὺς μάγους, ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος · καὶ πέμψας αὐτοὺς εἰς Βηθλεέμ, εἶπε· Πορευθέντες ἐξετάσατε ἀκριβῶς περὶ τοῦ παιδίου. Ἐπὰν δὲ εὕρητε, ἀναγγείλατέ μοι, ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ. Οἱ δὲ ἀκούσαντες τοῦ βασιλέως ἐπορεύθησαν. Καὶ ἰδοὺ ὁ ἀστὴρ, ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ, προῆγεν αὐτοὺς, ἕως ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον. Ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα · καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν εἶδον τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ · καὶ ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν, προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα, χρυσὸν, καὶ λίβανον, καὶ σμύρναν. Καὶ χρηματισθέντες κατ' ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρώδην, δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν. » Ὅλα δὲ ταῦτα ἐξεθέμην εἰς παράστασιν τῶν πεπραγμένων ἐπὶ τῇ ἐν Βηθλεὲμ γενέσει τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ἐναργῆ τεκμήρια παρέχοντα αὐτὸν εἶναι τὸν ὑπὸ τῆς προφητείας δηλούμενον. Καὶ εἰς δεῦρο δὲ οἱ τὸν τόπον οἰκοῦντες, ὡς ἐκ πατέρων εἰς αὐτοὺς κατελθούσης παραδόσεως, τοῖς τῶν τόπων ἱστορίας χάριν εἰς τὴν Βηθλεὲμ ἀφικνουμένοις μαρτυροῦσι, τῶν λόγων πιστούμενοι τὴν ἀλήθειαν διὰ τῆς τοῦ ἄγρου δείξεως, ἐν ᾧ τεκοῦσα ἡ Παρθένος κατατέθειται τὸ βρέφος· ἐφ' οἷς ἡ προφητεία φησί · « Διὰ τοῦτο δώσει αὐτοὺς ἕως καιροῦ τικτούσης. Τέξεται, καὶ οἱ ἐπίλοιποι τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν. » Ἀκολούθως δὲ κἀνταῦθα τίκτουσαν δηλοῖ τὴν ἐν ταῖς πρόσθεν προφητείαις Παρθένον ὠνομασμένην καὶ προφήτιδα, τὴν τὸν Ἐμμανουὴλ καὶ τὸν τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελον ἀποτεξομένην. Ἕως γὰρ τῶν ταύτης καιρῶν καὶ τοῦ ἐξ αὐτῆς ἀποτεχθέντος καὶ τὰ τοῦ πρωτέρου λαοῦ συνειστήκει, δοθείσης αὐτοῖς προθεσμίας ἕως καιροῦ τικτούσης, τοῦτ' ἔστιν ἕως τῆς παραδόξου γενέσεως τοῦ ἐκ τῆς Παρθένου τεχθέντος, μεθ' ὃν ἤρθη μὲν αὐτῶν ἡ βασιλεία. Οἱ δὲ ἐπίλοιποι τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν, οὗτοι ἂν εἶεν οἱ εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ πεπιστευκότες ἀπόστολοι, καὶ μαθηταὶ, καὶ εὐαγγελισταὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, οὓς ἐπιστρέψαντας αὐτὸς ὁ Κύριος ποιμανεῖν λέγεται, οὐ καθὼς τὸ πρὶν δι' ἀγγέλων ἢ διὰ θεραπόντων ἀνθρώπων, ἀλλ' αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ, ὥστε διὰ τοῦτο μεγαλυνθῆναι αὐτοὺς ἕως ἄκρου τῆς γῆς. Ἐμεγαλύνθησαν γὰρ ὅτε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματ' αὐτῶν. Πρόδηλον δὲ καὶ ὁποῖον μέγα ποίμνιον καθ' ὅλης τῆς γῆς ἐκ λογικῶν καὶ ἀνθρωπείων προβάτων τῷ Κυρίῳ διὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ συνέστη· ὃ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος δι' ἑαυτοῦ, ποιμὴν ὁμοῦ καὶ Κύριος ὢν τῆς ποίμνης, ἐπόψεσθαι καὶ ποιμανεῖν ἐν ἰσχύϊ λέγεται, ὥστε ἐν χειρὶ κραταιᾷ καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ πρὸς τοῦ δεσπότου καὶ ποιμένος φυλαττόμενα τὰ πρόβατα μηδέν τι παθεῖν δεινὸν πρὸς τῶν ἐφεδρευόντων αὐτοῖς ἀγρίων καὶ ἀπηνῶν θηρίων. Καὶ τὰ μὲν περὶ τῆς ἐν Βηθλεὲμ, καὶ τῆς ἀπὸ ταύτης προόδου τοῦ προκηρυττομένου Θεοῦ, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· τὴν

[78] Matth. II, 1-12.

Digitized by Google

δὲ ἐξ οὐρανῶν εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίαν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου καὶ ποιμένος ἤδη καὶ πρότερον ἐξ αὐτοῦ τοῦ μετὰ χεῖρας προφήτου παρατέθειμαι, δι' ὧν ἔλεγεν· « Ἀκούσατε, λαοὶ πάντες, καὶ προσεχέτω ἡ γῆ, καὶ πάντες οἱ ἐν αὐτῇ, καὶ ἔσται Κύριος ὑμῖν εἰς μαρτύριον, Κύριος ἐξ οἴκου ἁγίου αὐτοῦ· διότι ἰδοὺ Κύριος Κύριος ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ, καὶ καταβήσεται, » καὶ τὰ ἑξῆς· οἷς ἐπιλέγων ἔφασκε· « Δι' ἀσέβειαν Ἰακὼβ πάντα ταῦτα, καὶ δι' ἁμαρτίαν οἴκου Ἰσραήλ· » Σαφὲς δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἑξῆς τοῦ αὐτοῦ προφήτου, ὅτι μὴ μόνον διὰ τὰς ἀσεβείας τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους τὴν ἐξ οὐρανῶν ὁ Κύριος πεποίητο κάθοδον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν σωτηρίαν καὶ κλῆσιν τῶν ἐθνῶν ἁπάντων. Ἐπιλέγει δ' οὖν ἑξῆς· « Καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐμφανὲς τὸ ὄρος Κυρίου, καὶ σπεύσουσιν ἐπ' αὐτὸ λαοὶ πολλοί, καὶ πορεύσονται ἔθνη πολλὰ, καὶ ἐροῦσι· Δεῦτε, ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου. » Διὸ καὶ μετὰ ταῦτα τὸν πρὸ αἰώνων ἀπὸ τῆς Βηθλεὲμ ἐξελεύσεσθαι ἀνακηρύξας, οὐκέτι τοῦ Ἰσραὴλ μόνου, ἀλλὰ ἀθρόως πάντων ἀνθρώπων ἕως καὶ τῶν ἄκρων τῆς γῆς ἄρξειν αὐτόν φησι· λέγει δ' οὖν· « Καὶ στήσεται, καὶ ὄψεται, καὶ ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ ἐν ἰσχύϊ Κύριος, καὶ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ ὀνόματος Κυρίου Θεοῦ αὐτῶν ὑπάρξουσι· διότι νῦν μεγαλυνθήσονται ἕως ἄκρων τῆς γῆς, καὶ ἔσται αὕτη εἰρήνη. » Τίνι δὲ ἔσται αὕτη εἰρήνη ἀλλ' ἢ τῇ γῇ, ἐν ᾗ μεγαλυνθήσονται τὰ ποίμνια τοῦ Κυρίου; Καὶ τοῦτο δὲ, ὁποίου τέλους ἔτυχε μετὰ (1) τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, παντί τῳ πρόδηλον· πολλῆς γὰρ οὔσης πρὸ τούτου πολυαρχίας, καὶ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων τυραννουμένων ἢ δημοκρατουμένων, ὡς μηδεμίαν πρὸς ἀλλήλους ἐπιμιξίαν τοὺς ἀνθρώπους ἔχειν, ἰδίως δὲ, φέρε εἰπεῖν, Αἰγυπτίων ὑπὸ οἰκείῳ ἄρχοντι βασιλευομένων, καὶ Ἀράβων ὡσαύτως, καὶ Ἰδουμαίων, Φοινίκων τε καὶ Σύρων, καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν, ἐπανισταμένων τε ἔθνεσι, καὶ πόλεων πόλεσι, πολιορκιῶν τε μυρίων καὶ αἰχμαλωσιῶν κατὰ πάντα τόπον τε καὶ χώραν ἐπιτελουμένων, ἐπειδὴ παρῆν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος, ὁμοῦ τῇ εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ παρόδῳ, πρώτου τε Ῥωμαίων Αὐγούστου τῶν ἐθνῶν ἐπικρατήσαντος, λέλυτο μὲν ἡ πλείστη πολυαρχία, εἰρήνη δὲ διελάμβανε τὴν σύμπασαν γῆν, τῇ μετὰ χεῖρας ἀκολούθως προῤῥήσει, διαῤῥήδην φησάσῃ περὶ τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν· « Διότι νῦν μεγαλυνθήσονται ἕως ἄκρου τῆς γῆς· καὶ ἔσται αὕτη εἰρήνη· » ᾧ συνᾴδει τὸ ἐν Ψαλμοῖς φάσκον περὶ τοῦ Χριστοῦ λόγιον· « Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη, καὶ πλῆθος εἰρήνης. » Διό μοι δοκεῖ ἄρχων εἰρήνης ἐν τῇ πρὸ ταύτης παρατεθείσῃ προφητείᾳ ὠνομάσθαι. Ἐπίστησόν γε μὴν τίνα τρόπον ὁ μετὰ χεῖρας προφήτης καὶ ἐξελεύσεσθαι μὲν ἐξ οὐρανῶν τὸν Κύριον ἀρχόμενος ἔφησεν, οὐ πρότερον δὲ ποιμανεῖν τοὺς ἀνθρώπους, ἢ γεννηθῆναι τὸν θεσπιζόμενον ἐν τῇ Βηθλεέμ· ὅπως δὲ ταῦτα ἐπὶ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν ἐπεραιοῦτο, ἐμαρτύρησεν ὁ Εὐαγγελιστής, δι' ὧν προεξεθέμην αὐτοῦ φωνῶν. Ποιμὴν δὲ καὶ ἡγούμενος ὁ Χριστὸς ἀναδει-

A que ad progressum ex eo pertinent, ejus Dei quem prophetæ nuntiabant, in hunc modum se habent. Adventum autem ipsius Domini et pastoris de cœlo ad homines jampridem ex eodem propheta, qui nunc in manibus est, proposui, ubi sic aiebat : « Audite, populi omnes, et attendat terra, et omnes qui sunt in ea, et erit Dominus vobis in testimonium : Dominus ex domo sancta sua, quia ecce Dominus Dominus egredietur de loco suo, et descendet [76], » et cætera ; quibus adjungit : « Propter impietatem Jacob omnia hæc, et propter peccatum domus Israel [77]. » Ab iis autem quæ sequuntur apud eumdem prophetam etiam illud planum est, quod non solum propter impietates Judaicæ gentis Dominus de cœlo descendit, sed etiam propter salutem et vocationem gentium cunctarum. Adjungit igitur deinceps : « Et erit in novissimis diebus manifestus mons Domini, et festinabunt ad ipsum populi multi, et ibunt gentes multæ, et dicent : Venite, ascendamus in montem Domini [78]. » Quare posthac ubi eum qui est ante sæcula de Bethlehem egressurum nuntiavit, non soli Israel amplius, sed confertim omnibus gentibus usque ad extrema terræ illum imperaturum affirmat. Dicit igitur : « Et stabit, et videbit, et pascet gregem suum in fortitudine Dominus, et in gloria nominis Domini Dei ipsorum exsistent. Quoniam nunc magnificabuntur usque ad extrema terræ : et erit hæc pax [79]. » Cui porro erit hæc pax, nisi terræ in qua magnificabuntur greges Domini? Id ipsum autem, quem finem sortitum sit post Salvatoris nostri Jesu Christi adventum, nemini obscurum esse potest : nam cum ante hunc adventum, principum esset multitudo, et universæ gentes aut sub tyrannis, aut in statu populari essent constitutæ, ut nullum inter se commercium hominés haberent, sed privatim : exempli gratia, apud Ægyptios suus princeps regnaret, apud Arabas item suus, apud Idumæos, Phœnicas, **345** Syros aliasque item gentes ; cumque gentes adversus gentes, et civitates adversus civitates consurgerent, obsidionesque innumerabiles et captivitates per omnem locum ac regionem fierent, tum vero ubi Salvator noster ac Dominus adfuit, una cum illius ad homines adventu, jam tum primo Romanorum Augusto imperium in orbis nationes obtinente, solutus illico est ille multiplex principatus, et pax universam terram accepit, ei prophetiæ quæ nunc tractatur concordans, apertissime de Christi discipulis dicenti : « Quoniam nunc magnificabuntur usque ad extremum terræ : et erit hæc pax. » Cui consentaneum est quod in Psalmis legitur de Christo oraculum, dicens : « Orietur in diebus ejus justitia et abundantia pacis [80]. » Ex quo mihi videtur princeps pacis in ea, quæ proxime exposita est, prophetia nominari. Animadverte tamen, quæso, quonam pacto is de quo nunc agimus propheta, Dominum de cœlo egressurum initio ait, ac non prius

[76] Mich. I, 2, 3. [77] ibid. 5. [78] Mich. IV, 1, 2. [79] Mich. V, 4, 5. [80] Psal. LXXI, 7.

(1) Typographorum incuria intercidisse videtur τήν, quod referatur ad παρουσίαν. EDIT.

Digitized by Google

erga homines pastoris officio functurum, quam nascetur is qui a prophetis canitur, in Bethlehem: quomodo vero hæc in Salvatore ac Domino terminata sint, testimonio suo planum fecit evangelista in iis verbis, quæ ab illo nuper accipiens proposui. Pastor autem et dux ipsius Israel declarandus dicitur Christus, cum hæc sacrarum litterarum sit consuetudo, ut sententiam sequentibus, verum Israel nominent omnem eum qui contemplari facile possit, et gratam Deo vitam sequatur: sicut e contrario Judæos post peccatum, Chananæos, et semen, non Juda, sed Chanaan, et principes Sodomorum et populum Gomorrhæ ad mores illorum alludentes vocare solitæ sunt: alioqui vero etiam ad verbum interpretantibus, omnis Salvatoris nostri vitæ consuetudo apud Judaicam gentem fuit, et multorum ex Israel dux exstitit, eorum videlicet qui ipsum agnoverunt, atque ex circumcisione in ipsum crediderunt, et id quidem quod ad expositum oraculum pertinet, talem exitum invenit; quæ autem sequuntur altero assumpto initio legenda sunt, quæ sic quidem se habent: « Assyrius cum venerit in terram vestram, et cum ascenderit in regionem vestram, excitabuntur in illum septem pastores, et octo morsus hominum [81], » et reliqua; quæ quo sensu sint accipienda, non est nunc enarrandi locus. Dixerit autem quispiam post Assyriorum in Judæam adventum, **346** quo Judaica gens ab illis capta est, tam multas incursiones atque insolentias contra illos exstitisse, quam multæ septem pastoribus et octo morsibus indicantur. Hæc autem sciri posse ab iis qui res Assyriorum memoriæ prodiderint: quorum post finem, eum de quo prophetæ loquuntur de Bethlehem exstitisse, post septem videlicet pastores et post octo morsus qui Assyrios invaserint, temporibus quæ illorum in Judæam accessum subsecuta sunt. Cæterum, hæc plurimam postulantia indagationem, non est nunc curiosius explorandi tempus.

A χθήσεσθαι τοῦ Ἰσραὴλ εἴρηται, συνήθως τῆς ἱερᾶς Γραφῆς τὸν ἀληθῆ Ἰσραὴλ κατὰ διάνοιαν πάντα τὸν διορατικὸν, καὶ ἀρετῶς Θεῷ βιοῦντα ἐπονομαζούσης· ὡς ἔμπαλιν τοὺς ἐκ περιτομῆς, ὁπόθ' ἁμαρτάνοιεν, Χαναναίους καὶ σπέρμα Χανάαμ, καὶ οὐκ Ἰούδα, ἀρχοντάς τε Σοδόμων, καὶ λαὸν Γομόρρας, ἐμφερῶς αὐτῶν τοῖς τρόποις ἀποκαλούσης. Ἄλλως δὲ πρὸς λέξιν, ἡ πᾶσα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διατριβὴ παρὰ τῷ Ἰουδαίων ἔθνει γέγονε, καὶ πολλῶν γε τοῦ Ἰσραὴλ ἡγήσατο, ὅσοι δὴ ἔγνωσαν αὐτὸν, καὶ εἰς αὐτὸν πεπιστεύκασι τῶν ἐκ περιτομῆς. Καὶ τὸ μὲν τῆς ἐκτεθείσης προῤῥήσεως τοιαύτην εἴληφε τὴν ἔκβασιν· τὰ δὲ ἑξῆς ἀφ' ἑτέρας ἀναγνωστέον ἀρχῆς, οὕτως ἐχόντα· « Ἀσσύριος ὅταν ἐπέλθῃ ἐπὶ τὴν γῆν ὑμῶν, καὶ ὅταν ἐπιβῇ ἐπὶ τὴν χώραν ὑμῶν, καὶ ἐπεγερθήσονται ἐπ' B αὐτὸν ἑπτὰ ποιμένες, καὶ ὀκτὼ δήγματα ἀνθρώπων, » καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα· ἃ καὶ ὁποίας ἔχεται διανοίας, οὐ τοῦ παρόντος τυγχάνει διηγήσασθαι καιροῦ. Εἴποι δ' ἄν τις μετὰ τὴν Ἀσσυρίων εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐπιδημίαν, καθ' ἣν εἷλον τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, τοσαύτας ἐπαναστάσεις κατ' αὐτῶν γεγονέναι, ὅσαι δηλοῦνται διὰ τῶν ἑπτὰ ποιμένων καὶ διὰ τῶν ὀκτὼ δημάτων· ταῦτα δὲ δύνασθαι εἰδέναι τοὺς τὰ Ἀσσυρίων ἱστορηκότας, ὧν ἐπὶ τέλει τὸν ἐκ τῆς Βηθλεὲμ προφητευόμενον γεγονέναι, κατὰ τοὺς ἑπτὰ δηλαδὴ ποιμένας καὶ τὰ ὀκτὼ δήγματα τοῖς Ἀσσυρίοις συμβάντα ἐν ὑστέροις χρόνοις τῆς εἰς τὴν Ἰουδαίαν αὐτῶν ἐφόδου. Ταῦτα δὲ πλείστης ἐρεύνης δεόμενα, οὐ νῦν πολυπραγμονεῖν καιρός.

A psalmo CXXXI. — *Quærenti David quisnam locus esset Ephrata, in qua Deus prænuntiatus a prophetis nasceretur, ipsa autem est Bethlehem, per Spiritum sanctum manifestatur.*

C Ἀπὸ ψαλμοῦ ρλα'. — *Πυθομένῳ τῷ Δαβὶδ, ποῖος ἄρ' εἴη ὁ τῆς τοῦ προκηρυττομένου Θεοῦ γενέσεως τόπος, ἡ Ἐφραθὰ, αὕτη δέ ἐστιν ἡ Βηθλεὲμ, διὰ τοῦ θείου Πνεύματος φανεροῦται.*

« Memento, Domine, David, et omnis mansuetudinis ejus: sicut juravit Domino, votum vovit Deo Jacob: si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei: si dedero somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem, [et requiem temporibus meis,] donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob. Ecce audivimus eam in Ephrata, invenimus eam in campis sylvæ: introibimus in tabernacula ejus, adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus [82]. » Tum deinceps adjungit: « Propter David servum tuum, ne avertas faciem Christi D tui. Juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam [83]. » Et adjungit his item dicens: « Illuc producam cornu David, paravi lucernam Christo meo: inimicos ejus induam confusione, super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea [84]. » Etiam hæc prophetia cum superiore concordat, quæ

« Μνήσθητι, Κύριε, τοῦ Δαβὶδ, καὶ πάσης τῆς πραότητος αὐτοῦ· ὡς ὤμοσε τῷ Κυρίῳ, ηὔξατο τῷ Θεῷ Ἰακώβ· Εἰ εἰσελεύσομαι εἰς σκήνωμα οἴκου μου, εἰ ἀναβήσομαι ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς μου· εἰ δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμὸν, ἕως οὗ εὕρω τόπον τῷ Κυρίῳ, σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ. Ἰδοὺ ἠκούσαμεν αὐτὴν ἐν Ἐφραθὰ, εὕρομεν αὐτὴν ἐν τοῖς πεδίοις τοῦ δρυμοῦ· εἰσελευσόμεθα εἰς τὰ σκηνώματα αὐτοῦ, προσκυνήσομεν εἰς τὸν τόπον, οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ. » Εἶθ' ἑξῆς ἐπιλέγει· « Ἕνεκεν Δαβὶδ τοῦ δούλου σου, μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ σου. Ὤμοσε Κύριος Δαβὶδ ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσει αὐτόν· Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τὸν θρόνον σου. » Καὶ ἐπιφέρει τούτοις λέγων· « Ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαβὶδ, ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου· τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ἐνδύσω αἰσχύνην, ἐπὶ δὲ αὐτὸν ἐξανθήσει τὸ ἁγίασμά μου. » Συνᾴδει τῇ πρὸ ταύτης καὶ ἡ παροῦσα προφητεία, ἐκ Βηθλεὲμ τὸν προκηρυττό-

[81] Mich. v, 5. [82] Psal. 131, 1-7. [83] ibid. 10, 11. [84] ibid. 17, 18.

Digitized by Google

μενον Θεὸν προελεύσεσθαι σημαίνουσα. Τοῦτο δὲ οὖν αὐτὸ καὶ ὁ Δαβὶδ, πρότερον μὲν ἀγνοῶν, εὔχεται παρὰ τοῦ Θεοῦ μαθεῖν, εἶτ' εὐξάμενος παιδεύεται. Ἐπειδὴ γὰρ τετύχηκε χρησμοῦ τοῦ πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ ψαλμῷ φήσαντος, « Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τὸν θρόνον σου, » καὶ αὖθις, « Ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαβὶδ, ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου, » εἰκότως προσπίπτει τῷ Θεῷ, καὶ προσπεσὼν ἐπ' ἐδάφους ποτνιᾶται· ἐπὶ πλέον δὲ τῇ προσευχῇ προσχαρτερῶν ὄμνυσι τῷ Θεῷ, μὴ πρότερον εἰσελεύσεσθαι εἰς σκήνωμα οἴκου αὐτοῦ, μηδὲ δώσειν τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ὕπνον, καὶ τοῖς βλεφάροις αὐτοῦ νυσταγμὸν, μηδὲ ἀναβήσεσθαι ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς αὐτοῦ, κεῖσθαι δὲ χαμαὶ προσκυνοῦντα, καὶ ποτνιώμενον, ἕστ' ἂν εὕρῃ τόπον τῷ Κυρίῳ, καὶ σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ, τοῦτ' ἔστιν ἕως ἂν μάθῃ, τοῦ Κυρίου φανερώσαντος αὐτῷ, τὴν γένεσιν τοῦ Χριστοῦ· εὐξάμενος δὲ, καὶ τοιαῦτα γνῶναι ποθήσας, οὐκ εἰς μακρὰν τῷ θείῳ Πνεύματι τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι θεωρεῖ, τοῦ Θεοῦ τοῖς οἰκείοις ἐπαγγειλαμένου ἔτι γε λαλούντων ἐπακούσεσθαι. Ἐπακουσθεὶς δῆτα καταξιοῦται χρησμοῦ τὴν Βηθλεὲμ ἐπιφωνοῦντος αὐτῷ, ὡς ἂν ἐνθάδε τοῦτό που τοῦ Κυρίου, καὶ τοῦ σκηνώματος τοῦ Θεοῦ Ἰακὼβ συστησομένου. Ταῦτα τοιγαροῦν τοῦ θείου Πνεύματος ἐν αὐτῷ θεσπίσαντος, αὐτὸς αὐτοῦ ἐπακούσας ἐπιλέγει· « Ἰδοὺ ἠκούσαμεν αὐτὴν ἐν Ἐφραθά. » Ἐφραθὰ δὲ ἡ αὐτή ἐστι τῇ Βηθλεὲμ, ὡς ἤδη ἐστὶ ἀπὸ τῆς Γενέσεως, ἔνθα περὶ τῆς Ῥαχὴλ εἴρηται, ὅτι « Ἐθάψαν αὐτὴν ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ Ἐφραθὰ, αὕτη ἐστὶ Βηθλεέμ. » Καὶ ἡ πρὸ ταύτης δὲ περιεῖχε προφητεία· « Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ οἶκος τοῦ Ἐφραθά. »—« Ἰδοὺ, φησὶν, « ἠκούσαμεν αὐτήν· » δῆλον δ' ὅτι τὴν τοῦ Χριστοῦ γένεσιν, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ Ἰακὼβ κατασκήνωσιν. Ποῖον δ' ἂν εἴη τὸ σκήνωμα τοῦ Θεοῦ Ἰακὼβ ἢ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ τὸ ἐν τῷ τόπῳ τῆς Βηθλεὲμ γεγεννημένου; ἐν ᾧ ὡς ἐν σκηνώματι, ἡ θεότης τοῦ Μονογενοῦς κατεσκήνωσε. Οὐχ ἁπλῶς δὲ Θεοῦ, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης τῆς « τοῦ Θεοῦ Ἰακὼβ, » λέγεται τὸ σκήνωμα εἶναι, διὰ τὸ μὴ ἄλλο εἶναι τὸ σκηνῶσαν ἐν αὐτῷ ἢ τὸν τῷ Ἰακὼβ ἐν ἀνθρώπου εἴδει καὶ σχήματι ὀφθέντα Θεὸν, δι' ὃν καὶ τῆς ἐπὶ τῷ Ἰσραὴλ προσωνυμίας ἠξιώθη, *ὁρῶν Θεόν*· τοῦτο γὰρ ἑρμηνεύεται τὸ ὄνομα προσαγορευθείς· οὐκ ἄλλον δὲ ὄντα τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸν τῷ Ἰακὼβ ὀφθέντα ἐν τοῖς πρώτοις τῆς μετὰ χεῖρας ὑποθέσεως παρεστήσαμεν. Ἐδείχθη τοιγαροῦν τῷ Δαβὶδ εὐξαμένῳ, καὶ ποθήσαντι τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ Ἰακὼβ τὸν τόπον καὶ τὸ σκήνωμα εὑρεῖν, ὁ ἐπὶ τῆς Βηθλεὲμ τόπος· διόπερ εἰπὼν, « Ἰδοὺ ἠκούσαμεν αὐτὴν ἐν Ἐφραθὰ, » ἐπιφέρει λέγων· « Προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ. » Σαφῶς τοιγαροῦν καὶ ἐν τούτοις ἐν τῇ Ἐφραθὰ, ἥτις ἐστὶν ἡ Βηθλεὲμ, αὐτὸς ὁ Κύριος καὶ Θεὸς Ἰακὼβ τόπον ἑαυτῷ καὶ σκήνωμα συστήσεσθαι προεφητεύετο, ὁμοφώνως τῇ τοῦ Μιχαίου προφητείᾳ φησάσῃ· « Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ οἶκος τοῦ Ἐφραθὰ, ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος, καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος· » ἅπερ

illum Deum, qui nuntiatur venturus, de Bethlehem progressurum significat. Ipsum hoc igitur David quoque, prius quidem ignorans, optat discere ab ipso Deo, tum vero ubi optavit votoque poposcit, id ipsum docetur, **347** Postquam enim oraculum accepit, quod ad ipsum in psalmo ait, « De fructu ventris tui ponam super sedem tuam; » et rursus, « Illuc producam cornu David, paravi lucernam Christo meo, » merito procumbit ipsi Deo, atque ita hærens solo, supplicat et precatur: longius autem constantiusque in oratione perseverans, jurat Deo, non prius se ingressurum in tabernaculum domus suæ, neque daturum oculis suis somnum, et palpebris suis dormitationem, neque ascensurum in lectum strati sui, humi stratum soloque adhærentem, eoque modo adorantem ac supplicantem mansurum, donec inveniat locum Domino, et tabernaculum Deo Jacob, hoc est, donec discat, Domino sibi indicante, ipsius Christi ortum: cum autem voto id postulasset, et talia cognoscere expetivisset, haud ita multo post, quæ futura erant divino indicante Spiritu contemplatur, quippe cum suis Deus pollicitus sit, se amplius loquentes exauditurum. Itaque illi in hunc modum exaudito, oraculum redditur, quo ipsa Bethlehem inclamatur, tanquam illic locus Domino, et tabernaculum Deo Jacob constituenda sint. Hæc igitur ubi divinus Spiritus apud se ipsum cecinit, ipse seipsum exaudiens adjungit, » Ecce audivimus eam in Ephrata: « Ephrata vero eadem est et Bethlehem; sicut in Genesi constat, ubi de Rachel dictum est: « Et sepelierunt eam in hippodromo Ephrata, hæc est Bethlehem [85]. » Et superior prophetia habebat illud: « Et tu Bethlehem domus Ephrata. » —« Ecce, inquit, audivimus eam [86]: » constat autem quod per illud eam Christi originem intelligit, et ipsius Dei Jacob, habitationem. Sed quæ tandem hæc fuerit habitatio Dei Jacob, nisi ipsius Christi corpus, quod in Bethlehem natum est, in quo tanquam in tabernaculo, unici filii divinitas habitavit? Caterum non simpliciter Dei, sed cum additione, « Dei Jacob [87] « tabernaculum esse dicitur, propterea quod non aliud sit quidquam quod in illo habitet, quam is Deus qui ipsi Jacob in hominis specie ac figura sit visus. Cujus sane gratia illo etiam cognomine Israel dignus est habitus, tanquam is qui Deum viderit; nam id nomen si interpreteris, eum, *qui Deum videat*, habebis: quod vero non alius sit quam Deus Verbum, qui ipsi Jacob visus sit, in hujusce operis primordiis demonstravimus. Precanti ergo David, et videre cupienti locum ac tabernaculum Domini Deique Jacob, ipse Bethlehem locus ostensus est: **348** quapropter cum dixisset, « Ecce audivimus eam in Ephrata, » adjungit dicens: « Adoremus in loco ubi steterunt pedes ejus [88]. » Planissime igitur in his quoque verbis in Ephrata, quæ est Bethlehem, ipse Dominus

[85] Gen. xxxv, 19. [86] Psal. cxxxi, 6. [87] ibid. 5. [88] ibid. 7.

Digitized by Google

A ipsis similia adjunguntur. Quapropter sine multa admodum exploratione, quæ quidem verba initio psalmi habentur : « Deus, judicium tuum regi da, » sane ad illum ipsum Salomonem referantur; quæ vero sequuntur : « Et justitiam tuam filio regis, » ad Salomonis filium, non illum primogenitum, qui illi in regno successit (nam ille cum soli Judaicæ genti ne totos quidem decem et septem annos præfuisset, pessime usus est imperio), sed nec ad alium præterea quempiam eorum qui post Roboam in regno Salomonis successerint, sed ad solum a David oriundum, qui ita Salomonis filius ut ipsius David dictus est. Hic autem fuit Salvator et Dominus noster Jesus Christus. Hujus enim unius, nec alterius cujuspiam eorum, qui unquam fuerint, divini B regni atque imperii sedes permansura est cum sole, et hic idem nec alius quispiam ex hominum genere, ante lunam et ante **355** mundi constitutionem, tanquam is qui Dei sit Verbum, ab initio fuit, atque hic solus cœlitus in omnem terram roris instar stillavit. Dictum quoque est, illum ad omnes homines exortum esse, in iis quæ paulo ante a nobis exposita sunt, et justitiam permanentem usque ad vitæ consummationem, quæ lunæ sublatio nominata est. Evidenter vero Salvatoris nostri virtus dominatur atque imperat ab Eoo mari usque ad solem occidentem; quæ quidem virtus actionum suarum initium fecit a flumine, quod est, aut lavacri mysterio, aut a Jordane, ubi cum primum se videndum præbuerit, hominibus cœpit esse beneficus. Ex illo C ergo profectum illius inter homines regnum universam terram peragravit. Cum vero per Libanum Hierusalem intelligatur, ut ex quamplurimis prophetiis apparet, propter antiquum in illa sanctuarium, et altare, et quæ in eo ad honorem Deo thuris instar offerebantur, Christi fructus, quæ est ex gentibus Ecclesia, super Libanum extollendus canitur. Cæterum, studiosior quispiam discendi ubi per otium apud seipsum per singula verba eumdem psalmum exploraverit, uni Domino nostro convenire quæ in eo continentur, facile confitebitur. Salomoni autem, aut alii cuipiam eorum regum qui post Salomonem paucis annis non amplius uni Judaicæ genti non alibi quam in una Judæa terra imperaD verint, nequaquam.

Ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου — Περὶ Ἰεσσαὶ, καὶ τοῦ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ γεννησομένου.

« Καὶ ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται, καὶ ἐπαναπαύσεται ἐπὶ αὐτὸν πνεῦμα Θεοῦ, πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας· ἐμπλήσει αὐτὸν πνεῦμα φόβου Θεοῦ. Οὐ κατὰ τὴν δόξαν κρινεῖ, οὐδὲ κατὰ τὴν λαλιὰν ἐλέγξει, ἀλλὰ κρινεῖ ταπεινῷ κρίσιν, καὶ ἐλέγξει τοὺς ταπεινοὺς τῆς γῆς. Καὶ ἔσται δικαιοσύνη ἐζωσμένος τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, καὶ ἀληθείᾳ εἰλημένος τὰς πλευρὰς αὐτοῦ, καὶ συμβοσκηθήσεται λύκος μετὰ ἀρνὸς, καὶ πάρδαλις συναναπαύσεται ἐρίφῳ, καὶ μοσχάριον καὶ λέων ἅμα βοσκηθήσονται. Καὶ ἔσται

Ab Isaia. — De Jesse, et eo qui ex semine ejus nascetur.

« Et egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet, et requiescet super eum Spiritus Dei, spiritus sapientiæ et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiæ et pietatis; replebit eum spiritus timoris Dei, non secundum opinionem judicabit, neque secundum loquelam redarguet, sed judicabit humili judicium, et redarguet humiles terræ, et erit justitia cingulum lumborum ejus, et veritas indumentum laterum ejus, et pascetur simul lupus cum agno, et pardus simul quiescet cum hœdo, et vitulus et leo simul pascentur, **356** et erit radix Jesse, et qui surgit impe-

Digitized by Google

rare gentibus, in eo gentes sperabunt, et erit requies ejus honor [11]. » Hic Jesse, qui hoc in loco indicatur, pater fuit David. Quemadmodum enim in iis prophetiis quæ ipsam hanc antecesserunt, de fructu et semine David proditurus dicebatur, atque item de semine Salomonis, eodem modo etiam hic plurimis annis post mortem non solum David, sed etiam Salomonis, de radice Jesse, hoc est de radice David proditurus quidam prædicitur. Præsens autem ratio ea dissolvet, quæ in superioribus apud Judæos de Salomone credebantur, cum illius mortis tempus constet, et hæc eadem Isaias de quodam alio vaticinetur, qui sit de radice Jesse et de semine David proditurus. Quod vero non ad alium quam ad nostrum Salvatorem Christum Dei, qui de radice David et Jesse ortus est, referenda sint quæ proxime citavimus, dubitaturum arbitror neminem, qui et promissum oraculi attenderit, quod ait : « Et erit radix Jesse, et qui surgit ut imperet gentibus, in eo gentes sperabunt, » et rerum eventa quæ de Salvatore nostro demonstrantur. Solus enim hic ubi a morte surrexit, propter quod etiam illum surgentem vocatum esse arbitror, non Judaico populo, sed universis gentibus imperavit, adeo quidem, ut ne ulla quidem interpretatione indigere videatur oraculum, cum planissime constet in illo finem accepisse una cum aliis illud quoque : « In eo gentes sperabunt. » Quæ vero tanquam de animalibus et feris mansuefaciendis, et agrestes mores atque indomitos deposituris, in ejus adventu de quo loquitur prophetia, dicuntur, per figuram referri poterunt ad mores immites atque agrestes, et ad victus hominum feros, qui per Christi doctrinam, immanitatem priorem ac feritatem abjecerint. Planissime autem horum figuratus sensus aperietur, si quis radicem Jesse, quæ in prophetia continetur, et virgam, et florem ad sensum convertens interpretetur, exponatque qua ratione intelligatur justitia latera cinxisse, et veritate lumbos induisse. Sicut enim hæc non aliter possumus quam per figuratam expositionem interpretari, ita sequitur, ut ea quoque accipere oporteat, quæ variis in locis sub animalium nominibus proferuntur.

A ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι, καὶ ἔσται ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή. » Ὁ δηλούμενος ἐνταῦθα Ἰεσσαὶ πατὴρ ἦν τοῦ Δαβίδ. Ὥσπερ οὖν ἐν ταῖς πρὸ ταύτης προφητείαις ἐκ καρποῦ καὶ σπέρματος Δαβὶδ προελεύσεσθαι ἐλέγετο, καὶ πάλιν ἐκ σπέρματος Σολομῶνος, τὸν αὐτὸν τρόπον κἀνταῦθα πλείστοις ὕστερον τῆς τοῦ Δαβὶδ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς τοῦ Σολομῶνος τελευτῆς ἔτεσιν, ἐκ ῥίζης Ἰεσσαί, δῆλον δ' ὅτι καὶ ἐκ τῆς τοῦ Δαβὶδ προελεύσεσθαί τις θεσπίζεται. Λύσει δὲ ὁ παρὼν λόγος τὴν ἐν τοῖς πρόσθεν νομιζομένην παρὰ Ἰουδαίοις περὶ τοῦ Σολομῶνος τελευτῆς χρόνου. Ταῦτα Ἡσαΐας περί τινος ἑτέρου προφητεύει, μέλλοντος ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ καὶ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ἀναφανήσεσθαι. Ὅτι δὲ οὐδ' ἐφ' ἕτερον ἢ ἐπὶ τὸν B ἡμέτερον Σωτῆρα τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ ἀνάγεται τὰ δηλούμενα, ἐκ ῥίζης γενόμενον Δαβίδ τε καὶ Ἰεσσαί, οὐκ οἶμαί τινα ἀμφιβάλλειν, ἐπιστήσαντα τῇ τε ἐπαγγελίᾳ τῆς προῤῥήσεως φασκούσῃ· « Καὶ ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι, » καὶ τοῖς ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν δεικνυμένοις ἀποτελέσμασι. Μόνος γοῦν οὗτος μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, δι' ἣν καὶ οἶμαι αὐτὸν ἀνιστάμενον ἐπικεκλῆσθαι, οὐ τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ, ἀλλὰ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ἦρξεν, ὡς μὴ δεῖσθαι τὸ λόγιον ἑρμηνείας, σαφῶς προδήλου καθεστῶτος, ὅπως εἰς αὐτὸν τέλος εἴληφε μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τό, « Ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. » Τὰ δ' ὡς περὶ ζώων καὶ θηρίων ἡμερουμένων ἐν ἐπιδημίᾳ C λεγόμενα ἀλληγορεῖτ' ἂν ἐπὶ τρόπους ἀπηνεῖς καὶ ἀγρίους, καὶ ἤθη ἀνδρῶν θηριώδη, διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας τῆς ἀλογίας καὶ θηριωδίας μεταθησόμενα. Ἀλληγορεῖτο δ' ἂν ταῦτα σαφῶς οὕτως, ἂν καὶ τὴν δηλουμένην διὰ τῆς προφητείας ῥίζαν Ἰεσσαί, καὶ τὴν ῥάβδον, καὶ τὸ ἄνθος τροπολογῶν τις ἔτι ἑρμηνεύσειε καὶ ὡς ἂν ἐπινοηθείη δικαιοσύνῃ μὲν τὰς πλευρὰς ζωννύμενος, ἀληθείᾳ δὲ τὴν ὀσφὺν εἰλημένος. Ὡς γὰρ οὐ δυνατὸν ἑτέρως ταῦτα ἢ διὰ μόνης ἀλληγορικῆς ἀποδόσεως ἑρμηνεύειν, τὸν αὐτὸν τρόπον ἕπεται καὶ τὰ περὶ τῶν κατὰ τοὺς τόπους ὀνομαζομένων ζώων χρῆναι δεῖν ἐκλαμβάνειν.

357 *Ab Jeremia. — Ortus justus ex semine David exsurgens, et hominum idem rex, novaque constituenda appellatio iis, qui sub eo regnabunt, itemque priorum peccatorum solutio.*

« Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et suscitabo ipsi David ortum justum, et regnabit rex, et intelliget, et faciet judicium, et justitiam in terra, in diebus ejus servabitur Judas, et Israel habitabit confidens, et hoc nomen quo vocabit ipsum, Dominus, Josedecim inter prophetas [12]. In die illa, dixit Dominus, conteram jugum de collo eorum, et vincula eorum frangam, et non operabuntur amplius diis alienis, sed operabuntur Domino Deo ipsorum,

Ἀπὸ τοῦ Ἱερεμίου. — *Ἀνατολὴ δικαία ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ἀνισταμένη, καὶ ἀνθρώπων ὁ αὐτὸς βασιλεύς, καινή τε προσηγορία τεθησομένη τοῖς ὑπ' αὐτῷ βασιλευθησομένοις, καὶ τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων λύσις.*

« Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ ἀναστήσω τῷ Δαβὶδ ἀνατολὴν δικαίαν, καὶ βασιλεύσει βασιλεὺς, καὶ συνήσει, καὶ ποιήσει κρῖμα καὶ δικαιοσύνην ἐπὶ τῆς γῆς. Ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ σωθήσεται Ἰούδας, καὶ Ἰσραὴλ κατασκηνώσει πεποιθώς, καὶ τοῦτο τὸ ὄνομα ᾧ καλέσει αὐτὸν Κύριος, Ἰωσεδεκελμ ἐν τοῖς προφήταις. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, εἶπε Κύριος, συντρίψω τὸν ζυγὸν ἀπὸ τραχήλου αὐτῶν, καὶ τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν διαῤῥήξω, καὶ οὐκ ἐργῶνται

[11] Isa. xi, 10. [12] Jer xxiii, 5, 6.

Digitized by Google

ἵτι θεοῖς ἑτέροις, ἀλλὰ ἐργῶνται Κυρίῳ τῷ Θεῷ αὐτῶν, καὶ τὸν Δαβὶδ βασιλέα αὐτῶν ἀναστήσω αὐτοῖς. » Μετὰ πλεῖστον τῆς τελευτῆς τοῦ Δαβὶδ, ἀλλὰ καὶ τοῦ Σολομῶνος χρόνον, ταῦτα καὶ Ἱερεμίας περὶ τοῦ μέλλοντος ἐκ σπέρματος ἀναστήσεσθαι Δαβὶδ βασιλέως θεσπίζει· ὃν πρῶτον μὲν ἀνατολὴν καλεῖ, καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ δικαίαν, ὡς ἂν ἐξ ἡλίου δικαιοσύνης συστησόμενον, περὶ οὗ διειλήφαμεν ἐν ταῖς περὶ τοῦ δευτέρου αἰτίου ἀποδείξεσιν, ἐν αἷς τὸν προόντα τοῦ Θεοῦ Λόγον, μυρίαις κεχρημένον ἐπωνυμίαις, καὶ ἥλιον δικαιοσύνης ὀνομάζεσθαι ἀπεδείκνυμεν, τὴν φάσκουσαν προφητείαν, « Τοῖς δὲ φοβουμένοις με ἀνατελεῖ ἥλιος δικαιοσύνης, » παραθέμενοι. Ὥσπερ οὖν ἥλιον δικαιοσύνης, οὕτω καὶ ἀνατολὴν δικαίαν ὁ λόγος ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀναστήσειν τῷ Δαβὶδ προφητεύει. Τὸν αὐτὸν δὲ τοῦτον βασιλέα συνιέντα, καὶ ποιοῦντα κρῖμα καὶ δικαιοσύνην ἐπὶ τῆς γῆς προσαγορεύει. Εἶτα καὶ ὁμωνύμως τὸν αὐτὸν καλεῖ τῷ πάλαι πρότερον τετελευτηκότι Δαβίδ. Πρόσχες γὰρ ἐπιμελῶς τῷ ἀνωτέρω μὲν, « Καὶ ἀναστήσω τῷ Δαβὶδ ἀνατολὴν δικαίαν, » ἐπὶ τέλει δὲ ἐπιφερομένῳ τῷ, « Καὶ τὸν Δαβὶδ βασιλέα αὐτοῦ ἀναστήσω αὐτῷ. » Τίνι δὲ αὐτῷ ἢ τῷ Δαβίδ; τούτῳ γὰρ ἔφησεν ἀναστήσειν τὴν ἀνατολὴν τὴν δικαίαν. Καὶ ὁ Ζαχαρίας δὲ περὶ τοῦ αὐτοῦ προφητεύων ὁμοίως ἀνατολὴν αὐτὸν καλεῖ, λέγων· « Ἰδοὺ ἀνὴρ, ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ, καὶ ὑποκάτωθεν αὐτοῦ ἀνατελεῖ δικαιοσύνη· » καὶ πάλιν· « Καλέσω τὸν δοῦλόν μου ἀνατολήν. » Ἀλλ' οὐδείς γε μετὰ τοὺς Ἱερεμίου χρόνους, ἀλλ' οὐδὲ μετὰ τοὺς τοῦ Ζαχαρίου τοιοῦτος ἀνέστη τοῖς ἐκ περιτομῆς, ὡς « ἀνατολὴ δικαία » κληθῆναι, καὶ « συνιεὶς βασιλεὺς, καὶ ποιῶν κρῖμα καὶ δικαιοσύνην ἐπὶ τῆς γῆς. » Εἰ δὲ λέγοι τις διὰ τούτων Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ἰωσεδὲκ δηλοῦσθαι, λεκτέον, ὅτι οὐ συνέστηκεν ὁ λόγος αὐτῷ. Οὔτε γὰρ ἀπὸ γένους Δαβὶδ οὗτος ἦν, οὔτε ὡς βασιλεὺς ἐβασίλευσεν. Πῶς δὲ ἐπ' ἐκεῖνον δύναται ἁρμόττειν τὸ, « Καὶ τὸν Δαβὶδ βασιλέα ἀναστήσω αὐτῷ; » ὁπότε φυλῆς μὲν ἦν Λευὶ, τάξεως δ' ἀρχιερατικῆς, καὶ γένους ἑτέρου παρὰ τὸν Δαβὶδ, βασιλεὺς δ' οὐδαμῶς γεγονὼς ἱστορῆται. Ὥστε, εἰ μηδεὶς ἕτερος εὑρίσκοιτο τοιοῦτος, ὥρα τὸν προφητευόμενον καὶ διὰ τούτων ὁμολογεῖν μόνον εἶναι τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν, τὸν καὶ ἐν ἑτέροις « φῶς τοῦ κόσμου καὶ φῶς τῶν ἐθνῶν » ἀνηγορευμένον. Αὐτὸς τοιγαροῦν εἴη ἂν κἀνταῦθα ὁ προφητευόμενος, καὶ συνέστηκεν ἀψευδὴς ἡ πρόῤῥησις. Μόνος γὰρ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ὁμωνύμως τῷ προπάτορι κατὰ διάνοιαν, ἐπεὶ ἑρμηνεύεται « δυνατὸς χειρὶ, » χρηματίσας, « κρῖμα καὶ δικαιοσύνην » διὰ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας τοῖς ἐπὶ γῆς ἅπασιν ἐκήρυξε, καὶ μόνος τῶν πώποτε οὐκ ἐπὶ μέρους ἐβασίλευσε τῆς οἰκουμένης, ἀλλὰ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ μόνος ἀνέτειλε δικαιοσύνην, ἀκολούθως καὶ τῷ ἐν ψαλμῷ περὶ αὐτοῦ λεγομένῳ· « Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη, καὶ πλῆθος εἰρήνης. » Ἰούδας δὲ σωθησόμενος καὶ Ἰσραὴλ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ πάντες εἰσὶν οἱ τῇ δι' αὐτοῦ θεοσεβείᾳ προσεληλυθότες τοῦ

et regem David suscitabo eis [15]. » Longo admodum tempore post mortem non solum David, sed etiam Salomonis, hæc Jeremias de eo rege, qui de semine David esset oriturus, divinat : quem primo quidem ortum vocat, neque simpliciter ortum, sed ortum justum, tanquam eum qui ex sole justitiæ sit constituendus, de quo sane disseruimus in iis, quæ antea de Deo Verbo demonstravimus, in quibus Dei Verbum, quod antea erat innumerabilibus appellatum nominibus, etiam justitiæ solem nominari planum fecimus, ubi prophetiam quæ ita ait : « Iis autem qui me timent, orietur sol justitiæ [16], » citavimus. Sicut ergo solem justitiæ, ita etiam ortum justum præsens oraculum surrecturum ipsi David vaticinatur. Porro eumdem regem intelligentem et facientem judicium et justitiam in terra appellat. Deinde eumdem vocat uno et eodem nomine cum eo, qui multo ante decessit, David. Attende enim diligenter cum illud superius : « Et suscitabo ipsi David ortum justum, » tum illud quod ad extremum additum est : « Et David regem suum suscitabo ei. » Cui vero ei, nisi ipsi David ? huic enim dixit se suscitaturum ortum justum. **358** Zacharias item de eodem vaticinans, ortum illud similiter vocat : « Ecce vir, ortus nomen ei, et subter eum orietur justitia [17]. » Et rursus : « Vocabo servum meum, ortum [18] : » Sed enim nullus post Jeremiæ tempora, ac ne post Zachariæ quidem apud Judæos talis exstitit, ut « oriens justus » vocaretur et « intelligens rex, et faciens judicium et justitiam in terra. » Quod si quis dicat in his Jesum filium Josedec significari, dicendum erit quod ratio hæc illi constare non potest. Nam hic neque de genere David fuit, neque tanquam rex regnavit. Quomodo autem illi potest accommodari illud, « et David regem suscitabo ei ? » cum et ex tribu Levi et ex ordine pontificio fuerit, et genere a David alienus, neque rex ullo modo exstitisse memoretur? quare si nullus alius invenitur talis, tempus jam fuerit eum de quo in his oraculis mentio facta est, et de quo illa præcipue loquuntur, fateri unum esse Salvatorem ac Dominum nostrum, qui alibi et « lux mundi et lumen gentium » vocatur. Ipse igitur etiam hoc loco fuerit de quo propheta loquitur, et sane absque mendacio constitit vaticinium. Solus enim de semine David qui eodem nomine cum prisco suo parente ad sensum sit dictus, quando ex interpretatione ille est manu potens, judicium et justitiam per suam ipsius doctrinam omnibus qui essent in terra nuntiavit, et solus omnium eorum qui unquam fuerint non in parte aliqua orbis regnavit, sed in omni prorsus terra, et solus ut exoriretur justitia auctor fuit, quemadmodum de ipso in psalmo dictum est, « orietur in diebus ejus justitia et abundantia pacis [19]. » Judas autem atque Israel, qui in diebus illius servandi sunt, omnes sunt qui illius pietatem ac cultum ex Judaico po-

[15] Jer. xxx, 8, 9 [16] Malach. iv, 2. [17] Zachar. vi, 12. [18] Zachar. iii, 8. [19] Psal. lxxi, 7.

Digitized by Google

pulo acceperint, apostoli ejusdem et discipuli et evangelistæ, aut etiam omnes qui in occulto Judæum, verumque Israel conservent, eum utique qui secundum sententiam Deum videat. « Non enim qui in aperto Judæus est, inquit Apostolus, neque quæ in aperto in carne est circumcisio, sed qui in occulto Judæus, et circumcisio cordis in spiritu, non in littera, cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo est [18], » Hos igitur ex Christi vocatione Judæum in occulto et verum Israel referentes alio nomine esse vocandos dicit, non utique Judæos aut Israel, sed novo quodam præter hæc. **359** Hoc enim, inquit, nomen, quo vocabit eos Dominus Josedecim, quod ex interpretatione est, *qui justi sunt Dei.* Considera autem num forsitan a Josue factum sit nomen, et Josedecim discipuli Jesu appellentur apud Deum, qui apud homines quidem Græco quodam more a Christo denominentur, Hebraica autem lingua tam apud ipsos quam apud prophetas, ab ipso Jesu tanquam per illum servati Josedecim. Ex quo illud dictum est, « et hoc nomen quo vocabit eos Dominus Josedecim inter prophetas. » Nam qui ejus de quo prophetia loquitur, inquit, populus futurus est, cum ad sensum acceptus Judas sit atque Israel, ab Josue nominabitur Josedecim, atque hac, inquit, appellatione vocabuntur non apud homines, sed apud Deum, et apud prophetas ejus. Attende enim diligenter ipsum oraculum, dum ait : « et hoc nomen, quo vocabit eos Dominus, Josedecim inter prophetas, » quod nomen, ut dixi, in nostram linguam conversum justos Dei significat. Cum autem hi sic servandi sint, antiquum et grave acerbissimorum dæmonum se contriturum jugum, et quibus antea tenebantur impietatis vinculis, ea se perfracturum pollicetur Deus. Quocirca non amplius alienis inservient, sed uni ipsi fructum gratissimum afferent. Huc adde illud quod in secundo psalmo de adventu Christi, vocationeque gentium dicit oraculum : « Dirumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum [19]; » cui cognatum et simile esse arbitror quod nunc in manibus est, dicens : « In die illa, dixit Dominus, conteram jugum de collo eorum, et vincula eorum confringam, neque operabuntur amplius diis alienis, sed operabuntur Domino Deo suo. » Cæterum, quod de fructu quidem ventris David, et de semine Salomonis, deque radice Jesse Christus Dei oriturus sit dictus, quod etiam ipsum factum est, quando cum innumerabilibus aliis appellationibus, etiam David ipsum divina vocant oracula, satis abunde probaverint ea, quæ jam dicta sunt. Quod vero etiam de tribu Juda dicatur prodituras, ne quærendum quidem fuerit, cum ex alia nulla tribu, quam ex hac ipsa ortus sit ipse David. Porro idem hoc plenioris cujusdam fidei gratia oraculum quoque illud ostenderit quod apud Mosem in hunc modum se habet.

ἐκ περιτομῆς λαοῦ, ἀπόστολοί τε αὐτοῦ καὶ μαθηταί, καὶ εὐαγγελισταί, ἢ καὶ πάντες οἱ τὸν ἐν κρυπτῷ Ἰουδαῖον καὶ τὸν ἀληθινὸν Ἰσραὴλ τὸν κατὰ διάνοιαν ὁρῶντα Θεὸν ἀποσώζοντες. « Οὐ γὰρ ὁ ἐν φανερῷ Ἰουδαῖός ἐστι, » φησὶν ὁ Ἀπόστολος, « οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομή, ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι, οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλὰ ἐκ τοῦ Θεοῦ. » Τούτους οὖν διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ κλήσεως τὸν ἐν κρυπτῷ Ἰουδαῖον καὶ τὸν ἀληθῶς Ἰσραὴλ φέροντας ἑτέρῳ φησὶ κληθήσεσθαι ὀνόματι, οὐχὶ δὲ τῷ τοῦ Ἰουδαίου, οὐδὲ τῷ τοῦ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ ξένῳ τινὶ παρὰ ταῦτα. Τοῦτο γάρ φησι τὸ ὄνομα, ὃ καλέσει αὐτοὺς Κύριος Ἰωσεδεκεὶμ, ὅπερ ἑρμηνεύεται, *οἱ τοῦ Θεοῦ δίκαοι.* Ἐφίστημι δὲ μή ποτε πεποιημένον ἐστὶ τοὔνομα ἀπὸ τοῦ Ἰοσουὲ Ἰωσεδεκεὶμ, ὃ παρὰ τῷ Θεῷ οἱ τοῦ Ἰησοῦ μαθηταὶ κέκληνται, παρ' ἀνθρώποις μὴν ἑλληνικώτερον προσαγορευόμενοι ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρωνυμίας, κατὰ δὲ τὴν Ἑβραίων φωνὴν καὶ παρὰ αὐτοῖς τοῖς προφήταις, ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ, ὡς ἂν δι' αὐτοῦ σεσωσμένοι, Ἰωσεδεκεὶμ. Διὸ λέλεκται, «καὶ τοῦτο τὸ ὄνομα ὃ καλέσει αὐτοὺς Κύριος, Ἰωσεδεκεὶμ ἐν τοῖς προφήταις.» Ὁ δὴ οὖν μέλλων, φησὶ, διὰ τοῦ προφητευομένου λαὸς, κατὰ διάνοιαν Ἰούδας ὄντες καὶ Ἰσραὴλ, ὀνομασθήσονται ἀπὸ τοῦ Ἰοσουὲ Ἰωσεδεκεὶμ, καὶ τούτῳ γέ φησι, κληθήσονται τῷ προσρήματι οὐ παρ' ἀνθρώποις, ἀλλὰ παρ' αὐτῷ τῷ Θεῷ, καὶ παρὰ τοῖς προφήταις αὐτοῦ. Ἐπιμελῶς γὰρ πρόσχες τῷ λόγῳ φήσαντι, « καὶ τοῦτο τὸ ὄνομα, ὃ καλέσει αὐτοὺς Κύριος, Ἰωσεδεκεὶμ ἐν τοῖς προφήταις. » Μεταλαμβάνεται δὲ, ὡς ἔφην, τοὔνομα εἰς τὴν Ἑλλήνων φωνὴν, οἱ τοῦ Θεοῦ δίκαιοι· τούτων δὲ οὕτως σωθησομένων, τὸν παλαιὸν καὶ βαρὺν τῶν πικρῶν δαιμόνων ζυγὸν συντρίψειν καὶ τοὺς οἷς τὸ πρὶν συνείχοντο, δεσμοὺς τῶν ἀσεβημάτων διαῤῥήξειν ὁ Θεὸς ἐπαγγέλλεται, ὡς μηκέτι θεοῖς ἀλλοτρίοις δουλεύειν αὐτοὺς, μόνῳ δὲ αὐτῷ καρποφορεῖν ἀρεσκόντως. Παράθες δὲ τούτοις τὸ ἐν δευτέρῳ ψαλμῷ ἐπὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ, καὶ τῇ τῶν ἐθνῶν κλήσει φάσκον λόγιον, « Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καὶ ἀποῤῥίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν, » ᾧ συγγενὲς, ἡγοῦμαι, τυγχάνει τὸ μετὰ χεῖρας λέγον· « Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, εἶπε Κύριος, συντρίψω ζυγὸν ἀπὸ τραχήλου αὐτῶν, καὶ τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν διαῤῥήξω, καὶ οὐκ ἐργῶνται ἔτι θεοῖς ἀλλοτρίοις, ἀλλ' ἐργῶνται Κυρίῳ τῷ Θεῷ αὐτῶν. » Ἀλλ' ὅτι μὲν ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας Δαβὶδ καὶ ἐκ σπέρματος Σολομῶνος, καὶ ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ γεννηθήσεσθαι προείρηται, ὅπερ καὶ γέγονεν, ὅτι μετὰ μυρίων ἄλλων προσηγοριῶν καὶ Δαβὶδ αὐτὸν ὀνομάζουσιν οἱ θεῖοι λόγοι, αὐτάρκη πιστώσασθαι τὰ εἰρημένα. Ὅτι δὲ καὶ ἐκ φυλῆς Ἰούδα λέγεται προελεύσεσθαι, οὐδ' ἂν ζητηθείη, τῷ μηδ' ἑτέρας ἢ τῆς δηλωθείσης φυλῆς καὶ αὐτὸν εἶναι τὸν Δαβίδ. Γένοιτο δ' ἂν ἐκ περιουσίας καὶ τούτου παραστατικὸν τὸ παρὰ Μωϋσεῖ λόγιον, τοῦτον ἔχον τὸν τρόπον.

[18] Rom. II, 28-29 [19] Psal. II, 3.

Digitized by Google

Ἀπὸ τῆς Γενέσεως.—Ὡς ἐκ φυλῆς Ἰούδα γεννηθήσεται, καὶ τῶν ἐθνῶν προσδοκία ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ καταστα-
θήσεται.

A Genesi. — Quemadmodum ex tribu Juda nascetur qui Christus est Dei, idemque gentium exspectatio constituetur.

A **360**

« Ἰούδα, σὲ αἰνέσουσιν οἱ ἀδελφοί σου, αἱ χεῖρές σου ἐπὶ νώτου τῶν ἐχθρῶν σου, προσκυνήσουσί σοι οἱ υἱοὶ τοῦ πατρός σου. Σκύμνος λέοντος, Ἰούδα, ἐκ βλαστοῦ μου, υἱὲ, ἀνέβης. Ἀναπεσὼν ἐκοιμήθης ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος. Τίς ἐγερεῖ αὐτόν; Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν. » Δώδεκα φυλῶν παρ' Ἑβραίοις οὐσῶν, δι' ὧν τὸ πᾶν ἔθνος συνεστήκει, μιᾶς τούτων προπάτωρ γέγονε καὶ ἀρχίφυλος ὁ Ἰούδας, πρὸς ὃν τεθέσπισται τὰ προκείμενα, ἐξ αὐτοῦ τὸν Χριστὸν προελεύσεσθαι σημαίνοντα. Εἰ γοῦν συναγάγοις ἐπὶ ταὐτὸ, καὶ παραθείης τῇ μετὰ χεῖρας τὰς ἐν τοῖς B πρόσθεν τεθείσας προφητείας, εὕροις ἂν ὁμοίως κατά τι κοινὸν σημεῖον τὸν αὐτὸν κηρυττόμενον. Ἡ μὲν γὰρ ἔλεγε περὶ τοῦ ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ ἀναστησομένου τὸ, « Καὶ ἔσται ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν· » ἡ δὲ περὶ τοῦ υἱοῦ Σολομῶνος τὸ, « κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμοῦ ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη· » ἡ δὲ μετὰ χεῖρας παραπλησίως, « ἕως ἂν ἔλθῃ, » φησὶν, « ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν. » Εἰ δὴ οὖν συνᾴδουσιν αἱ περὶ τῶν ἐθνῶν προῤῥήσεις, ἀπεδείχθησαν δὲ αἱ πρὸ τούτων ὁρῶσαι τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα, οὐδὲν ἂν εἴη ἐμποδὼν μὴ οὐχὶ τὸν αὐτὸν βλέπειν καὶ τὴν παροῦσαν, εἴπερ αὐμφωνα ἀλλήλαις C ὁμολογοῦνται θεσπίζειν· μάλιστα ὅτε μέχρι μὲν τῶν χρόνων τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας οἱ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἄρχοντες καὶ ἡγούμενοι αὐτῶν ἐκ προγόνων διαδοχῆς συνεστήκεσαν, ἅμα δὲ τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ διελελοίπεσαν, ὁμοῦ τε ἡ τῶν ἐθνῶν προσδοκία τέλος ἐπῆγε τῇ τοῦ Ἰακὼβ προῤῥήσει. Οὐκοῦν κάνταῦθα ὁ Χριστὸς δηλούμενος, καὶ οὐδὲ ἄλλος, ἐκ φυλῆς Ἰούδα προελεύσεσθαι. Καὶ ὅτε δὲ ἐκ Δαβὶδ καὶ Σολομῶνος, ἔκ τε τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ γεγονὼς ἐδηλοῦτο, ἐκ τῆς αὐτῆς φυλῆς ὢν ἐδείκνυτο. Παῖς μὲν γὰρ ἦν τοῦ Ἰεσσαὶ Δαβὶδ, τοῦ δὲ Δαβὶδ Σολομὼν, συστάντες ἐκ φυλῆς Ἰούδα. Εἴη ἂν τοιγαροῦν ἐξ αὐτῆς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, ὡσπεροῦν ὁ θαυμάσιος εὐαγγελιστὴς γενεαλογεῖ Ματθαῖος λέγων· « Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ D Ἀβραάμ. Ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ· Ἰσαὰκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ· Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰούδαν· » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τούτων τὴν οἰκείαν ἀπόδειξιν ἀπειληφότων, καιρὸς καὶ τοὺς χρόνους συνιδεῖν τῆς τῶν προηγορευμένων ἀποπληρώσεως.

« Juda, te laudabunt fratres tui, manus tuæ in tergo inimicorum tuorum, adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Juda, de germine, mi fili, ascendisti, recumbens dormivisti ut leo, et ut catulus, quis excitabit eum? non deficiet princeps de Juda, neque dux de femoribus ejus, donec veniat cui repositum est, et ipse erit exspectatio gentium [20]. » Cum duodecim apud Hebræos tribus essent, ex quibus gens universa constabat, unius harum primus parens ac princeps exstitit Judas, ad quem ea, quæ modo citavimus ab oraculo directa sunt, quæ de illo ipso Christum prodituram significent. Quod si eodem congesseris, et huic quam nunc tractamus, eas item quæ in superioribus positæ sunt, prophetias apposueris, invenies simili ratione ad quoddam signum commune, unum atque eumdem nuntiari. Illa quidem de eo dicebat, qui de radice Jesse esset surrecturus, « et erit qui surgit imperare gentibus, in ipso gentes sperabunt [21]. » Alia vero de filio Salomonis, « et dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad fines orbis terræ, et benedicentur in eo omnes gentes [22]. » Ea vero quam nunc tractandam assumpsimus, itidem : « Donec veniat, inquit, cui repositum est, et ipse erit exspectatio gentium. » Quod si hæc de gentibus oracula concordant, et ostensum est quemadmodum ea quoque quæ hæc ipsa antecesserunt, ad Salvatorem nostrum spectant, nihil amplius fuerit impedimento, quin hoc ipsum quoque quod nunc tractamus, eumdem illum respiciat : quandoquidem jam concessum est, consentanea inter se ab omnibus illis divinari : præsertim cum usque ad tempora adventus Salvatoris nostri, Judaicæ gentis principes ejusdemque duces ex majorum suorum successione permanserint, una vero cum ejus adventu defecerint, gentiumque pariter exspectatio finem ipsius Jacob vaticinio imposuerit. Igitur hoc etiam in loco Christus, qui ipse non alius de tribu Juda prodituros significatur, quique ex David et Salomone, **361** atque ex radice Jesse exiturus ferebatur, ex eadem tribu profectus ostenditur. Nam Jesse quidem filius fuit David : ipsius autem David Salomon, qui de tribu Juda oriundi sunt. Erit ergo ex eadem Salvator ac Dominus noster : sicut etiam divinus evangelista Matthæus in ejus genere narrando testificatur dicens : « Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac : Isaac autem genuit Jacob : Jacob autem genuit Judam [23], » et cætera. Sed quando harum rerum propriam demonstrationem explicavimus, tempus jam fuerit intueri quibus temporibus ea quæ prophetæ prædixerant, completa sint.

[20] Gen. XLIX, 8-10. [21] Isa. XI, 10. [22] Psal. LXXI, 8, 17. [23] Matth. I, 1, 2.

Digitized by Google

[362] ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΟΓΔΟΟΝ.

—

EUSEBII PAMPHILI

DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ

LIBER OCTAVUS.

—

HÆC INSUNT IN OCTAVO LIBRO EVANGELICÆ DE SALVATORE NOSTRO DEMONSTRATIONIS.

De temporibus ejus ad homines adventus ex subnotatis divinæ Scripturæ locis.

1. *A Genesi.*
2. *A Daniele.*
3. *A Michæa.*
4. *A Zacharia.*
5. *Ab Isaia.*

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΟΓΔΟΩ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΙ ΤΗΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ.

Περὶ τῶν χρόνων τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐπιφανείας αὐτοῦ, ἐκ τῶν ὑποσεσημειωμένων Γραφῶν.

α'. *Ἀπὸ τῆς Γενέσεως.*
β'. *Ἀπὸ τοῦ Δανιήλ.*
γ'. *Ἀπὸ τοῦ Μιχαίου.*
δ'. *Ἀπὸ τοῦ Ζαχαρίου.*
ε'. *Ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου.*

PROOEMIUM.

Cum antea demonstraverimus in quam multis Scripturæ divinæ locis Dei Verbum ad homines venturum caneretur, undeque et ubi, et quomodo iis qui in terra versarentur videndum propheticis apud Hebræos vocibus nuntiaretur, et quod idem non alius, sed ipse ille esset Dei Filius, qui omnia sæcula antecedit, quemque in aliis, et Deum, et Dominum, et primum imperatorem, et magni consilii angelum, et Dei pontificem esse antea didicimus: sequitur ut post illa omnia quæ superius explicata sunt, ejusdem adventus tempora ex ipsis rursus propheticis prædictionibus ac testimoniis demonstremus, indeque initium **363** hujusce rei capiamus. Temporum enim quibus Christi adventus futurus esset, signa evidentia hæc fore, sacræ litteræ nuntiant. Cum tria insigniora vigerent apud Hebræos magistratuum genera, a quibus gens ipsa nomen et decus obtinebat, unum regium, alterum propheticum, tertium pontificium, horum simul omnium dissipationem atque extremam eversionem, significare adventum Christi adesse vaticinantur: argumenta vero atque indicia eorumdem esse temporum, cum Mosaico ritui finem injectum, tum ipsius Jerusalem templique, quod in sacra erat solitudine, tum etiam universæ Judaicæ genti ab inimicis atque hostibus jugum servitutis impositum.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἀποδείξαντες δι' ὅσων ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος εἰς ἀνθρώπους ἤξειν ἐθεσπίζετο, ὅθεν καὶ ὅπη καὶ ὅπως ὀφθήσεσθαι τοῖς ἐπὶ γῆς ἐν ταῖς παρ' Ἑβραίοις προφητικαῖς φωναῖς ἐκηρύττετο, ὅτι τε αὐτὸς ἐκεῖνος ἦν, καὶ οὐδ' ἄλλος, ὁ τῶν αἰώνων προϋφεστὼς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὃν διὰ τῶν ἑτέρων Θεόν τε καὶ Κύριον, ἀρχιστράτηγον καὶ μεγάλης βουλῆς ἄγγελον, Θεοῦ τε ἀρχιερέα τυγχάνειν προμεμαθήκαμεν, ἀκολούθως μετὰ τὰ προδιεξωδευμένα, τοὺς χρόνους τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ πάλιν ἐξ αὐτῶν τῶν προφητικῶν *προ*ρρήσεων ἐπιμαρτυρώμεθα, ἐνθένδε ἀρξάμενοι. Τῶν χρόνων τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἐκφανῆ σημεῖα τάδε ἔσεσθαι προκηρύττουσιν αἱ ἱεραὶ Γραφαί. Ὄντων τριῶν τὸ πρὶν ἐπιφανῶν ἀξιωμάτων παρὰ Ἑβραίοις διαπρεπόντων, δι' ὧν τὸ ἔθνος συνεκροτεῖτο, ἑνὸς μὲν τοῦ βασιλικοῦ, ἑτέρου δὲ τοῦ προφητικοῦ, καὶ ἐπὶ τούτοις τοῦ ἀρχιερατικοῦ, τούτων ὁμοῦ τὴν κατάλυσιν καὶ τὴν παντελῆ καθαίρεσιν σημεῖα τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἔσεσθαι θεσπίζουσι. Δείγματα δὲ τῶν αὐτῶν εἶναι χρόνων καὶ τῆς κατὰ Μωϋσέα θρησκείας τὴν περιγραφὴν, τῆς τε Ἱερουσαλὴμ καὶ τοῦ πρὸς αὐτῇ ἱεροῦ τὴν ἐρήμωσιν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦ παντὸς Ἰουδαίων ἔθνους τὴν ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς καὶ πολεμίοις δουλείαν, καὶ ἄλλα δὲ τῶν αὐτῶν ὑποβάλλουσι σημεῖα χρόνων, πλῆθος εἰρήνης, ἐθνῶν τῆς ἐξ αἰῶνος κατ' ἔθνος καὶ κατὰ πόλιν τοπαρχίας καὶ

Digitized by Google

πολιαρχίας ἀναίρεσιν, τῆς πολυθέου καὶ δαιμονικῆς εἰδωλολατρείας ἀποστροφὴν, ἐπίγνωσιν εὐσεβείας ἑνὸς τοῦ ἐπὶ πάντων δημιουργοῦ Θεοῦ. Ταῦτα οὖν ἅπαντα, μὴ ὄντα πάλαι κατὰ τοὺς τῶν προφητῶν χρόνους, ἐπὶ τῆς Χριστοῦ παρουσίας γενήσεσθαι οἱ θεῖοι χρησμοὶ προηγόρευον, ἃ καὶ ταῖς προῤῥήσεσιν ἀκολούθως εἰς πέρας ἐλθόντα ὅσον οὔπω παραστήσεται. Τά γε μὴν αἴτια τοῦ μὴ πρότερον, ἀλλὰ νῦν ἐπ' ἐσχάτων καιρῶν μετὰ τὸν μακρὸν καὶ πολὺν αἰῶνα τὸν Χριστὸν ἐμφανῆ γενέσθαι τῷ βίῳ, λέλεκται μὲν ἤδη καὶ πρόσθεν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ νῦν ἐν βραχέσιν εἰρήσεται. Πολὺς ἦν πάλαι πρότερον τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς ἐπισκοτῶν ἀφροσύνης καὶ ἀσεβείας αὐχμὸς, δεινή τε ἀθεότης κατακρατοῦσα τοῦ παντὸς ἀνθρώπων βίου, ὡς μηδὲν τῶν ἀγρίων καὶ ἀτιθάσσων θηρίων διαφέρειν δοκεῖν· μήτε γοῦν πόλεις, μήτε πολιτείας, μήτε νόμους, μήτε τι σεμνὸν καὶ βιωφελὲς εἰδότες, μηδὲ μὴν ἐπιστήμας καὶ τέχνας ἐν νῷ τιθέμενοι, ἀρετῆς τε καὶ φιλοσοφίας οὐδ' εἰς ἔννοιαν ἰόντες, μόναις ἐπ' ἐρημίαις, ἔν τε ὄρεσι καὶ σπηλαίοις καὶ κώμαις τὰς διατριβὰς ἐποιοῦντο, λῃστρικώτερον ἐπιτιθέμενοι τοῖς πλησιάζουσι, πορίζοντες τὰ πρὸς τὸ ζῆν οὐκ ἄλλοθεν ἀλλ' ἢ ἐκ τῆς τῶν καταδεεστέρων καταδυναστείας. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ Θεὸν τὸν ἐπὶ πάντων ἤδεσαν, οὐδέ γε εὐσεβείας ἀληθοῦς τρόπον, φυσικαῖς δὲ ἐννοίαις ἀνακινούμενοι, τὸ μὲν ὑπάρχειν ἐν τοῖς οὖσι θείαν τινὰ δύναμιν καὶ Θεὸν εἶναι, καὶ ὀνομάζεσθαι, σωτήριόν τε καὶ εὐεργετικὴν τυγχάνειν τὴν προσηγορίαν αὐτοφυεῖ διδασκαλίᾳ συνωμολόγουν· τὸ δὲ μὴ ἄλλο τι νομίζειν ἢ τὸν ἐπέκεινα ἁπάσης τῆς ὁρωμένης οὐσίας, οὐκ ἔθ' οἷοί τε ἦσαν ἀποδέχεσθαι. Διόπερ « οἱ μὲν αὐτῶν ἐσεβάσθησαν, καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα· οἱ δὲ ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία, ὡς ἐναλλάξαι τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν. » Νεκρῶν δὲ οὖν οἵδε ἀνδρῶν δυναστῶν τινων, ἢ καὶ τυράννων πάλαι γενομένων εἰκόνας ἀνειδωλοποιήσαντες, καὶ ταύταις τὸ θεῖον περιάψαντες σέβας, τάς τε ἐκτόπους καὶ ἀκολάστους τῶν αὐτῶν πράξεις, ὡς θεῶν κατορθώματα σεμνύνειν ἐθεολόγησαν. Πῶς οὖν τοῖς τυγχάνουσιν ἐν τοιαύτῃ βίου καταστάσει ὁ πάνσοφος καὶ πανάρετος τοῦ Χριστοῦ λόγος τὴν εἰς ἄκρον καταγγέλλων φιλοσοφίαν, τοῖς τε ἐν τοσούτῳ βάθει κακίας καλινδουμένοις δύναται ἁρμόττειν; διὸ δὴ ἐκείνους ἡ θεία καὶ πάντων ἔφορος δίκη, ὡς ἀγρίαν καὶ βλαβερωτάτην ὕλην περικόπτουσα, τοτὲ μὲν κατακλυσμοῖς, τοτὲ δὲ πυρπολήσεσι μετῆει· τοτὲ δὲ αὐτοὺς τοῖς κατ' ἀλλήλων πολέμοις, ἀνδροκτασίαις τε καὶ πολιορκίαις ἐπ' ἀλλήλους παρεδίδου, πρὸς αὐτῶν τῶν δαιμόνων, τῶν δὴ θεῶν αὐτοῖς νενομισμένων, ἐπὶ τὸν κατ' ἀλλήλων πόλεμον ἐξοιστρουμένους· ὥστε βάθατον εἶναι τοῖς πλησιοχώροις, ἀνεπίμικτόν τε καὶ ἀκοινώνητον τὸν τότε τῶν ἀνθρώπων βίον. Βραχεῖς δέ τινας, ὡς ἐν τοιαύτῃ καταστάσει, καὶ ἀριθμῷ ληπτοὺς, ὧν τὰ παρ' Ἑβραίοις

A Sed alia præterea eorumdem subjiciunt signa temporum, abundantiam pacis, principatuum rerumque publicarum, quæ a condito ævo fuissent, per singulas gentes atque urbes interitum, a simulacrorum cultu, quo plures sive dii sive dæmones colebantur, aversionem, unius supremi opificis Dei cognitionem ac venerationem. Hæc igitur universa quorum nihil quondam temporibus prophetarum erat, sub ipsius Christi adventum futura divina oracula prædicabant, quæ etiam cum ipsis oraculis concordantia suum finem attigisse, haud ita multo post demonstrabuntur. Cæterum cur non prius, sed nunc duntaxat hisce extremis temporibus post longum multumque ævum Christus videndum seipsum in vita præbuerit, causæ quidem antea quoque
B dictæ sunt, verumtamen etiam nunc paucis atque in summa repetentur. Cum multus esset quondam qui humanas animas obtenebraret impietatis et amentiæ squalor, et gravis quædam a Deo alienatio omnem vitam hominum subegisset atque occupasset, adeo ut ab agrestibus et immitibus feris nihil differre homines viderentur, tum illi neque civitates, neque respublicas, neque leges, neque honestum quidquam aut vitæ conducibile noverant, neque vero scientias ullas aut artes animo complectebantur, virtutis autem ac philosophiæ ne minimam quidem notionem tenebant, sed in solis desertis locis, in montibus ac speluncis et vicis degentes versabantur, et latronum instar eos qui propius accessissent invadebant, nec aliunde sibi victum quærebant, quam ex eorum oppressione quos imbecilliores nacti essent: iidem porro neque supremum
C Deum, neque ullum religionis veræ modum noverant, sed solis quibusdam naturalibus notionibus instincti, exsistere quidem **364** in rebus divinam quandam vim, Deumque esse ac nominari, et eam salutarem ac beneficam sentire appellationem, naturali quadam doctrina fatebantur; ut vero non aliud quidquam putarent, quam eum qui est supra omnem quæ cernitur naturam, nequaquam adduci poterant. Proinde « nonnulli quidem eorum cultum suum tribuerunt, ac servierunt creaturæ potius quam Creatori: alii vero evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum, adeo
D quidem ut mutaverint gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum, et serpentium[a]. » Itaque mortuorum virorum quorumdam potentium, aut etiam tyrannorum qui antiquitus fuissent, cum imagines pro simulacris erexissent, hisque divinum tribuissent cultum, tum deformia atque impudica eorumdem facta quasi deorum gesta pulcherrima venerari, theologicis quibusdam ritibus instituerunt. Qui igitur fieri potuisset ut in tali statu vitæ degentibus, atque in tanta profunditate malitiæ versantibus, sapientissimum atque omnem virtutem in se continens Christi Verbum, dum summam perfe-

[a] Rom. 1, 23, 21 23.

Digitized by Google

clamque nuntiat philosophiam, accommodaretur ? Quapropter illos divina omniaque curans justitia, quasi agrestem et nocentissimam silvam attondens atque amputans, nunc quidem diluviis, nunc autem incendiis castigabat : interdum vero eosdem mutuis bellis et cædibus et obsidionibus assiduis tradebat, quippe quos ipsi dæmones, ipsi, inquam, illi quos deos suos censebant, in furores bellorum, quibus contra se invicem grassarentur, inflammarent. Ex quo fiebat ut nullos inter se aditus haberent finitimi, sed impermista incommunicabilisque hominum esset illis temporibus vita. Paucos autem quosdam, ut in ejusmodi statu, et facile numerabiles, quorum sacra apud Hebræos oracula meminerunt, Dei studiosos amicosque nacta, hos ipsos et responsis alloquebatur, et ad divinas visiones admittebat, eosdemque interim quasi manu captans curabat, et legibus, quas Moses fixerat, cultiores reddebat. Sed ubi jam ex legibus quæ his ipsis datæ fuerant, atque ex propheticis posthac disciplinis, in omnes homines fragrantiæ cujusdam instar profusis, quod supererat, multorum animi mansuetiores evaserant, **365** multisque gentibus et civiles mores, et legum institutiones constabant, virtutisque ac philosophiæ nomen apud multos audiebatur, quasi prisca illa feritate desinente, et agresti immanique victu in mitiorem jam commutato, ipse jam tum temporis opportunitatem nactus, ipse inquam perfectorum cœlestiumque institutorum disciplinarumque perfectus cœlestisque magister, veræque Dei notitiæ introductor Deus Verbum seipsum exhibuit, ad præscriptum humanæ a se assumendæ naturæ tempus, unamque gentibus universis tam Græcis quam barbaris, omni utique humano generi, Patris sui clementiam pietatemque nuntiare tum cœpit, et ad unam cunctos homines in Deo adhortari salutem, ipsamque veritatem veræque religionis lumen, nec non cœleste regnum ac sempiternæ vitæ promissionem, omnibus ipse prior spondere ac parare. Hactenus igitur hæc dicta sint de temporibus, quam utique ob causam non jam diu, sed nunc demum, Christus Dei in omnes homines suum lumen emiserit. Cæterum ad superiora redeuntes, temporum adventus illius particulatim quæ signa exstiterint, consideremus, evangelicasque in primis

A μνημονεύει λόγια, θεοφιλεῖς εὑροῦσα, τούτοις διὰ χρησμῶν καὶ θειοτέρας ἐπιφανείας ὡμίλει, δεξιουμένη τοὺς ἄνδρας καὶ θεραπεύουσα νόμοις τοῖς παρὰ Μωϋσέως εἰσαγωγικοῖς καὶ βιωφελέσιν. Ἀλλ' ὅτε δὴ ἐκ τῆς τούτοις διαταγείσης νομοθεσίας ἔκ τε τῶν μετὰ ταῦτα προφητικῶν μαθημάτων εἰς πάντας ἀνθρώπους εὐωδίας δίκην προχεομένων, ἤδη λοιπὸν ἠμέρωτο τῶν πολλῶν τὰ φρονήματα, τοῖς τε πολλοῖς ἔθνεσι πολιτεῖαι καὶ νομοθεσίαι συνίσταντο, ἀρετῆς τε καὶ φιλοσοφίας ὄνομα παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐδοᾶτο, ὡς ἂν πεπαυμένης τῆς παλαιᾶς θηριωδίας, μετατιθεμένης δὲ τῆς ἀγρίας καὶ ἀπηνοῦς διαίτης ἐπὶ τὸ πραότερον, αὐτὸς ἤδη λοιπὸν κατὰ καιρὸν τὸν προσήκοντα ὁ τῶν τελείων τε καὶ οὐρανίων δογμάτων τε καὶ μαθημάτων τέλειος καὶ οὐράνιος διδάσκαλος, ὁ B τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας εἰσαγωγεὺς, ὁ Θεὸς Λόγος ἐπέφανεν ἑαυτὸν, κατὰ τὸν ὑπογραφέντα τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ χρόνον, μίαν τοῖς πᾶσιν ἔθνεσιν, Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, τῷ τε παντὶ ἔθνει τῶν ἀνθρώπων τὴν τοῦ Πατρὸς φιλανθρωπίαν εὐαγγελιζόμενος, ἐπὶ μίαν τε τοὺς πάντας παρορμῶν ἐν Θεῷ σωτηρίαν, ἀλήθειάν τε αὐτὴν καὶ φῶς ἀληθοῦς εὐσεβείας, βασιλείαν τε οὐρανῶν, καὶ αἰωνίου ζωῆς ἐπαγγελίαν τοῖς πᾶσι προμνώμενος. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶν χρόνων εἰρήσθω, δι' ἣν αἰτίαν νῦν, ἀλλ' οὐ πάλαι πρότερον ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ εἰς πάντας ἐξέλαμψεν ἀνθρώπους. Φέρε δὲ ἐπανελθόντες τῶν χρόνων τῆς ἀφίξεως αὐτοῦ τὰ σημεῖα κατὰ μέρος ἐπισκεψώμεθα, τὰς εὐαγγελικὰς περὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ φωνὰς ἐν πρώτοις ἐπισημειωσάμενοι. Ὁ μὲν οὖν Ματθαῖος τὸν C χρόνον τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ ἐπιφανείας ὧδέ πως ἱστορεῖ λέγων· « Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ἐν ἡμέραις Ἡρῴδου τοῦ βασιλέως· » καὶ μετ' ὀλίγα φησίν· « Ἀκούσας δὲ, ὅτι Ἀρχέλαος βασιλεύει τῆς Ἰουδαίας ἀντὶ Ἡρῴδου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. » Ὁ δὲ Λουκᾶς τὸν τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ καὶ ἀναδείξεως χρόνον παρέστησε λέγων· « Ἐν ἔτει πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου Καίσαρος, ἐπιτροπεύοντος Ποντίου Πιλάτου τῆς Ἰουδαίας, τετραρχοῦντος δὲ τῆς Γαλιλαίας Ἡρῴδου, Φιλίππου δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ τετραρχοῦντος τῆς Ἰτουραίας καὶ Τραχωνίτιδος χώρας, καὶ Λυσανίου τῆς Ἀβιληνῆς τετραρχοῦντος, ἐπὶ ἀρχιερέως Ἄννα καὶ Καϊάφα. » Τούτοις δὴ οὖν καλῶς ἔχει παραθέσθαι τὴν παρὰ D Μωσεῖ τοῦ Ἰακὼβ προφητείαν, τοῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον.

de ortu ejus voces adnotemus. Matthæus igitur tempus quo ille in corpore humano videri cœpit, in hunc modum narrat : « Cum esset, inquit, natus Jesus in Bethlehem Judææ in diebus Herodis regis [25]. » Et paulo post : « Audiens, inquit, quod Archelaus regnaret in Judæa pro Herode patre suo [26]. » Lucas autem quo tempore ille et docere et seipsum ostendere cœperit, demonstrat, ubi ait : « Anno XV imperii Tiberii Cæsaris, procurante Pontio Pilato Judæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre ejus tetrarcha Ituriæ et Trachonitidis regionis, et Lysania Abilenæ tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna et Caipha [27]. » His igitur si Jacob prophetiam quæ est apud Mosem apponamus, operæ pretium fecerimus, quæ in hunc modum se habet.

[25] Matth. II, 1. [26] ibid. 26. [27] Luc. III, 1.

Digitized by Google

Ἀπὸ τῆς Γενέσεως. — Περὶ τῶν χρόνων τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐπιφανείας αὐτοῦ. Ὡς καθ' οὓς χρόνους τὸ πῦρ' Ἑβραίοις ἐπιλείψει βασίλειον, τὸ τηνικαῦτα ἡ τῶν ἐθνῶν ἐπιστήσεται προσδοκία· ὃ καὶ γέγονεν ἐπὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας.

A Genesi. — Quibus temporibus Christus ad homines advenerit. Quemadmodum quibus temporibus regnum apud Hebræos defecerit, iisdem gentium instabit exspectatio : quod sane etiam factum est sub ipsum Salvatoris nostri adventum.

« Ἐκάλεσε δὲ Ἰακὼβ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ καὶ εἶπε· Συνάχθητε ἵνα ἐπαγγείλω ὑμῖν τί ἀπαντήσεται ὑμῖν ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν· ἀθροίσθητε, καὶ ἀκούσατε, υἱοὶ Ἰακὼβ, ἀκούσατε, Ἰσραὴλ, τοῦ πατρὸς ὑμῶν. » Εἶτα τούτοις ἑξῆς ἐπιμεμψάμενός τινά τισι τοῖς προτέροις υἱοῖς, ὡς διά τινα αὐτῶν πλημμελήματα γενομένοις ἀναξίοις τῆς μελλούσης ἐπιλέγεσθαι προρρήσεως, τῷ τετάρτῳ ὡς τὸν βίον κρείττονα τῶν λοιπῶν ἀδελφῶν ἐπιδεδειγμένῳ τάδε θεσπίζει· « Ἰούδα, σὲ αἰνέσουσιν οἱ ἀδελφοί σου· αἱ χεῖρές σου ἐπὶ νώτου τῶν ἐχθρῶν σου· προσκυνήσουσί σε οἱ υἱοὶ τοῦ πατρός σου. Σκύμνος λέοντος, Ἰούδα, ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μοι, ἀνέβης· ἀναπεσὼν ἐκοιμήθης ὡς λέων καὶ ὡς σκύμνος. Τίς ἐγερεῖ αὐτόν; οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ· καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. » Σκόπει δὴ πρῶτον τίνα ἄρα φησὶν εἶναι τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ· καὶ ὅρα εἰ μὴ αὐτὰ ἦν, ἃ τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἀβραὰμ προπάτορσι περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως ὁ Θεὸς ἀνείρηκε, θεσπίσας. Γέγραπται γοῦν, ὡς ἄρα εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ· « Καὶ ἔσῃ εὐλογητὸς, καὶ εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ τοὺς καταρωμένους σε καταράσομαι· καὶ ἐνευλογήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. » Καὶ αὖθις « Ἀβραὰμ δὲ, » φησὶ, « γινόμενος ἔσται εἰς ἔθνος μέγα καὶ πολὺ, καὶ ἐνευλογήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. » Τὰ ὅμοια δὲ καὶ τῷ Ἰσαὰκ ὁ χρησμὸς τοῦτον ἐκφωνεῖ τὸν τρόπον· « Καὶ πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου ὡς τοὺς ἀστέρας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐνευλογήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. » Ἔτι δὲ καὶ τῷ Ἰακὼβ τοιαῦτα δὴ εἴρηται· « Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ τοῦ πατρός σου, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαάκ· μὴ φοβοῦ, » καὶ ἑξῆς· « καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. » Καὶ ἄλλοτε εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεός· « Ἐγὼ ὁ Θεός σου, αὐξάνου καὶ πληθύνου· ἔθνη καὶ συναγωγαὶ ἐθνῶν ἐξελεύσονται ἐκ σοῦ, καὶ βασιλεῖς ἐκ τῆς ὀσφύος σου ἐξελεύσονται. » Τοσαύτας περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως προρρήσεις τοῦ Θεοῦ προμεμαθηκὼς ὁ Ἰακὼβ, παίδων αὐτῷ τὸν ἀριθμὸν γεγεννημένων δεκαδύο, πρὸς τῇ τελευτῇ συγκαλέσας τοὺς πάντας, περιεσκόπει, ἐξ ὁποίου ἄρα αὐτῶν τῆς διαδοχῆς τὰ τῶν τοῦ Θεοῦ προρρήσεων ἐπὶ τέλος ἥξει. Εἶτ' ἐπιθεὶς τρισὶ μὲν τοῖς πρώτοις αὐτῷ γενομένοις παισὶν ἐλέγχους ὧν ἐπλημμέλησαν, ἐπιφέρει διδάσκων, ὅτι τῶν τετολμημένων αὐτοῖς ἕνεκα οὐ δι' αὐτῶν ἐκπληρωθήσεται τὰ τῶν προρρήσεων ἀποτελέσματα· ἐπὶ δὲ τὸν τέταρτον ἐλθὼν τὸν Ἰούδαν, ὁμοῦ τὸν φήσαντα αὐτῷ χρησμὸν, « Βασιλεῖς ἐκ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ ἐξελεύσονται, » διὰ τῆς τούτου διαδοχῆς τέλος λήψεσθαι θεσπίζει· πρόδηλον γὰρ ὡς ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς τὸ βασιλικὸν

« Vocavit autem Jacob filios suos et dixit : Congregamini ut annuntiem vobis quid eventurum sit vobis in diebus novissimis : congregamini et audite, filii Jacob, audite, Israel, patrem vestrum [28]. » Deinde ubi prioribus filiis alia aliis crimina objecit, tanquam iis qui ob suam ipsorum culpam, eo quod nunc dicendum est, oraculo indigni evasissent, quarto eorum tanquam ei qui reliquos fratres probitate vitæ anteiret, hæc futura prædicit : « Juda, te laudabunt fratres tui : manus tuæ in tergo inimicorum tuorum : adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Juda, de germine, fili mi, ascendisti ; recumbens dormivisti ut leo et ut catulus. Quis excitabit ipsum ? Non deficiet princeps de Juda, neque dux de femoribus ejus, donec veniant quæ ipsi reposita sunt : et ipse exspectatio gentium [29]. » Considera, quæso, primum quænam ea esse dicat quæ ipsi reposita sunt ; et vide num ea sint quæ ad Abraham et ad veteres eidem similes patres, de vocatione gentium Deus olim canens responderit. Scriptum igitur est, quemadmodum ad Abraham Deus dixerit : « Et eris benedictus, et benedicam benedicentibus tibi, et maledicentibus tibi maledicam, et benedicentur in te omnes tribus terræ [30]. » Et rursus : « Abraham vero, inquit, futurus est in gentem magnam et multam, et benedicentur in ipso omnes gentes terræ [31]. » Sed etiam ipsi Isaac similia in hunc modum respondet oraculum : « Et multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, **367** et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ [32]. » Ipsi item Jacob olim talia dicta sunt : « Ego Dominus Deus Abraham patris tui, et Deus Isaac : ne timeas [33], » et cætera, « et benedicentur in te omnes tribus terræ [34]. » Et alias dixit ad ipsum Deus : « Ego Deus tuus, cresce et multiplicare, gentes et congregationes gentium egredientur de te, et reges de lumbis tuis egredientur [35]. » Cum tam multa de vocatione gentium oracula Jacob antea percepisset, et liberos mares duodecim numero genuisset, omnibus illis extremo suo tempore convocatis, circumspiciebat, de cujus illorum propagatione divina oracula finem suum essent acceptura ; deinde cum tribus primis crimina propria objecisset, docuit deinceps quemadmodum propter scelera, quæ ipsi ausi fuerant, non in ipsis complenda essent, quæ in prioribus oraculis eventa continebantur. Cum autem venisset ad quartum, qui Judas fuit, tum vero oraculum quod ipsi olim responsum fuerat, « Reges de lumbis ejus egredientur, » ex hujus posteritate suum finem accepturum planissime cecinit : constat enim quemadmodum

[28] Gen. XLIX, 1. [29] ibid. 8-10. [30] Gen. XII, 3. [31] Gen. XVIII, 18. [32] Gen. XXVI, 4. [33] Gen. XXVIII, 13. [34] ibid. 14. [35] Gen. XXXV, 11.

Digitized by Google

de tribu Juda regium genus exstiterit, et simul Dei responsa gentiumque promissa quibus instarent temporibus, ostendit. Atque ex eo proditurum esse docuit eum, qui esset omnibus gentibus cunctisque tribubus terræ similis ipsi Abraham benedictionis auctor futurus. Hæc igitur universa fuerunt quæ ipsi Juda reposita erant, ea videlicet quæ de ipsis gentibus olim responsa fuerant : et illud, « Reges de lumbis tuis egredientur, » quare etiam reliquis fratribus antepositus regiam ipsam, cæterisque illustriorem tribum sortitus est. Continuo enim in totius populi ordinatione ipsius Mosis temporibus reliquis tribubus hanc præesse imperat Deus. Scriptum est enim, « Et locutus est Dominus ad Mosem et Aaron dicens : Singuli per turmas, signa, atque vexilla et domus cognationum suarum, castrametentur filii Israel in conspectu Domini per gyrum tabernaculi testimonii, et castrametantes primi ad orientem, acies castrorum filiorum Juda, cum copiis suis [36]. » Ac deinceps in iis quæ ad innovationem tabernaculi referuntur : « Dixit Dominus ad Mosem : Princeps unus per singulos dies offeret munera sua ; et fuit offerens primo die munus suum, Naasson filius Aminadab, princeps tribus Juda [37]. »

368 Et in libro Jesu Nave cum terra promissionis sorte cæteris tribubus distributa esset, sine sorte omniumque prima tribus Juda propriam terræ partem accepit. Sed etiam post mortem Jesu rogaverunt filii Israel in Domino dicentes : « Quis ascendet ante nos contra Chananæum, et erit dux belli in eum? Et dixit Dominus, Judas ascendet : ecce dedi terram in manus ejus [38]. » Plane igitur omni Israel præesse tribum Juda Deus in his verbis jubet. Quocirca deinceps scriptum est : « Et ascendit Judas, et tradidit Dominus Chananæum et Pherezæum in manum ejus [39]. » Et rursus : « Et bellaverunt filii Juda in Jerusalem, et comprehenderunt eam, et descenderunt filii Juda in Chananæum [40]. » Et rursus : « Et abiit Judas cum Symeon fratre suo [41]. » Et deinceps : « Et fuit Dominus cum Juda, et possedit montem [42]. » Et post hæc : « Et ascenderunt filii Joseph ipsi quoque in Bæthel et Judas cum ipsis [43]. » Itaque cum in libro Judicum, diversis temporibus (tametsi diversarum tribuum esse videbantur), judices populo præessent, tribus tamen Juda in universum totius gentis dux erat : idipsum vero temporibus David successorumque ejus multo magis, quippe cum plane de tribu Juda illi exsisterent, et regnum usque ad Babylonicam ipsorum cladem produxerint, post quam cladem iis qui de illa servitute in patriam terram reversi sunt, rursus præfuit Zorobabel, Salathiel filius de tribu Juda. Inde etiam Scriptura quæ Paralipomenon dicitur, duodecim tribuum Israel seriem generis enarrans, ab ea quæ est ipsius Juda fecit initium : ergo ipso ordine sequitur ut etiam posterioribus temporibus fateamur eamdem tribum reliquis præfuisse, quam-

A hominibus se videndum exhibuit. Ergo cum hæc sic fore angelus is, de quo dictum est, summatim ipsi prophetæ cecinerit, rursus sermonem de LXX hebdomadibus renovat, exquisitissime per singulas partes docens, unde incipere oporteat numerare tempora, et quidnam talibus temporibus eventurum sit. « Et cognosces et intelliges ab exitu sermonis, ut respondeatur et ædificetur Jerusalem : hebdomades septem, et hebdomades sexaginta duæ, et revertetur et ædificabitur platea et murus. » **389** Quæ sane verba ut reddam planiora, pulchre mihi officio functus esse videbor, si commentationem in ejusmodi locos ejus viri, qui ante nos idem studium coluerit, non occultavero, sed eam quoque apposuero, ut accommodata iis, qui lecturi sint B hæc. Pulchre enim illud dici solet, quæ amicorum sunt, ea esse communia : et quia uti quidem quasi communibus convenit iis, quæ alii probe dixerint, sed ita ut agnoscamus auctores, neque aut sua sobole patres, aut eos, qui primi consueverint, propriis seminibus defraudemus, illius verba non gravabor apponere. Ea feruntur Africani in quinto eorum quæ de temporibus scripsit, quæ quidem in hunc modum se habent : « Ipsa quidem particula, inquit, quæ fere sic se habet, tum multa tum admirabilia significat : attamen nunc de iis duntaxat quæ nobis ad rationem temporum, et eorum quæ ad tempora pertinent conductura sint, verba faciamus. Quod igitur hæc de adventu Christi dicantur, C qui post hebdomadas LXX ab hominibus esset videndus, neutiquam dubium est : tempore enim Salvatoris nostri aut ex illo ipso, et antiquantur delicta, et peccata consummantur : per remissionem autem, iniquitates cum injustitiis expiatione delentur, justitiaque sempiterna denuntiatur, præter eam quæ ex lege acquirebatur. Visiones autem et prophetiæ usque ad Joannem, et Sanctus sanctorum ungitur : nam cum ante Salvatoris nostri adventum hæc non essent, exspectabantur tamen. Numeri vero initium accipere, hoc est LXX hebdomadarum, qui sunt anni quadringenti nonaginta, angelus præcipit ab exitu sermonis ut respondeatur, et ædificetur Jerusalem. Porro hæc contigerunt regni Artaxerxis, qui Persarum rex fuit, anno D vicesimo : hujus enim pincerna Nehemias cum eum ipsum rogasset, responsum accepit, ut ædificaretur Jerusalem. Et sermo exivit quo ipsum hoc jubebatur : nam ad illud usque tempus civitas deserta manserat. Cum enim Cyrus post septuagenariam servitutem volentem unumquemque voluntarie emisisset, qui cum Jesu magno sacerdote et Zorobabel, quique post hos ipsos cum Esdra descenderant, ædificare templum et murum civitati circumdare initio prohibebantur, tanquam hoc imperatum non esset. Mansit igitur usque ad Nehemiam et regnum Artaxerxis, annumque imperii Persarum centesimum et quintum decimum : cum vero a capta Jerusalem annus centesimus atque octogesimus ageretur, **390** tum rex Artaxerxes jussit ædificari

Digitized by Google

civitatem, et Nehemias, unus eorum qui emissi fuerant, operi præfuit : et platea et muri ambitus ædificata sunt, sicut futurum prophetia significaverat. Inde igitur nobis numerare incipientibus LXX hebdomades in Christum terminantur : nam si ab illo quovis tempore numerandi initium fecerimus, neque tempus ipsum conveniet, et multa incommoda subire necesse erit. Sive enim a Cyro, primaque emissione, septuaginta hebdomadas numerare cœperimus, anni centum et amplius supererunt, sive ab eo die quo angelus ipsi Daniel oraculum reddidit, etiam major fiet annorum numerus. Multo autem major, si ab initio captæ urbis. Invenimus enim regnum Persarum intra annos CC atque XXX contineri. Deinde Macedonum ad annorum numerum continuari trecentorum et septuaginta. Inde vero ad Tiberii Cæsaris annum sextum decimum, annos sexaginta. Ab Artaxerxe autem septuaginta hebdomades ad Christi tempus perveniunt, si Judæorum numeros sequimur. Siquidem a Nehemia, qui ut ædificaret Jerusalem est missus, anno regni Persarum centesimo et quinto decimo, qui fuit ipsius regni Artaxerxis vicesimus, atque idem octogesimæ tertiæ olympiadis quartus, ad illud tempus qui fuit olympiadis ducentesimæ secundæ annus secundus, imperii autem Tiberii Cæsaris sextus decimus, anni numerantur quadringenti septuaginta quinque, qui Hebraica ratione fiunt quadringenti nonaginta : utpote, cum illi ad cursum lunæ annos computare consueverint, ut hac ratione annus sit, quod dictu facile est, dierum trecentorum quinquaginta quatuor, cum tamen solaris cursus dies conficiat trecentos sexaginta quinque cum unius diei parte quarta. Ex quo apparet lunares cursus duodecim, ab uno solari cursu, undecim diebus et quarta unius diei superari. Idcirco et Græci et Judæi ternos intercalares menses octavo cuique anno adjiciunt. Etenim si undenos cum unius parte quarta octies repetiveris, trium mensium spatium conficies. Quadringenti igitur septuaginta quinque anni, octennia reddunt quinquaginta novem et annos præterea tres. Cum vero octavo cuique anno terni intercalentur menses, conficitur annorum XV summa, paucis detractis diebus. **391** Quos si ad quadringentos septuaginta quinque addideris, hebdomadas LXX conficies. » Hactenus quidem Africanus. Quod si nos quoque oportet in ejusmodi locos propriam commemorationem in medium afferre, dico non frustra neque temere divisionem ab oraculo esse factam septuaginta hebdomadarum. Nam cum eas diviserit in primas septem, ac deinde in alias sexaginta duas, et post plurima, quæ media interponuntur, unam reliquam adjecerit, eo modo numerum septuaginta hebdomadum complevit. Dicit igitur : « Et cognosces et intelliges ab exitu sermonis, ut respondeatur, et ædificetur Jerusalem usque ad Christum ducem, hebdomades septem, et hebdomades sexaginta duæ. » Deinde aliis quibusdam interpositis rebus, novissi-

A κοσίων πεντήκοντα τεσσάρων, τοῦ ἡλιακοῦ κύκλου ὑπάρχοντος ἡμερῶν τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε τετάρτου. Τὴν γὰρ κατὰ σελήνην δωδεκάμηνον παραλλάσσει ἡμέραις ἕνδεκα καὶ τετάρτῳ. Διὰ τοῦτο Ἕλληνες καὶ Ἰουδαῖοι τρεῖς μῆνας ἐμβολίμους ἔτεσιν ὀκτὼ παρεμβάλλουσιν· ὀκτάκις γὰρ τὰ ἕνδεκα τέταρτον ποιεῖ τρίμηνον. Τὰ τοίνυν τετρακόσια ἑβδομήκοντα πέντε ἔτη, ὀκταετηρίδες γίνονται πεντήκοντα ἐννέα καὶ μῆνες τρεῖς· ὡς τριμήνου δὲ ἐμβολίμου τῇ ὀκταετίᾳ γινομένης, ἔτη πεντεκαίδεκα ὀλίγων ἡμερῶν ἀποδεόντων γίγνονται. Ταῦτα δὲ πρὸς τοῖς τετρακοσίοις ἑβδομήκοντα πέντε ἔτεσιν, αἱ ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες συντελοῦνται. » Ταῦτα μὲν οὖν Ἀφρικανός. Εἰ δὲ χρὴ καὶ ἡμᾶς οἰκείαν εἰς τοὺς τόπους ἀπόδοσιν εἰς μέσον ἀγαγεῖν,

B φημὶ μὴ μάτην, μηδὲ ὡς ἔτυχε τὴν διαίρεσιν πεποιῆσθαι τὸν λόγον τῶν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδων. Διελὼν γὰρ αὐτὰς εἰς πρώτας ἑπτὰ, ἔπειθ' ἑτέρας ἑξήκοντα δύο, καὶ μετὰ πλεῖστα τὰ μεταξὺ ἐπιλεγόμενα, τὴν μίαν ἐπιθεὶς, οὕτω τὸν ἀριθμὸν τῶν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδων ἀφωρίσατο. Λέγει δ' οὖν· « Καὶ γνώσῃ, καὶ συνήσεις ἀπὸ ἐξόδου λόγου τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἰερουσαλὴμ ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου, ἑβδομάδες ἑπτὰ, καὶ ἑβδομάδες ἑξηκονταδύο. » Εἶθ' ἑτερά τινα μεταξὺ ἐπαγαγὼν, τὴν τελευταίαν προστίθησι, φήσας· « Καὶ δυναμώσει διαθήκην πολλοῖς ἑβδομὰς μία. » Ὅτι δ' οὐ μάτην ταῦτα, οὐδ' ἄνευ τῆς θείας ἐπιπνοίας ἐσχεδίασται, πάνθ' ὁντιναοῦν τῶν ὡς Θεοῦ ῥήμασιν αὐτοῖς προσεχόντων ὁμολογήσειν ἡγοῦμαι. Τοῦτο μὲν οὖν πρῶτον ἡμῖν καλῶς

C ἔδοξεν ἐπισημήνασθαι, καταλιπεῖν τε τοῖς ἐντυγχάνουσι τὴν τοῦ ζητηθέντος ἀκριβῆ λύσιν. Εἰ δὲ χρὴ καὶ ἡμᾶς τὸ ἐπεισιὸν μὴ ἀποκρύψασθαι, φημὶ καθ' ἑτέραν διάνοιαν ἤτοι ἐκδοχὴν τὸν ἐν τῇ προκειμένῃ γραφῇ δηλούμενον Χριστὸν ἡγούμενον, κατὰ τὰ, « Ἀπὸ ἐξόδου λόγου τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἰερουσαλὴμ ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου, » οὐκ ἄλλον εἶναι τοῦ καταλόγου τῶν μετὰ τὴν προφητείαν, καὶ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον, ἡγησαμένων τοῦ λαοῦ ἀρχιερέων, οὓς Χριστοὺς ἔθος ἀποκαλεῖν τῇ Γραφῇ. Μόνους γὰρ τούτους καθηγήσασθαι τοῦ ἔθνους, ἀρξαμένους ἀπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδὲκ, τοῦ ἱερέως τοῦ μεγάλου, μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον, καὶ μέχρι τῶν χρόνων τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χρι-

D στοῦ παρουσίας παρειλήφαμεν. Οἶμαι γοῦν τὸν μεταξὺ χρόνον τῆς τούτων προστασίας, καθ' ὃν ἡγήσαντο, δηλοῦσθαι διὰ τοῦ, « Ἀπὸ ἐξόδου λόγου τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἰερουσαλὴμ ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου, ἑβδομάδες ἑπτὰ, καὶ ἑβδομάδες ἑξηκονταδύο· » τῶν ἐτῶν δὲ τὰς ἑβδομάδας, συναγομένας εἰς ἔτη τετρακόσια ὀγδοήκοντα τρία, ἀπὸ τῆς Κύρου βασιλείας ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων παρεκτείνεσθαι ἀρχὴν, καθ' ἣν Πομπήϊος Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐπιστὰς τοῖς Ἱεροσολύμοις, εἶλε μὲν πολιορκίᾳ τὴν πόλιν, τὸ δὲ πᾶν ἔθνος δοῦλον Ῥωμαίοις κατεστήσατο, ὡς καὶ φόρους ἐξ ἐκείνου τελεῖν, καὶ τοῖς Ῥωμαίων πειθαρχεῖν ἐπιτάγμασιν. Ἐπὶ τοῦτον γοῦν τὸν χρόνον ὁ τῶν τετρακοσίων ὀγδοήκοντα τριῶν ἐτῶν περιορίζεται ἀριθμὸς, ἐφ' ὃν καὶ κατέληξαν οἱ κατὰ τὸν

Digitized by Google

Μωσέως νόμον ἐκ πατέρων διαδοχῆς τὴν προστασίαν τοῦ ἔθνους, καὶ τὴν ἱερωσύνην διειληφότες· οὓς Χριστὸν ἡγούμενον τὴν θείαν ἐπὶ τοῦ παρόντος Γραφὴν ὀνομάζειν ὑπολαμβάνω. Εἰ δὲ χρὴ καὶ τὸν κατάλογον ἐκθέσθαι τῆς τῶν ἀρχιερέων διαδοχῆς, τῶν ἐν τῷ δηλουμένῳ μεταξὺ χρόνῳ διαγενομένων, καὶ τοῦτο οὐδεὶς φθόνος εἰς παράστασιν τῆς τῶν εἰρημένων ἀληθείας ποιήσασθαι.

A mam adjungit, his verbis : « Et confirmabit pactum multis hebdomada una. » Quod autem hæc non frustra neque absque divino afflatu temere effusa sint, eorum qui hæc tanquam Dei verba acceperint, negaturum arbitror neminem. Hoc igitur primum commode nobis visum est adnotari oportere, legentibusque ut hujusce quæstionis exquisitam solutionem inveniant, locum relinquere. Attamen si ne nos quidem quod in mentem venit, occultare oportet, dico alio quodam sensu Christum ducem, qui in proxime exposita scriptura significatur esse accipiendum, in illis utique verbis : « Ab exitu sermonis ut respondeatur, et ædificetur Jerusalem usque ad Christum ducem, » nihilque aliud intelligendum quam seriem, successionemque pontificum, qui post illam ipsam prophetiam, reditumque de Babylone populo Judaico præfuerint, quos Christos nominare sacræ Litteræ consueverunt. Hos enim duntaxat genti præfuisse initio facto ab Josedec sacerdote magno, post reditum de Babylone usque ad tempora adventus Salvatoris nostri accepimus. Arbitror igitur intermedium tempus quo illi præfuerunt significari illis verbis : « Ab exitu sermonis ut respondeatur, et ædificetur Jerusalem usque ad Christum ducem, hebdomades septem et hebdomades sexaginta duæ ; » annorum vero hebdomadas, si redigantur in annos, quadringentos octoginta tres, a regno Cyri usque ad Romanorum imperium propagari, quo tempore Pompeius Romanorum imperator Hierosolyma aggressus, obsidione quidem urbem ipsam cepit, totam vero gentem Romanis **392** servire coegit, usque adeo, ut ex illo tempore et tributa pendens et Romanorum jussibus obtemperans fuerit. Ad hoc igitur tempus, quadringentorum octoginta trium annorum numerus ducitur, in quo desierunt, qui secundum Mosaicam legem ex majorum successione ac serie, totius gentis principatum et sacerdotium capiebant, quos Christum ducem a Scriptura divina hoc in loco nominari suspicor. Quod si opus est enumeratione quoque uti, et quinam illo intermedio tempore de quo loquimur, quibus successerint, locumque illum tutati sint, exponere, ne hoc quidem facere gravabimur, ut eorum quæ dicta sunt, veritatem ostendamus.

Πρῶτος τοίνυν μετὰ τὴν τοῦ Δανιὴλ προφητείαν, ἐπὶ Κύρου τοῦ βασιλέως Περσῶν, μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον, Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ, ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας χρηματίσας, ἅμα Ζοροβάβελ ἄνεισιν ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ θεμελίους καταβάλλεται τοῦ ἱεροῦ. Ἀλλ' ἐπισχεθέντος τοῦ ἔργου ὑπὸ τῶν περιοίκων, αἱ πρῶται ἑπτὰ ἑβδομάδες τῶν ἐτῶν αἱ διὰ τοῦ προφήτου δηλούμεναι συμπεραιοῦνται, καθ' ἃς ἀτελὲς διέμενε τὸ ἔργον τῆς τοῦ ναοῦ οἰκοδομῆς. Διόπερ ὁ θεῖος λόγος τῆς συναφῆς τῶν λοιπῶν ἑβδομάδων ἀφορίζει τὰς πρώτας ἑπτά, εἰπών, « Ἑβδομάδες ἑπτά, » ἔπειθ' ἑξῆς μετὰ διαστολῆς ἐπαγαγών, « Καὶ ἑβδομάδες ἑξηκονταδύο. » Ἑπτὰ γοῦν ἀπὸ Κύρου καὶ ἐπὶ τὴν συμπλήρωσιν τῆς τοῦ ἱεροῦ οἰκοδομῆς ἑβδομάδες ἐτῶν εὑρίσκονται. Ἔνθεν ὁρμώμενοι τῷ Σωτῆρι ἡμῶν ἔλεγον οἱ Ἰουδαῖοι· « Τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος, καὶ σὺ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερεῖς αὐτόν ; » Ἀλλ' οὗτοι μὲν τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομῆσθαι τὸν ναὸν ἔφασαν· τοσαῦτα γὰρ ἀπὸ πρώτου Κύρου βασιλείας, ὃς πρῶτος ἀνῆκε τῆς Βαβυλῶνος τοὺς βουλομένους τῶν Ἰουδαίων εἰς τὴν οἰκείαν γῆν ἐπανιέναι, ἐπὶ τὸ ἕκτον ἔτος Δαρείου βασιλείας συνάγεται, καθ' ὃν τὸ πᾶν ἔργον τῆς οἰκοδομῆς τέλος εἴληφεν· ὅ γε μὴν ἐξ Ἑβραίων Ἰώσηπος καὶ ἄλλον τριετῆ χρόνον εἰς τὴν τῶν ἔξωθεν τῶν ἀμφὶ τὸν ναὸν κατασκευασμάτων συμπλήρωσιν ἔφησεν, ὥστ' εἰκότως διὰ ταῦτα τὰς ἑπτὰ πρώτας ἑβδομάδας, εἰς ἔτη ἐννέα καὶ τεσσαράκοντα συντεινούσας, ἀφωρίσθαι, κατὰ τὸν τῆς προφητείας λόγον· τὰς δὲ λοιπὰς ἑξηκονταδύο

B Primum igitur post ipsius Daniel prophetiam, Cyro apud Persas regnante, post reditum de Babylone, Jesus filius Josedec, qui sacerdos magnus est dictus, una cum Zorobabel de Babylonica servitute revertitur, et sic fundamenta templi jaciuntur. Sed dum a vicinis impeditur opus, septem primæ annorum hebdomades, quas propheta dicit, abierunt, quibus templi ædificatio inchoata remansit. Qua de causa divinum oraculum primas septem hebdomadas a reliqua summa disjungit, dum dicit, « Hebdomades septem, » ac deinde ex intervallo adjungit : « Et hebdomades sexaginta duæ. » Septem igitur a Cyro ad templi ædificationem absolutam annorum hebdomades reperiuntur. Inde animos sumentes Judæi ad Salvatorem nostrum dicebant : C « Quadraginta et sex annis ædificatum est templum hoc, et tu in tribus diebus excitabis illud [81] ? » At illi quidem quadraginta et sex annis ædificatum esse templum dixere : tot enim a regno Cyri prioris, qui primus Judæorum quibusque volentibus concessit de Babylone in patriam terram reverti, ad sextum Darii regni annum, colliguntur : sub quo omnis ædificatio finem accepit. Sed Josephus, auctor Hebræus, alios tres annos adjungit ad ea, quæ templo extrinsecus accedunt ornamenta absolvenda, ut propterea merito septem primas hebdomadas, quæ summam quadraginta novem annorum conficiunt, a cæteris oraculum propheticum separaverit, et reliquas sexaginta duas a Darii regno numerare contingat : sub quo rursum Jesus filius Jose-

[81] Joan. II, 8.

Digitized by Google

dec, et Zorobabel filius Salathiel, cum adhuc **393** viverent, ambo instaurationi templi præfuerunt, prophetiæ munus interim exercentibus Aggæo et Zacharia, post quos Esdras et Nehemias de Babylone itidem reversi, murum circumdederunt civitati. Tunc autem pontificatum administrabat Joachim, qui Jesu filii Josedec filius fuerat, post quem successit Eliasib; deinde Jodae, quem secutus est Jonathas; hunc excepit Jaddus. Horum etiam apud Esdram fit mentio, his verbis: « Et Jesus genuit Joachim, et Joachim genuit Eliasib, et Eliasib genuit Jodae, et Jodae genuit Jonathan, et Jonathan genuit Jaddum[82]. » Tempore autem hujus Jaddu, Alexander Macedo Alexandriam condidit, ut Josephus scriptum reliquit, et Hierosolyma ingressus Deum adoravit. Mortuus est autem Alexander ineunte centesima et quarta decima olympiade, post Cyrum ducentis triginta sex annis, qui apud Persas regnare cœpit ineunte olympiade quinta supra quadragesimam. Post mortem vero Alexandri Macedonis, et post quem proxime diximus pontificem, Onias ipse quoque pontificatus honore susceptio, genti præfuit: cujus temporibus cum Seleucus Babylonem cepisset, Asiæ sibi diadema circumdedit, anno post Alexandri mortem duodecimo. Ad quem a Cyro incipientibus, omnis temporis summa annorum ducentorum quadraginta octo colligitur. Ab hoc ipso tempore Græcorum regnum numerare incipit Machabæorum historia. Cæterum, post Oniam Judæorum suscepit principatum pontifex Eleazarus, sub quo LXX viri divinas interpretati Scripturas, Alexandrinis bibliothecis dedicarunt. Post hunc secutus est alter Onias: cui successit Simon, cujus tempestate Jesus filius Sirach fama celebris fuit, qui *Sapientiam* titulo omnia virtutum genera profitentem composuit. Post quem alius eodem cum prioribus nomine Onias præfuit. Hujus pontificis tempore Antiochus, cum Judæos obsidione fatigasset, Græcorum ritibus uti coegit. Hunc secutus Judas, cognomento Machabæus, dum rebus Judæorum præest, regionem ab impiis et profanis expurgatam liberavit. Cui succedit frater Jonathas, deinde Simon: sub cujus mortem regni quod apud Syros viguit, annus numeratur septimus et septuagesimus supra centesimum, ad quod sane tempus primus, qui *Machabæorum* vocatur liber, historiam deducit, ac deductam relinquit. **394** Itaque a primo anno Cyri, regnique Persarum, ad extremum historiæ Machabæorum finem, Simonisque pontificis mortem, anni colliguntur quadringenti viginti quinque. Posthac vero Jonathas, ut scribit Josephus, pontificatum exceptum per annos viginti novem administrat. Hunc secutus Aristobulus, annum unum præest. Hic primus post reditum de Babylone ad pontificiam dignitatem amplius regium diadema additum sibi imposuit. Huic succedit et rex idem et pontifex Alexander, qui et ipse annos

A ἀπὸ τῆς Δαρείου καταριθμεῖσθαι βασιλείας συμβαίνει, καθ' ὃν αὖθις Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ, καὶ Ζοροβάβελ ὁ τοῦ Σαλαθιὴλ εἰς ἐκεῖνον τὴν ζωὴν παρατείναντες, ἄμφω προέστησαν τῆς τοῦ ἱεροῦ ἀνανεώσεως, προφητευόντων Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου· μεθ' οὓς Ἔσδρας καὶ Νεεμίας, ὁμοίως ἐκ Βαβυλῶνος ἀνελθόντες, τὸ τεῖχος ἐδείμαντο τῇ πόλει, τὴν ἀρχιερωσύνην διέποντος Ἰωακείμου· παῖς δὲ οὗτος ἦν Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδέκ· μεθ' ὃν διαδέχεται τὴν ἀρχιερωσύνην Ἐλιασοῦβος· ἔπειτα Ἰωδαέ· μεθ' ὃν Ἰωνάθαν· μεθ' ὃν Ἰαδδοῦς. Τούτων μέμνηται καὶ ἡ Ἔσδρα γραφὴ, λέγουσα· « Καὶ Ἰησοῦς ἐγέννησε τὸν Ἰωακείμ, καὶ Ἰωακείμ ἐγέννησε τὸν Ἐλιασίβ, καὶ Ἐλιασίβ ἐγέννησε τὸν Ἰωδαὲ, καὶ Ἰωδαὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωνάθαν, καὶ Ἰωνάθαν ἐγέννησε τὸν Ἰαδδοῦ. »

B Κατὰ τοῦτον τὸν Ἰαδδοῦ ὁ Μακεδὼν Ἀλέξανδρος Ἀλεξάνδρειαν κτίζει, ὡς Ἰώσηπος ἱστορεῖ, ἀφικόμενός τε εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, τῷ Θεῷ προσκυνεῖ. Τελευτᾷ δὲ τὸν βίον Ἀλέξανδρος ἐν ἀρχῇ τῆς ἑκατοστῆς καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος, μετὰ ἔτη διακόσια τριάκοντα ἐκ Κύρου, ὃς ἐβασίλευσε Περσῶν κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος πέμπτης καὶ πεντηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. Μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος, καὶ μετὰ τὸν δηλωθέντα ἀρχιερέα, Ὀνίας ἡγεῖται τοῦ ἔθνους, τῆς τῶν ἀρχιερέων καὶ αὐτὸς ἐπειλημμένος τιμῆς· καθ' ὃν Σέλευκος, Βαβυλῶνα κρατήσας, τὸ τῆς Ἀσίας περιτίθεται διάδημα ἔτει δωδεκάτῳ μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν, καθ' ὃν συνάγεται ὁ πᾶς χρόνος ὁ ἀπὸ Κύρου εἰς ἔτη διακόσια τεσσαρακονταοκτώ. Ἐντεῦθεν τὴν Ἑλλήνων βασιλείαν ἡ τῶν Μακκαβαίων γραφὴ καταριθμεῖσθαι ἄρχεται. Μετὰ δὲ τὸν Ὀνίαν ἡγεῖται τῶν Ἰουδαίων ἀρχιερεὺς Ἐλεάζαρος, καθ' ὃν οἱ Ἑβδομήκοντα, τὰς θείας ἑρμηνεύσαντες Γραφὰς, ταῖς κατὰ Ἀλεξάνδρειαν βιβλιοθήκαις ἀνατεθείκασι· μεθ' ὃν ἕτερος Ὀνίας, ὃν διαδέχεται Σίμων, καθ' ὃν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Σιρὰχ ἐγνωρίζετο, ὁ τὴν καλουμένην πανάρετον *Σοφίαν* συντάξας· μεθ' ὃν ἕτερος ὁμώνυμος τοῖς πρόσθεν Ὀνίας ἡγεῖται, καθ' ὃν Ἀντίοχος, τοὺς Ἰουδαίους πολιορκήσας, Ἑλληνίζειν κατηνάγκαζε· μεθ' ὃν προστὰς τῶν πραγμάτων Ἰούδας, ὁ ἐπικληθεὶς Μακκαβαῖος, ἐξεκάθηρε τῶν ἀσεβῶν τὴν χώραν· ὃν ὁ ἀδελφὸς Ἰωνάθης διαδέχεται· καὶ πάλιν Σίμων, οὗ κατὰ τὴν τελευτὴν ἕβδομον καὶ ἑβδομηκοστὸν καὶ

D ἑκατοστὸν ἔτος ἐξαριθμεῖται τῆς κατὰ Συρίαν ἀρχῆς, ἥ τε πρώτη καλουμένη τῶν *Μακκαβαίων* βίβλος εἰς τοῦτο τοῦ χρόνου κατέλυσε τὴν ἱστορίαν. Ὥστε συνάγεσθαι ἀπὸ πρώτου ἔτους Κύρου καὶ Περσῶν βασιλείας ἐπὶ τὸ τέλος τῆς τῶν Μακκαβαίων γραφῆς, καὶ ἐπὶ τὴν Σίμωνος τοῦ ἀρχιερέως τελευτὴν, ἔτη τετρακόσια εἰκοσιπέντε· μεθ' ἃ Ἰωνάθης τὴν ἀρχιερωσύνην, ὡς ὁ Ἰώσηπός φησι, διαδέχεται ἐπὶ ἔτεσιν ἐννέα καὶ εἴκοσι· μεθ' ὃν Ἀριστόβουλος ἐνιαυτὸν ἡγεῖται, ὃς πρῶτος μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον διάδημα βασιλικὸν περιτίθεται πρὸς τῇ ἀρχιερωσύνῃ. Τοῦτον διαδέχεται Ἀλέξανδρος, βασιλεὺς ἅμα καὶ ἀρχιερεὺς, ἔτεσι καὶ αὐτὸς ἑπτὰ καὶ εἴκοσι προστάς

[82] II Esdr. xii, 10, 11.

Digitized by Google

τῶν πραγμάτων· εἰς ὃν συνάγεται τὰ πάντα ἀπὸ πρώτου ἔτους βασιλείας Κύρου καὶ τῆς ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπανόδου τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἔτη τετρακόσια ὀγδοηκονταδύο, οὗ προέστησαν ἀρχιερεῖς, οὓς ἡγοῦμαι Χριστὸν ἡγούμενον ὑπὸ τῆς προφητείας ὀνομάζεσθαι· μεθ' οὓς, τελευτήσαντος τοῦ ὑστάτου αὐτῶν ἀρχιερέως Ἀλεξάνδρου, ἄναρχα καὶ ἀπροστάτητα τὰ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἀπολείπεται, ὥστε εἰς γυναῖκα περιστῆναι τὴν βασιλείαν αὐτῶν. Τῶν δὲ δύο παίδων, Ἀριστοβούλου καὶ Ὑρκανοῦ, στασιασάντων πρὸς ἀλλήλους, ἐπιστὰς τοῖς Ἱεροσολύμοις Πομπήϊος, Ῥωμαίων στρατηγὸς ὤν, αἱρεῖ μὲν πολιορκίᾳ τὴν πόλιν, μιαίνει τε τὰ ἅγια, μέχρι τῶν ἀδύτων τῶν ἱερῶν προελθών. Καὶ ταῦτα συμβαίνει ἔτους πρώτου τῆς ἑκατοστῆς ἑβδομηκοστῆς ἐννάτης Ὀλυμπιάδος, μετὰ τετρακόσια ἐννενήκοντα πέντε ἔτη τῆς Κύρου βασιλείας, ἧτις ἦρξατο ἐπὶ τῆς πεντηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος. Τότε δ' οὖν ὁ Πομπήϊος, ἑλὼν κατὰ κράτος τὴν Ἱερουσαλὴμ, τὸν προειρημένον Ἀριστόβουλον ἐκπέμψας δέσμιον ἐπὶ Ῥώμης, τῷ τούτου ἀδελφῷ Ὑρκανῷ τὴν ἀρχιερωσύνην παραδίδωσι, τό τε πᾶν ἔθνος ἐξ ἐκείνου ὑποτελὲς Ῥωμαίοις κατεστήσατο· μεθ' ὃν Ἡρώδης ὁ Ἀντιπάτρου παῖς, Ὑρκανὸν ἀνελὼν, τὴν τῶν Ἰουδαίων βασιλείαν ὑπὸ τῆς Ῥωμαίων συγκλήτου βουλῆς ἐγχειρίζεται, πρῶτός τε αὐτὸς ἐξ ἀλλοφύλου γένους βασιλεύει τοῦ ἔθνους, τὴν τῶν ἀρχιερέων κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον διαφθείρας τάξιν. Ὁ μὲν γὰρ θεῖος νόμος διὰ βίου ἱεράσθαι τῷ Θεῷ τὸν ἀνωτάτω προστάττει ἀρχιερέα· ὁ δ' Ἡρώδης οὐ τοῖς ἀπὸ γένους, οὐδ' οἷς προσῆκον ἦν ἀπεδίδου τὴν λειτουργίαν, ἀπεξενωμένοις δέ τισι, καὶ ἀλλοτρίοις τῆς τῶν ἀρχιερέων διαδοχῆς, καὶ οὐδὲ τούτοις διαρκῶς, πρὸς βραχὺν δέ τινα καὶ περιωρισμένον χρόνον, ἄλλοτε ἄλλοις τὴν τιμὴν ἀντιδωρούμενος, ὥστε τὰς μὲν πρώτας ἑπτὰ ἑβδομάδας ἀπὸ Κύρου καὶ ἐπὶ Δαρεῖον, τὰς δὲ λοιπὰς ἑξηκονταδύο ἀπὸ Δαρείου καὶ ἐπὶ Πομπήϊον τὸν Ῥωμαίων στρατηγὸν περιορίζεσθαι. Καὶ κατὰ τρίτην δὲ θεωρίαν εὕροις ἂν ἄλλως ἐπαριθμούμενος τοὺς χρόνους τῶν ἑπτὰ καὶ ἑξηκονταδύο ἑβδομάδων, αἳ συντείνουσιν εἰς ἔτη τετρακόσια ὀγδοηκοντατρία, ἐπ' αὐτὸν Αὔγουστον καὶ ἐπὶ Ἡρώδην τοὺς πρώτους ἐξ ἀλλοφύλου γένους βασιλεύσαντας, καθ' οὓς ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γένεσις ἱστορεῖται περιγραφομένη, εἰ, ἀρξάμενος ἀπὸ Δαρείου καὶ τῆς συμπληρώσεως τοῦ ναοῦ, τὸν δηλούμενον ἀριθμὸν ἀναλογίσῃ. Δαρείου γὰρ κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος, τὸν ἑβδομηκονταετῆ χρόνον τῆς ἐρημώσεως Ἱερουσαλὴμ συμπεπεράσθαι ὁ προφήτης Ζαχαρίας δηλοῖ λέγων· « Τῇ τετράδι καὶ εἰκάδι, ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ μηνὶ, αὐτός ἐστι Σαβάτ, ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει Δαρείου, ἐγένετο λόγος Κυρίου πρὸς Ζαχαρίαν τὸν τοῦ Βαραχίου. » Εἶθ' ἑξῆς ἐπιλέγει· « Καὶ ἀπεκρίθη ὁ ἄγγελος Κυρίου, καὶ εἶπε· Κύριε παντοκράτωρ, ἕως τίνος οὐ μὴ ἐλεήσῃς τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰς πόλεις Ἰούδα, ἃς ὑπερεῖδες τοῦτο ἑβδομηκοστὸν ἔτος; » Τοῦτον δὴ οὖν αὐτὸν τῷ θείῳ Πνεύ-

A septem et viginti rebus Judæorum præest. Ad cujus principatum a primo regis Cyri anno, et Judaicæ gentis reditus de Babylone, omnis summa annorum colligitur quadringentorum octoginta duorum, quo toto tempore pontifices præfuerunt, quos ego quidem Christi ducis appellatione, a prophetia significari arbitror : post quos, ipsorum novissimo Alexandro decedente, res Judæorum sine principe, sine duce, neminem qui præsset habentes, relinquuntur. Factum itaque est, ut eorum regnum in feminam tandem reciderit. Cujus filii duo Aristobulus atque Hyrcanus, dum inter se de principatu contendunt, Pompeius interea Romanorum imperator, Hierosolyma aggressus, cum obsidione urbem capit, tum usque ad penetralia templi progressus, B quæ sancta in illis dicebantur, profanat. Et hæc Judæis accidunt centesimæ septuagesimæ nonæ olympiadis anno primo, qui fuit annus a Cyri regno quadringentesimus nonagesimus quintus, cujus regni initium quinquagesima quinta olympiade factum est. Per id igitur temporis Pompeius, vi captis Hierosolymis, et vinctum Aristobulum Romam mittit, et hujus fratri Hyrcano sacerdotium tradit, atque ex illo tempore universa Judæorum natio Romanis tributaria facta est. Post Hyrcanum Herodes, Antipatri filius, ipso interfecto Hyrcano, largiente Romano senatu, Judæorum obtinet regnum. Hic primus alieno ortus genere, perturbato pontificum ordine, qui Mosaica lege sancitus fuerat, in illa gente regnat. Lex enim divina jubebat, C ut maximus pontifex quam diu viveret sacerdotio fungeretur. At Herodes non iis qui legitimo genere orti essent, neque iis qui id juris haberent, sed suppositiis quibusdam, atque a serie ac successione pontificum alienis id muneris attribuit, ac ne iis quidem in perpetuum, sed ad breve quoddam determinatumque tempus gratificans, **395** atque alio tempore aliis ejusmodi honorem impertiens, ut hac ratione, primæ quidem hebdomades septem a Cyro ad Darium, reliquæ vero sexaginta duæ, a Dario ad imperatorem Romanorum Pompeium contineantur. At si tertiam præterea contemplationem velis insistere, atque alia quadam ratione tempora septem et sexaginta duarum hebdomadum numerare, quæ annos continent quadringentos octoginta D tres, invenias idem temporis spatium ad Augustum usque atque Herodem, qui primi externi generis regnarunt, quorumque temporibus Salvatoris nostri Jesu Christi ortus fuisse memoratur, propagari, si modo hunc quem dixi numerum sumpto initio a Dario templique absolutione recolligas. Ad secundum enim Darii annum, tempus solitudinis urbis Jerusalem, quod septuagenarium fuit, pervenisse propheta Zacharias indicat his verbis : « In die vicesimo quarto undecimi mensis (is est Sabat) in anno secundo Darii, factum est verbum Domini ad Zachariam filium Barachiæ [69]. » Deinde progressus

[69] Zachar. I, 7.

Digitized by Google

hebdomades compendium accepere super populum tuum, et super civitatem sanctam, ut consummetur peccatum, et quasi annulo signentur peccata : et deleantur iniquitates, et expientur injustitiæ, et adducatur justitia sempiterna, et quasi signo impresso claudatur visio et prophetia, et ungatur Sanctus sanctorum. » **383** Quod igitur septuaginta hebdomadarum spatium, si in annos resolvatur, nonaginta supra quadringentos summam conficiat, nemini, puto, dubium est. Tantum igitur temporis compendium accepit super populum tuum, ubi sane omnem Judaicæ gentis terminationem concludit : nec tamen illos in his amplius Dei populum vocat, sed alloquens ipsum Daniel, « Populum, « inquit, » tuum : » namque alias quoque tanquam eum qui impie egisset, et simulacris se addixisset, non amplius suum populum Deus, sed Mosis appellavit, cum dixit : « Vade, descende, peccavit enim populus tuus [60]. » Nunc igitur eodem modo causam, cur illud temporis spatium contra illos præfinierit docet : hoc autem est, eos non amplius dignos esse, qui populus Dei appellentur. Deinde adjungit illud, « Et Super civitatem sanctam ; » ubi illud *tuam* rursus a superiori subaudivimus : ut ita dictum esse videatur, « super populum tuum et super civitatem sanctam tuam, » non secus ac si dixisset : Quæ a te sancta existimatur. Nam et Hebraicus contextus, et reliqui interpretes uno ore, non solum ad populum illud « tuum, » sed etiam ad civitatem, illud « tuam » adjungunt. Aquila igitur, « Super populum, » inquit, « tuum, et super civitatem sanctificatam tuam : » Symmachus autem : « Adversus populum tuum, et civitatem sanctam tuam. » Quocirca in bonis quoque LXX Interpretum codicibus, illud « tuam, » stellula apposita adjectum est : nam cum orans Daniel in illis suæ supplicationis verbis, sæpius populum, Dei populum nominasset, civitatis autem locum, sanctum Dei locum, vertens in diversum qui respondebat, neque civitatem sanctam Dei, neque populum Dei esse fatetur, sed « tuum, » inquit, qui oras, et qui talia de populo et de loco civitatis dixisti. Verba ipsius Daniel hoc modo se habent : « Avertatur furor tuus et ira tua a civitate tua Jerusalem et monte sancto tuo [61]. » Item : « Populus tuus factus est in opprobrium omnibus in circuitu nostro [62]. » Et rursus : « Ostende faciem tuam super sanctuarium tuum, quod desertum est [63]. » Et rursus : « Vide interitum civitatis tuæ super quam invocatum est nomen tuum [64]. » Ac deinceps : « Quia nomen tuum invocatum est super civitatem tuam, et super populum tuum [65]. » Talibus cum orasset, adjunxit : « Et cum adhuc loquerer et orarem, ecce Gabriel quem videram in visione mea, volans tetigit me, et dixit ea utique quæ superius descripta habes. » **384** Plane igitur in his propheta non simpliciter civitatem,

A ὅρασιν καὶ προφητείαν, καὶ τοῦ χρῖσαι ἅγιον ἁγίων. » Ὅτι τῶν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδων ὁ χρόνος, ἐν ἔτεσιν ἀναλυόμενος, ἐννενήκοντα πρὸς τοῖς τετρακοσίοις ἀριθμὸν συνάγει, παντὶ που δῆλον. Τοσοῦτος τοι γαροῦν συνετμήθη χρόνος ἐπὶ τὸν λαόν σου, τὸ πᾶν συμπέρασμα τοῦ Ἰουδαίων περιορίζων ἔθνους· καὶ οὐκέτι γε αὐτοὺς ἐν τούτοις Θεοῦ λαὸν προσαγορεύει, ἀλλὰ τῷ Δανιήλ φησι, « λαόν σου. » Ὥσπερ γὰρ ἀσεβήσαντά ποτε καὶ εἰδωλολατρήσαντα ἐπὶ τῆς ἐρήμου, οὐκέτι λαὸν ἑαυτοῦ ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τοῦ Μωσέως προσεῖπε, φήσας· « Βάδιζε, κατάβηθι· ἠνόμησε γὰρ ὁ λαός σου· » τὸν αὐτὸν τρόπον κἀνταῦθα τοῦ περιωρίσθαι κατ' αὐτῶν τὸν δηλωθέντα χρόνον τὸ αἴτιον ἐκδιδάσκει· τοῦτο δ' ἦν τὸ μηκέτι τοῦ Θεοῦ λαὸν αὐτοὺς καταξιοῦσθαι χρηματίζειν. Ἐπιλέγει δὲ, « Καὶ
B ἐπὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν· » τὸ σοῦ πάλιν ἐξακουόντων ἡμῶν κατὰ κοινοῦ, ὡς εἶναι τὸ λεγόμενον τοιοῦτον, « Ἐπὶ τὸν λαόν σου, καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν σου, » ὡς εἰ ἔφασκε· Τὴν σοὶ νενομισμένην ἁγίαν. Τὸ γοῦν Ἑβραϊκὸν, καὶ οἱ λοιποὶ συμφώνως ἑρμηνευταὶ, οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ λαοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς πόλεως τὸ σοῦ προσκείμενον περιέχουσιν. Ὁ γοῦν Ἀκύλας φησίν· « Ἐπὶ τὸν λαόν σου, καὶ ἐπὶ πόλιν ἡγιασμένην σου· » ὁ δὲ Σύμμαχος· « Κατὰ τοῦ λαοῦ σου, καὶ τῆς πόλεως τῆς ἁγίας σου. » Ὅθεν καὶ παρὰ τοῖς ἀκριβέσιν ἀντιγράφοις τῶν Ἑβδομήκοντα τὸ σοῦ μετὰ ἀστερίσκου παραθέσεως πρόσκειται. Ἐπεὶ γὰρ εὐξάμενος Δανιὴλ ἐν τοῖς τῆς ἱκεσίας αὐτοῦ ῥήμασι, πολλάκις τὸν μὲν λαὸν, Θεοῦ λαὸν ὠνόμασε, τὸν δὲ
C τῆς πόλεως τόπον, ἅγιον Θεοῦ τόπον, ἀντιστρέψας ὁ χρηματίζων, οὔτε τὴν πόλιν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ, οὔτε τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι ὁμολογεῖ, ἀλλὰ « σοῦ » φησι τοῦ προσευχομένου, καὶ τοιαῦτα περὶ τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ τόπου καὶ τῆς πόλεως εἰρηκότος. Ἔχουσι δὲ τοῦ Δανιὴλ αἱ φωναὶ οὕτως· « Ἀποστραφήτω δὴ ὁ θυμός σου, καὶ ἡ ὀργή σου ἀπὸ τῆς πόλεώς σου Ἰερουσαλὴμ ὄρους ἁγίου σου· » καί· « Ὁ λαός σου ἐγένετο εἰς ὀνειδισμὸν ἐν πᾶσι τοῖς περικύκλῳ ἡμῶν· » καὶ πάλιν· « Ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸ ἁγίασμά σου τὸ ἔρημον· » καὶ αὖθις· « Ἴδε τὸν ἀφανισμὸν τῆς πόλεώς σου, ἐφ' ἧς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά σου ἐπ' αὐτῆς· » καὶ ἑξῆς· Ὅτι τὸ ὄνομά σου ἐπεκλήθη ἐπὶ τὴν πόλιν σου καὶ ἐπὶ τὸν λαόν σου. » Τοιαῦτα εὐξάμενος ἐπιλέγει· « Καὶ ἔτι μου λαλοῦντος
D καὶ προσευχομένου, ἰδοὺ Γαβριὴλ, ὃν εἶδον ἐν τῇ ὁράσει μου, πετόμενος, καὶ ἥψατό μου, καὶ εἶπε » τὰ ἀναγεγραμμένα. Σαφῶς οὖν διὰ τούτων ὁ μὲν προφήτης πόλιν οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ « τοῦ Θεοῦ πόλιν » ὠνόμασε, καὶ τὸ ἁγίασμα « τοῦ Θεοῦ ἁγίασμα, » καὶ τὸν λαὸν « τοῦ Θεοῦ λαὸν, » διαθέσει τῇ πρὸς τὸν λαόν. Οὐκέτι μὴν καὶ ὁ Γαβριὴλ ὁμοίως αὐτῷ καλεῖ τὰ δηλούμενα, ἔμπαλιν δὲ, « Ἐπὶ τὸν λαόν σου, » φησὶ, « καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν σου, » μονονουχὶ καὶ τὴν πόλιν, καὶ τὸν λαὸν, καὶ τὸ ἁγίασμα ἀνάξιον εἶναι τῆς τοῦ Θεοῦ προηγορίας ἀποφήνας. Τοσοῦτον δὴ οὖν χρόνον ὡρίσθαι κατὰ τοῦ λαοῦ πρῶτον, ἔπειτα καὶ κατὰ τῆς πόλεως διδάσκει, καὶ τοσοῦτός γε ὢν ἀποδείκνυται ἀπὸ τῆς

[60] Exod. xxxii, 7. [61] Dan. ix, 16. [62] ibid. [63] ibid. 17. [64] ibid. 18. [65] ibid. 19.

Digitized by Google

ἀνανεώσεως τῆς Ἱερουσαλὴμ, ὃ γέγονεν ἐπὶ Δαρείου τοῦ Περσῶν βασιλέως, μέχρι τῆς Αὐγούστου Ῥωμαίων ἐπικρατήσεως, Ἡρώδου τε Ἰουδαίων βασιλέως, ἀλλοφύλου τὸ γένος, καθ' οὓς τὰ τῆς γενέσεως ἱστορεῖται τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ὡς ὁ λόγος προϊὼν ἐπιδείξει. Ἐξῆς δὲ ἐπιλέγει· « Τοῦ συντελεσθῆναι ἁμαρτίαν, καὶ τοῦ σφραγίσαι ἁμαρτίαν, καὶ ἀπαλεῖψαι ἀνομίας, καὶ τοῦ ἐξιλάσασθαι ἀδικίας, καὶ ἀγαγεῖν δικαιοσύνην αἰώνιον, καὶ τοῦ σφραγίσαι ὅρασιν, καὶ προφήτην, καὶ τοῦ χρῖσαι ἅγιον ἁγίων. » Ἀντὶ μὲν οὖν « τοῦ συντελεσθῆναι ἁμαρτίαν, καὶ τοῦ σφραγίσαι ἁμαρτίαν, » ὁ Ἀκύλας πεποίηκε, « Τοῦ συντελέσαι τὴν ἀθεσίαν, καὶ τοῦ τελειῶσαι ἁμαρτίαν. » Τὸ γὰρ, « Πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν, » εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πρὸς τοὺς ἐκ περιτομῆς, καὶ διὰ τούτων οἶμαι παρίστασθαι. Ἐπὶ γὰρ τῆς κατ' αὐτοῦ τολμηθείσης τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐπιβουλῆς συνετελέσθη αὐτῶν ἡ ἁμαρτία, καὶ ἡ πρὸς τὸν Θεὸν, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ἀθεσία τέλος εἴληφε. Πάλαι μὲν γὰρ πρότερον ἔφερεν αὐτοὺς ἡ τοῦ Θεοῦ μακροθυμία, μυρία ὅσα πλημμελοῦντας πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίας, ὡσπεροῦν διὰ τῶν προφητικῶν ἀποδείκνυται λόγων· πλὴν ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τῶν πάλαι τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας οἰκούντων ἀλλοφύλων εἴρητο τῷ Ἀβραάμ· « Οὔπω γὰρ ἀναπεπλήρωνται αἱ ἁμαρτίαι τῶν Ἀμορῥαίων· » καὶ ἕως μηδέπω ἦσαν ἐκπεπληρωμέναι, οὐκ ἠλαύνοντό πω οἱ Ἀμορῥαῖοι τῆς πατρῴας γῆς. Ἐπεὶ δὲ ἐπληρώθησαν αἱ ἁμαρτίαι αὐτῶν, τηνικαῦτα πάντες ἐξωλοθρεύθησαν ἐπὶ τῶν Ἰησοῦ τοῦ Μωσέως διαδόχου χρόνων· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ προτέρου νοήσεις λαοῦ. Ἕως μὲν γὰρ οὐκ ἐπληροῦντο αὐτῶν αἱ ἁμαρτίαι, ἡ τοῦ Θεοῦ ἀνοχὴ καὶ μακροθυμία ἔφερεν αὐτοὺς, εἰς ἐπιστροφὴν ἑκάστοτε προσκαλουμένη διὰ τῶν προφητῶν. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν σωτηρίαν φωνὴν ἐπλήρωσαν τὸ μέτρον τῶν πατέρων αὐτῶν, οὕτω δ' ἂν πάντα συναχθέντα κατὰ τὸ αὐτὸ τὸν ἔσχατον αὐτοῖς κατειργάσατο ὄλεθρον, ὡσπεροῦν πάλιν αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν διδάσκει λέγων· « Πᾶν αἷμα ἐκχυθὲν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, ἀπὸ αἵματος Ἅβελ τοῦ δικαίου ἕως αἵματος Ζαχαρίου, ἥξειν ἐπὶ τὴν γενεὰν ταύτην. » Τὸ γοῦν ἔσχατον ἁπάντων τὰς χεῖρας ἐπιβαλεῖν τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ τολμήσαντες, ἐτέλεσαν τὴν ἀθεσίαν, καὶ ἐτελείωσαν τὴν ἑαυτῶν ἁμαρτίαν, κατὰ τὴν Ἀκύλου ἑρμηνείαν· κατὰ δὲ τοὺς Ἑβδομήκοντα, ἐδέθη αὐτῶν καὶ ἐσφραγίσθη ἡ ἁμαρτία. Ἀλλὰ ἐπεὶ μὴ μόνον εἰς πτῶσιν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἀνάστασιν πολλῶν ἐλήλυθεν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καθά φησι περὶ αὐτοῦ, « Ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, » εἰκότως τοῖς εἰρημένοις ἑξῆς ἐπιλέγει ὁ Δανιὴλ τό· « Καὶ τοῦ ἀπαλεῖψαι ἁμαρτίας, καὶ τοῦ ἐξιλάσασθαι ἀδικίας. » Διὰ γὰρ τὸ ἀδύνατον εἶναι αἷμα ταύρων καὶ τράγων ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας, δεῖσθαι δὲ πᾶν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἱλασμοῦ ζῶντος καὶ ἀληθινοῦ (οὗ τύπον ἔφερε τὸ παρὰ Μωσεῖ κατασκευασθὲν ἱλαστήριον), οὗτος δὲ ἦν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, περὶ οὗ εἴρηται· « Ἰδὲ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ

A sed « Dei civitatem, » nominavit, et sanctuarium, « Dei sanctuarium, » et populum, « Dei populum, » ita videlicet animo erga illum populum affectus: at vero Gabriel non item ut ipse, ea quæ jam dicta sunt vocat, sed ex contrario, « Super populum tuum, inquit, et super civitatem sanctam tuam, » ubi propemodum et civitatem, et populum, et sanctuarium illa Dei appellatione indigna esse demonstrat. Tantum igitur temporis spatium primum contra populum, deinde contra civitatem præfinitum esse docet: et quod tantum sit, ostendit ex renovatione Jerusalem. Id porro continetur a Dario Persarum rege usque ad Augusti dominatum in Romanos, et Herodem Judæorum regem, qui alieno genere natus est, quorum temporibus ea quæ ad ortum Salvatoris nostri pertinent, enarrantur, quemadmodum longius progressa oratio demonstrabit. Ordine deinceps sequitur: « Ut consummetur peccatum, et quasi annulo signentur peccata, et deleantur iniquitates, et expientur injustitiæ, et inducatur justitia sempiterna, et quasi signo impresso claudatur visio et prophetia, et ungatur Sanctus sanctorum. » Pro eo autem quod est, « Ut consummetur peccatum, et quasi annulo signentur peccata, » Aquila vertit, « Ad consummandam prævaricationem, et finem imponendum peccato. » Illud enim, « Implete mensuram patrum vestrorum [66], » quod a Salvatore nostro ad Judæos dictum est, etiam in his arbitror contineri ac significari: nam dum insidias illi Judaica gens molitur et conficit, peccatum suum consummavit: et ejusdem, ut Aquila vertit, adversus Deum prævaricatio finem accepit. Jampridem enim illos quamvis innumerabilia peccata perpetrantes ante Salvatoris nostri adventum, Dei tamen clementia ferebat, quemadmodum videlicet prophetica ipsa verba demonstrant: verumtamen sicut de illis qui genere ab Hebræis differentes, terram promissionis incolebant ad Abraham dictum est: « Nondum enim completa sunt peccata Amorrhæorum: » et quamdiu completa non fuere, de terra ipsorum patria expulsi non sunt. Ubi autem completa sunt, tum vero omnes in interitum inciderunt, quæ sane clades illos excepit temporibus illius Jesu qui Mosi successit: ita etiam de priore tibi intelligendum est populo: quamdiu enim illorum peccata completa non sunt, Dei illos patientia et benignitas tulit, et per prophetas undique ad conversionem invitavit. **385** Postquam autem, ut Salvator ad ipsos dixit, impleverunt mensuram patrum suorum, tum vero in eumdem locum coacta omnia, extremum illis maturaverunt interitum, sane quemadmodum item Dominus noster nos docet, ubi ait: « Omnem sanguinem effusum a constitutione mundi, a sanguine Abel justi usque ad sanguinem Zachariæ, venturum super generationem istam [67]. » Cum igitur ad extremum manus injicere Filio Dei ausi sunt,

[66] Matth. XXIII, 32. [67] Ibid. 35.

Digitized by Google

« consummaverunt prævaricationem, et finem peccato suo imposuerunt, » sicut Aquila interpretatus est, at, sicut LXX, « eorum peccatum alligatum signatumque est. » Sed quoniam non solum in ruinam, verum etiam in reparationem multorum venit in Israel, sicut de ipso dixit Simeon, « Ecce hic positus est in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel [68], » merito Daniel ad ea quæ dicta sunt, adjungit : « Et ut deleantur peccata, et expientur injustitiæ. » Cum enim sanguis taurorum et hircorum auferre peccata non posset, et omne hominum genus expiatione viva veraque indigeret (cujus figuram gerebat id quod apud Mosem constructum vocatur propitiatorium), nulla autem propitiatio viva veraque esset, nisi Salvator et Dominus noster, ille Agnus Dei, de quo dictum est : « Ecce Agnus Dei qui tollit peccata mundi [69]. » Nam rursus, « Idem propitiatio est pro peccatis nostris, » nec pro nostris tantum ipse est pretium ac redemptio, sed etiam pro totius mundi, ut ait Apostolus [69*] : « Qui factus est, inquit, sapientia nobis a Deo, justitiaque et sanctificatio et redemptio [70]. » Merito ejus adventum, simul complementum perfectionemque peccati esse docet eorum, qui contra ipsum impii fuerunt, simul abstersionem et purgationem peccatorum et injustitiarum expiationem eorum qui in ipsum crediderunt : nam cum Aquila. « Ad consummandam prævaricationem, et finem peccato imponendum, » dixerit, tum illud adjecit, « Et ad expiandum iniquitatem, » sic plane illum omnis iniquitatis, quæ olim per ignorantiam admissa sit, expiationem esse, pro concesso sumens. Post ipsa hæc, illud sequitur : « Ut inducatur justitia sempiterna. » Est sane ipse Dei Verbum justitia sempiterna, « qui factus est nobis sapientia a Deo, justitiaque et sanctificatio et redemptio, » ut ait Apostolus, verumtamen adventu suo omnibus hominibus conciliavit justitiam, reipsa ostendens, quod « non **386** solum Judæorum est Deus, sed etiam gentium. « Quandoquidem unus est Deus qui justificabit circumcisionem ex fide, et præputium per fidem [71]. » Ex quo eos qui cum Cornelio aderant, quique jam Spiritum sanctum accipere meruerant, admirans Petrus, « Vere, inquit, novi quod non est acceptor personarum Deus, sed in omni gente, qui timet illum et exercet justitiam, acceptus est illi [72]. » Quin Paulus quoque Evangelium justitiæ affirmat esse, ubi ait : « Virtus enim Dei est ad salutem omni credenti, Judæo primum et Græco : justitia enim Dei in eo revelatur [73]. » In Psalmis quoque de Christo dictum est : « Orietur in diebus ejus justitia et abundantia pacis [74]. » Et sane illius opus re vera Dei justitiam demonstravit, utpote quod omne genus hominum pari vocatione dignum reddiderit. At quæ per Mosem edita sunt, nequaquam talia, sed uni soli Ju-

A αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· » καὶ πάλιν· « Αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, » οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου, αὐτὸς ὢν καὶ ἀπολύτρωσις, κατὰ τὸν Παῦλον, φάσκοντα· « Ὃς ἐγενήθη σοφία ἡμῖν ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις· » εἰκότως τὴν παρουσίαν αὐτοῦ ὁμοῦ μὲν συμπλήρωσιν καὶ τελείωσιν ἁμαρτίας εἶναι διδάσκει τῶν εἰς αὐτὸν ἠσεβηκότων, ὁμοῦ δὲ ἀπάλειψιν καὶ καθαρισμὸν ἁμαρτιῶν, καὶ ἀδικιῶν ἱλασμὸν τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων. Καὶ ὁ Ἀκύλας δὲ, « Τοῦ τελέσαι τὴν ἀθεσίαν, καὶ τοῦ τελειῶσαι τὴν ἁμαρτίαν, » εἰπὼν, ἐπήγαγε τὸ· « Τοῦ ἐξιλάσασθαι ἀνομίαν, » σαφῶς ἱλασμὸν αὐτὸν εἶναι πάσης ἀνομίας τῆς πάλαι κατὰ ἄγνοιαν γενομένης ὑποτιθέμενος. Ἐξῆς τούτοις εἴρηται, « Τοῦ B ἀγαγεῖν δικαιοσύνην αἰώνιον. » Ἔστι μὲν οὖν αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος αἰώνιος δικαιοσύνη, « ὃς ἐγενήθη σοφία ἡμῖν ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις, » κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Πλὴν ἀλλὰ σὺν τῇ ἑαυτοῦ παρουσίᾳ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις προὐξένησε δικαιοσύνην, ἔργοις ἐπιδείξας, ὅτι « μὴ μόνον Ἰουδαίων ἐστὶν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ ἐθνῶν. « Ἐπείπερ εἷς ὁ Θεὸς, ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως, καὶ ἀκροβυστίαν διὰ τῆς πίστεως. » Ὅθεν τοὺς ἀμφὶ τὸν Κορνήλιον τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἠξιωμένους ἀποθαυμάσας ὁ Πέτρος, « Ἐπ' ἀληθείας, » φησὶν, « οἶδα, ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος αὐτὸν, ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστι. » Καὶ ὁ Παῦλος δὲ τὸ Εὐαγγέλιον δικαιοσύνης εἶναί φησι, λέγων· « Δύναμις γὰρ Θεοῦ ἐστιν εἰς σω- C τηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι· δικαιοσύνη γὰρ Θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται. » Καὶ ἐν Ψαλμοῖς δὲ εἴρηται περὶ τοῦ Χριστοῦ· « Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη, καὶ πλῆθος εἰρήνης. » Καὶ τὸ ἔργον δὲ αὐτοῦ ὡς ἀληθῶς Θεοῦ δικαιοσύνην ἐνεδείξατο, τὸ πᾶν γένος ἀνθρώπων ἐξ ἴσου τῆς παρὰ τῷ Θεῷ καταξιώσαντος κλήσεως. Ἀλλὰ οὐ τοιαῦτα ἦν τὰ διὰ Μωσέως, ἐνὶ δὲ μόνῳ τῷ Ἰουδαίων ἔθνει δεδωρημένα· διὸ καὶ πρὸς καιρὸν φανέντα παρελήλυθεν. Ἡ δὲ διὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν κατηγγελμένη δικαιοσύνη, διαμένουσα εἰς τὸ διηνεκὲς, εἰκότως αἰώνιος προσηγόρευται δικαιοσύνη, κατὰ τὸν Γαβριὴλ φήσαντα· « Καὶ τοῦ ἀγαγεῖν δικαιοσύνην αἰώνιον· » ἀντὶ δὲ, « Καὶ τοῦ σφραγῖσαι ὅρασιν καὶ προφήτην, » κυριώτερόν μοι δοκεῖ πεποιηκέναι ὁ D Ἀκύλας, εἰπών· « Καὶ τοῦ τελέσαι ὁραματισμὸν καὶ προφήτην. » Οὐ γὰρ ἀποκλεῖσαι, καὶ ὥσπερ σφραγίσαι τὰς προφητικὰς ὁράσεις ἐπιδεδήμηκεν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, ὃς γε καὶ πάλαι οὔσας ἀσαφεῖς καὶ κατεσφραγισμένας, ὥσπερ ἐπικειμένας περιελὼν σφραγῖδας, ἀνέῳξέ τε καὶ ἀνέπλωσε, τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς τὸν νοῦν τῶν θείων παραδιδοὺς γραμμάτων. Ὅθεν, « Ἰδοὺ, » φησὶν, « ἐνίκησεν ὁ λέων ὁ ἐκ φυλῆς Ἰούδα· » καὶ αὐτὸς ἤνοιξε τὰς σφραγῖδας τὰς ἐπικειμένας τῷ βιβλίῳ, κατὰ τὴν Ἀποκάλυψιν Ἰωάννου. Ποίας δὲ σφραγῖδας ἢ τῶν προφητῶν τὰς ἀσαφείας;

[68] Luc. II, 34. [69] Joan. I, 29. [69*] I Joan. II, 2. [70] I Cor. I, 30. [71] Rom. III, 29, 30. [72] Act. X, 34, 35. [73] Rom. I, 16, 17. [74] Psal. LXXI, 7.

Digitized by Google

ὃς εὖ μάλα ἐπιστάμενος ἀκριβῶς καὶ ὁ Ἡσαΐας ἔλεγε· « Καὶ ἔσονται οἱ λόγοι οὗτοι ὡς οἱ λόγοι τοῦ βιβλίου τοῦ ἐσφραγισμένου. » Οὐκ ἄρα τοῦ ἀποκλεῖσαι ὅρασιν καὶ προφήτην ἐλήλυθεν ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, μᾶλλον δὲ ἀναπετάσαι, καὶ εἰς φῶς ἀγαγεῖν. Ὅθεν δοκεῖ μοι κυριώτερον ὁ Ἀκύλας φάναι· « Τοῦ τελέσαι ὅραματισμὸν καὶ προφήτην· » ὃ καὶ συνᾴδει τῷ, « Οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας, ἀλλὰ πληρῶσαι, » πρὸς αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένῳ. Τέλος γὰρ νόμου Χριστὸς, καὶ πᾶσαί γε αἱ περὶ αὐτοῦ προφητεῖαι ἀπλήρωτοι καὶ ἀτελεῖς ἔμενον, εἰσότ' αὐτὸς ἐπιστὰς ἐπιτέθεικεν ἅπασι τέλος τοῖς περὶ αὐτοῦ προαναπεφωνημένοις. Δύναται δὲ καὶ κατὰ τὴν τῶν Ἑβδομήκοντα ἑρμηνείαν, τοιαύτην ἔχειν διάνοιαν τὸ, « τοῦ σφραγίσαι ὅρασιν καὶ προφήτην· » ἐπεὶ ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται μέχρις Ἰωάννου διήρκεσαν, ἐξ ἐκείνου τε διαλελοίπασιν οἱ πάλαι παρὰ τῷ Ἰουδαίων ἔθνει πνευματοφορούμενοι, καὶ τὰς περὶ Χριστοῦ προῤῥήσεις ἀνακηρύττοντες, καὶ τὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις ὁράσεις ὑγιῶς ἐποπτεύοντες, οἳ καὶ ἄτε ἀποκλεισθείσης αὐτῆς τῆς θείας χάριτος, καὶ σφραγῖσιν ὥσπερ καταδεθείσης, ἐξέλιπον· διὸ συμβαίνει ἐξ ἐκείνου μηκέτι προφήτην ἐνεργεῖν, μηδὲ ὁρῶντα χρηματίζειν ἐν αὐτοῖς, ἀπὸ τῶν δηλουμένων χρόνων καὶ εἰς ἡμᾶς τούτων ἁπάντων διαλελοιπότων. Τούτοις ἐπιφέρει· « Καὶ χρῖσαι ἅγιον ἁγίων. » Καὶ τοῦτο δὲ αὐτόθεν πρόδηλον, ὡς μέχρι τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν χρόνων ἅγιοι ἁγίων οἱ παρ' Ἑβραίοις ἀρχιερεῖς ἐχρίοντο, κατὰ τὴν κατὰ τὸν τοῦ Μωσέως νόμον ἐπιτελουμένην ἁγιστείαν· ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ οὗτοι διαλελοίπασι καταλλήλως τῇ προφητείᾳ. Ἡ μὲν οὖν τοῦ Ἰακὼβ πρὸς τὸν Ἰούδαν ἀναφώνησις ἡγουμένων καὶ ἀρχόντων τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἔκλειψιν ἐδήλου, κατὰ τὰ προτεταγμένα· ἐπειδὴ δὲ τὰ τῆς προστασίας τοῦ λαοῦ προφητῶν καὶ ἱερέων πάλαι πρότερον ἦρτητο, ἀκολούθως προθεσπίσας ὁ λόγος διὰ τῆς προπαρατεθείσης προφητείας τὴν τῶν ἀρχόντων καὶ ἡγουμένων τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους καθαίρεσιν ἐπὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ, διὰ τῆς μετὰ χεῖρας προφητείας τὴν τῶν προφητῶν καὶ τῶν ἱερέων τῶν παρ' αὐτοῖς πάλαι διαπρεπόντων ἔκλειψιν ἀναφωνεῖ, ὡς καὶ τούτων ἐπὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐπιφανείᾳ διαλειψόντων· ὃ καὶ αὐτὸ τοῖς ἔργοις ἡ παρουσία τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιστώσατο. Ἐπεὶ δὲ ὁ Ἀκύλας, « τοῦ ἀλεῖψαι ἡγιασμένον ἡγιασμένων, » ἐξέδωκεν, οἰήσεταί μέν τις τὸν πάλαι παρὰ Ἰουδαίοις ἀρχιερέα δηλοῦσθαι, τῶν μὲν τούτῳ ὑποβεβηκότων πολλῶν ἱερέων ἁγίων προσαγορευομένων, ἁγίου δὲ ἁγίων μόνου τοῦ ὑπὲρ πάντας ἀρχιερέως. Ἐπειδὴ τοῦτο καὶ προχείρως νοούμενόν ἐστιν ἀληθές. Μέχρι γὰρ τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν χρόνων οἱ ἀνέκαθεν κατὰ διαδοχὴν ἀρχιερεῖς ὁμοῦ καὶ τοῦ παντὸς ἡγοῦντο λαοῦ, καὶ τὰ τῆς τοῦ Θεοῦ θεραπείας, ἀκολούθως τῇ παρὰ Μωσεῖ νενομοθετημένῃ λατρείᾳ διαρχῶς ἐπετέλουν. Ἀπὸ δὲ τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν χρόνων πρῶτον μὲν συνεχύθη καὶ ἡ κατὰ τούτους τάξις, μικρὸν δὲ ὕστερον καὶ παντελῶς ἀπέσβη. Ἀλλ' ἔγωγε τῆς θείας Γραφῆς οὐδαμοῦ εὑρὼν τὸν παρὰ

A daicæ genti donata : quocirca ad tempus duntaxat prodita præterierunt. At enim quæ per Salvatorem nostrum justitia denuntiata est, in perpetuum permanens, merito æterna justitia nuncupata est, quemadmodum dixit Gabriel : « Et ut adducatur justitia sempiterna : » pro eo autem quod est, « Et quasi signo impresso claudatur visio et propheta, » magis aliquanto proprie mihi videtur Aquila reddidisse : « Et ad consummandum visionis munus et prophetam. » Non enim ut clauderet et quasi annulo signaret propheticas visiones, Salvator ac Dominus noster advenit, qui etiam illas, quæ antea obscuræ et quasi signo impresso clausæ erant, et aperuit et latius explicavit, quo tempore suis discipulis sensum divinarum Scripturarum exposuit. Ex quo, « Ecce, inquit, vicit leo de tribu Juda[75] : » et ipse aperuit sigilla libro apposita, ut apud Joannem legimus in Apocalypsi. Cæterum quæ tandem sigilla, nisi prophetarum obscuritates? quas cum plane bene notas haberet etiam Isaias, dixit : « Et erunt verba hæc tanquam verba libri signati[76] : » non ergo ut clauderet visionem et prophetam venit Christus Dei, sed ut aperiret potius et in lucem proferret. Quare magis mihi proprie videtur Aquila dixisse : « Ad consummandum visionis munus et prophetam, » quod sane cum illo concordat : « Non veni solvere legem aut prophetas, sed complere[77] , » quod a nostro Salvatore dictum agnoscimus. **387** Finis enim legis Christus, et omnes de illo prophetiæ inanes atque imperfectæ manserunt, donec ille seipsum ostendens, omnibus quæ de ipso a prophetis prædicta fuerant, finem imposuit. Potest etiam ex interpretatione Septuaginta talem habere sensum, illud quod dictum est : « Ut quasi signo impresso claudatur visio et propheta : » cum lex et prophetæ usque ad Joannem permanserint, et ex illo defecerint, qui prius Spiritu divino afflati divinabant, et vaticinia de Christo omnibus palam prodebant, quique in sacris responsis visiones puras et sinceras contemplabantur, tanquam si ipsis divina gratia et clausa, et quasi signis impressis colligata esset, merito evenit ut ab illo, de quo dictum est, tempore, non amplius apud illos munere suo fungeretur propheta, neque qui ab illis videns nominabatur, sed omnia hæc usque ad nostram ætatem sublata evanuerint. Deinceps sequitur : « Et ungatur Sanctus sanctorum. » Hoc item nobis eodem argumento constabit : nam usque ad tempora Salvatoris nostri, qui Sancti sanctorum pontifices erant apud Hebræos, ii ceremoniis quas ex Mosaica lege acceptas servabant, ungebantur : sed hi quoque posthæc sicut prophetia prædixerat, defecere. Itaque quod ab Jacob ad Judam oraculum enuntiatum est, secundum ea quæ prius a nobis exposita sunt, Judaicæ gentis ducum principumque defectum divinabat. Sed quoniam prophetarum et sacerdotum

[75] Apoc. v, 5. [76] Isa. xxix, 11. [77] Matth. v, 17.

Digitized by Google

qui populo præerant, jampridem honor dilatus fuerat, ordine deinceps sermo, ubi interitum Judaicæ gentis ducum et principum sub ipsum Christi adventum, per eam quæ prius citabatur prophetiam, prædixit, per eam quæ nunc in manibus est, et prophetarum et sacerdotum, qui olim apud illos florebant, defectum plane significat, tanquam hi quoque ubi Christus advenisset defecturi essent, quod quidem vaticinium, Salvatoris nostri adventus re ipsa comprobavit. Quia vero Aquila, « Ad ungendum Sanctificatum sanctificatorum, » interpretatus est, ex eo aliquis suspicabitur veterem Judæorum pontificem designari : quippe cum multi quidem illo ipso inferiores sacerdotes sancti appellarentur, solus autem pontifex, qui omnes dignitate anteibat, Sanctus sanctorum. Siquidem hoc vel eo sensu acceptum quod unicuique in promptu sit, verum est. Nam usque ad tempora Salvatoris nostri, qui a prima origine per successionem erant pontifices, iidem etiam toti populo præerant, **388** et quæ ad cultum Dei pertinent, ritum illum sectantes, qui in lege Mosis sancitus fuerat, abunde satis administrabant. Ex quo autem Salvator noster advenit, primum quidem eorum quoque ordo confusus est : non multo autem post, etiam penitus exstinctus. Cæterum, cum ego quidem nusquam in sacris litteris invenerim, Judæorum pontificem Sanctum sanctorum nominari, arbitror in unicum duntaxat Dei Filium Verbum et proprie designari, et vere dignum tali appellatione constitui. Iis enim qui ex hominibus profecti sint, et ad eum virtutis gradum pervenerint, quem natura mortalis contingere potest, satis superque fuerit, si quando in partem et communicationem quamdam assumpti ejus qui dixit, « Sancti eritis, quoniam sanctus ego Dominus [78], » sancti appellentur. Sanctus autem sanctorum, quis tandem sit apud homines nominandus, præter unum sancti dilectum Puerum, qui ut Rex regum, et dominorum Dominus, ita etiam sanctorum Sanctus est appellatus? uni igitur ei, utpote qui præstantiori quodam modo sit unctus, quam omnes qui unquam terreno illo atque elaborato Mosis oleo uncti fuerint, dictum est illud : « Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem : propterea unxit te Deus Deus tuus oleo exsultationis præ participibus tuis [79]. » Quo quidem oleo unctus ex propria persona apud Isaiam ipse ait : « Spiritus Domini super me, propter quod unxit me [80]. » Quoniam igitur excellenti et spirituali ac potius ipsius divinitatis unguento solus præter omnes, qui unquam fuerint, Salvator noster unctus esse perhibetur, merito Sanctus sanctorum, tanquam si diceretur, Pontifex pontificum, est nominatus, aut etiam Sanctificatus sanctificatorum, ut est in Gabrielis oraculo. Hæc porro omnia completis hebdomadibus septuaginta, finem suum contigere, non alias sane quam quo tempore Salvator noster

Ἰουδαίοις ἀρχιερέα ἅγιον ἁγίων ὠνομασμένον, ἡγοῦμαι ἐν τούτοις μόνον αὐτὸν τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Λόγον δηλοῦσθαι, κυρίως τε καὶ ἀληθῶς ταύτης ἄξιον τῆς ἐπωνυμίας. Τοῖς μὲν γὰρ ἐξ ἀνθρώπων προκεκοφόσι, καὶ εἰς τὸ ἐφικτὸν ἀρετῆς χωρήσασιν, ἀγαπητὸν ἁγίοις ποτὲ χρηματίσαι, μετὰ μετοχὴν καὶ μετουσίαν τοῦ φήσαντος· « Ἅγιοι ἔσεσθε, ὅτι ἅγιος ἐγὼ Κύριος. » Ἁγίων δὲ ἅγιος τίς ἂν κυρίως ἐν ἀνθρώποις ὀνομασθείη, ἢ μόνος ὁ ἠγαπημένος τοῦ ἁγίου Παῖς, ὥσπερ βασιλεὺς βασιλέων, καὶ κυρίων Κύριος, οὕτω καὶ ἁγίων ἅγιος ἀναγορευόμενος ; μόνῳ γοῦν αὐτῷ, ἅτε διαφερόντως παρὰ τοὺς πώποτε Μωσέως ἐλαίῳ γεώδει καὶ σκευαστῷ κεχρισμένους, εἴρητο· « Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου· » ᾧ χρισθεὶς, ἐξ ἰδίου προσώπου καὶ αὐτός φησιν ἐν Ἡσαΐᾳ· « Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με. » Ἐπεὶ οὖν διαφέροντι καὶ πνευματικῷ, μᾶλλον δὲ θεότητος χρίσματι μόνος παρὰ τοὺς πώποτε ὁ ἡμέτερος Σωτὴρ κεχρίσθαι μεμαρτύρηται, εἰκότως « ἅγιος ἁγίων, » ὡς ἄν τις εἴποι, « ἀρχιερεὺς ἀρχιερέων » ὠνόμασται, καὶ « ἡγιασμένος ἡγιασμένων, » κατὰ τὸν τοῦ Γαβριὴλ χρησμόν. Ταῦτα δὲ πάντα, συμπεραιουμένων τῶν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδων, τέλος ἐλάμβανεν οὐκ ἄλλοτε ἢ ἐπὶ τῶν χρόνων τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας. Ἐπειδὴ τοίνυν ταῦθ' οὕτως ἔσεσθαι ὁ προδηλωθεὶς ἄγγελος κεφαλαιωδῶς ἐθέσπιζε τῷ προφήτῃ, αὖθις ἐπαναλαμβάνει τὸν περὶ τῶν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδων λόγον, διδάσκων κατὰ μέρος ἕκαστα ἀκριβῶς, ὅθεν ἀπάρχεσθαι δεῖ τῆς τῶν χρόνων ἀπαριθμήσεως, καὶ τίνα κατὰ τοὺς δηλουμένους καιροὺς ἀπαντήσεται. Λέγει δ' οὖν· « Καὶ γνώσῃ, καὶ συνήσεις ἀπὸ ἐξόδου λόγου, τοῦ ἀποκριθῆναι, καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἰερουσαλήμ· ἑβδομάδες ἑπτὰ καὶ ἑβδομάδες ἑξηκονταδύο, καὶ ἐπιστρέψει, καὶ οἰκοδομηθήσεται πλατεῖα καὶ τεῖχος. » Ἐν οἷς δοκεῖ μοι καλῶς ἔχειν καὶ τὴν τοῦ πρὸ ἡμῶν εἰς τοὺς τόπους θεωρίαν μὴ ἀποκρύψασθαι, παραθεῖναι δὲ καὶ ταύτην ὡς οἰκείαν τοῖς ἐντευξομένοις. Κοινὰ γοῦν, καλῶς εἴρηται, τὰ τῶν φίλων· καὶ ἐπειδὴ προσήκει συγχρῆσθαι μὲν εὐγνωμονοῦντας τοῖς καλῶς ὑφ' ἑτέρων εἰρημένοις, μὴ μὴν ἀποστερεῖν τοὺς πατέρας τῶν ἐγγόνων, μηδὲ τοὺς πρώτους φυτεύσαντας τῶν οἰκείων σπερμάτων, τὰς αὐτοῦ παραθήσομαι λέξεις. Φέρονται δὲ αὗται Ἀφρικανοῦ ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν *Χρονογραφιῶν*, τοῦτον ἔχουσαι τὸν τρόπον· « Ἡ μὲν οὖν περικοπὴ οὕτω πως ἔχουσα πολλά τε καὶ παράδοξα σημαίνει· νῦν δὲ ὧν χρεία περὶ τοὺς χρόνους καὶ τὰ τούτοις συντείνοντα τὸν λόγον ποιησόμεθα. Ὅτι μὲν οὖν περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας λέγεται ταῦτα, μετὰ ἑβδομάδας ἑβδομήκοντα μέλλοντος ἐπιφαίνεσθαι, δῆλον. Ἐπὶ γὰρ τοῦ Σωτῆρος, ἢ ἀπὸ τούτου, τά τε παραπτώματα παλαιοῦται, καὶ αἱ ἁμαρτίαι συντελοῦνται. Διὰ δὲ τὴν ἄφεσιν αἵ τε ἀνομίαι ἐξιλασμῷ μετὰ τῶν ἀδικιῶν ἐξαλεί-

[78] Levit. XX, 26. [79] Psal. XLIV, 8. [80] Isa. LXI, 1.

Digitized by Google

φονται, δικαιοσύνη τε αἰώνιος καταγγέλλεται παρὰ τὴν ἐκ νόμου, ὁράσεις τε καὶ προφητεῖαι μέχρις Ἰωάννου, χρίεται δὲ ἅγιος ἁγίων. Πρὸ γὰρ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίας οὐκ ὄντα ταῦτα προσεδοκᾶτο μόνον. Ἄρξασθαι δὲ τῶν ἀριθμῶν, τουτέστι τῶν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδων, ἃ ἐστιν ἔτη τετρακόσια ἐννενήκοντα, ὁ ἄγγελος ὑποτίθεται ἀπὸ ἐξόδου λόγου τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἰερουσαλήμ. Συνέβη δὲ ταῦτα ἐπὶ Ἀρταξέρξου τοῦ Περσῶν βασιλεύοντος εἰκοστῷ ἔτει. Νεεμίας γὰρ ὁ τούτου οἰνοχόος, δεηθεὶς, ἀποκρίσεως ἔτυχεν οἰκοδομηθῆναι Ἰερουσαλήμ, καὶ λόγος ἐξῆλθε κελεύων ταῦτα. Μέχρι μὲν γὰρ ἐκείνου τοῦ χρόνου ἡ πόλις ἠρήμωτο. Κύρου γὰρ, μετὰ τὴν ἑβδομηκονταετίαν τῆς αἰχμαλωσίας, τῶν βουλομένων ἕκαστον ἐκουσιαστὶ καταπέμψαντος, οἱ μετὰ Ἰησοῦ τοῦ μεγάλου ἱερέως καὶ Ζοροβάβελ κατελθόντες, καὶ οἱ ἐπὶ τούτοις ἅμα Ἔσδρᾳ, τὸν νεὼν οἰκοδομεῖν ἐκωλύοντο τὰ πρῶτα, καὶ τεῖχος τῇ πόλει περιβάλλειν, ὡς οὐ κεκελευσμένου τούτου. Ἔμεινεν οὖν ἕως Νεεμίου καὶ βασιλείας Ἀρταξέρξου, καὶ τῆς Περσῶν ἡγεμονίας ἔτους πεντεκαιδεκάτου καὶ ἑκατοστοῦ· ἀπὸ δὲ τῆς ἁλώσεως Ἰερουσαλὴμ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε ἔτη γίνεται. Καὶ τότε βασιλεὺς Ἀρταξέρξης ἐκέλευσεν οἰκοδομηθῆναι τὴν πόλιν. Νεεμίας δὲ καταπεμφθεὶς, τοῦ ἔργου προέστη· ἡ δὲ ᾠκοδομήθη πλατεῖα καὶ περίτειχος, ὡς προεφητεύθη. Κἀκεῖθεν ἀριθμοῦσιν ἡμῖν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες εἰς τὸν Χριστὸν συντελοῦνται· εἰ γὰρ ἄλλοθέν ποθεν ἀριθμεῖν ἀρξαίμεθα, καὶ οὐκ ἐντεῦθεν, οὔτε ὁ χρόνος συνδραμεῖται, καὶ πλεῖστα ἄτοπα ἀπαντήσει. Ἐάν τε γὰρ ἀπὸ Κύρου καὶ τῆς πρώτης καταπομπῆς τὴν ἀρχὴν ποιησώμεθα τῆς ἀριθμήσεως τῶν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδων, εἰς ἔτη ἑκατὸν καὶ προσέτι περισσεύει, πλείων δὲ χρόνος, εἰ ἀφ' ἧς ἡμέρας τῷ Δανιὴλ ὁ ἄγγελος προεφήτευσε, πολλῷ δὲ πλείων, εἰ ἀπ' ἀρχῆς τῆς αἰχμαλωσίας. Εὑρίσκομεν γὰρ τὴν Περσῶν βασιλείαν ἔτεσι διακοσίοις τριάκοντα περιγραφομένην, τήν τε Μακεδόνων εἰς ἔτη τριακόσια ἑβδομήκοντα παρατεινουσαν, κἀκεῖθεν ἐπὶ τὸ Τιβερίου Καίσαρος ἑκκαιδέκατον ἔτος εἰς ἔτη ἑξήκοντα. Ἀπὸ δὲ Ἀρταξέρξου αἱ ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες εἰς τὸν ἐπὶ Χριστὸν συντελοῦνται χρόνον, κατὰ τοὺς Ἰουδαίων ἀριθμούς. Ἀπὸ γὰρ Νεεμίου, ὃς ὑπὸ Ἀρταξέρξου τὴν Ἰερουσαλὴμ ἀνοικοδομήσων ἐπέμφθη ἔτει πεντεκαιδεκάτῳ καὶ ἑκατοστῷ τῆς Περσῶν βασιλείας, αὐτοῦ δὲ Ἀρταξέρξου βασιλείας εἰκοστῷ ἔτει, καὶ Ὀλυμπιάδος ὀγδοηκοστῆς τρίτης ἔτει τετάρτῳ, ἐπὶ τοῦτον τὸν χρόνον, ὃς ἦν Ὀλυμπιάδος διακοσιοστῆς δευτέρας ἔτος δεύτερον, Τιβερίου δὲ Καίσαρος ἡγεμονίας ἔτος ἑκκαιδέκατον, ἔτη συνάγεται τετρακόσια ἑβδομήκοντα πέντε, ἅπερ Ἑβραϊκὰ τετρακόσια ἐννενήκοντα γίνεται, κατὰ τὸν σεληνιαῖον δρόμον τοὺς ἐνιαυτοὺς ἐκείνων ἐξαριθμουμένων, ὡς ἔστι πρόχειρον εἰπεῖν, ἡμερῶν τρια-

A hominibus se videndum exhibuit. Ergo cum hæc sic fore angelus is, de quo dictum est, summatim ipsi prophetæ cecinerit, rursus sermonem de LXX hebdomadibus renovat, exquisitissime per singulas partes docens, unde incipere oporteat numerare tempora, et quidnam talibus temporibus eventurum sit. « Et cognosces et intelliges ab exitu sermonis, ut respondeatur et ædificetur Jerusalem : hebdomades septem, et hebdomades sexaginta duæ, et revertetur et ædificabitur platea et murus. »

389 Quæ sane verba ut reddam planiora, pulchre mihi officio functus esse videbor, si commentationem in ejusmodi locos ejus viri, qui ante nos idem studium coluerit, non occultavero, sed eam quoque apposuero, ut accommodata iis, qui lecturi sint

B hæc. Pulchre enim illud dici solet, quæ amicorum sunt, ea esse communia : et quia uti quidem quasi communibus convenit iis, quæ alii probe dixerint, sed ita ut agnoscamus auctores, neque aut sua sobole patres, aut eos, qui primi consueverint, propriis seminibus defraudemus, illius verba non gravabor apponere. Ea feruntur Africani in quinto eorum quæ de temporibus scripsit, quæ quidem in hunc modum se habent : « Ipsa quidem particula, inquit, quæ fere sic se habet, tum multa tum admirabilia significat : attamen nunc de iis duntaxat quæ nobis ad rationem temporum, et eorum quæ ad tempora pertinent conductura sint, verba faciemus. Quod igitur hæc de adventu Christi dicantur, qui post hebdomadas LXX ab hominibus esset vi-

C dendus, neutiquam dubium est : tempore enim Salvatoris nostri aut ex illo ipso, et antiquantur delicta, et peccata consummantur : per remissionem autem, iniquitates cum injustitiis expiatione delentur, justitiaque sempiterna denuntiatur, præter eam quæ ex lege acquirebatur. Visiones autem et prophetiæ usque ad Joannem, et Sanctus sanctorum ungitur : nam cum ante Salvatoris nostri adventum hæc non essent, exspectabantur tamen. Numeri vero initium accipere, hoc est LXX hebdomadarum, qui sunt anni quadringenti nonaginta, angelus præcipit ab exitu sermonis ut respondeatur, et ædificetur Jerusalem. Porro hæc contigerunt regni Artaxerxis, qui Persarum rex fuit, anno

D vicesimo : hujus enim pincerna Nehemias cum eum ipsum rogasset, responsum accepit, ut ædificaretur Jerusalem. Et sermo exivit quo ipsum hoc jubebatur : nam ad illud usque tempus civitas deserta manserat. Cum enim Cyrus post septuagenariam servitutem volentem unumquemque voluntarie emisisset, qui cum Jesu magno sacerdote et Zorobabel, quique post hos ipsos cum Esdra descenderant, ædificare templum et murum civitati circumdare initio prohibebantur, tanquam hoc imperatum non esset. Mansit igitur usque ad Nehemiam et regnum Artaxerxis, annumque imperii Persarum centesimum et quintum decimum : cum vero a capta Jerusalem annus centesimus atque octogesimus ageretur, **390** tum rex Artaxerxes jussit ædificari

Digitized by Google

civitatem, et Nehemias, unus eorum qui emissi fuerant, operi præfuit : et platea et muri ambitus ædificata sunt, sicut futurum prophetia significaverat. Inde igitur nobis numerare incipientibus LXX hebdomades in Christum terminantur : nam si ab illo quovis tempore numerandi initium fecerimus, neque tempus ipsum conveniet, et multa incommoda subire necesse erit. Sive enim a Cyro, primaque emissione, septuaginta hebdomadas numerare cœperimus, anni centum et amplius supererunt, sive ab eo die quo angelus ipsi Daniel oraculum reddidit, etiam major fiet annorum numerus. Multo autem major, si ab initio captæ urbis. Invenimus enim regnum Persarum intra annos CC atque XXX contineri. Deinde Macedonum ad annorum numerum continuari trecentorum et septuaginta. Inde vero ad Tiberii Cæsaris annum sextum decimum, annos sexaginta. Ab Artaxerxe autem septuaginta hebdomades ad Christi tempus perveniunt, si Judæorum numeros sequimur. Siquidem a Nehemia, qui ut ædificaret Jerusalem est missus, anno regni Persarum centesimo et quinto decimo, qui fuit ipsius regni Artaxerxis vicesimus, atque idem octogesimæ tertiæ olympiadis quartus, ad illud tempus qui fuit olympiadis ducentesimæ secundæ annus secundus, imperii autem Tiberii Cæsaris sextus decimus, anni numerantur quadringenti septuaginta quinque, qui Hebraica ratione fiunt quadringenti nonaginta : utpote, cum illi ad cursum lunæ annos computare consueverint, ut hac ratione annus sit, quod dictu facile est, dierum trecentorum quinquaginta quatuor, cum tamen solaris cursus dies conficiat trecentos sexaginta quinque cum unius diei parte quarta. Ex quo apparet lunares cursus duodecim, ab uno solari cursu, undecim diebus et quarta unius diei superari. Circo et Græci et Judæi ternos intercalares menses octavo cuique anno adjiciunt. Etenim si undenos cum unius parte quarta octies repetiveris, trium mensium spatium conficies. Quadringenti igitur septuaginta quinque anni, octennia reddunt quinquaginta novem et annos præterea tres. Cum vero octavo cuique anno terni intercalentur menses, conficitur annorum XV summa, paucis detractis diebus. **391** Quos si ad quadringentos septuaginta quinque addideris, hebdomadas LXX conficies. » Hactenus quidem Africanus. Quod si nos quoque oportet in ejusmodi locos propriam commemorationem in medium afferre, dico non frustra neque temere divisionem ab oraculo esse factam septuaginta hebdomadarum. Nam cum eas diviserit in primas septem, ac deinde in alias sexaginta duas, et post plurima, quæ media interponuntur, unam reliquam adjecerit, eo modo numerum septuaginta hebdomadum complevit. Dicit igitur : « Et cognosces et intelliges ab exitu sermonis, ut respondeatur, et ædificetur Jerusalem usque ad Christum ducem, hebdomades septem, et hebdomades sexaginta duæ. » Deinde aliis quibusdam interpositis rebus, novissi-

A κοσίων πεντήκοντα τεσσάρων, τοῦ ἡλιακοῦ κύκλου ὑπάρχοντος ἡμερῶν τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε τετάρτου. Τὴν γὰρ κατὰ σελήνην δωδεκάμηνον παραλλάσσει ἡμέραις ἑνδεκα καὶ τετάρτῳ. Διὰ τοῦτο Ἕλληνες καὶ Ἰουδαῖοι τρεῖς μῆνας ἐμβολίμους ἔτεσιν ὀκτὼ παρεμβάλλουσιν· ὀκτάκις γὰρ τὰ ἕνδεκα τέταρτον ποιεῖ τρίμηνον. Τὰ τοίνυν τετρακόσια ἑβδομήκοντα πέντε ἔτη, ὀκταετηρίδες γίνονται πεντήκοντα ἐννέα καὶ μῆνες τρεῖς· ὡς τριμήνου δὲ ἐμβολίμου τῇ ὀκταετίᾳ γινομένης, ἔτη πεντεκαίδεκα ὀλίγων ἡμερῶν ἀποδεόντων γίγνονται. Ταῦτα δὲ πρὸς τοῖς τετρακοσίοις ἑβδομήκοντα πέντε ἔτεσιν, αἱ ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες συντελοῦνται. » Ταῦτα μὲν οὖν Ἀφρικανός. Εἰ δὲ χρὴ καὶ ἡμᾶς οἰκείαν εἰς τοὺς τόπους ἀπόδοσιν εἰς μέσον ἀγαγεῖν,

B φημὶ μὴ μάτην, μηδὲ ὡς ἔτυχε τὴν διαίρεσιν πεποιῆσθαι τὸν λόγον τῶν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδων. Διελὼν γὰρ αὐτὰς εἰς πρώτας ἑπτά, ἔπειθ' ἑτέρας ἑξήκοντα δύο, καὶ μετὰ πλεῖστα τὰ μεταξὺ ἐπιλεγόμενα, τὴν μίαν ἐπιθεὶς, οὕτω τὸν ἀριθμὸν τῶν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδων ἀφωρίσατο. Λέγει δ' οὖν· « Καὶ γνώσῃ, καὶ συνήσεις ἀπὸ ἐξόδου λόγου τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἰερουσαλὴμ ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου, ἑβδομάδες ἑπτὰ, καὶ ἑβδομάδες ἑξηκονταδύο. » Εἶθ' ἑτερά τινα μεταξὺ ἐπαγαγὼν, τὴν τελευταίαν προστίθησι, φήσας· « Καὶ δυναμώσει διαθήκην πολλοῖς ἑβδομὰς μία. » Ὅτι δ' οὐ μάτην ταῦτα, οὐδ' ἄνευ τῆς θείας ἐπιπνοίας ἐσχεδίασται, πάνθ' ὁντινοῦν τῶν ὡς Θεοῦ ῥήμασιν αὐτοῖς προσεχόντων ὁμολογήσειν ἡγοῦμαι. Τοῦτο μὲν οὖν πρῶτον ἡμῖν καλῶς

C ἔδοξεν ἐπισημήνασθαι, καταλιπεῖν τε τοῖς ἐντυγχάνουσι τὴν τοῦ ζητηθέντος ἀκριβῆ λύσιν. Εἰ δὲ χρὴ καὶ ἡμᾶς τὸ ἐπεισιὸν μὴ ἀποκρύψασθαι, φημὶ καθ' ἑτέραν διάνοιαν ἤτοι ἐκδοχὴν τὸν ἐν τῇ προκειμένῃ γραφῇ δηλούμενον Χριστὸν ἡγούμενον, κατὰ τὰ, « Ἀπὸ ἐξόδου λόγου τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἰερουσαλὴμ ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου, » οὐκ ἄλλον εἶναι τοῦ καταλόγου τῶν μετὰ τὴν προφητείαν, καὶ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον, ἡγησαμένων τοῦ λαοῦ ἀρχιερέων, οὓς Χριστοὺς ἔθος ἀποκαλεῖν τῇ Γραφῇ. Μόνους γὰρ τούτους καθηγήσασθαι τοῦ ἔθνους, ἀρξαμένους ἀπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδὲκ, τοῦ ἱερέως τοῦ μεγάλου, μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον, καὶ μέχρι τῶν χρόνων τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χρι-

D στοῦ παρουσίας παρειλήφαμεν. Οἶμαι γοῦν τὸν μεταξὺ χρόνον τῆς τούτων προστασίας, καθ' ὃν ἡγήσαντο, δηλοῦσθαι διὰ τοῦ, « Ἀπὸ ἐξόδου λόγου τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἰερουσαλὴμ ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου, ἑβδομάδες ἑπτὰ, καὶ ἑβδομάδες ἑξηκονταδύο· » τῶν ἐτῶν δὲ τὰς ἑβδομάδας, συναγομένας εἰς ἔτη τετρακόσια ὀγδοήκοντα τρία, ἀπὸ τῆς Κύρου βασιλείας ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων παρεκτείνεσθαι ἀρχὴν, καθ' ἣν Πομπήϊος Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐπιστὰς τοῖς Ἱεροσολύμοις, εἶλε μὲν πολιορκίᾳ τὴν πόλιν, τὸ δὲ πᾶν ἔθνος δοῦλον Ῥωμαίοις κατεστήσατο, ὡς καὶ φόρους ἐξ ἐκείνου τελεῖν, καὶ τοῖς Ῥωμαίων πειθαρχεῖν ἐπιτάγμασιν. Ἐπὶ τοῦτον γοῦν τὸν χρόνον ὁ τῶν τετρακοσίων ὀγδοήκοντα τριῶν ἐτῶν περιορίζεται ἀριθμὸς, ἐφ' ὃν καὶ κατέληξαν οἱ κατὰ τὸν

Digitized by Google

Μωσέως νόμον ἐκ πατέρων διαδοχῆς τὴν προστασίαν τοῦ ἔθνους, καὶ τὴν ἱερωσύνην διειληφότες· οὓς Χριστὸν ἡγούμενον τὴν θείαν ἐπὶ τοῦ παρόντος Γραφὴν ὀνομάζειν ὑπολαμβάνω. Εἰ δὲ χρὴ καὶ τὸν κατάλογον ἐκθέσθαι τῆς τῶν ἀρχιερέων διαδοχῆς, τῶν ἐν τῷ δηλουμένῳ μεταξὺ χρόνῳ διαγενομένων, καὶ τοῦτο οὐδεὶς φθόνος εἰς παράστασιν τῆς τῶν εἰρημένων ἀληθείας ποιήσασθαι.

A mam adjungit, his verbis : « Et confirmabit pactum multis hebdomada una. » Quod autem hæc non frustra neque absque divino afflatu temere effusa sint, eorum qui hæc tanquam Dei verba acceperint, negaturum arbitror neminem. Hoc igitur primum commode nobis visum est adnotari oportere, legentibusque ut hujusce quæstionis exquisitam solutionem inveniant, locum relinquere. Attamen si ne nos quidem quod in mentem venit, occultare oportet, dico alio quodam sensu Christum ducem, qui in proxime exposita scriptura significatur esse accipiendum, in illis utique verbis : « Ab exitu sermonis ut respondeatur, et ædificetur Jerusalem usque ad Christum ducem, » nihilque aliud intelligendum quam seriem, successionemque pontificum, qui post illam ipsam prophetiam, reditumque de Babylone populo Judaico præfuerint, quos Christos nominare sacræ Litteræ consueverunt. Hos enim duntaxat genti præfuisse initio facto ab Josedec sacerdote magno, post reditum de Babylone usque ad tempora adventus Salvatoris nostri accepimus. Arbitror igitur intermedium tempus quo illi præfuerunt significari illis verbis : « Ab exitu sermonis ut respondeatur, et ædificetur Jerusalem usque ad Christum ducem, hebdomades septem et hebdomades sexaginta duæ ; » annorum vero hebdomadas, si rediguntur in annos, quadringentos octoginta tres, a regno Cyri usque ad Romanorum imperium propagari, quo tempore Pompeius Romanorum imperator Hierosolyma aggressus, obsidione quidem urbem ipsam cepit, totam vero gentem Romanis **392** servire coegit, usque adeo, ut ex illo tempore et tributa pendens et Romanorum jussibus obtemperans fuerit. Ad hoc igitur tempus, quadringentorum octoginta trium annorum numerus ducitur, in quo desierunt, qui secundum Mosaicam legem ex majorum successione ac serie, totius gentis principatum et sacerdotium capiebant, quos Christum ducem a Scriptura divina hoc in loco nominari suspicor. Quod si opus est enumeratione quoque uti, et quinam illo intermedio tempore de quo loquimur, quibus successerint, locumque illum tutati sint, exponere, ne hoc quidem facere gravabimur, ut eorum quæ dicta sunt, veritatem ostendamus.

Πρῶτος τοίνυν μετὰ τὴν τοῦ Δανιὴλ προφητείαν, ἐπὶ Κύρου τοῦ βασιλέως Περσῶν, μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον, Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ, ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας χρηματίσας, ἅμα Ζοροβάβελ ἄνεισιν ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ θεμελίους καταβάλλεται τοῦ ἱεροῦ. Ἀλλ' ἐπισχεθέντος τοῦ ἔργου ὑπὸ τῶν περιοίκων, αἱ πρῶται ἑπτὰ ἑβδομάδες τῶν ἐτῶν αἱ διὰ τοῦ προφήτου δηλούμεναι συμπεραιοῦνται, καθ' ἃς ἀτελὲς διέμενε τὸ ἔργον τῆς τοῦ ναοῦ οἰκοδομῆς. Διόπερ ὁ θεῖος λόγος τῆς συναφῆς τῶν λοιπῶν ἑβδομάδων ἀφορίζει τὰς πρώτας ἑπτὰ, εἰπὼν, « Ἑβδομάδες ἑπτὰ, » ἔπειθ' ἑξῆς μετὰ διαστολῆς ἐπαγαγών, « Καὶ ἑβδομάδες ἑξηκονταδύο. » Ἑπτὰ γοῦν ἀπὸ Κύρου καὶ ἐπὶ τὴν συμπλήρωσιν τῆς τοῦ ἱεροῦ οἰκοδομῆς ἑβδομάδες ἐτῶν εὑρίσκονται. Ἔνθεν ὁρμώμενοι τῷ Σωτῆρι ἡμῶν ἔλεγον οἱ Ἰουδαῖοι· « Τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος, καὶ σὺ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερεῖς αὐτόν; » Ἀλλ' οὗτοι μὲν τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομῆσθαι τὸν ναὸν ἔφασαν· τοσαῦτα γὰρ ἀπὸ πρώτου Κύρου βασιλείας, ὃς πρῶτος ἀνῆκε τῆς Βαβυλῶνος τοὺς βουλομένους τῶν Ἰουδαίων εἰς τὴν οἰκείαν γῆν ἐπανιέναι, ἐπὶ τὸ ἕκτον ἔτος Δαρείου βασιλείας συνάγεται, καθ' ὃν τὸ πᾶν ἔργον τῆς οἰκοδομῆς τέλος εἴληφεν· ὅ γε μὴν ἐξ Ἑβραίων Ἰώσηπος καὶ ἄλλον τριετῆ χρόνον εἰς τὴν τῶν ἔξωθεν τῶν ἀμφὶ τὸν ναὸν κατασκευασμάτων συμπλήρωσιν ἔφησεν, ὥστ' εἰκότως διὰ ταῦτα τὰς ἑπτὰ πρώτας ἑβδομάδας, εἰς ἔτη ἐννέα καὶ τεσσαράκοντα συντεινούσας, ἀφωρίσθαι, κατὰ τὸν τῆς προφητείας λόγον· τὰς δὲ λοιπὰς ἑξηκονταδύο

B Primum igitur post ipsius Daniel prophetiam, Cyro apud Persas regnante, post reditum de Babylone, Jesus filius Josedec, qui sacerdos magnus est dictus, una cum Zorobabel de Babylonica servitute revertitur, et sic fundamenta templi jaciuntur. Sed dum a vicinis impeditur opus, septem primæ annorum hebdomades, quas propheta dicit, abierunt, quibus templi ædificatio inchoata remansit. Qua de causa divinum oraculum primas septem hebdomadas a reliqua summa disjungit, dum dicit, « Hebdomades septem, » ac deinde ex intervallo adjungit : « Et hebdomades sexaginta duæ. » Septem igitur a Cyro ad templi ædificationem absolutam annorum hebdomades reperiuntur. Inde animos sumentes Judæi ad Salvatorem nostrum dicebant : C « Quadraginta et sex annis ædificatum est templum hoc, et tu in tribus diebus excitabis illud[81] ? » At illi quidem quadraginta et sex annis ædificatum esse templum dixere : tot enim a regno Cyri prioris, qui primus Judæorum quibusque volentibus concessit de Babylone in patriam terram reverti, ad sextum Darii regni annum, colliguntur : sub quo omnis ædificatio finem accepit. Sed Josephus, auctor Hebræus, alios tres annos adjungit ad ea, quæ templo extrinsecus accedunt ornamenta absolvenda, ut propterea merito septem primas hebdomadas, quæ summam quadraginta novem annorum conficiunt, a cæteris oraculum propheticum separaverit, et reliquas sexaginta duas a Darii regno numerare contingat : sub quo rursum Jesus filius Jose-

[81] Joan. II, 8.

Digitized by Google

dec, et Zorobabel filius Salathiel, cum adhuc
393 viverent, ambo instaurationi templi præfuerunt, prophetiæ munus interim exercentibus Aggæo et Zacharia, post quos Esdras et Nehemias de Babylone itidem reversi, murum circumdederunt civitati. Tunc autem pontificatum administrabat Joachim, qui Jesu filii Josedec filius fuerat, post quem successit Eliasib; deinde Jodae, quem secutus est Jonathas; hunc excepit Jaddus. Horum etiam apud Esdram fit mentio, his verbis: « Et Jesus genuit Joachim, et Joachim genuit Eliasib, et Eliasib genuit Jodae, et Jodae genuit Jonathan, et Jonathan genuit Jaddum[88]. » Tempore autem hujus Jaddu, Alexander Macedo Alexandriam condidit, ut Josephus scriptum reliquit, et Hierosolyma ingressus Deum adoravit. Mortuus est autem Alexander ineunte centesima et quarta decima olympiade, post Cyrum ducentis triginta sex annis, qui apud Persas regnare cœpit ineunte olympiade quinta supra quadragesimam. Post mortem vero Alexandri Macedonis, et post quem proxime diximus pontificem, Onias ipse quoque pontificatus honore susceptio, genti præfuit: cujus temporibus cum Seleucus Babylonem cepisset, Asiæ sibi diadema circumdedit, anno post Alexandri mortem duodecimo. Ad quem a Cyro incipientibus, omnis temporis summa annorum ducentorum quadraginta octo colligitur. Ab hoc ipso tempore Græcorum regnum numerare incipit Machabæorum historia. Cæterum, post Oniam Judæorum suscepit principatum pontifex Eleazarus, sub quo LXX viri divinas interpretati Scripturas, Alexandrinis bibliothecis dedicarunt. Post hunc secutus est alter Onias: cui successit Simon, cujus tempestate Jesus filius Sirach fama celebris fuit, qui *Sapientiam* titulo omnia virtutum genera profitentem composuit. Post quem alius eodem cum prioribus nomine Onias præfuit. Hujus pontificis tempore Antiochus, cum Judæos obsidione fatigasset, Græcorum ritibus uti coegit. Hunc secutus Judas, cognomento Machabæus, dum rebus Judæorum præest, regionem ab impiis et profanis expurgatam liberavit. Cui succedit frater Jonathas, deinde Simon: sub cujus mortem regni quod apud Syros viguit, annus numeratur septimus et septuagesimus supra centesimum, ad quod sane tempus primus, qui *Machabæorum* vocatur liber, historiam deducit, ac deductam relinquit. **394** Itaque a primo anno Cyri, regnique Persarum, ad extremum historiæ Machabæorum finem, Simonisque pontificis mortem, anni colliguntur quadringenti viginti quinque. Posthac vero Jonathas, ut scribit Josephus, pontificatum exceptum per annos viginti novem administrat. Hunc secutus Aristobulus, annum unum præest. Hic primus post reditum de Babylone ad pontificiam dignitatem amplius regium diadema additum sibi imposuit. Huic succedit et rex idem et pontifex Alexander, qui et ipse annos

A ἀπὸ τῆς Δαρείου καταριθμεῖσθαι βασιλείας συμβαίνει, καθ' ὃν αὖθις Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ, καὶ Ζοροβάβελ ὁ τοῦ Σαλαθιὴλ εἰς ἐκεῖνον τὴν ζωὴν παρατείναντες, ἄμφω προέστησαν τῆς τοῦ ἱεροῦ ἀνανεώσεως, προφητευόντων Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου· μεθ' οὓς Ἔσδρας καὶ Νεεμίας, ὁμοίως ἐκ Βαβυλῶνος ἀνελθόντες, τὸ τεῖχος ἐδείμαντο τῇ πόλει, τὴν ἀρχιερωσύνην διέποντος Ἰωακείμου· παῖς δὲ οὗτος ἦν Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδὲκ· μεθ' ὃν διαδέχεται τὴν ἀρχιερωσύνην Ἐλιασοῦβος· ἔπειτα Ἰωδαέ· μεθ' ὃν Ἰωνάθαν· μεθ' ὃν Ἰαδδοῦς. Τούτων μέμνηται καὶ ἡ Ἔσδρα γραφὴ, λέγουσα· « Καὶ Ἰησοῦς ἐγέννησε τὸν Ἰωακεὶμ, καὶ Ἰωακεὶμ ἐγέννησε τὸν Ἐλιασὶβ, καὶ Ἐλιασὶβ ἐγέννησε τὸν Ἰωδαὲ, καὶ Ἰωδαὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωνάθαν, καὶ Ἰωνάθαν ἐγέννησε τὸν Ἰαδδοῦ. »

B Κατὰ τοῦτον τὸν Ἰαδδοῦ ὁ Μακεδὼν Ἀλέξανδρος Ἀλεξάνδρειαν κτίζει, ὡς Ἰώσηπος ἱστορεῖ, ἀφικόμενός τε εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, τῷ Θεῷ προσκυνεῖ. Τελευτᾷ δὲ τὸν βίον Ἀλέξανδρος ἐν ἀρχῇ τῆς ἑκατοστῆς καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος, μετὰ ἔτη διακόσια τριάκοντα ἐκ Κύρου, ὃς ἐβασίλευσε Περσῶν κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος πέμπτης καὶ πεντηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. Μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος, καὶ μετὰ τὸν δηλωθέντα ἀρχιερέα, Ὀνίας ἡγεῖται τοῦ ἔθνους, τῆς τῶν ἀρχιερέων καὶ αὐτὸς ἐπειλημμένος τιμῆς· καθ' ὃν Σέλευκος, Βαβυλῶνα κρατήσας, τὸ τῆς Ἀσίας περιτίθεται διάδημα ἔτει δωδεκάτῳ μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν, καθ' ὃν συνάγεται ὁ πᾶς χρόνος ὁ ἀπὸ Κύρου εἰς ἔτη

C διακόσια τεσσαρακονταοκτώ. Ἐντεῦθεν τὴν Ἑλλήνων βασιλείαν ἡ τῶν Μακκαβαίων γραφὴ καταριθμεῖσθαι ἄρχεται. Μετὰ δὲ τὸν Ὀνίαν ἡγεῖται τῶν Ἰουδαίων ἀρχιερεὺς Ἐλεάζαρος, καθ' ὃν οἱ Ἑβδομήκοντα, τὰς θείας ἑρμηνεύσαντες Γραφὰς, ταῖς κατὰ Ἀλεξάνδρειαν βιβλιοθήκαις ἀνατεθείκασι· μεθ' ὃν ἕτερος Ὀνίας, ὃν διαδέχεται Σίμων, καθ' ὃν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Σιρὰχ ἐγνωρίζετο, ὁ τὴν καλουμένην πανάρετον *Σοφίαν* συντάξας· μεθ' ὃν ἕτερος ὁμώνυμος τοῖς πρόσθεν Ὀνίας ἡγεῖται, καθ' ὃν Ἀντίοχος, τοὺς Ἰουδαίους πολιορκήσας, Ἑλληνίζειν κατηνάγκαζε· μεθ' ὃν προστὰς τῶν πραγμάτων Ἰούδας, ὁ ἐπικληθεὶς Μακκαβαῖος, ἐξεκάθηρε τῶν ἀσεβῶν τὴν χώραν· ὃν ὁ ἀδελφὸς Ἰωνάθης διαδέχεται· καὶ πάλιν Σίμων, οὗ κατὰ τὴν τελευτὴν ἕβδομον καὶ ἑβδομηκοστὸν καὶ

D ἑκατοστὸν ἔτος ἐξαριθμεῖται τῆς κατὰ Συρίαν ἀρχῆς, ἥ τε πρώτη καλουμένη τῶν *Μακκαβαίων* βίβλος εἰς τοῦτο τοῦ χρόνου κατέλυσε τὴν ἱστορίαν. Ὥστε συνάγεσθαι ἀπὸ πρώτου ἔτους Κύρου καὶ Περσῶν βασιλείας ἐπὶ τὸ τέλος τῆς τῶν Μακκαβαίων γραφῆς, καὶ ἐπὶ τὴν Σίμωνος τοῦ ἀρχιερέως τελευτὴν, ἔτη τετρακόσια εἰκοσιπέντε· μεθ' ἃ Ἰωνάθης τὴν ἀρχιερωσύνην, ὡς ὁ Ἰώσηπός φησι, διαδέχεται ἐπὶ ἔτεσιν ἐννέα καὶ εἴκοσι· μεθ' ὃν Ἀριστόβουλος ἐνιαυτὸν ἡγεῖται, ὃς πρῶτος μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον διάδημα βασιλικὸν περιτίθεται πρὸς τῇ ἀρχιερωσύνῃ. Τοῦτον διαδέχεται Ἀλέξανδρος, βασιλεὺς ἅμα καὶ ἀρχιερεὺς, ἔτεσι καὶ αὐτὸς ἑπτὰ καὶ εἴκοσι προστὰς

[88] II Esdr. xii, 10, 11.

Digitized by Google

τῶν πραγμάτων· εἰς ὃν συνάγεται τὰ πάντα ἀπὸ πρώτου ἔτους βασιλείας Κύρου καὶ τῆς ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπανόδου τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἔτη τετρακόσια ὀγδοηκονταδύο, οὗ προέστησαν ἀρχιερεῖς, οὓς ἡγοῦμαι Χριστὸν ἡγούμενον ὑπὸ τῆς προφητείας ὀνομάζεσθαι· μεθ' οὓς, τελευτήσαντος τοῦ ὑστάτου αὐτῶν ἀρχιερέως Ἀλεξάνδρου, ἄναρχα καὶ ἀπροστάτητα τὰ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἀπολείπεται, ὥστε εἰς γυναῖκα περιστῆναι τὴν βασιλείαν αὐτῶν. Τῶν δὲ δύο παίδων, Ἀριστοβούλου καὶ Ὑρκανοῦ, στασιασάντων πρὸς ἀλλήλους, ἐπιστὰς τοῖς Ἱεροσολύμοις Πομπήϊος, Ῥωμαίων στρατηγὸς ὤν, αἱρεῖ μὲν πολιορκίᾳ τὴν πῶλιν, μιαίνει τε τὰ ἅγια, μέχρι τῶν ἀδύτων τῶν ἱερῶν προελθών. Καὶ ταῦτα συμβαίνει ἔτους πρώτου τῆς ἑκατοστῆς ἑβδομηκοστῆς ἐννάτης Ὀλυμπιάδος, μετὰ τετρακόσια ἐννενήκοντα πέντε ἔτη τῆς Κύρου βασιλείας, ἧτις ἦρξατο ἐπὶ τῆς πεντηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος. Τότε δ' οὖν ὁ Πομπήϊος, ἑλὼν κατὰ κράτος τὴν Ἱερουσαλὴμ, τὸν προειρημένον Ἀριστόβουλον ἐκπέμψας δέσμιον ἐπὶ Ῥώμης, τῷ τούτου ἀδελφῷ Ὑρκανῷ τὴν ἀρχιερωσύνην παραδίδωσι, τό τε πᾶν ἔθνος ἐξ ἐκείνου ὑποτελὲς Ῥωμαίοις κατεστήσατο· μεθ' ὃν Ἡρώδης ὁ Ἀντιπάτρου παῖς, Ὑρκανὸν ἀνελὼν, τὴν τῶν Ἰουδαίων βασιλείαν ὑπὸ τῆς Ῥωμαίων συγκλήτου βουλῆς ἐγχειρίζεται, πρῶτός τε αὐτὸς ἐξ ἀλλοφύλου γένους βασιλεύει τοῦ ἔθνους, τὴν τῶν ἀρχιερέων κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον διαφθείρας τάξιν. Ὁ μὲν γὰρ θεῖος νόμος διὰ βίου ἱερᾶσθαι τῷ Θεῷ τὸν ἀνωτάτω προστάττει ἀρχιερέα· ὁ δ' Ἡρώδης οὐ τοῖς ἀπὸ γένους, οὐδ' οἷς προσῆκον ἦν ἀπεδίδου τὴν λειτουργίαν, ἀπεξενωμένοις δέ τισι, καὶ ἀλλοτρίοις τῆς τῶν ἀρχιερέων διαδοχῆς, καὶ οὐδὲ τούτοις διαρκῶς, πρὸς βραχὺν δέ τινα καὶ περιωρισμένον χρόνον, ἄλλοτε ἄλλοις τὴν τιμὴν ἀντιδωρούμενος, ὥστε τὰς μὲν πρώτας ἑπτὰ ἑβδομάδας ἀπὸ Κύρου καὶ ἐπὶ Δαρεῖον, τὰς δὲ λοιπὰς ἑξηκονταδύο ἀπὸ Δαρείου καὶ ἐπὶ Πομπήϊον τὸν Ῥωμαίων στρατηγὸν περιορίζεσθαι. Καὶ κατὰ τρίτην δὲ θεωρίαν εὕροις ἂν ἄλλως ἐπαριθμούμενος τοὺς χρόνους τῶν ἑπτὰ καὶ ἑξηκονταδύο ἑβδομάδων, αἳ συντείνουσιν εἰς ἔτη τετρακόσια ὀγδηκοντατρία, ἐπ' αὐτὸν Αὔγουστον καὶ ἐπὶ Ἡρώδην τοὺς πρώτους ἐξ ἀλλοφύλου γένους βασιλεύσαντας, καθ' οὓς ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γένεσις ἱστορεῖται περιγραφομένη, εἰ, ἀρξάμενος ἀπὸ Δαρείου καὶ τῆς συμπληρώσεως τοῦ ναοῦ, τὸν δηλούμενον ἀριθμὸν ἀναλογίσῃ. Δαρείου γὰρ κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος, τὸν ἑβδομηκονταετῆ χρόνον τῆς ἐρημώσεως Ἱερουσαλὴμ συμπεπεράσθαι ὁ προφήτης Ζαχαρίας δηλοῖ λέγων· « Τῇ τετράδι καὶ εἰκάδι, ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ μηνὶ, αὐτός ἐστι Σαβάτ, ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει Δαρείου, ἐγένετο λόγος Κυρίου πρὸς Ζαχαρίαν τὸν τοῦ Βαραχίου. » Εἶθ' ἑξῆς ἐπιλέγει· « Καὶ ἀπεκρίθη ὁ ἄγγελος Κυρίου, καὶ εἶπε· Κύριε παντοκράτωρ, ἕως τίνος οὐ μὴ ἐλεήσῃς τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰς πόλεις Ἰούδα, ἃς ὑπερεῖδες τοῦτο ἑβδομηκοστὸν ἔτος; » Τοῦτον δὴ οὖν αὐτὸν τῷ θείῳ Πνεύ-

A septem et viginti rebus Judæorum præest. Ad cujus principatum a primo regis Cyri anno, et Judaicæ gentis reditus de Babylone, omnis summa annorum colligitur quadringentorum octoginta duorum, quo toto tempore pontifices præfuerunt, quos ego quidem Christi ducis appellatione, a prophetia significari arbitror : post quos, ipsorum novissimo Alexandro decedente, res Judæorum sine principe, sine duce, neminem qui præesset habentes, relinquuntur. Factum itaque est, ut eorum regnum in feminam tandem reciderit. Cujus filii duo Aristobulus atque Hyrcanus, dum inter se de principatu contendunt, Pompeius interea Romanorum imperator, Hierosolyma aggressus, cum obsidione urbem capit, tum usque ad penetralia templi progressus, B quæ sancta in illis dicebantur, profanat. Et hæc Judæis accidunt centesimæ septuagesimæ nonæ olympiadis anno primo, qui fuit annus a Cyri regno quadringentesimus nonagesimus quintus, cujus regni initium quinquagesima quinta olympiade factum est. Per id igitur temporis Pompeius, vi captis Hierosolymis, et vinctum Aristobulum Romam mittit, et hujus fratri Hyrcano sacerdotium tradit, atque ex illo tempore universa Judæorum natio Romanis tributaria facta est. Post Hyrcanum Herodes, Antipatri filius, ipso interfecto Hyrcano, largiente Romano senatu, Judæorum obtinet regnum. Hic primus alieno ortus genere, perturbato pontificum ordine, qui Mosaica lege sancitus fuerat, in illa gente regnat. Lex enim divina jubebat, C ut maximus pontifex quam diu viveret sacerdotio fungeretur. At Herodes non iis qui legitimo genere orti essent, neque iis qui id juris haberent, sed suppositiis quibusdam, atque a serie ac successione pontificum alienis id muneris attribuit, ac ne iis quidem in perpetuum, sed ad breve quoddam determinatumque tempus gratificans, **395** atque alio tempore aliis ejusmodi honorem impertiens, ut hac ratione, primæ quidem hebdomades septem a Cyro ad Darium, reliquæ vero sexaginta duæ, a Dario ad imperatorem Romanorum Pompeium contineantur. At si tertiam præterea contemplationem velis insistere, atque alia quadam ratione tempora septem et sexaginta duarum hebdomadum numerare, quæ annos continent quadringentos octoginta D tres, invenias idem temporis spatium ad Augustum usque atque Herodem, qui primi externi generis regnarunt, quorumque temporibus Salvatoris nostri Jesu Christi ortus fuisse memoratur, propagari, si modo hunc quem dixi numerum sumpto initio a Dario templique absolutione recolligas. Ad secundum enim Darii annum, tempus solitudinis urbis Jerusalem, quod septuagenarium fuit, pervenisse propheta Zacharias indicat his verbis : « In die vicesimo quarto undecimi mensis (is est Sabat) in anno secundo Darii, factum est verbum Domini ad Zachariam filium Barachiæ [63]. » Deinde progressus

[63] Zachar. I, 7.

Digitized by Google

adjungit : « Et respondit angelus Domini et dixit : Domine omnipotens, quousque misereberis Jerusalem et urbium Juda, quas despexisti hunc septuagesimum annum [84] ? » Hoc igitur ipsum tempus Daniel cum divino Spiritu afflatus vidisset, his verbis notavit : « Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Jeremiam prophetam, ut complerentur desolationis Jerusalem septuaginta anni, et dedi faciem meam ad Dominum Deum meum, ut orarer ac deprecarer [85]. » Deinde post deprecationem angelus, qui illi seipsum ostendit, ea divinat, quæ ad septuaginta hebdomadas pertinent, et tempus unde numerandi initium capiendum est, significat dicens : « Et cognosces et intelliges ab exitu sermonis ut respondeatur et ædificetur Jerusalem usque ad Christum ducem. » Porro autem a Cyro primum responsum est, ut ædificaretur Jerusalem, nec tamen ipsum opus effectum est, cum id vicini undique prohibuerint. Postea vero cum Darius jusserit, eoque regnante absolutum sit templi ædificium, inde ab hoc ipso tempore prophetæ Daniel oraculum sui eventus initium sumit, cujus verba illa sunt, « ut respondeatur et ædificetur Jerusalem, » in quo etiam illud dictum est : « Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, **396** de quo factus est sermo Domini ad Jeremiam prophetam, ut complerentur desolationis Jerusalem septuaginta anni. » Anno igitur Darii secundo apparet completos esse annos illos septuaginta, ut nos omni ratione oporteat septuaginta hebdomadum initium facere a LXVI olympiade, atque a Darii anno secundo, in quo omnis illa urbis Jerusalem ædificatio absoluta est : inde igitur si tempora quæ sequuntur numeres, invenias ad ipsum usque Herodem et monarcham Romanorum Augustum, sub quibus Salvatoris nostri ortus vitæ hominum illuxit, quadringentos octoginta tres annos contineri, qui septem et sexaginta duarum hebdomadum summam secundum ipsius Daniel prophetiam conficiunt. A sexagesima enim sexta olympiade ad centesimam octogesimam sextam intermediæ olympiades colliguntur centum et viginti una : qui sunt anni quadringenti octoginta quatuor, singulis utique olympiadibus quaternos annos continentibus. Quo tempore Augustus Romanorum rex quintum decimum sui regni annum agens, et Ægyptum et reliquum orbem terrarum imperium obtinet ; sub quo primus alieni generis Herodes Judæorum accipit regnum, et Salvator Dominusque noster Jesus, qui Christus est Dei, nascitur, dum videlicet et ortus illius tempus, et septem ac sexaginta duarum hebdomadum finis, de quibus loquitur propheta Daniel, in idem concurrunt, post quas cum segregetur, et longius post plurima ea videlicet quæ in medio prophetice prædicuntur, amandetur una, quæ reliqua est, hebdomada, cætera omnia quæcunque inter mediam oraculi prædictionem dicta sunt, perficiuntur, quæ in hunc modum ipsa

[84] Zachar. I, 12. [85] Dan. IX, 2, 3

A ματι θεωρήσας ὁ Δανιὴλ τὸν χρόνον, σημειοῦται· λέγων· « Ἐγὼ Δανιὴλ συνῆκα ἐν ταῖς βίβλοις τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν, περὶ οὗ ἐγενήθη λόγος Κυρίου πρὸς Ἱερεμίαν τὸν προφήτην, εἰς συμπλήρωσιν ἐρημώσεως τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἑβδομήκοντα ἔτη, καὶ ἔδωκα τὸ πρόσωπόν μου πρὸς Κύριον τὸν Θεόν μου, τοῦ ἐκζητῆσαι προσευχὴν καὶ δέησιν. » Εἶτα μετὰ τὴν εὐχὴν ἐπιφανεὶς αὐτῷ ὁ ἄγγελος θεσπίζει τὰ περὶ τῶν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδων, καὶ τὸν χρόνον ὅθεν δεῖ ἄρχεσθαι ἀριθμεῖν, σημαίνει, λέγων· « Καὶ γνώσῃ καὶ συνήσεις ἀπὸ ἐξόδου λόγου, τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἱερουσαλὴμ, ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου. » Γέγονε μὲν οὖν ἀπόκρισις πρώτη Κύρου, οἰκοδομηθῆναι τὴν Ἱερουσαλὴμ, οὐ μὴν εἰς ἔργον ἐχώρησε, τῶν περιοίκων κεκωλυκότων· Δα-

B ρείου δὲ μετὰ ταῦτα κελεύσαντος, καὶ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ἱεροῦ κατ' αὐτὸν συντελεσθείσης, ἡ τοῦ Δανιὴλ ἐντεῦθεν προφητεία τὴν καταρχὴν τῆς ἐκβάσεως ἐλάμβανεν, ἥ τε φάσκουσα· « Ἀπὸ ἐξόδου λόγου, τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἱερουσαλὴμ, » καὶ δι' ἧς εἴρηται· « Ἐγὼ Δανιὴλ συνῆκα ἐν ταῖς βίβλοις τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν, περὶ οὗ ἐγενήθη λόγος Κυρίου πρὸς Ἱερεμίαν τὸν προφήτην, εἰς συμπλήρωσιν ἐρημώσεως Ἱερουσαλὴμ, ἑβδομήκοντα ἔτη. » Κατὰ γοῦν τὸ δεύτερον ἔτος Δαρείου ἡ συμπλήρωσις τῆς ἑβδομηκονταετηρίδος ἀποδέδεικται περαιωθεῖσα, ὥστε ἐξ ἅπαντος ἄρχεσθαι δεῖν ἡμᾶς τῶν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδων ἀπὸ τῆς ἑξηκοστῆς καὶ ἕκτης Ὀλυμπιάδος, καὶ ἀπὸ δευτέρου ἔτους Δαρείου, ἐν

C ᾧ τὰ τῆς οἰκοδομῆς πέραιοῦται. Ἐντεῦθεν γοῦν εἰ τοὺς ἑπομένους χρόνους ἀριθμήσεις, εὕροις ἂν ἐπ' αὐτὸν Ἡρώδην μόναρχόν τε Ῥωμαίων Αὔγουστον, καθ' οὓς ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπέφανε τῷ βίῳ γένεσις, τὰ τετρακόσια ὀγδοήκοντα τρία ἔτη, αἵ εἰσιν ἑπτὰ καὶ ἑξηκονταδύο ἑβδομάδες, κατὰ τὴν τοῦ Δανιὴλ προφητείαν περιοριζόμενα. Ἀπὸ γὰρ τῆς ἑξηκοστῆς καὶ ἕκτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ τὴν ἑκατοστὴν ὀγδηκοστὴν ἕκτην γίνονται Ὀλυμπιάδες μεταξὺ ἑκατὸν εἰκοσιμία, ἔτη τετρακόσια ὀγδοήκοντα τέσσαρα, τετραετίαν τῆς Ὀλυμπιάδος ἑπεχούσης, καθ' ὃν καιρὸν Αὔγουστος Ῥωμαίων βασιλεὺς, πεντεκαιδέκατον ἔτος τῆς βασιλείας ἐπέχων, Αἰγύπτου κρατεῖ, καὶ τῆς λοιπῆς οἰκουμένης, ὑφ' οὗ πρῶτος ἀλλόφυλος Ἡρώδης τὴν τῶν Ἰουδαίων ἐγχειρίζεται

D βασιλείαν. Γεννᾶται δὲ ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸ αὐτὸ συντρέχόντων τῶν χρόνων τῆς γενέσεως αὐτοῦ καὶ τῆς συμπληρώσεως τῶν παρὰ τῷ Δανιὴλ ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα δύο ἑβδομάδων· μεθ' ἃς διῃρημένης καὶ μακρὰν ἀπεσχοινισμένης, μετὰ πλεῖστα ὅσα τὰ μεταξὺ προφητευόμενα, τῆς λειπούσης μιᾶς ἑβδομάδος, τὰ λοιπὰ πάντα διὰ μέσου τῆς τοῦ χρησμοῦ προῤῥήσεως εἰρημένα ἐπιτελεῖται, ἃ καὶ αὐτὰ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· « Μετὰ τὰς ἑβδομάδας τὰς ἑπτὰ καὶ ἑξηκονταδύο ἐξολοθρευθήσεται χρῖσμα, καὶ κρῖμα οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ· καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖ σὺν τῷ ἡγουμένῳ τῷ ἐρχομένῳ, καὶ ἐκκοπήσονται ἐν κατακλυσμῷ, καὶ ἕως τέλους πολέμου συντετμημένου

Digitized by Google

ἀφανισμοῖς. » Καὶ ταῦτα δὲ ἐναργῆ τὴν ἔκβασιν εἴληφε κατ' αὐτὸν Αὔγουστον καὶ Ἡρῴδην, εἰς οὓς τὰς προειρημένας ἑπτὰ ἑβδομάδας συγκεφαλαιοῦσθαί φαμεν. Ὁδῷ γοῦν καὶ τάξει τοῦ κατὰ τὴν ἀρχιερωσύνην χρίσματος, μέχρι τῶν Ἡρῴδου καὶ Αὐγούστου χρόνων διαρκέσαντος, τῆς δὲ διαδοχῆς τῶν πάλαι ἀρχιερέων ἐπὶ Ἀλέξανδρον τὸν Ὑρκανοῦ πατέρα περιγραφείσης, Ἡρῴδης τὸν Ὑρκανὸν ἀνελών, οὐκέτι τοῖς ἐκ πατέρων διαδόχοις ἐπιτρέψαι λέγεται τὴν λειτουργίαν, ἀλλά τισιν ἀσήμοις καὶ ἀφανέσιν ἀνθρώποις. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ χρησμὸς προλαβὼν ἐπεθέσπισεν, εἰπών· « Καὶ μετὰ τὰς ἑβδομάδας τὰς ἑπτὰ καὶ ἑξηκονταδύο ἐξολοθρευθήσεται χρίσμα, καὶ κρῖμα οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ· » ὅπερ σαφῶς καὶ λοιποὶ τεθείκασιν ἑρμηνευταί· ὁ μὲν Ἀκύλας φήσας· « Καὶ μετὰ τὰς ἑπτὰ ἑβδομάδας καὶ ἑξηκονταδύο ἐξολοθρευθήσεται ἠλειμμένος, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτῷ· » ὁ δὲ Σύμμαχος· « Καὶ μετὰ τὰς ἑβδομάδας ἑπτὰ καὶ ἑξηκονταδύο ἐκκοπήσεται Χριστὸς, καὶ οὐκ ὑπάρξει αὐτῷ. » Ὅθεν μάλιστα παρίστασθαί μοι δοκεῖ Χριστὸς ἡγούμενος εἶναι ὁ κατὰ τὴν ἡμετέραν ἀπόδοσιν δεδηλωμένος. Μετὰ γοῦν τὴν τῶν εἰρημένων ἑβδομάδων συμπλήρωσιν, « ἐξολοθρευθήσεται Χριστὸς, » φησί. Τίς δὲ οὗτος ἢ ὁ ἡγούμενος, καὶ ὁ κατὰ διαδοχὴν ἐξ ἱερατικοῦ γένους, τοῦ ἔθνους προεστώς; Διέμενε γοῦν οὗτος εἰς ὅσον οὔπω τὰ τῶν ἑβδομάδων ἐπληροῦτο· ἐπειδὴ δὲ τέλος ἐλάμβανον αὗται, ἀκολούθως τῇ προφητείᾳ ἐξεκόπη ὁ ἐκ διαδοχῆς γένους, τοῦ ἔθνους προεστώς. Οὗτος δὲ ἦν Ὑρκανὸς, ὃν αὐτὸς Ἡρῴδης ἀνελών, τὴν κατὰ τοῦ ἔθνους βασιλείαν μηδὲν αὐτῷ διαφέρουσαν ὑφαρπάζει, πρῶτός τε αὐτὸς ἀλλόφυλος ἡγεῖται. Οὐ μόνος δὲ ἄρα ὁ Ὑρκανὸς Χριστὸς ὢν, καὶ τῶν πάλαι ἀρχιερέων ὕστατος, ἐξεκόπη, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐκ προγόνων ἄνωθεν ἐκ τῶν πρόπαλαι ἀρχιερέων κατιοῦσα διαδοχὴ, αὐτό τε τὸ κατὰ νόμους χρίσμα οὐκ ἔτι κατὰ κρίσιν γινόμενον, ἀτάκτως δὲ καὶ συγκεχυμένως, οὐ κατὰ τὰ παρὰ Μωϋσεῖ νενομοθετημένα, συνέτρεχε δὲ ὁμοῦ πάντα ἀκολούθως τῇ προφητείᾳ φησάσῃ· « Ἐξολοθρευθήσεται χρίσμα, καὶ κρῖμα οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ. » Μάρτυς δ' ἀξιόχρεως τούτων ὁ ἐξ αὐτῶν Ἑβραίων Ἰώσηπος, ὧδέ πως ἱστορῶν τὰ κατὰ τοὺς χρόνους ἐν ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς *Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας*· « Τὴν δὲ βασιλείαν Ἡρῴδης παρὰ Ῥωμαίων ἐγχειρισθεὶς, οὐκ ἔτι τοὺς ἐκ τοῦ Ἀσαμωναίου γένους (οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ καλούμενοι Μακκαβαῖοι), καθίστησιν ἀρχιερεῖς, ἀλλά τινας ἀσήμους καὶ μόνον ἐξ Ἑβραίων ὄντας, πλὴν ἑνὸς Ἀριστοβούλου, ὃν Ὑρκανοῦ υἱὸν ὄντα, καταστήσας ἀρχιερέα, τῇ ἀδελφῇ αὐτοῦ συνῴκησε Μαριάμμῃ, τὴν τοῦ πλήθους πρὸς αὐτὸν θηρώμενος εὔνοιαν διὰ τὴν Ὑρκανοῦ μνήμην. Εἶτα δεδιὼς μὴ πρὸς τὸν Ἀριστόβουλον πάντες ἀποκλίνωσιν, ἀνεῖλεν αὐτὸν ἐν Ἰεριχοῖ, πνιγῆναι μηχανησάμενος κολυμβῶντα, καθὼς ἤδη δεδηλώκαμεν. Μετὰ τοῦτον οὐκ ἔτι τοῖς ἐκγόνοις τῶν Ἀσαμωναίου παίδων τὴν ἀρχιερωσύνην ἐπίστευσεν. Ἔπραξε δὲ ὅμοια τῷ Ἡρῴδῃ περὶ τῆς καταστάσεως τῶν ἀρχιερέων, Ἀρχέλαός τε ὁ παῖς αὐτοῦ, καὶ μετὰ τοῦτον Ῥωμαῖοι τὴν τῶν Ἰουδαίων βασιλείαν παρειληφότες. » Πάλιν ἐν ἑτέροις ταῦτα

A quoque se habent : « Post hebdomadas septem et sexaginta duas peribit unctio, et judicium non est in ea; et civitatem et sanctum disperdet cum duce venturo : et excidetur in diluvio, et usque ad finem belli in compendium redacti, internecionibus. » Et hæc quidem perspicuum exitum nacta sunt Augusti Herodisque temporibus : in quos eas, de quibus dicebamus, septem hebdomadas consummari affirmamus. Nam cum suum progressum atque ordinem pontificia illa unctio usque ad Herodem et Augustum constanter servaverit, et veterum pontificum successio in Alexandro Hyrcani patre terminetur, Herodes ipso Hyrcano interfecto **397** non amplius iis, qui a parentibus succedendi jus haberent, ministerium illud concessisse dicitur, sed ignobilibus

B quibusdam obscurisque hominibus. Sed etiam oraculum hanc ipsam rem anticipans divinavit, his verbis : « Et post hebdomadas septem et sexaginta duas peribit unctio, et judicium non est in ea. » Quod quidem perspicue reliqui quoque posuerunt interpretes : Aquila quidem sic : « Et post septem hebdomadas et sexaginta duas peribit unctus, et non est ei. » Symmachus autem sic : « Et post hebdomadas septem et sexaginta duas excidetur Christus, et non aderit ei. » Ex quo maxime mihi constare videtur, Christum ducem esse eum, quem expositio nostra declaravit. Post eas igitur de quibus diximus completas hebdomadas, « peribit Chri

C stus, » inquit. Sed quis tandem hic Christus, nisi dux qui legitime succedens ex pontificio genere, suæ genti præesset? Mansit igitur hic Christus, quandiu hebdomades illæ duraverunt; ubi autem illarum finis advenit, excisus est, qui de generis successione genti præesset. Porro hic fuit Hyrcanus, quem cum Herodes interfecisset, regnum protinus quod ad ipsum nihil spectabat, arripuit, primusque ipse præfuit ex alieno genere. Cæterum non solus Hyrcanus, qui Christus erat, et priscorum pontificum novissimus, excisus est, sed etiam ea quæ altius a majoribus longeque superioribus pontificibus repetita fuerat successio, ipsaque legitima unctio : quippe quæ non ultra ex judicio facta sit, sed inordinate et confuse, non secundum ea, quæ Moses in suis legibus sanxerat, concurreruntque in unum

D omnia, quemadmodum prophetia prædixerat, illis verbis : « Peribit unctio, et judicium non est in ea. » Atque optimus hujusce rei testis est Hebræus auctor Josephus, qui in XVIII *Judaicæ Antiquitatis* libro, quæ ad illa tempora pertinent, in hunc modum exponit : « Herodes autem, regni administratione a Romanis accepta, nullos amplius ex Asamonæo genere (hi autem erant qui Machabæi vocantur) pontifices declarat, sed ignobiles quosdam et ab Hebræis tantummodo oriundos, præter unum Aristobulum, qui Hyrcani filius fuit. Hunc enim cum pontificem declarasset, sororem ejus Mariammam duxit uxorem, quippe qui multitudinis erga illum captaret benevolentiam, propter Hyrcani memoriam. **398** Deinde veritus ne omnes ad Aristo-

Digitized by Google

bulum desciscerent, hominem de medio sustulit, A dum esset in oppido Hierichunte. Illi enim natanti, vique interim sub aqua detento, necem est machinatus, uti jam planum fecimus. Post hunc non amplius ex Asamonæi prole oriundis pontificatum commisit. Herodem imitatus est in constitutione pontificum ejus filius Archelaus, et post hunc ipsum Romani, qui Judæorum regnum occuparunt. » Rursus de iis alio in loco dicit hæc : « Herodes autem rex ubi turrim hanc in idoneo loco sitam magno sumptu instruxit, Antoniam appellavit nomine : vestem præterea pontificiam assumpsit, et eam quæ deposita erat retinuit. Herodi similia patravit, qui ab ipso rex declaratus est Archelaus ipsius filius, a quo Romani accepto principatu, veste pontificis quæ reposita erat sub signo in domo ex lapide con- B structa obtinuerunt. » Ex his plane cuivis intellectum esse arbitror, quisnam fuerit eventus oraculi dicentis « : Et post hebdomadas VII et LXII peribit unctio, et judicium non est in ea. » Magis etiam intueberis, quo sensu dictum sit illud : « Et judicium non est in ea, » si nullo judicio creatos pontifices eos, qui post Herodem, quique temporibus Salvatoris nostri fuerunt, consideraveris. Cum enim ex divina lege pontifex totum suæ vitæ tempus sacrum munus obire, idemque legitimo filio successori tradere juberetur, per ea tempora quæ modo explorabamus, post interitum sacræ unctionis, sicut prophetia significaverat, primus quidem Herodes, post Herodem vero etiam Romani, absque judicio, nulla servata lege, quos ipsi probassent, pontifices declarare in- C stituerunt, plebeiis quibusdam viris atque ignobilibus hunc honorem largientes, idque nominis venale habere, et cauponum more pro eo pretium accipere, modo hos, modo illos annua dignitate donantes. Quocirca sanctus evangelista Lucas, dum prædicandæ Salvatoris nostri doctrinæ tempus describit, hoc ipsum mihi notare videtur, cum ait : « In anno quinto decimo imperii Tiberii Cæsaris, procurante Pontio Pilato Judæam, tetrarchiam vero obtinentibus Herode, et Philippo, et Lysania sub principibus sacerdotum Anna et Caipha. » Namque [66] hi duo quo tandem pacto eodem tempore fuissent pontifices, nisi legi quæ de pontificibus sancita fuerat, vis illata fuisset? **399** Hæc eadem Josephus quoque testificans, D sic scribit : « Valerius Gratus, Romanorum imperator, cum Anano pontifici sacrum munus abrogasset, Ismaelum Tupheba pontificem declaravit, cui item ipsi cum haud multo post honorem ademisset, Eleazarum, Anani pontificis filium, pontificem creat. Deinde anno peracto hunc quoque rejicit, et Simoni, Cathimi filio, pontificatum tradit : huic quoque non plus annuo honore perfuncto abiit tempus, et in locum ejus Josephus, qui etiam Caiphas, suffectus est. » Hæc necessario posui propter illud : « Peribit unctio, et judicium non est in ea, » quæ ego quidem arbitror indubitatam demonstrationem habere. Ilis deinde addit prophetia, « Et civitatem

περὶ αὐτῶν φησιν· « Ἡρώδης δὲ βασιλεύσας, τήν τε βάριν ταύτην ἐν ἐπιτηδείῳ τόπῳ κειμένην κατασκευάσας πολυτελῶς, Ἀντωνίαν καλεῖ ὄνομα, καὶ τὴν στολὴν τὴν ἀρχιερατικὴν λαμβάνει, τὴν δὲ κειμένην κατέσχε, πιστεύων οὐδὲν νεωτερίσειν τὸν λαὸν δι' αὐτήν. Ἔπραξε δ' ὅμοια τῷ Ἡρώδῃ καὶ ὁ ἐπικατασταθεὶς αὐτῷ βασιλεὺς Ἀρχέλαος, υἱὸς ὢν αὐτοῦ, παρ' οὗ Ῥωμαῖοι διαδεξάμενοι τὴν ἀρχήν, ἐκράτουν τῆς στολῆς τοῦ ἀρχιερέως ἀποκειμένης ἐν οἴκῳ λίθου οἰκοδομηθέντι, ὑπὸ σφραγῖδι. « Διὰ τούτων τὸ ἀποτέλεσμα παντὶ τῷ νομίζω καταφανὲς γεγενῆσθαι τοῦ φήσαντος χρησμοῦ· « Καὶ μετὰ τὰς ἑβδομάδας τὰς ἑπτὰ καὶ ἑξηκονταδύο ἐξολοθρευθήσεται χρίσμα, καὶ κρῖμα οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ. » Ἔτι δὲ μᾶλλον δῆλον ποῦ εἴρηται τὸ, « Κρῖμα οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ, » τὸ ἄκριτον συνιδὼν τῆς τῶν ἀρχιερέων καταστάσεως, τῶν μετὰ Ἡρώδην, καὶ κατὰ τοὺς χρόνους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γεγενημένων. Τοῦ γὰρ κατὰ τὸν θεῖον νόμον ἀρχιερέως πάντα τὸν τῆς ζωῆς χρόνον τὴν λειτουργίαν διέπειν κεκελευσμένου ἐπὶ διαδόχῳ παιδὶ γνησίῳ, κατὰ τοὺς ἐξεταζομένους καιροὺς, μετὰ τὸ ἐξολοθρευθῆναι τὸ χρίσμα, τῇ προφητείᾳ συμφώνως, πρῶτος μὲν Ἡρώδης, ἔπειτα δὲ καὶ Ῥωμαῖοι μετὰ τοῦτον, ἀκρίτως καὶ οὐ κατὰ τὸν νόμον, τοὺς ἀρχιερεῖς καθίστων οὓς ἐδόκει αὐτοῖς, δημοτικοῖς τισι καὶ ἀσήμοις ἀνδράσι τὴν τιμὴν χαριζόμενοι, ἐπίπρασκόν τε καὶ ἐκαπήλευον τοὔνομα, ἄλλοτε ἄλλοις ἐνιαυσιαῖον τὸ ἀξίωμα δωρούμενοι. Διό μοι δοκεῖ ὁ ἱερὸς εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς, τὸν χρόνον τοῦ κηρύγματος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὑπογράφων, σημειοῦσθαι τοῦτο, δι' ὧν φησιν· « Ἐν ἔτει πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου Καίσαρος, ἡγεμονεύοντος Ποντίου Πιλάτου τῆς Ἰουδαίας, τετραρχούντων δὲ Ἡρώδου, καὶ Φιλίππου, καὶ Λυσανίου, ἐπὶ ἀρχιερέως Ἄννα καὶ Καϊάφα· » δύο γὰρ οὗτοι κατὰ τὸ αὐτὸ ἀρχιερεῖς πῶς ἂν ἐγένοντο ἢ καταλυθείσης τῆς περὶ τῶν ἀρχιερέων νομοθεσίας; Τούτοις γοῦν καὶ Ἰώσηπος ἐπιμαρτυρῶν ταῦτα γράφει· « Οὐαλέριος Γράτος Ῥωμαίων στρατηγὸς, παύσας ἀρχιερᾶσθαι Ἄνανον, Ἰσμαῆλον ἀρχιερέα ἀποφαίνει τὸν Τουφῆβα, καὶ τοῦτον μετ' οὐ πολὺ μεταστήσας, Ἐλεάζαρον τὸν τοῦ Ἀνάνου τοῦ ἀρχιερέως υἱὸν ἀποδείκνυσιν ἀρχιερέα. Ἐνιαυτοῦ δὲ διαγενομένου καὶ τόνδε παύσας, Σίμωνι τῷ Καθίμου τὴν ἀρχιερωσύνην παραδίδωσιν. Οὐ πλέον δὲ καὶ τῷδε ἐνιαυτοῦ τὴν τιμὴν ἔχοντι διεγένετο χρόνος, καὶ Ἰώσηπος, ὅ τε Καϊάφας, διάδοχος ἦν αὐτῷ. » Ταῦτα ἀναγκαίως παρεθέμην διὰ τό, « Ἐξολοθρευθήσεται χρίσμα, καὶ κρῖμα οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ, » ἃ καὶ ἡγοῦμαι ἀναμφίλεκτον τὴν ἀπόδειξιν ἔχειν. Ἐξῆς τούτοις φησὶν ἡ προφητεία, « Καὶ τὴν πόλιν, καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖ, σὺν τῷ ἡγουμένῳ τῷ ἐρχομένῳ. » Ἔνθα πάλιν τὸν Ἡρώδην αὐτὸν, καὶ τοὺς μετὰ αὐτὸν ἄρξαντας ἐξ ἀλλοφύλου γένους ὑπολαμβάνω δηλοῦσθαι· ὡς γὰρ ἀνωτέρω ὠνόμαζε Χριστοὺς ἡγουμένους τοὺς ἀρχιερεῖς, λέγων, « Ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου· » τὸν αὐτὸν τρόπον μετὰ ἐκείνους καὶ τὴν ἐκείνων κατάπαυσιν οὐκ ἄλλος ἡγούμενος ἐρχόμενος ἢ ὁ δηλωθεὶς ἐξ ἀλλοφύλου γένους, καὶ οἱ λοιποὶ ὅσοι καθεξῆς μετ'

[66] Luc. III, 1.

Digitized by Google

ἐκείνους ἡγήσαντο τοῦ ἔθνους, σὺν οἷς καὶ μεθ' ὧν, ὥσπερεὶ συνεργοῖς χρώμενος, ὁ μισόκαλος καὶ τῶν ἀγαθῶν φθορεὺς, καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖν εἴρηται. Καὶ γὰρ διέφθειρεν ἀληθῶς ἅπαν τὸ ἔθνος, τοτὲ μὲν τὴν τῆς ἱερωσύνης τάξιν εἰς παρανομίαν ἄγων, τοτὲ δὲ τὸν πάντα λαὸν διαστρέφων, καὶ τὴν πόλιν, οὕτω τῶν πολιτῶν μεταφορικῶς ὠνομασμένων, εἰς ἀσέβειαν ἐκκαλούμενος. Συνᾴδει δὲ ἡμῖν τῇ ἀποδόσει καὶ ὁ Ἀκύλας τοῦτον ἑρμηνεύσας τὸν τρόπον· « Καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖ λαὸς ἡγουμένου ἐρχομένου. » Οὐ μόνον γὰρ ὁ ἐρχόμενος, ὁ κατὰ τὰ ἀποδεδομένα ἡμῖν δηλωθεὶς διέφθειρε τὴν πόλιν καὶ τὸ ἅγιον, ἀλλὰ καὶ ὁ τούτου λαός. Εἴποι δ' ἄν τις οὐκ ἀπὸ σκοποῦ καὶ τὸν Ῥωμαίων ἡγεμόνα διὰ τῶν προκειμένων δηλοῦσθαι, τόν τε τούτου λαὸν, δι' οὗ νομίζω σημαίνεσθαι τὰ στρατόπεδα τῶν Ῥωμαίων ἀρχόντων, ἐξ ἐκείνου κρατησάντων τοῦ ἔθνους, οἵ καὶ τὴν πολιν αὐτὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὸν πάλαι ἐν αὐτῇ σεμνὸν καὶ ἅγιον νεὼν διέφθειραν. Ὑπὸ τούτων γοῦν καὶ ἐξεκόπησαν ὡς ἐν κατακλυσμῷ, καὶ ἕως τέλους πολέμου συντετμημένου ἀφανισμοῖς ἔφθασαν, ὥστε ἤδη, κατὰ τὴν προφητείαν, παντελῆ ὑπομεῖναι ἐρημίαν κατὰ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλὴν αὐτῶν, μεθ' ἣν καὶ τὴν ἐσχάτην ὑπέμειναν πολιορκίαν. Ἔχεις καὶ ταῦτα ἀκριβῶς ἐν ταῖς γραφείσαις αὐτῷ Ἰωσήπῳ ἱστορίαις. Τούτων δὲ περὶ τῶν συμβεβηκότων τῷ Ἰουδαίων ἔθνει ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ τῶν ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα δύο ἑβδομάδων προπεφητευμένων, ἀκολούθως ἡ δήλωσις τῆς ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καταγγελθείσης καινῆς Διαθήκης θεσπίζεται. Τοσούτων γοῦν διὰ μέσου καὶ μεταξὺ τῶν ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα δύο ἑβδομάδων εἰρημένων, ἐπιλέγεται· « Καὶ δυναμώσει Διαθήκην πολλοῖς ἑβδομὰς μία, καὶ ἐν τῷ ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος ἀρθήσεται θυσία καὶ σπονδὴ, καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων ἔσται, καὶ ἕως συντελείας καιροῦ συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν. » Τίνα δὲ τρόπον καὶ ταῦτα ἐπληροῦτο κατανοήσωμεν. Ἱστορεῖται δὲ ὁ πᾶς τῆς διδασκαλίας καὶ παραδοξοποιίας ὁμοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν χρόνος τριῶν ἡμισυ γεγονὼς ἐτῶν, ὅπερ ἐστὶν ἑβδομάδος ἥμισυ. Τοῦτό πως Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς ἀκριβῶς ἐφιστᾶσιν αὐτοῦ τῷ Εὐαγγελίῳ παραστήσει. Εἶτ ἂν οὖν ἑβδομὰς ἐτῶν μία ὁ πᾶς χρόνος τῆς μετὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ συνδιατριβῆς, ὅ τε πρὸ τοῦ πάθους καὶ ὁ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν αὐτοῦ. Πρὸ μὲν γὰρ τοῦ πάθους ἐπὶ τρία καὶ ἥμισυ ἔτη τοῖς πᾶσιν ἑαυτὸν παρέχων μαθηταῖς τε καὶ τοῖς μὴ τοιούτοις ἀναγέγραπται· καθ' ὃν διδασκαλίαις παραδόξοις τε θεραπείαις, τῇ θεότητος αὐτοῦ τὰς δυνάμεις πᾶσιν ἁπλῶς Ἕλλησί τε καὶ Ἰουδαίοις παρείχετο· μετὰ δὲ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν τὸν ἴσον, ὡς εἰκὸς, τῶν ἐτῶν χρόνον τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις συνῆν, δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς, καὶ συναυλιζόμενος, καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, ὡς γοῦν αἱ Πράξεις τῶν ἀποστόλων περιέχουσιν· ὡς εἶναι ταύτην τὴν δηλουμένην τῆς προφητείας τῶν ἐτῶν ἑβδομάδα, καθ' ἣν ἐνεδυνάμωσε Διαθήκην πολλοῖς, τὴν καινὴν δηλαδὴ Διαθήκην τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος κρατύνων. Τίσι δὲ

et sanctum disperdet cum duce venturo. » Ubi ego rursus et ipsum Herodem, et eos qui post Herodem ex alieno genere imperaverint, puto intelligendos : nam quemadmodum superius nominabat Christos duces, cum in illis verbis pontifices diceret, « usque ad Christum ducem, » ita post eos, et post eorum abrogationem, non alius fuerit venturus quam is qui dictus est ex alieno genere, cæterique quicunque post illos deinceps genti præfuerunt, quibus tanquam adjutoribus utens, una cum iisdem ipse honesti inimicus bonorumque corruptor, et civitatem et sanctum perditurus dicitur. Etenim vere perdidit totam gentem, modo quidem sacerdotii ordinem præter legem perturbans, modo vero cunctum populum pervertens, et civitatem (sic enim cives figurate nominantur) evocans ad impietatem et nefas; huic autem commentationi nostræ Aquila quoque concordat, qui interpretatus est in hunc modum : « Et civitatem et sanctum disperdet populus ducis venturi. » Non solum enim qui venturus fuit dux, quem nos superiore expositione prodidimus, corrupit civitatem et sanctum, sed etiam illius populus : præterea non forsitan quispiam a recto aberraverit si dixerit, etiam Romanum ducem iisdem verbis designari, ejusque ducis populum. Per quæ arbitror significari exercitus Romanorum principum, qui ex illo tempore gentis imperium tenuere, quique civitatem ipsam Jerusalem, et in ea quondam venerabile et sanctum templum corruperunt. Siquidem ab iis etiam excisi sunt tanquam in diluvio, et usque ad finem belli in compendium acti itineribus pervenere, usque adeo ut, quemadmodum prophetia dixerat, extremam tum passi sint solitudinem, post ipsorum nefarias **400** contra Salvatorem nostrum insidias; nam postquam id moliti sunt, extremam sane obsidionem pertulere. Hæc quoque ipsa adamussim explorata habes in iis quas Josephus scripsit historiis. Cæterum cum hæc de iis quæ intermedio VII et LXII hebdomadum tempore Judaicæ genti acciderunt, per prophetiam prædicta sint, ordine deinceps Novi per Salvatorem nostrum denuntiandi Testamenti significatio canitur. Ergo ubi tam multa in medio inter septem et sexaginta duas hebdomadas dicta sunt, tum adjungitur : « Et confirmabit pactum multis hebdomada una, et in medio hebdomadis auferetur sacrificium et libatio, et in templo abominatio desolationum erit, et usque ad consummationem temporis consummatio dabitur in desolationem. » Sed jam hæc quonam pacto completa sint, exploremus. Sane proditum est memoriæ omne doctrinæ eruditionisque miraculorum Salvatoris nostri tempus, trium annorum et semis fuisse : quod quidem est hebdomadis unius dimidium. Hoc ipsum quodam modo Joannes evangelista attentissime ejus Evangelium observantibus declarabit. Erit igitur hebdomas annorum una omne tempus, quod cum apostolis suis versatus est, tum antequam passus est, tum postquam de morte ad vitam revenit; nam quod ante-

Digitized by Google

quam sit passus per tres annos et semis, omnibus et discipulis et non discipulis seipsum exhibuerit, palam ex iis quæ scripta sunt de ipso, proditum est : quo tempore et documentis et admiratione dignis curationibus, divinitatis suæ vires omnibus simpliciter tam Græcis quam Judæis ostendit. Ubi vero a morte ad vitam est restitutus, quod idem temporis, eumdemque annorum numerum cum suis versatus sit, discipulis et apostolis, rationi sane consentaneum est, per dies XL apparens eis, et consuescens, et de regno Dei loquens, quemadmodum quidem in apostolorum Actis continetur, ut hæc sit illa, de qua prophetia loquitur, annorum hebdomas, in qua confirmavit pactum multis, munitius videlicet reddens novum evangelicæ prædicationis testamentum. Sed quibus multis id confirmavit? Nempe suis discipulis et apostolis, iisque omnibus quicunque ex Hebræis in fidem ejus venerunt. Cæterum in hujusce unius hebdomadis medio, in qua illud ipsum de quo diximus testamentum multis confirmavit, sublatum est sacrificium, **401** et libatio, abominatioque desolationis inchoata est, quandoquidem hac ipsa hebdomade jam ad medium sui spatium ducta, post trium annorum tempus et semis doctrinæ illius, quo tempore passus est, velum templi scissum est a summo usque deorsum : ut ex illo jam vi quadam sublata fuerit ab eis libatio et sacrificium et abominatio desolationis in templo sederit, utpote cum eos virtus illa reliquerit solos, quæ ab initio ad illud usque tempus, et tutelam et providentiam ejus loci gerebat : nam ad illud usque tempus quo ille pro salute nostra passus est, divinam quamdam vim fuisse quæ et templum et Sanctum sanctorum tueretur, existimare par est. Alioqui quid oportebat, illum una cum aliis multis sedere in templo et ex legibus festos dies celebrare, si novisset non amplius consistere locum illum, neque Dei præsentia dignum esse? Fuerunt igitur ad illud usque temporis nonnulli in templo divinantes, qualis Anna prophetica mulier filia Phanuel, et Simeon qui in ulnas ipsum adhuc infantem accepit, qui etiam cecinerunt ea quæ publicæ memoriæ prodita sunt, sed neque ipse Dominus noster dixisset leproso : « Abi, ostende te sacerdoti, et offer sacrificium, quod præcepit Moses in testimonium eis [87], » si illo in loco non ultra existimasset quæ ad ritus legesque pertinent tanquam in sancto et Dei præsentia digno loco celebrari oportere, neque vendentes et ementes ejiciens dixisset verba illa : « Scriptum est, domus mea domus orationis vocabitur, vos autem eam facitis speluncam latronum [88]. » Et rursus : « Auferte ista hinc, et nolite facere domum Patris mei domum negotiationis [89], » nisi adhuc plane censuisset venerabilem esse locum putare oportere. At enim ubi illorum extremum scelus appropinquavit, tum omnia indicavit dicens : « Ecce relinquitur vobis domus ve-

A πολλοῖς ταύτην ἐνεδυνάμωσεν, ἤ δηλονότι τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις, καὶ τοῖς ἐξ Ἑβραίων εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσιν ἅπασι; Πλὴν ἀλλὰ τῆς μιᾶς ταύτης ἑβδομάδος, καθ' ἣν ἐνεδυνάμωσε τὴν δηλωθεῖσαν Διαθήκην τοῖς πολλοῖς, ἐν τῷ ἡμίσει ἦρθη θυσία καὶ σπονδή, τό τε βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως ἦρξατο· ἐπειδήπερ μεσαζούσης τῆς ἑβδομάδος ταύτης μετὰ τὸν ἤμισυ καὶ τριετῆ χρόνον τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ, καθ' ὃν καιρὸν πέπονθε, τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐῤῥάγη ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω· ὡς ἐξ ἐκείνου δυνάμει ἦρθαι ἐξ αὐτῶν τὴν σπονδὴν, καὶ τὴν θυσίαν, καὶ τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἦρχθαι, καταλιπούσης αὐτοὺς ἐρήμους τῆς ἀνέκαθεν εἰς ἐκεῖνο καιροῦ τὸν τόπον ἐφορώσης καὶ ἐπισκοπούσης δυνάμεως. Μέχρι γοῦν τοῦ σωτηρίου πάθους εἶναί τινα B Θεοῦ δύναμιν ἐπισκοποῦσαν τὸ ἱερὸν καὶ τὸ Ἅγιον τῶν ἁγίων ἡγεῖσθαι προσήκει. Οὐ γὰρ ἂν ἄλλως καὶ αὐτὸς ἅμα τοῖς πολλοῖς συνήδρευεν ἐν τῷ ἱερῷ, τὰς κατὰ νόμους ἑορτὰς ἐπιτελῶν, μὴ οὐχὶ ἔτι συνεστῶτα, καὶ Θεοῦ εἶναι ἄξιον τὸν τόπον εἰδώς. Ἦσαν οὖν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ προφητεύοντές τινες εἰς ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, ὥσπερ Ἄννα ἡ προφῆτις ἡ τοῦ Φανουὴλ καὶ Συμεὼν ὁ ἐπὶ τὰς ἀγκάλας αὐτὸν, βρέφος ἔτι ὄντα, λαβὼν, οἳ καὶ προφητεύουσι τὰ ἀναγεγραμμένα· οὐδ' ἂν αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν εἰρήκει τῷ λεπρῷ· « Ὕπαγε, δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ, καὶ προσήνεγκε τὴν θυσίαν, ἣν προσέταξε Μωσῆς εἰς μαρτύριον αὐτοῖς, » μὴ οὐχὶ ἔτι δεῖν ἡγούμενος τὰ κατὰ νόμους ἐπιτελεῖσθαι αὐτόθι, ὡς ἐν ἁγίῳ καὶ Θεοῦ ἀξίῳ τόπῳ· οὐδ' ἂν τοὺς ἀγοράζοντας καὶ πιπράσκοντας ἐξωθῶν ἔλεγε· « Γέγραπται, C ὅτι ὁ οἶκός μου οἶκος προσευχῆς κληθήσεται, ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ποιεῖτε σπήλαιον λῃστῶν· » καὶ αὖθις· « Ἄρατε ταῦτα ἐντεῦθεν, καὶ μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ Πατρός μου οἶκον ἐμπορείου· » εἰ μὴ ἔτι τίμιον σαφῶς δεῖν ἐνόμιζεν ὑπολαμβάνειν εἶναι τὸν τόπον. Ἀλλὰ γὰρ πλησιαζούσης αὐτῶν τῆς ἐσχάτης δυσσεβείας, μετὰ ταῦτα πάντα ἀπεφήνατο εἰπών· « Ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος· » ὃ καὶ αὐτὸ ἐπληροῦτο ὅτε, παθόντος αὐτοῦ, τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ὅλον δι' ὅλου μέσον ἐῤῥάγη, καθῃρητό τε ἐξ ἐκείνου δυνάμει ἡ προσηνὴς τῷ Θεῷ κατὰ τὴν τοῦ νόμου διάταξιν θυσία καὶ σπονδὴ, ἧς ἀρθείσης, καὶ τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, κατὰ τὴν ἐν χερσὶ προφητείαν, ἐπηκολούθησε τῷ τόπῳ. Εἰ δὲ καὶ ἐπί τινα D χρόνον παραμένειν ἔδοξε τὰ τῆς ἐν τῷ τόπῳ λειτουργίας, ἀλλ' οὐκέτι γε ταῦτα ἀρεστὰ τῷ Θεῷ ἦν, ἀκρίτως καὶ οὐ κατὰ νόμον ἐπιτελούμενα. Ὥσπερ γὰρ πρόπαλαι ἐξολοθρευθέντος τοῦ χρίσματος, καὶ τῶν κατὰ διαδοχὴν νομίμων ἀρχιερέων πεπαυμένων, ἀπὸ τῆς Ὑρκανοῦ τελευτῆς, οἱ μετὰ ταῦτα παριάντες ἀτάκτως καὶ παρανόμως, ἐδόκουν μέν τι ποιεῖν, οὐ μὴν κατὰ τοὺς πρέποντας ἔπραττον θεσμοὺς, δι' ὧς καὶ ἔφασκεν ἡ προφητεία· « Ἐξολοθρευθήσεται χρίσμα, καὶ κρῖμα οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ, » τὸ ἄκριτον καὶ παράνομον αὐτῶν διαβάλλουσα· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῆς θυσίας καὶ τῆς σπονδῆς συμβεβηκέναι φήσεις, ὀρθῶς μὲν καὶ κατὰ νόμον πρὸ τοῦ πάθους τοῦ Σω-

[87] Matth. VIII, 4. [88] Matth. XXI, 13. [89] Joan. II, 16.

Digitized by Google

τῆρος ἡμῶν ἐπιτελουμένης, διὰ τὴν εἰσέτι τότε τὰ A τῶν ἁγίων τόπων ἐφορῶσαν δύναμιν, περιαιρεθείσης δὲ αὐτίκα μετὰ τὴν αὐτοῦ τελείαν καὶ θεοπρεπῆ θυσίαν, ἣν προσήνεγκεν αὐτὸς ἑαυτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, αὐτὸς ὢν ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἧς θυσίας πᾶσιν ἀνθρώποις κατὰ τὰ καινὰ μυστήρια τῆς καινῆς Διαθήκης παραδοθείσης, τὰ τῆς παλαιᾶς περιῄρητο. Ὁμοῦ γὰρ τῷ πληροῦσθαι τὸ φάσκον λόγιον, « Καὶ δυναμώσει Διαθήκην πολλοῖς ἑβδομὰς μία, » τὰ τῆς παλαιᾶς Διαθήκης περιῄρητο. » Πότε δὲ τὰ τῆς Διαθήκης τῆς καινῆς ἐδυναμοῦτο, ἢ ὅτε ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, μέλλων τελεῖν τὸ μέγα μυστήριον τῆς εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ παρόδου, ᾗ νυκτὶ παρεδίδοτο, τὰ σύμβολα τῶν κατ' αὐτὸν ἀπορρήτων τῆς καινῆς Διαθήκης λόγων τοῖς αὐτοῦ παρεδίδου μαθηταῖς; ὁμοῦ γὰρ ταῦτ' ἐτελεῖτο, καὶ ἡ B κατὰ Μωϋσέα παλαιὰ Διαθήκη περιῄρητο, ὅπερ ἐδήλου τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ, κατὰ τὸν αὐτὸν ῥηγνύμενον χρόνον. Ἀρθείσης γοῦν ἐξ ἐκείνου, καὶ δυνάμει καὶ ἀληθείᾳ καταλυθείσης θυσίας καὶ σπονδῆς, αἱ μετὰ ταῦτα νομιζόμεναι αὐτόθι ἐπιτελεῖσθαι θυσίαι ἄσπονδοι καὶ ἀνίεροι ἐν βεβήλῳ τόπῳ καὶ ὑπὸ βεβήλων καὶ ἀνιέρων ἐπετελοῦντο. Δέχου δὲ καὶ τὰς περὶ τούτων Ἰωσήπου μαρτυρίας· « Κατὰ δὲ τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς νύκτωρ οἱ ἱερεῖς παρελθόντες εἰς τὸ ἱερὸν, ὥσπερ αὐτοῖς ἔθος ἦν, πρὸς τὰς λειτουργίας, πρῶτον μὲν κινήσεως ἔφασαν ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ κτύπου· μετὰ δὲ ταῦτα φωνῆς ἀθρόας λεγούσης· *Μεταβαίνωμεν ἐντεῦθεν.* » Ταῦτα δὲ ἱστορεῖ μετὰ τὸ πάθος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γεγονέναι. Καὶ πάλιν ὁ αὐτός φησι, « Πιλάτον τὸν ἡγεμόνα, » αὐτὸν δὴ C ἐκεῖνον τὸν ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, « τὰς Καίσαρος εἰκόνας νύκτωρ εἰς τὸ ἱερὸν, ὅπερ οὐκ ἦν θέμις, εἰσκομίσαι, μεγίστην τε ταραχὴν, θορύβου τε καὶ στάσεως ἐμβεβλῆσθαι τοῖς Ἰουδαίοις. » Αὐτὰ δὴ ταῦτα καὶ ὁ Φίλων συμμαρτυρεῖ, « Τὰς σημαίας φάσκων τὰς βασιλικὰς τὸν Πιλάτον νύκτωρ ἐν τῷ ἱερῷ ἀναθεῖναι, ἀρχήν τε στάσεων καὶ συμφορῶν ἐπαλλήλων ἐξ ἐκείνου τοῖς Ἰουδαίοις συμπεσεῖν. » Οὐ διέλιπον οὖν ἔκτοτε τὸ πᾶν ἔθνος καὶ τὴν μητρόπολιν αὐτῶν παντοίων κακῶν ἐπαναστάσεις ἕως τοῦ ὑστάτου κατ' αὐτῶν πολέμου. καὶ τῆς ἐσχάτης πολιορκίας, καθ' ἣν παντοίοις ἀφανισμοῖς, λιμοῦ τε καὶ λοιμοῦ καὶ μαχαίρας, καταποντισμοῦ δίκην τοῦ κατ' αὐτῶν ὀλέθρου συῤῥεύσαντος, πάντες οἱ κατασυστάντες τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἠθῴδων ἐξεκόπησαν· ὅτε καὶ τὸ βδέ- D λυγμα τῆς ἐρημώσεως ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἔστη, ὃ καὶ εἰς δεῦρο διέμεινεν, ὁσημέραι ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐρημίας ἐλαῦνον. Εἰκὸς δὲ καὶ ἐπιτείνειν αὐτὸ μέχρι τῆς τοῦ βίου συντελείας, κατὰ τὸν ὑπὸ τῆς προφητείας ἀποφανθέντα ὅρον, φήσαντα· « Καὶ ἕως συντελείας καιροῦ συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν· » ἡνίκα φωνὴν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἐπεσφραγίσατο εἰπών· « Ὅταν δὲ ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ, τότε γινώσκετε, ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς. « Εἰ δὲ δυσπίστως

stra deserta [90], » quod quidem ipsum completum est quo tempore dum ille cruci affixus est, velum templi medium toto penitus altitudinis suæ spatio scissum est, sublatumque est ex illo, vi quadam, Deo gratum ex institutione legis sacrificium et libatio, qua sublata, abominatio desolationis, secundum eam quæ nunc in manibus est, prophetiam in loco illo secuta est. Quod si per aliquod tempus permanere visa sunt ea, quæ ad functionem illam in tali loco pertinent, non tamen eadem amplius grata Deo fuerunt, quippe cum et sine judicio et præter leges celebrarentur. **402** Sicut enim antea, unctione abolita, et legitimis ex succedendi serie pontificibus post Hyrcani interitum abrogatis, qui posthac sine ordine et præter leges ad illud munus accedebant, videbantur illi quidem aliquid facere, et tamen id nullo laudabili instituto præstabant, propter quos etiam dixit prophetia : « Peribit unctio, et judicium non est in ea, » talibus interim verbis judiciorum legumque in illis contemptum accusans : ita etiam circa libationem et sacrificium contigisse affirmabis, quæ recte quidem ex lege antequam Salvator noster sit passus, celebrabantur propter virtutem illam quæ ad illud usque tempus loci sanctitatem tuebatur. Cæterum et sublata est illico post illius perfectum Deoque conveniens sacrificium, quod ipse se ipsum pro peccatis nostris obtulit, cum ipse esset ille « Agnus Dei qui tollit peccata mundi [91] : » quo quidem sacrificio cunctis hominibus secundum nova Novi Testamenti mysteria tradita, quæ Veteris propria erant sublata sunt. Eodem enim tempore et oraculum illud completum est : « Et confirmabit pactum multis hebdomas una, et quæ ad Vetus Testamentum spectant sublata sunt. » Cæterum quando tandem quæ ad Novum pertinent Testamentum sunt confirmata, nisi cum Salvator ac Dominus noster magno illo sui ad mortem accessus mysterio functurus, qua nocte tradebatur, occultarum et ad ipsum spectantium Novi Testamenti rationum signa et notas suis discipulis tradidit? eodem enim tempore et hæc perfecta sunt, et a Mose descriptum Vetus Testamentum sublatum est, quam rem plane declaravit velum templi quod per idem tempus scissum est. Sublato igitur ex illo deinceps, et non minus re vera quam vi, soluto sacrificio ac libatione, quæ posthac existimabantur illic perfici sacrificia, sine gratia, rebus sacris aliena, in profano loco a profanis et a re sacra alienis perficiebantur. Cæterum his de rebus etiam Josephi testimonium accipe : « Ipso autem die Pentecostes noctu sacerdotes in templum ingressi, sicut eis mos erat, ad munera obeunda, primum quidem se motum quemdam strepitumque sensisse dixerunt, deinde vero subitam vocem crebro repetentem, *Migremus hinc.* » Hæc autem ille scribit facta esse post Salvatoris nostri mortem. Rursus idem ait : « Pilatum præsidem, » ip-

[90] Matth. xxiii, 38. [91] Joan. i, 29.

Digitized by Google

sum utique illum qui tempore Salvatoris nostri præfuit, « noctu in templum contra fas imagines Cæsaris intulisse, **403** magnamque perturbationem seditionis atque tumultus Judæis injecisse. » Eadem hæc etiam Philo confirmat, qui ait : Regias imagines Pilatum noctu in templo dicasse, initiumque seditionum et mutuarum inter ipsos calamitatum, ex illo Judæis accidisse. Non desierunt ergo posthac quæ universam gentem eorumdemque principem civitatem invaderent omnis generis mala, usque ad ultimum illud quod contra illos gestum est bellum, extremamque illam obsidionem, in qua omnis generis internecionibus, et famis et pestilentiæ, et gladii, cum pernicies adversus eos diluvii instar confluueret, omnes quicunque adversus Salvatorem nostrum conspiraverant, cujuscunque essent ætatis, excisi sunt : quo sane tempore etiam desolationis illius abominatio in templo constituit, quæ quidem ad hunc usque diem permansit singulis diebus in deteriorem solitudinem corruens. Par autem est eam itidem usque ad vitæ consummationem duraturam, juxta terminum quem prophetia indicaverat, illis verbis : « Et usque ad consummationem temporis consummatio dabitur in solitudinem, » quam vocem Salvator ac Dominus noster Jesus Christus quasi signo impresso confirmavit dicens : « Cum autem videritis abominationem desolationis, quæ dicta est per Danielem prophetam stantem in loco sancto : tunc scitote quod appropinquavit desolatio ejus [92]. » Quod si Judæi non credere se ista respondeant, arguendi sunt tanquam ii, qui non solum impudenter rebus veris ac manifestis repugnent, sed etiam vaticinia sua ut falsa, quantum in ipsis est, calumnientur, si illa quidem in LXX annorum hebdomadas universum tempus includunt, dum quæ intermedio tempore eventura sunt divinant : *ipsi* vero cum jam ab ipsa prophetia usque ad nos prope millesimus agatur annus, nihil eorum quæ scripta sunt factum esse demonstrant, tametsi ipsorum unctio, ut divinum prædixerat oraculum, deleta est, et sanctum eorumdem una cum prioribus incolis disperditum atque excisum in diluvio belli contracti internecionibus, et in eo loco adhuc cernitur, id quod omnium admirationem superat : dico autem abominationem desolationis adhuc stare eo in loco qui antea sanctus erat, qua de re etiam Salvator ac Dominus noster exposita nuper verba enuntiavit. Quæ quidem res cum planissime sub oculos nobis **404** subjectæ sint, atque etiam nunc cernantur, Judæos admirari operæ pretium est, non tam quod adversus ea quæ ita perspicua sunt intendere oculos audeant, quam quod ita caligent, eorumque mens ita involvatur tenebris, ut non videant ea, quæ tam clara tamque evidentia sunt divinarum Scripturarum eventa, quod quidem eis secundum illam Isaiæ vocem, quæ in hoc quoque adversus illos completa est, accidit, ubi utitur illis verbis : « Auditu audietis, et non intelligetis : et intuentes intuebimini, et non videbitis ; crassum enim factum est cor populi hujus : et auribus suis graviter audierunt, et oculos suos clauserunt, ne quando videant oculis, et auribus audiant, et corde intelligant, et convertantur, et sanem eos [93]. » Sed quoniam de gentibus quæ in fidem Christi Dei venerunt olim prius dictum fuerat : « Quibus nuntiatum non est de illo, ii videbunt, et qui non audierunt, ii intelligent [94], » nos item illius atque ejus, qui misit illum, Patris beneficio, pro viribus, quæ visa sunt dicenda in hos locos jam diximus, necnon quæ Africano superioris ætatis viro sunt visa, illi ipsi accepta referentes apposuimus, quæ ipsa quoque diligenter atque accurate excogitata sunt : quare illis ut bene inventis erit utendum.

A πρὸς ταῦτα ἔχοιεν οἱ ἐκ περιτομῆς, ἐλεγκτέον σύτοὺς μὴ μόνον ἀναιδῶς πρὸς τὰ ἀληθῆ καὶ ἐναργῆ ἱσταμένους, ἀλλὰ καὶ τὰς προρρήσεις ὡς ψευδεῖς. τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς, διαβάλλοντας, εἴγε αἱ μὲν εἰς ἑβδομήκοντα ἑβδομάδας ἐτῶν τὸν πάντα περιορίζουσι χρόνον, τὰ ἐν τῷ μεταξὺ συμβησόμενα θεσπίζουσαι· αἱ δὲ, σχεδὸν ἤδη χιλιοστοῦ ἔτους ἀπὸ τῆς προφητείας καὶ εἰς ἡμᾶς ἐλαύνοντος, οὐδὲν τῶν γεγραμμένων γεγονὸς ἐπιδείκνυνται, καίτοι ἐξολοθρευθέντες αὐτῶν τοῦ χρίσματος, κατὰ τὴν θείαν πρόρρησιν, καὶ τοῦ ἁγιάσματος αὐτῶν, καὶ τῶν πρὶν οἰκητόρων διαφθαρέντων καὶ ἐκκοπέντων ἐν κατακλυσμῷ πολέμου συντετμημένου ἀφανισμοῖς, καὶ τοῦ γε πάντων παραδοξοτάτου εἰσέτι νῦν αὐτόθι ὁρωμένου· λέγω δὴ τοῦ βδελύγματος τῆς ἐρημώσεως εἰς δεῦρο ἑστῶτος ἐν τῷ πρὶν ἁγίῳ τόπῳ, περὶ οὗ καὶ ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν τὰς ἐκτεθείσας προήκατο φωνάς. Ὧν σαφῶς ὑπ' ὀφθαλμοῖς ὁρωμένων ἡμῖν εἰσέτι νῦν, θαυμάσαι ἔστι τοὺς ἐκ περιτομῆς, οὐχ οὕτως ἀντιβλέπειν τοῖς ἐναργέσι τολμῶντας, ὅσον ἀβλεπτοῦντας καὶ τὴν διάνοιαν ἐσκοτωμένους, πρὸς τὸ μὴ ὁρᾷν τὰ οὕτω σαφῆ καὶ ἐναργῆ τῶν θείων Γραφῶν ἀποτελέσματα· ὃ καὶ πεπόνθασι κατὰ τὴν εἰς αὐτοὺς πληρωθεῖσαν κἀν τούτῳ τοῦ Ἡσαΐου φωνὴν, δι' ἧς ἐθέσπισεν αὐτοῖς, εἰπών· « Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε· ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου· καὶ τοῖς ὠσὶν αὐτῶν βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς. » Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ περὶ τῶν πεπιστευκότων ἐθνῶν εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ πάλαι πρότερον εἴρητο· « Οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ, ὄψονται, καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι, συνήσουσι, τῇ αὐτοῦ χάριτι καὶ τῇ τοῦ πέμψαντος αὐτὸν Πατέρος, » ἡμεῖς τε κατὰ τὸ δυνατὸν τὰ φανέντα εἰς τοὺς τόπους εἰρήκαμεν, καὶ τὰ τῷ πρὸ ἡμῶν Ἀφρικανῷ εὐγνωμόνως δόξαντα παρεθήκαμεν, ἐχόμενα καὶ αὐτὰ ἀκριβείας· ὅθεν καὶ αὐτοῖς ὡς καλῶς ἔχουσι χρηστέον.

[92] Luc. XXI, 20. [93] Isa. VI, 10. [94] Rom. XV, 21.

Digitized by Google

Ἀπὸ τοῦ Μιχαία. — Σημεῖα χρόνων τῆς τοῦ Κυρίου εἰς ἀνθρώπους καθόδου τάδε ἔσεσθαι ὁ προφήτης θεσπίζει· καθαίρεσιν παντελῆ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις σεμνῶν, ἐθνῶν ἐπίγνωσιν τοῦ παρὰ τοῖς προφήταις καταγγελλομένου Θεοῦ, εἰρήνην βαθυτάτην πάντων τῶν ἐθνῶν.

A

« Ἀκούσατε, λαοὶ πάντες, καὶ προσεχέτω ἡ γῆ, καὶ πάντες οἱ ἐν αὐτῇ, καὶ ἔσται Κύριος ὑμῖν εἰς μαρτύριον, Κύριος ἐξ οἴκου ἁγίου αὐτοῦ· ὅτι ἰδοὺ Κύριος ἐκπορεύσεται ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ, καὶ καταβήσεται, καὶ ἐπικείσεται ἐπὶ τὰ ὕψη τῆς γῆς. Καὶ σαλευθήσεται τὰ ὄρη ὑποκάτωθεν αὐτοῦ, καὶ αἱ κοιλάδες ταχήσονται ὡς κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρὸς, καὶ ὡς ὕδωρ καταφερόμενον ἐν καταβάσει. Διὰ ἀσέβειαν Ἰακὼβ πάντα ταῦτα, καὶ δι' ἁμαρτίαν οἴκου Ἰσραήλ. » Εἶτα μεθ' ἕτερα πλεῖστα μεταξὺ ἐπισυνάπτει λέγων· « Ἀκούσατε δὴ ταῦτα, οἱ ἡγούμενοι οἴκου Ἰακὼβ, καὶ οἱ κατάλοιποι οἴκου Ἰσραήλ, οἱ βδελυσσόμενοι κρῖμα, καὶ πάντα τὰ ὀρθὰ διαστρέφοντες, οἱ οἰκοδομοῦντες Σιὼν ἐν αἵμασι, καὶ Ἰερουσαλὴμ ἐν ἀδικίαις. Οἱ ἡγούμενοι αὐτῆς μετὰ δώρων ἔκρινον, καὶ οἱ ἱερεῖς αὐτῆς μετὰ μισθοῦ ἀπεκρίνοντο, καὶ οἱ προφῆται αὐτῆς μετὰ ἀργυρίου ἐμαντεύοντο, καὶ ἐπὶ τὸν Κύριον ἐπανεπαύοντο, λέγοντες· Οὐχὶ Κύριος ἐν ἡμῖν ἐστιν; οὐ μὴ ἐπέλθῃ ἐφ' ἡμᾶς κακά. Διὰ τοῦτο δι' ὑμᾶς Σιὼν ὡς ἀγρὸς ἀροτριαθήσεται, καὶ Ἰερουσαλὴμ ὡς ὀπωροφυλάκιον ἔσται, καὶ τὸ ὄρος τοῦ οἴκου Κυρίου εἰς ἄλσος δρυμοῦ· καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐμφανὲς τὸ ὄρος Κυρίου, ἕτοιμον ἐπὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων, καὶ μετεωρισθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν, καὶ σπεύσουσιν ἐπὶ αὐτὸ λαοὶ, καὶ πορεύσονται ἔθνη πολλὰ, καὶ ἐροῦσι· Δεῦτε, καὶ ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ· καὶ δείξουσιν ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν ταῖς τρίβοις αὐτοῦ· ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ Λόγος Κυρίου ἐξ Ἰερουσαλήμ. Καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον πολλῶν ἐθνῶν, καὶ ἐλέγξει ἔθνη ἰσχυρὰ ἕως εἰς γῆν μακράν. Καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰ δόρατα αὐτῶν εἰς δρέπανα· καὶ οὐ λήψεται ἔτι ἔθνος ἐπ' ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν. Καὶ ἀναπαύσεται ἕκαστος ὑποκάτω τῆς ἀμπέλου αὐτοῦ, καὶ ὑποκάτω συκῆς αὐτοῦ. Καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐκφοβῶν αὐτούς· ὅτι τὸ στόμα Κυρίου παντοκράτορος ἐλάλησε ταῦτα. » Ἤδη καὶ πρότερον ταῦτα ἡμῖν εἰς τοὺς τόπους τεθεώρηται· δέδεικται δὲ ὅπως οὐδ' ἄλλοτέ ποτε ἢ ἀπὸ τῶν χρόνων τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς ἀνθρώπους ἐπιφανείας τὰ πάλαι σεμνὰ τῶν Ἰουδαίων, ὄρη Σιὼν ἐπικαλούμενα καὶ Ἰερουσαλὴμ, τά τε ἐπὶ τούτων οἰκοδομήματα, ὁ νεὼς δηλαδὴ, καὶ τὸ Ἅγιον τῶν ἁγίων, καὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ ὅσα ἄλλα αὐτόθι εἰς τιμὴν ἀνέκειτο τοῦ Θεοῦ ἐκ μέσου ἀρθέντα σεσάλευται, ἀκολούθως τῷ λόγῳ φήσαντι· « Ἰδοὺ Κύριος Κύριος ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ, καὶ καταβήσεται ἐπὶ τὰ ὕψη τῆς γῆς, καὶ σαλευθήσονται τὰ ὄρη ὑποκάτωθεν αὐτοῦ, » ὧν σαλευθέντων, τῶν ἐκ περιτομῆς αἱ ψυχαὶ, κοιλάδες ὀνομαζόμεναι διὰ τὸ ταπεινὸν αὐτῶν, παραθέσει τῶν

B

C

D

A Michæa. — Signa hæc temporum descensus Domini ad homines futura canit propheta, extremum rituum atque institutorum, quæ apud Judæos cum veneratione servabantur, interitum agnitione ejus Dei qui a prophetis venturus denuntiabatur, pacem omnium gentium profundissimam.

« Audite, populi omnes, et attendat terra, et omnes qui in ea sunt, et erit Dominus vobis testimonium, Dominus de domo sancta sua : quoniam ecce Dominus egredietur de loco suo. Et descendet, et insistet super altitudines terræ. Et commovebuntur montes subter eo : et valles liquescent sicut cera a facie ignis, et sicut aqua quæ defertur in præceps. **405** Propter impietatem Jacob omnia hæc, et propter peccatum domus Israel [95]. » Deinde post alia plurima quæ in medio collocat, verba hæc adjungit : « Audite jam hæc, duces domus Jacob, qui reliqui estis domus Israel, qui abominamini judicium, et omnia recta pervertitis, qui ædificatis Sion in sanguinibus, et Jerusalem in injustitiis. Duces ejus cum muneribus judicabant, et sacerdotes ejus cum mercede respondebant, et prophetæ ejus cum argento divinabant, et super Dominum requiescebant, dicentes : Nonne Dominus in nobis est? non venient super nos mala. Idcirco propter vos Sion ut ager arabitur, et Jerusalem ut pomorum custodia erit, et mons domus Domini in lucum sylvæ : et erit in novissimis diebus manifestus mons Domini, paratus super vertices montium, et extolletur super colles, et festinabunt ad eum populi, et ibunt gentes multæ et dicent : Venite, ascendamus in montem Domini et in domum Dei Jacob : et ostendent nobis viam ejus, et ambulabimus in semitis ejus : nam ex Sion exibit lex, et Verbum Domini de Jerusalem. Et judicabit inter multas gentes, et redarguet gentes fortes usque ad terram longinquam. Et concident gladios suos in vomeres, et hastas suas in falces : et non arripiet ultra gens contra gentem gladium, et non discent amplius bella gerere. Et quiescet unusquique sub vite sua, et sub ficu sua. Et non erit qui deterreat eos : quoniam os Domini omnipotentis locutum est hæc [96]. » Jam antea hæc suo loco nos comtemplati sumus : ubi ostendimus quemadmodum non alias quam post adventum Salvatoris nostri Jesu Christi ad homines, quæ olim apud Judæos dignitatem venerationemque habebant, montesque Sion et Jerusalem vocabantur, quæque in iis ædificia erant, templum videlicet Sanctumque sanctorum, atque altare, atque alia quæcunque ibidem in Dei honorem dedicata fuerant, de medio sublata concussaque sunt, sicut oraculum illud prædixerat : « Ecce Dominus Dominus egredietur de loco suo, et descendet super altitudines terræ, et concutientur montes subter eo, » quibus concussis Judæorum animæ, quæ valles nominantur ob ipsarum humilitatem, dum priscis altitudinibus conferuntur, eorum quæ nuper dicta sunt, interitum deplorantes « tanquam cera a facie

[95] Mich. I, 2-5. [96] Mich. III, 9-12; IV, 1-4.

Digitized by Google

ignis **406** liquescent, et quasi aqua quæ defertur in præceps, » propter multitudinem eorum qui in illis quotidie a melioribus ad deteriora labuntur : et omnia hæc ait futura « propter impietatem domus Jacob, et propter peccatum domus Israel. » Quænam vero sit hæc impietas et quod peccatum, progressus longius adjungit : « Qui abominamini, inquit, judicium, et omnia recta pervertitis. Qui ædificatis Sion in sanguinibus, et Jerusalem in injustitiis, » in quibus sanguinibus etiam ille fuit, qui illis extremorum malorum initium causamque præbuit, propter quem impiam illam vocem contra seipsos emiserunt, dicentes : « Sanguis ejus super nos et super filios nostros [97]. » Itaque propter ipsa hæc, inquit, « Sion quasi ager arabitur, et Jerusalem quasi pomorum custodia erit : » quæ quidem nullo unquam alio tempore, quam post illa quæ contra Salvatorem nostrum ausi sunt, verum exitum accepere. Ex illo enim ad hunc usque diem locis illis extrema solitudine occupatis, mons Sion qui apud illos antea celeberrimus erat, loco antiquæ illius meditationis atque exercitationis, quæ in illo vigebat, propheticorum divinorumque oraculorum, quæ antea viri Hebræi Deique familiares prophetæ sacerdotesque et magistri totius gentis in eodem magno cum studio reddebant, per viros Romanos in nulla re a reliqua regione differens aratur et colitur, ut nos quoque ipsi inspexerimus boum opera locum et arari et seminari. Ipsa vero Jerusalem tanquam pomorum custodia, corrupto vetere qui in ipsa erat fructu, effecta est, ac potius lapidum collectio, sicut in contextu Hebraico legitur. Sic enim Aquila convertit : « Idcirco propter vos, Sion terra arabitur, et de Jerusalem lapides colligentur. » Ab externis enim hominibus habitata, hodie quoque lapides legentibus præbet, cum omnes qui nostris temporibus eam urbem incolunt, ruinæ illius lapides colligant tam de privatis, quam de communibus et publicis ædificiis : et licet oculis tristissimum spectaculum intueri, ex ipso templo et ex ipsis quondam adytis, ex iis quæ sancta vocabantur, lapides pro simulacrorum fanis, proque spectaculis, quo omnes populi concurrant, ædificandis assumi, quæ cum adeo evidenter ab omnibus cernantur, quod nova item lex, quodque novum Novi a Salvatore nostro Jesu Christo, conditi Testamenti verbum illinc omnino profectum sit, sane constiterit. **407** Quandoquidem innumerabiles populorum conventus, omnisque generis nationes, relictis diis ipsorum patriis, relictoque vetere superstitionis errore, unum supremum Deum invocant : quare etiam profundissimæ pacis compotes evaserunt, quando non amplius multiplices principatus, « neque regna per loca cernuntur, neque gens adversus gentem gladium sumit, neque ut antea mutuis inter se bellis student, sed agricola omnis sub vite et sub ficu sua quiescit, nemine illos exterrente, » sicut pro-

[97] Matth. xxvii, 25.

A παλαιῶν ὑψωμάτων τὸν τῶν προειρημένων ἀφανισμὸν ἀπολοφυρόμεναι, « ὡς κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρὸς ἐκτακήσονται, καὶ ὡς ὕδωρ καταφερόμενον ἐν καταβάσει, » διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐν αὐταῖς ἀπὸ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ χείρω καταπιπτόντων ὁσημέραι. Πάντα δὲ ταῦτά φησιν ἔσεσθαι « δι' ἀσέβειαν οἴκου Ἰακώβ, καὶ δι' ἁμαρτίαν οἴκου Ἰσραήλ. » Τίς δ' ἦν ἡ ἀσέβεια καὶ ἡ ἁμαρτία, προϊὼν ἐξῆς ἐπιλέγει· « Οἱ βδελυσσόμενοι κρῖμα, καὶ πάντα τὰ ὀρθὰ διαστρέφοντες· οἱ οἰκοδομοῦντες Σιὼν ἐν αἵμασιν, καὶ Ἰερουσαλὴμ ἐν ἀδικίαις· » ἐν οἷς αἵμασι κἀκεῖνο ἦν τὸ τῶν ὑστάτων κακῶν παραίτιον αὐτοῖς γενόμενον, ἐφ' ᾧ τὴν ἀσεβῆ φωνὴν εἰς ἑαυτοὺς ἐπεσπάσαντο, φήσαντες· « Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. » Διὸ γοῦν, φησὶ, αὐτὰ ταῦτα, « ὡς ἀγρὸς Σιὼν ἀροτριαθήσεται, καὶ Ἰερουσαλὴμ ὡς ὀπωροφυλάκιον ἔσται· » B ἅπερ οὐδ' ἄλλοτε πώποτε ἢ μετὰ τὰ κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τετολμημένα ἀληθῆ τὴν ἔκβασιν εἴληχεν. Ἐξ ἐκείνου γάρ τοι καὶ εἰς δεῦρο ἐσχάτης ἐρημίας καταλαβούσης τοὺς τόπους, τὸ μὲν πρὶν διαβόητον αὐτῶν Σιὼν ὄρος, ἀντὶ τῆς πάλαι ἐν αὐτῷ μελέτης καὶ ἀσκήσεως τῶν προφητικῶν καὶ θείων λόγων, ὧν παῖδες τὸ πρὶν Ἑβραίων καὶ θεοφιλεῖς προφῆται, ἱερεῖς τε καὶ διδάσκαλοι τοῦ παντὸς ἔθνους ἐν αὐτῇ διὰ σπουδῆς ἐποιοῦντο, διὰ Ῥωμαίων ἀνδρῶν κατ' οὐδὲν τῆς λοιπῆς διαφέρουσα χώρας γεωργεῖται, ὡς καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ὀφθαλμοῖς παραλαβεῖν βουσὶν ἀρώμενον, καὶ κατασπειρόμενον τὸν τόπον· ἡ δὲ Ἱερουσαλὴμ αὐτὴ ὡς ὀπωροφυλάκιον τῆς ἐν αὐτῇ παλαιᾶς ὀπώρας διαφθαρείσης γέγονε, μᾶλλον δὲ εἰς λιθολο- C γίαν κατὰ τὴν Ἑβραικὴν ἀνάγνωσιν. Ὁ γοῦν Ἀκύλας φησί· « Διὰ τοῦτο χάριν ὑμῶν Σιὼν χώρα ἀροτριαθήσεται, καὶ Ἱερουσαλὴμ λιθολογηθήσεται. » Ὑπὸ γὰρ ἀλλοφύλων ἀνδρῶν κατοικισθεῖσα, εἰσέτι καὶ σήμερον λιθολογεῖται, πάντων καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων τοὺς ἀπὸ τῆς πτώσεως αὐτῆς λίθους ἀναλεγομένων εἴς τε τὰ ἴδια καὶ κοινὰ καὶ δημόσια οἰκοδομήματα· καὶ ἔστιν ὀφθαλμοῖς παραλαβεῖν σκυθρωπὸν θέαμα, τοὺς ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἱεροῦ καὶ αὐτῶν τῶν πάλαι ἀδύτων καὶ ἁγίων λίθους εἰς τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη, εἴς τε τὰ τῶν πανδήμων θεαμάτων κατασκευάσματα ἀπειλημμένους· ὧν οὕτως ἐναργῶς τοῖς πᾶσιν ὁρωμένων, καὶ ὁ καινὸς νόμος καὶ λόγος ὁ τῆς καινῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ D Διαθήκης ἐκεῖθέν ποθεν προελθὼν δῆλος ἂν εἴη. Ἐφ' ᾧ μυρία πλήθη λαῶν, ἔθνη τε παντοῖα τῶν πατρίων ἀποστάντα θεῶν, καὶ τῆς παλαιᾶς δεισιδαίμονος πλάνης, τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ἀνακαλεῖται· διὸ καὶ κατηξίωται τῆς βαθυτάτης εἰρήνης, ὡς μηκέτι πολυαρχίας εἶναι, « μηδὲ βασιλείας κατὰ τόπους, μηδὲ ἔθνος ἐπ' ἔθνος ῥομφαίαν αἴρειν, μηδ', ὡς τὸ πρὶν, πολέμοις τοῖς κατ' ἀλλήλων σχολάζειν, ἀναπαύεσθαι δὲ τῶν γεωργῶν ἕκαστον ὑποκάτω ἀμπέλου, καὶ ὑποκάτω συκῆς αὐτοῦ, μηδενὸς ἐκφοβοῦντος αὐτούς, » κατὰ τὴν προφητείαν. Ὧν οὕτως οὐδ' ἄλλοτέ πω ἐξ αἰῶνος πρότερον, ἢ κατὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐπικράτησιν ἀπὸ τῶν χρόνων τῆς ἐπιφανείας τοῦ Σωτῆρος

Digitized by Google

ημῶν καὶ εἰς δεῦρο συντελουμένων, ἀναμφίλεκτον ἡγοῦμαι τὴν ἀπόδειξιν εἰληφέναι τὸν χρόνον τῆς θεσπιζομένης εἰς ἀνθρώπους τοῦ Κυρίου παρουσίας.

A phetia prædixerat. Quæ cum sic nunquam alias ante a condito ævo, nisi post adventum Salvatoris nostri, Romanis imperium obtinentibus, ad hunc usque diem contigerint, indubitata demonstratione ostensum esse arbitror ejus, quem prophetæ canebant, Domini adventus ad homines, tempus.

Ἀπὸ τοῦ Ζαχαρίου.— Σημεῖα χρόνων τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου εἰς ἀνθρώπους παρουσίας, κλῆσίς τε ἐθνῶν, ὑστάτη τε καθαίρεσις τῆς Ἱερουσαλήμ.

A Zacharia. — Signa temporum Dei ad homines adventus, et vocatio gentium, extremaque urbis Jerusalem eversio.

« Τέρπου καὶ εὐφραίνου, θύγατερ Σιών, διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἔρχομαι, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, λέγει Κύριος. Καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν Κύριον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαόν, καὶ κατασκηνώσουσιν ἐν μέσῳ σου, καὶ ἐπιγνώσῃ ὅτι Κύριος παντοκράτωρ ἐξαπέσταλκέ με πρὸς σέ. » Καὶ μεθ' ἕτερα πλεῖστα μεταξὺ ἐπιλέγει· « Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών, κήρυσσε, θύγατερ Ἱερουσαλήμ· ἰδοὺ B ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι δίκαιος καὶ σώζων, αὐτὸς πραΰς καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον. Καὶ ἐξολοθρεύσει ἅρματα ἐξ Ἐφραΐμ, καὶ ἵππον ἐξ Ἱερουσαλήμ· καὶ ἐξολοθρευθήσεται τόξον πολεμικόν, καὶ πλῆθος εἰρήνης ἐξ ἐθνῶν. Καὶ κατάρξει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν δι' ἐκβολὰς γῆς. » Ταῦτα περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίας θεσπίσας καὶ νῦν ὁ λόγος, μεθ' ἕτερα περὶ τῆς ἐσχάτης ἐρημώσεως τῆς Ἱερουσαλήμ, τοτὲ μὲν ἐπικεκρυμμένως καὶ δι' αἰνιγμάτων, τοτὲ δὲ ἀκαλύπτως ἀναφωνεῖ· δι' αἰνιγμάτων μὲν ἐν οἷς φησι· « Διάνοιξον, ὁ Λίβανος, τὰς πύλας σου, καὶ καταφαγέτω πῦρ τὰς κέδρους σου. Ὀλολυξάτω πίτυς, διότι πέπτωκε κέδρος, διότι μεγάλως μεγιστᾶνες ἐταλαιπώρησαν. Ὀλολύξατε, δρύες τῆς Βασανίτιδος, ὅτι καθεσπάσθη C ὁ ὄρυμὸς ὁ σύμφυτος· φωνὴ θρηνούντων ποιμένων, ὅτι τεταλαιπώρηκεν ἡ μεγαλωσύνη αὐτῶν· φωνὴ ὠρυομένων λεόντων, ὅτι τεταλαιπώρηκε τὸ φρύαγμα τοῦ Ἰορδάνου. » Ταῦτα μὲν δι' αἰνιγμάτων· τὴν δὲ τούτων ἑρμηνείαν ἀνακαλύπτως ὁ αὐτὸς προφήτης ἐπιφέρει λέγων· « Ἰδοὺ ἐγὼ τίθημι τὴν Ἱερουσαλὴμ ὡς πρόπυλα σαλευόμενα ἅπασι τοῖς λαοῖς κύκλῳ, καὶ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ· καὶ ἔσται περιοχὴ ἐπὶ Ἱερουσαλήμ. Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, θήσομαι τὴν Ἱερουσαλὴμ λίθον καταπατούμενον πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. Πᾶς ὁ καταπατῶν αὐτὴν ἐμπαίζων ἐμπαίξεται, καὶ ἐπισυναχθήσονται ἐπ' αὐτὴν πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. » Καὶ μετὰ βραχέα ἐπιλέγει· « Καὶ ἐπιβλέψονται πρός με, ἀνθ' ὧν κατωρχήσαντο· καὶ κόψονται ἐπ' αὐτὸν κοπετὸν ὡς ἐπ' ἀγαπητῷ, καὶ ὀδύ- D νην ὡς ἐπὶ πρωτοτόκῳ. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ μεγαλυνθήσεται ὁ κοπετὸς Ἱερουσαλήμ, ὡς κοπετὸς Ῥοῶνος ἐν πεδίῳ ἐκκοπτομένου. Καὶ κόψεται ἡ γῆ κατὰ φυλάς, φυλὴ οἴκου Δαβὶδ καθ' ἑαυτήν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς· φυλὴ οἴκου Νάθαν καθ' ἑαυτήν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς· φυλὴ οἴκου Λευὶ καθ' ἑαυτήν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς· φυλὴ τοῦ Συμεὼν καθ' ἑαυτήν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς· πᾶσαι αἱ ὑπολελειμμέναι φυλαί, φυλὴ καθ' ἑαυτήν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς. » Καὶ πάλιν μεθ' ἕτερα τὴν ἐσχάτην τῆς Ἱερουσαλὴμ πολιορκίαν σαφέστερον κηρύττει, λέγων·

« Gaude et lætare, filia Sion, quia ecce ego venio, et habitabo in medio tui, dicit Dominus. Et confugient gentes multæ ad Dominum in die illa, et erunt ei in populum. Et habitabunt in medio tui : et cognosces quod Dominus omnipotens misit me ad te [98]. » Et post alia plurima quæ in medio ponit, adjungit : « Gaude vehementer, filia Sion. Prædica, filia Jerusalem : ecce Rex tuus venit tibi B justus et Salvator, ipse mansuetus et impositus super jumentum et pullum adolescentem. Et perdet currus ex Ephrem, et equum ex Jerusalem : et perdetur arcus bellicus, et abundantia pacis ex gentibus. Et principatum obtinebit a mari usque ad mare, et a fluminibus per ejectiones terræ [99]. » Hæc ubi de Salvatoris nostri adventu hoc item loco oraculum cecinit ; tum post alia quæ interponit, etiam de extrema Jerusalem desolatione, nunc occulte ac per obscuros sermones, nunc explicite atque aperte verba facit, obscure quidem ac figurate, ubi ait : **408** « Aperi, Libane, portas tuas, et comedat ignis cedros tuas. Ululet pinus, quoniam cecidit cedrus, quoniam magnopere magnifici afflicti sunt. Ululate, quercus Basanitidis, quoniam convulsus est saltus consitus. Vox lamentantium pastorum, quoniam afflicta est magnificentia eorum. Vox rugientium leonum, quoniam afflicta est superbia Jordanis [1]. » Et hæc quidem per ænigmata : sed eorum interpretationem aperte idem propheta adjungit, dicens : « Ecce ego pono Jerusalem ut vestibula quæ quatiuntur omnibus populis in circuitu, et in Judæa : et erit ambitus in circuitu contra Jerusalem. Et erit in die illa, ponam Jerusalem lapidem, qui conculcetur ab omnibus gentibus. Omnis qui conculcet eam, illudens illudetur : et congregabuntur super eam omnes gentes terræ [2]. » Et post pauca adjungit : « Et respicient ad me, quem confixerunt, propterea quod insultaverunt : et plangent super eo planctum ut super dilecto, et dolorem ut super primogenito. In die illa magnificabitur planctus Jerusalem, ut planctus Rhoonos in campo ejus qui exciditur. Et plangent terra tributim : tribus domus David seorsum, et mulieres eorum seorsum : tribus domus Nathan seorsum, et mulieres eorum seorsum : tribus domus Levi seorsum, et mulieres eorum seorsum : tribus Simeon seorsum, et mulieres eorum seorsum ; omnes reliquæ tribus, tribus seorsum, et mulieres eorum seorsum [3]. » Rursus post alia, extremam urbis Jerusalem obsidionem planius enuntiat, dicens : « Ecce dies veniunt Domini, et dividentur

[98] Zach. II, 10,11. [99] Zachar. IX, 9,10. [1] Zachar. XI, 1-3. [2] Zachar. XII, 2, 3. [3] ibid. 10-14.

Digitized by Google

spolia tua in te, et congregabo omnes gentes ad Jerusalem in bellum, et capietur civitas, et diripientur domus, et mulieres polluentur, et egredietur dimidium civitatis in captivitatem : reliqui autem de populo meo non peribunt de civitate, et egredietur Dominus, et comparabitur ad prælium in gentibus illis, sicut dies prælii ejus, in die belli, et stabunt pedes ejus in die illa in monte Olivarum quod est contra Jerusalem [4]. » Deinde post alia quæ in medio ponit, hæc ait : « Et erit Dominus unus, et nomen ejus unum complectens omnem terram et desertum [5]. » **409** Rursus post alia dum prophetiæ libro terminum ponit, vocationem gentium his verbis divinat : « Et erit, quicunque relicti fuerint ex omnibus gentibus, quæ venerint in Jerusalem, et ascendent singulis annis, ut adorent Regem Dominum omnipotentem, et celebrent diem festum Tabernaculorum. Et erit, quicunque non ascenderint ex omnibus tribubus terræ in Jerusalem ut adorent Regem Dominum omnipotentem, etiam hi illis addentur. Si autem tribus Ægypti non ascenderit, neque venerit illuc, etiam super his erit ruina, qua percutiet Dominus omnes gentes terræ, quæcunque non ascenderint ad celebrandum solemne Tabernaculorum. Hoc erit peccatum Ægypti, et peccatum omnium gentium, quæcunque non ascenderint ad celebrandum diem festum Tabernaculorum [6]. » Hæc sane Zacharias post reditum de Babylone, Dario apud Persas regnante, vaticinatur, quo tempore urbs Jerusalem a priore desolatione excitata instauratæque nuper fuerat, quæ desolatio illi a Babyloniis fuerat illata. Colligit autem omne tempus a Dario Persarum, sub quo Zacharias prophetiæ munere fungitur, ad Augustum Romanorum regem, annorum hebdomadas septem et sexaginta duas, quæ apud Danielem feruntur : quæ summa annorum efficitur quadringentorum octoginta trium, ut ostendimus in iis quæ paulo ante a nobis tractata sunt. Cæterum post imperium Macedonum ab Alexandro usque ad Augustum, etiam si ipsius Augusti regnum complectare, nihil sane quod prophetæ verbis concordet aut simile sit, invenias esse completum. Quando enim per illa tempora is Dominus, quem prophetæ ut Deum celebrant, cum hominibus versatus est? et gentes multæ illum agnoverunt? eumdemque solum Deum confessæ sunt? et ad ipsum confugientes factæ sunt ei in populum? vel quando tandem toto Persarum aut Macedonum tempore, is Rex de quo Propheta loquitur, « venit impositus jumento et pullo adolescenti? » et veniens Judaicæ gentis, quæ Ephrem hoc loco dicitur, et ipsius Jerusalem regiam aciem, quæ curruum atque equi vocabulo nominatur, perdidit? et armatas Judaicæ gentis copias delevit? Hoc enim significabat oraculum illud dicens : « Ecce Rex tuus venit tibi justus et Salvator, ipse mansuetus et impositus super jumentum

A « Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται τοῦ Κυρίου, καὶ διαμερισθήσονται τὰ σκῦλά σου ἐν σοὶ, καὶ ἐπισυνάξω πάντα τὰ ἔθνη ἐπὶ Ἰερουσαλὴμ εἰς πόλεμον, καὶ ἁλώσεται ἡ πόλις, καὶ διαρπαγήσονται αἱ οἰκίαι, καὶ γυναῖκες μολυνθήσονται, καὶ ἐξελεύσεται τὸ ἥμισυ τῆς πόλεως ἐν αἰχμαλωσίᾳ· οἱ δὲ κατάλοιποι τοῦ λαοῦ μου οὐ μὴ ἐξολοθρευθῶσιν ἐκ τῆς πόλεως. Καὶ ἐξελεύσεται Κύριος, καὶ παρατάξεται ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις, καθὼς ἡμέρα παρατάξεως αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ πολέμου, καὶ στήσονται οἱ πόδες αὐτοῦ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπὶ τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν τὸ κατέναντι Ἰερουσαλήμ. » Εἶτα μεθ' ἕτερα τὰ μεταξὺ φησιν· « Καὶ ἔσται Κύριος εἷς, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἕν, κυκλοῦν πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ τὴν ἔρημον. » Καὶ αὖθις μεθ' ἕτερα περιγράφων τὴν βίβλον τῆς προ- B φητείας, τὴν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν διὰ τούτων θεσπίζει· « Καὶ ἔσται, ὅσοι ἐὰν καταλειφθῶσιν ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν τῶν ἐλθόντων ἐπὶ Ἰερουσαλὴμ, καὶ ἀναβήσονται κατ' ἐνιαυτὸν, τοῦ προσκυνῆσαι τῷ βασιλεῖ Κυρίῳ παντοκράτορι, καὶ τοῦ ἑορτάζειν τὴν ἑορτὴν τῆς Σκηνοπηγίας. Καὶ ἔσται, ὅσοι ἐὰν μὴ ἀναβῶσιν ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν τῆς γῆς εἰς Ἰερουσαλὴμ, τοῦ προσκυνῆσαι τῷ βασιλεῖ Κυρίῳ παντοκράτορι, καὶ οὗτοι ἐκείνοις προστεθήσονται. Ἐὰν δὲ φυλὴ Αἰγύπτου μὴ ἀναβῇ, μηδὲ ἔλθῃ ἐκεῖ, καὶ ἐπὶ τούτων ἔσται ἡ πτῶσις, ἣν πατάξει Κύριος πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς, ὅσα ἐὰν μὴ ἀναβῇ τοῦ ἑορτάσαι τὴν ἑορτὴν τῆς Σκηνοπηγίας. Αὕτη ἔσται ἡ ἁμαρτία Αἰγύπτου, καὶ ἡ ἁμαρτία πάντων τῶν ἐθνῶν, ὅσα ἂν μὴ ἀναβῇ τοῦ ἑορτάσαι τὴν ἑορτὴν τῆς Σκηνοπηγίας. » Ταῦτα καὶ C ὁ Ζαχαρίας μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον, Δαρείου Περσῶν βασιλεύοντος, προφητεύει, τῆς Ἰερουσαλὴμ ἄρτι τότε ἀνεγηγερμένης ἐκ τῆς προτέρας ἐρημίας, ἣν ὑπὸ Βαβυλωνίων πέπονθε. Συνάγεται δὲ ὁ πᾶς χρόνος ἀπὸ τῆς Δαρείου τοῦ Πέρσου, καθ' ἣν ὁ Ζαχαρίας προφητεύει, καὶ ἐπὶ Αὔγουστον Ῥωμαίων βασιλέα εἰς ἐτῶν ἑβδομάδας ἑπτὰ καὶ ἑξηκονταδύο, τὰς ἐν τῷ Δανιὴλ φερομένας, ἃ γίνεται ἔτη τετρακόσια ὀγδοήκοντα τρία, ὡς ἀπεδείξαμεν ἐν τοῖς μικρῷ πρόσθεν γεγυμνασμένοις. Οὔτε δὲ ἐπὶ τῆς Μακεδόνων ἀπὸ Ἀλεξάνδρου καὶ μέχρις Αὐγούστου παραταθείσης, τῶν ἐμφερομένων τοῖς τοῦ προφήτου λόγοις συνίσταταί τι πεπληρωμένον. Πότε γὰρ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους τοῦ παρὰ τοῖς προφήταις θεο- D λογουμένου Κυρίου ἀνθρώποις ἐπιστάντος, ἔθνη πολλὰ ἐπιγνόντα αὐτὸν, καὶ μόνον Θεὸν αὐτὸν ὁμολογήσαντα, ἐπ' αὐτὸν καταπέφευγε, καὶ γέγονεν αὐτῷ εἰς λαόν; πότε κατὰ τοὺς Περσῶν ἢ Μακεδόνων χρόνους ὁ προφητευόμενος βασιλεὺς ἐλήλυθεν, « Ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον, καὶ πῶλον νέον; » ἐλθών τε τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους Ἐφραΐμ ὀνομαζομένου, καὶ τῆς Ἰερουσαλὴμ αὐτῆς τὴν βασιλικὴν παράταξιν, ἅρματα καὶ ἵππον ἐπικαλουμένην ἐξωλόθρευσε, τό τε ὁπλιτικὸν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους καθεῖλε; Τοῦτο γὰρ ἐδήλου τὸ λόγιον φάσκον· « Ἰδοὺ ὁ Βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι δίκαιος καὶ σώζων, αὐτὸς πραΰς, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον, καὶ ἐξολοθρευθήσεται τόξον

[4] Zachar. XIV, 1-4. [5] ibid. 9, 10. [6] ibid. 16-19.

Digitized by Google

πολεμικόν. » Ταῦτα γὰρ περὶ τῆς καθαιρέσεως τῆς βασιλικῆς ἀξίας τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐθεσπίζετο, ἐφ' ᾗ πάλιν τὰ τῆς τῶν ἐθνῶν εἰρήνης συμφώνως τοῖς πρόσθεν ἀποδεδομένοις ἐπιλέγεται διὰ τοῦ· « Καὶ πλῆθος εἰρήνης ἐξ ἐθνῶν, » ἀνθ' οὗ ὁ Ἀκύλας καὶ οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταὶ ἐκδεδώκασι· « Καὶ λαλήσει εἰρήνην τοῖς ἔθνεσιν, » ὃ καὶ μάλιστα ἀπὸ τῆς Αὐγούστου βασιλείας συνίσταται, καὶ πρὸς λέξιν πεπληρωμένον, πάσης μὲν ἐξ ἐκείνου καταλυθείσης πολυαρχίας, εἰρήνης δὲ τὰ πλεῖστα τῆς οἰκουμένης ἔθνη διαλαβούσης. Τίς δὲ πρὸ τῶν Ῥωμαϊκῶν χρόνων, ἐπὶ τῶν Περσικῶν, ἢ τῶν Μακεδονικῶν τοιοῦτος γέγονεν Ἰουδαίων βασιλεὺς, ὡς ἄρξαι αὐτὸν ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης; Τοῦτο γοῦν ἐδήλωσαν οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταί. Ὁ γοῦν Ἀκύλας φησί· « Καὶ λαλήσει εἰρήνην τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἡ ἐξουσία αὐτοῦ ἀπὸ θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμοῦ ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης· » ᾧ συνᾴδει καὶ τὸ ἐν ἑβδομηκοστῷ πρώτῳ ψαλμῷ περὶ τοῦ ἐκ σπέρματος Σολομῶνος γεννησομένου Χριστοῦ, ὧδέ πη εἰρημένον· « Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη, καὶ πλῆθος εἰρήνης, ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη, καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμοῦ ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης· » ταῦτα γὰρ περὶ τοῦ υἱοῦ Σολομῶνος ἐλέγετο, οὐδὲν λειπόμενα τῶν ἐν τῷ προφήτῃ εἰρημένων. Πότ' οὖν ταῦτα καὶ πῶς, ἢ κατὰ ποίους χρόνους γέγονεν, ὁ βουλόμενος ἑρμηνευέτω· ἢ πότε ἄλλοτε μετὰ τὴν ὑπὸ Βαβυλωνίοις πολιορκίαν δεύτερον ἐμπρησμὸν ὑπέμεινεν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὁ ἐν αὐτῇ κατερρίφη νεώς. Ὃ καὶ αὐτὸ θαῦμα μέγα ἔχει, ὡς ᾐνίξατο ὁ προφήτης εἰπών· « Διάνοιξον, ὁ Λίβανος, τὰς θύρας σου, καὶ καταφαγέτω πῦρ τὰς κέδρους σου. » Λίβανον γὰρ ἐν τούτοις συνήθως αὐτὸ τὸ ἱερὸν ὀνομάζει· ἐπεὶ καὶ δι' ἑτέρων προφητειῶν ἀποδέδεικται Λίβανος αὐτὸς ὁ νεὼς ἐπικεκλημένος. Τοῦτο δὲ καὶ αὐτοὶ παῖδες Ἰουδαίων εἰσέτι νῦν ὁμολογοῦσιν· ἐπεὶ καὶ Ἡσαΐας ἐμφερῆ τῷ μετὰ χεῖρας προφήτῃ θεσπίζων ἔφησεν· « Ἰδοὺ Κύριος Σαβαὼθ συνταράσσει τοὺς ἐνδόξους μετὰ ἰσχύος, καὶ οἱ ὑψηλοὶ τῇ ὕβρει συντριβήσονται. Ὁ δὲ Λίβανος σὺν τοῖς ὑψηλοῖς πεσεῖται, καὶ ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται, καὶ ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα τοῦ θεοῦ· » οἷς ἐπιλέγει· « Καὶ ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι. » Καὶ ἐνταῦθα γὰρ ὁμοῦ τῇ ἐκ σπέρματος Ἰεσσαὶ καὶ Δαβὶδ γενέσει τοῦ Χριστοῦ, Λιβάνου καθαίρεσις καὶ ἐθνῶν κλῆσις συνῆπται. Λίβανον δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ διαῤῥήδην ὁ καὶ Ἰεζεκιὴλ σημαίνει λέγων· « Ὁ ἀετὸς ὁ μέγας, ὁ μεγαλοπτέρυγος, ὁ ἔχων τὸ ἦγμα εἰσελθεῖν εἰς τὸν Λίβανον, καὶ ἀπέκρισε τὰ ἀπαλὰ τῆς κέδρου. » Ταῦτα γοῦν ὁ αὐτὸς ἑξῆς διασαφῶν ἐπιλέγει· « Ὅτ' ἂν ἔλθῃ Ναβουχοδονόσορ ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ λάβῃ τοὺς ἄρχοντας αὐτῆς, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ Ἰεζεκιὴλ περὶ τῆς πρώτης ἐδήλου πολιορκίας, μεθ' ἣν ὁ Ζαχαρίας περὶ τῆς δευτέρας θεσπίζει. Πότε οὖτος μετὰ

A et pullum adolescentem : et perdetur arcus bellicus. » **410** Hæc de eversione regiæ dignitatis Judaicæ gentis prædicta sunt, qua prædicta eversione, rursus ea quæ ad pacem gentium pertinent, consentanea iis quæ prius exposita sunt, adjunguntur hoc modo : « Et abundantia pacis ex gentibus, » pro quo Aquila et reliqui interpretes reddiderunt : « Et loquetur pacem gentibus, » quod quidem maxime ab Augusti imperio constat vel ad verbum esse completum, cum ex illo omnis quidem principum multitudo disperierit, pax autem plurimas orbis gentes complexa sit. Quis porro ante Romana tempora vel Persico vel Macedonico stante imperio, talis exstitit rex Judæorum, ut dominatus sit a mari usque ad mare, et a fluminibus B usque ad terminos orbis terræ ? itaque hoc significarunt reliqui interpretes. Aquila enim sic ait : « Et loquetur pacem gentibus, et potestas ejus a mari usque ad mare, et a fluminibus usque ad terminos orbis terræ. » Cui concordat etiam illud quod in LXXI psalmo de Christo canitur, qui erat de semine Salomonis oriturus, quod quidem in hunc modum se habet : « Orietur in diebus ejus justitia, et abundantia pacis, donec auferatur luna, et dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terræ [7]. » Hæc enim de filio Salomonis dicta sunt quæ nihil differunt ab iis, quæ apud Prophetam leguntur. Quando igitur hæc, vel quomodo, aut quibus tandem temC poribus exstiterint, si quis est qui possit, interpretetur. Aut quonam alio tempore post Babylonicam obsidionem, alterum perpessa sit incendium Jerusalem, et quod in ipsa templum erat, dejectum sit. Quod etiam ipsum magnam affert admirationem, quemadmodum propheta id significaverit, dicens : « Aperi, Libane, portas tuas, et comedat ignis cedros tuas. » Nam Libanum in his verbis more suo templum ipsum nominat : quoniam in aliis quoque prophetiis ostensum est, Libanum ipsum templum vocari. Id autem ipsi quoque Judæi adhuc confitentur, quandoquidem Isaias hujc prophetæ, qui nunc tractatur, similia canens dixit : « Ecce Dominus Sabaoth conturbabit gloriosos cum robore, et excelsi contumelia conterentur. Libanus autem D cum excelsis cadet, et egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ascendet, et requiescet super eum spiritus Dei [8]; » quibus adjungit : « Et erit radix Jesse, et qui surgit ut imperet gentibus, in ipso **411** gentes sperabunt [9]. » Etenim hic quoque una cum ortu Christi de semine Jesse et David, Libani eversio et gentium vocatio conjuncta est. Libanum autem ipsam Jerusalem intelligi, Ezechiel plane significat his verbis : « Aquila grandis magnarum alarum, quæ habet auctoritatem ingrediendi in Libanum, et evulsit tenera cedri [10]. » Et hæc ipsa deinceps explanans idem propheta, adjungit : « Cum venerit Nabuchodonosor in Jerusalem, et accepe-

[7] Psal. LXXI, 7, 8. [8] Isa. XI, 1, 2. [9] ibid. 10. [10] Ezech. XVII, 3.

Digitized by Google

rit princeps ejus [11], » et quæ sequuntur. Cæterum, Ezechiel quidem hæc de prima Jerusalem obsidione prædixit : post cujus obsidionis tempus Zacharias de secunda divinat. Quando igitur post Zachariæ tempora, sub imperio Macedonum templum incensum est? certe nunquam. Siquidem post Babyloniorum depopulationem atque incendium, nullam ignis alteram vastationem unquam perpessa est urbs, nisi sub Vespasiano ac Tito Romanorum imperatoribus, ob quam sane vastationem rursus obscure et per figuras eos, qui olim genti imperabant, ad deplorationes et lamenta invitat oraculum, dicens : « Ululet pinus, quoniam cecidit cedrus, quoniam magnopere magnifici afflicti sunt : ululate, quercus Basanitidis, quoniam convulsus est saltus consitus, vox lamentantium pastorum, quoniam afflicta est magnificentia eorum. » Tunc sane facta est Jerusalem quasi vestibula quæ quatiuntur omnibus populis in circuitu, et in Judæa facta est munitio ambiens, et ab eis sacrosanctus existimatus locus, usque in hodiernum diem lapis exsistit, qui conculcatur ab omnibus gentibus, et quicunque illum conculcat illudens illudetur, sicut prophetia prædixerat. Quin etiam propterea quod illi Domino, qui hæc cecinerat, insultaverunt, non defecit eos neque planctus, neque luctus, neque lamentatio. Nunquam igitur alias nisi post Salvatoris nostri adventum usque ad hanc tempestatem, omnes tribus Judæorum quidquam lamentatione planctuve dignum passæ sunt, propter plagam quæ ipsos Deo feriente deprehenderit, ex qua etiam ipsorum mater civitas externis gentibus tradita est, et templum eversum suffossumque est, ipsique de propria regione expulsi sunt, in terra hostili inimicis servientes. Quas ob res, omnis ipsorum domus, omnisque ipsorum anima in hunc usque diem lamentationibus afflicta est. Quapropter propheta sic ait : « Et plangent singulæ tribus per seipsas : **412** tribus domus David seorsum, et mulieres eorum seorsum [12], » et quæ sequuntur. Sed qui tandem post Zachariæ tempora secuti sunt dies, in quibus spolia Jerusalem divisa sunt? et gentes universæ ad bellum contra eam coiverint? et civitas capta sit, et domus direptæ, et mulieres pollutæ atque in servitutem abactæ? et quando simul sub idem tempus Dominus gentibus Jerusalem oppugnantibus subveniens, comparavit se ad prælium cum illis? aut quando steterunt pedes ejus in monte Olivarum? aut quando exstitit Dominus in Regem per universam terram? ipseque unus Dominus apud omnes homines? et nomen ejus ambiens universam terram et solitudinem? hæc enim nunquam quisquam antea ad suum finem perducta demonstrare poterit, nisi Romanorum temporibus, quibus post Babylonicum incendium, altero rursus incendio ipsorum templum vastatum est, et civitas ex illo ad hunc usque diem ab externis gentibus habitari ostenditur. Quo tempore etiam

A τοὺς Ζαχαρίου χρόνους ἐπὶ τῆς Μακεδόνων βασιλείας ἐμπρησμὸν ὑπέμεινεν ὁ νεώς ; ἀλλ' οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Μετὰ γὰρ τὴν ὑπὸ Βαβυλωνίων πυρπόλησιν, οὐδ' ἄλλοτε δευτέραν ἢ κατὰ Τίτον καὶ Οὐεσπασιανὸν Ῥωμαίων αὐτοκράτορας, τὴν διὰ πυρὸς ὑπέμεινε φθοράν, ἐφ' ᾗ πάλιν διὰ αἰνίγματος τοὺς πάλαι ἄρχοντας τοῦ ἔθνους ἐπὶ θρήνους καὶ ὁλοφυρμοὺς ἀνακαλεῖ φάσκων ὁ λόγος· « Ὀλολυξάτω πίτυς, διότι πέπτωκε κέδρος, ὅτι μεγάλως μεγιστᾶνες ἐταλαιπώρησαν. Ὀλολύξατε, δρύες τῆς Βασανίτιδος, ὅτι κατεσπάσθη ὁ δρυμὸς ὁ σύμφυτος· φωνὴ θρηνούντων ποιμένων, ὅτι τεταλαιπώρηκεν ἡ μεγαλωσύνη αὐτῶν. » Τότε γοῦν καὶ γέγονεν ἡ Ἱερουσαλὴμ ὡς πρόθυρα σαλευόμενα πᾶσι τοῖς λαοῖς κύκλῳ, καὶ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ γέγονε περιοχή, ὅ τε νενομισμένος αὐτοῖς ἅγιος καὶ B ἱερὸς τόπος, εἰσέτι καὶ σήμερον λίθος τυγχάνει καταπατούμενος πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, καὶ πᾶς ὁ καταπατῶν αὐτὴν ἐμπαίζων ἐμπαίζεται, ἀκολούθως τῇ προφητείᾳ. Ἀλλὰ καὶ ἀνθ' ὧν κατωρχήσαντο τοῦ ταῦτα θεσπίσαντος Κυρίου, οὐ διαλέλοιπεν αὐτοὺς κοπετὸς καὶ ὀδυρμὸς καὶ θρῆνος. Οὐ πώποτε γοῦν ἄλλοτε ἢ μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίαν, καὶ εἰς τὸν καθ' ἡμᾶς χρόνον, πᾶσαι αἱ φυλαὶ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους θρήνων καὶ κοπετῶν ἄξια πεπόνθασι διὰ τὴν καταλαβοῦσαν αὐτοὺς ἐκ Θεοῦ πληγήν, ὑφ' ἧς καὶ ἡ μητρόπολις αὐτῶν ἀλλοφύλοις ἔθνεσιν ἐξεδόθη, καὶ τὸ ἱερὸν κατεσκάφη, αὐτοί τε τῆς ἰδίας χώρας ἀπελήλαντο, ἐν τῇ πολεμίᾳ ἐχθροῖς δουλεύοντες· ὧν ἕνεκα πᾶς ὁ οἶκος αὐτῶν, καὶ πᾶσα ψυχὴ αὐτῶν εἰσέτι καὶ C σήμερον θρήνοις ὑποβέβληται. Διό φησιν ἡ προφητεία· « Καὶ κόψεται φυλὴ κατὰ φυλήν, φυλὴ οἴκου Δαβὶδ καθ' ἑαυτήν, καὶ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς, » καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα. Ποῖαι δὲ μετὰ τοὺς τοῦ Ζαχαρίου χρόνους γεγόνασιν ἡμέραι, ἐν αἷς διεμερίσθη τὰ σκῦλα τῆς Ἱερουσαλήμ, καὶ ἐπισυνήχθη πάντα τὰ ἔθνη ἐπ' αὐτὴν εἰς πόλεμον, ἥλω τε ἡ πόλις, καὶ διηρπάγησαν αἱ οἰκίαι, καὶ αἱ γυναῖκες ἐμολύνθησαν, ἀπήχθησάν τε εἰς αἰχμαλωσίαν, ὁμοῦ τε καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ ὁ Κύριος, συμμαχῶν τοῖς ἔθνεσι τοῖς τὴν Ἱερουσαλὴμ πολεμοῦσι, παρετάξατο ἐν αὐτοῖς ; ἢ πότε ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν ; ἢ πότε γέγονε Κύριος εἰς βασιλέα ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, αὐτός τε εἷς Κύριος ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐγκυκλοῦν πᾶσαν D τὴν γῆν καὶ τὴν ἔρημον ; ταῦτα γὰρ οὐδ' ἄλλοτέ πω πρότερον ἔχοι ἄν τις εἰς πέρας δεῖξαι ἀχθέντα, ἢ κατὰ τοὺς Ῥωμαίων χρόνους, καθ' οὓς ἐμπρησμὸν ὑπέμεινε δεύτερον, μετὰ τὸν ὑπὸ Βαβυλωνίων, ὁ νεὼς αὐτῶν, ἥ τε πόλις ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς δεῦρο ὑπὸ ἀλλοφύλων ἐθνῶν κατοικισθεῖσαι δείκνυται· ὅτε καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ τὰς οἰκείας ἐποιεῖτο διατριβὰς ἐπὶ τοῦ ἐλαιῶνος τοῦ ἀντικρὺς τῆς Ἱερουσαλὴμ ὄρους, πληρουμένου τοῦ φάσκοντος λόγου· « Καὶ στήσονται οἱ πόδες αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν τὸ κατέναντι Ἱερουσαλήμ· » τοῦτ' ἔστι τοῦ θεοσεβοῦς πολιτεύματος καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης ἀνοικοδομηθέντος, πάντα τὰ ἔθνη, κατὰ

[11] Ezech. xvii, 12. [12] Zachar. xii, 12-14.

Digitized by Google

τὴν προφητείαν, τὴν ἑορτὴν τῆς Σκηνοπηγίας ἐν παντὶ τόπῳ τῷ Θεῷ τῶν προφητῶν πανηγυρίζει, Αἰγύπτιοί τε, ἐξ ἐκείνου τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἐπιγνόντες, τὰς σκηνὰς αὐτῶν ἐφ' ἑκάστης πόλεως καὶ χώρας κατεπήξαντο. Εἶεν δ' ἂν αὗται αἱ κατὰ τόπον Ἐκκλησίαι τοῦ Χριστοῦ. Ταύτας γὰρ πολὺ κρείττους τῶν παρὰ Μωϋσεῖ σκηνῶν ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δύναμις καθ' ὅλης συνεπήξατο τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης, εἰς τὸ πᾶν γένος ἀνθρώπων καὶ πάντα τὰ ἔθνη, Σκηνοπηγίας ἑορτὴν τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ ἐπιτελεῖν. Ὅτε τοίνυν καὶ ταῦτα τὰ πρόπαλαι τοῖς ἔθνεσι προαναφωνηθέντα καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ὁρῶμεν τὴν ἔκβασιν ἀπειληφότα, τά τε τοῦ θρήνου καὶ τοῦ κοπετοῦ ταῖς φυλαῖς τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους προκεκηρυγμένα, τά τε τῆς πυρπολήσεως τοῦ ἱεροῦ, καὶ τῆς ἐσχάτης αὐτῶν ἐρημίας, ὁμοίως καὶ ταῦτα ταῖς προρρήσεσιν εἰσέτι καὶ σήμερον ὀφθαλμοῖς θεωρεῖται· τί λείπεται ἐπὶ τούτοις ἢ καὶ τὸν προφητευόμενον Βασιλέα τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ ἐληλυθέναι ὁμολογεῖν, τῶν κατὰ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ σημείων ἐφ' ἑκάστῳ τῶν εἰρημένων ἐναργῆ τὴν ἔκβασιν εἰληφέναι ἀποδεδειγμένων;

A Dominus noster Jesus Christus Dei versari in oliveto consuevit, quod est in monte contra Jerusalem, completumque est oraculum quod ait: « Et stabunt pedes ejus in monte Olivarum, qui est contra Jerusalem, » hoc est religioso pioque vivendi instituto per orbem terrarum condito et erecto, omnes secundum prophetiam, diem festum Tabernaculorum celebrabunt Deo prophetarum, et Ægyptii ex illo Deum universi agnoscentes tabernacula sua in singulis civitatibus et regionibus figent. Hæ porro sint Christi in omni loco conditæ Ecclesiæ. Has enim multo præstantiores Mosaicis tabernaculis Salvatoris nostri Jesu Christi potentia, in omni ab hominibus habitato orbe per omne hominum genus, per omnes gentes fixit, ut Deo omnia B sub se habenti celebrent diem festum Tabernaculorum. Quando igitur hæc quæ jam diu gentibus denuntiata fuerunt, nostris temporibus videmus exitum sortita esse, et quæ de lamento et planctu tanto ante ad Judaicas tribus divinitus inclamata sunt, quæque de vastatione incendioque templi, extremaque ipsorum solitudine prædicta, ea ipsa nusquam ab oraculis discrepantia usque ad hodiernum diem vel oculis possumus intueri; **413** quid amplius superest, nisi ut Regem, de quo prophetæ loquuntur, cum qui Christus Dei est, venisse fateamur? cum utique illius adventus signa in singulis, quæ de illo dicta sunt, evidentem exitum accepisse jam demonstraverimus.

Ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου. — Σημεῖα χρόνων τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας· Αἰγυπτίων ἐπίγνωσις τοῦ τῶν προφητῶν Κυρίου.

Ab Isaia. — Signa temporum adventus Domini: Ægyptiorum agnitio Domini prophetarum.

« Ἰδοὺ Κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης, καὶ ἥξει εἰς Αἴγυπτον, καὶ σεισθήσεται χειροποίητα Αἰγύπτου ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἡ καρδία αὐτῶν ἡττηθήσεται ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐπεγερθήσονται Αἰγύπτιοι ἐπ' Αἰγυπτίους, καὶ πολεμήσει ἄνθρωπος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἄνθρωπος τὸν πλησίον αὐτοῦ· ἐπεγερθήσονται πόλις ἐπὶ πόλιν, καὶ νόμος ἐπὶ νόμον, καὶ ταραχθήσεται τὸ πνεῦμα τῶν Αἰγυπτίων ἐν αὐτοῖς, καὶ τὴν βουλὴν αὐτῶν διασκεδάσω, καὶ ἐπερωτήσουσι τοὺς θεοὺς αὐτῶν, καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτῶν, καὶ τοὺς ἐγγαστριμύθους, καὶ τοὺς ἐκ τῆς γῆς φωνοῦντας· » καὶ ἑξῆς μετὰ πλεῖστα δι' αἰνιγμάτων εἰρημένα, ἐπιλέγεται· « Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ ἐν χώρᾳ Αἰγύπτου, καὶ στήλη πρὸς τὸ ὅριον αὐτῆς τῷ Κυρίῳ, καὶ ἔσται εἰς σημεῖον εἰς τὸν αἰῶνα τῷ Κυρίῳ ἐν χώρᾳ Αἰγύπτου, ὅτι κεκράξονται πρὸς Κύριον διὰ τοὺς θλίβοντας αὐτούς, καὶ ἀποστελεῖ αὐτοῖς Κύριος ἄνθρωπον, ὃς σώσει αὐτούς, κρίνων σώσει αὐτούς, καὶ γνωστὸς ἔσται Κύριος τοῖς Αἰγυπτίοις, καὶ γνώσονται οἱ Αἰγύπτιοι Κύριον τὸν Θεὸν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ποιήσονται θυσίας, καὶ εὔξονται εὐχὰς τῷ Κυρίῳ, καὶ ἀποδώσουσι. » Καὶ ταῦτα προλαβόντες ἐκ μέρους διεσαφήσαμεν. Εἰ μὲν οὖν μὴ, τοὺς πατρῴους θεοὺς καταλιπόντες Αἰγύπτιοι, καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ὁρῶνται τὸν τῶν προφητῶν Θεὸν ἐπικαλούμενοι· εἰ μὴ καθ' ὅλης τῆς Αἰγύπτου, κατὰ πάντα τόπον καὶ πόλιν καὶ χώραν ἀνεγήγερται θυσιαστήριον τῷ παρὰ μόνοις Ἑβραίοις

« Ecce Dominus sedet super nube levi, et veniet C in Ægyptum, et commovebuntur manufacta Ægypti a facie ejus, et cor eorum vincetur in ipsis, et excitabuntur Ægyptii contra Ægyptios, et bellum geret homo contra fratrem suum, et homo contra proximum suum: excitabitur civitas in civitatem, et lex in legem, et turbabitur spiritus Ægyptiorum in ipsis, et consilium eorum dissipabo, et interrogabunt deos suos et simulacra sua, et Pythones, et eos qui de terra vocem emittunt[13]. » Et deinceps post plurima quæ figurate et obscure dicta sunt, adjungitur: « In die illa erit altare Domino in terra Ægypti, et titulus juxta terminum ejus Domino: et erit in signum in æternum Domino in terra Ægypti, quoniam clamabunt ad Dominum propter affligentes se, et mittet eis Dominus hominem, qui D salvabit eos, judicans salvabit eos, et cognitus erit Dominus Ægyptiis, et cognoscent Ægyptii Dominum Deum in die illa, et facient sacrificia, et vovebunt vota Domino, et reddent[14]. » Hæc nos quidem antea quoque citavimus, et in parte saltem planiora reddidimus: quod si non patriis diis relictis Ægyptios hoc ipso tempore videmus prophetarum Deum invocantes; si per universam Ægyptum in omni loco, et civitate, et regione, altare illi Deo erectum non est, qui apud solos Hebræos laudibus celebratur, si manufacta Ægypti commota non sunt, **414** et daemonica vis quæ circum illa versabatur, non

[13] Isa. XIX, 1-3. [14] Ibid. 19-21.

Digitized by Google

defecit, vetusque Ægyptiorum superstitio ex animis eorum sublata non est ; præterea, si per singulas civitates et per singulas domos, bellum intestinum apud Ægyptios non grassatur, dum alii quidem Dominum et cultum Dei prophetarum accipiunt, erroremque quo ab initio deos multos colebant, aversantur, alii vero propterea quod patriis adhuc malis affecti iis adhærent, eos qui Dominum acceperint, oppugnant, si non hodie quoque dum suos deos suaque simulacra, eosque qui de terra voces emittunt, et Pythones rogare conantur, infectum atque inane ad cuncta hæc perfugium experiuntur, propterea quod non amplius ut antea itidem vim suam exercere dæmones possunt; si non universa hæc reipsa finem suum invenisse ostenduntur : sane nondum quisquam mihi arbitretur propheticum esse completum oraculum, neque Dominum illum ipsum, quem prophetæ canunt, apud homines vixisse. Si vero re ipsa, quæ verbis longe est evidentior, qui Ægyptum incolunt cernuntur interim, pars quidem prophetarum Deum agnovisse, et propter illum patrios deos reliquisse, alii vero contra hos seditiones assidue concitare, et alii deos suos, suaque simulacra, eosque qui de terra voces emittunt, invocantes nihil posse proficere, alii Domino prophetarum in omni Ægyptia regione, altare per singulas ecclesias erexisse, inque afflictionibus et sibi infestis insectationibus, non amplius belluas neque reptilia terræ deos, neque agrestes feras et bruta animalia, parentum suorum instar, sed supremum Deum invocare, solumque eum, ejusque timorem in suis mentibus conceptum tenere, vovereque eidem vota, non autem dæmonibus ut prius, et quæ ipsi Deo conveniant promissa reddere : cur non sequitur, ut fateamur etiam ea, quæ ipsos eventus antecesserunt in opus jam processisse, nec futura amplius in posterum, sed in præteritum abiisse? Porro ipsa hæc sunt ipsius Domini ad Ægyptios olim futurus, non sine corpore adventus, sed per nubem levem, ac potius per crassitudinem agilem. Sic enim Hebraicus habet contextus, dum illius corporeum adventum obscure significat. Proinde hunc ipsum progressa longius oratio, hominem Salvatorem vocavit, **415** his verbis : « Et mittet eis Dominus hominem, qui salvabit eos. » Nam hic rursus in Hebraico sic est : « Et mittet eis Dominus Salvatorem, qui salvabit eos. » Quæ cum adeo evidentem demonstrationem exhibeant, arbitror etiam constitisse, quibus temporibus ea futura canerentur, quæ ad Domini adventum ad homines pertinebant. Hæc sane paucis a nobis collecta sunt, de temporibus quibus Dominus fuit ad homines venturus. Plura autem per otium quispiam inveniet, si reliquas item Scripturas percurrerit. Nos autem his contenti quæ hactenus dicta sunt, jam nunc reliquas quoque aggrediamur prophetias. Quare quæ ab illo inter homines suo ordine sunt administrata, ex divinis oraculis colligamus.

A θεολογουμένῳ Θεῷ· εἰ μὴ σέσεισται τὰ χειροποίητα Αἰγύπτου, τῆς περὶ αὐτὰ δαιμονικῆς δυνάμεως ἐκλελοιπυίας, καὶ τῆς παλαιᾶς δεισιδαιμονίας ἐκ τῆς τῶν Αἰγυπτίων ψυχῆς ἀρθείσης· καὶ ἔτι πρὸς τούτοις εἰ μὴ καθ' ἑκάστην πόλιν καὶ καθ' ἕκαστον οἶκον πόλεμος ἐμφύλιος τοῖς Αἰγυπτίοις συνίσταται, τῶν μὲν τὸν Κύριον καὶ τὸ σέβας τοῦ Θεοῦ τῶν προφητῶν ἀποδεξαμένων, καὶ ἀποστραφέντων τὴν ἐξ αἰῶνος πολύθεον πλάνην, τῶν δὲ, διὰ τὸ τοῖς πατρίοις ἔτι προστετηκέναι κακοῖς, τοὺς τὸν Κύριον παραδεξαμένους πολεμούντων· εἰ μὴ εἰσέτι καὶ δεῦρο ἐπερωτᾷν πειρώμενοι τοὺς ἑαυτῶν θεοὺς καὶ τὰ ἀγάλματα, καὶ τοὺς ἐκ τῆς γῆς φωνοῦντας, καὶ τοὺς ἐγγαστριμύθους, ἀτελῆ καὶ ἄπρακτον τὴν ἐπὶ τάδε καταφυγὴν ποιοῦνται, διὰ τὸ μηκέθ' ὁμοίως ἐνεργεῖν δύνασθαι,
B ὥσπερ τὸ πρὶν, τοὺς δαίμονας· εἰ μὴ πάντα ταῦτα ἔργοις αὐτοῖς τέλος εἰληφότα δείκνυται, μή πώ μοι νομίζοιτο τὸ προφητικὸν πεπληρῶσθαι λόγιον, μηδὲ τὸν θεσπιζόμενον Κύριον ἐπιδεδημηκέναι τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων. Εἰ δὲ αὐτοῖς ἔργοις κατὰ πολὺ τῶν λόγων ἐναργεστέροις εἰσέτι δεῦρο θεωροῦνται οἱ τὴν Αἴγυπτον οἰκοῦντες, οἱ μὲν τὸν Θεὸν τῶν προφητῶν ἐπεγνωκότες, καὶ δι' αὐτὸν τοὺς πατρίους καταλελοιπότες θεοὺς, οἱ δὲ πρὸς τούτους στασιαστικῶς ἔχοντες· καὶ οἱ μὲν τοὺς θεοὺς αὐτῶν εἰσέτι νῦν ἐπικαλούμενοι καὶ τὰ ἀγάλματα, καὶ τοὺς ἐκ τῆς γῆς φωνοῦντας, μηδέν τε ἐνεργεῖν δυναμένους, οἱ δὲ τῷ Κυρίῳ τῶν προφητῶν ἐν πάσῃ τῇ Αἰγυπτίων χώρᾳ θυσιαστήριον καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν συστησάμενοι, ἔν τε ταῖς
C θλίψεσι καὶ τοῖς κατ' αὐτῶν διωγμοῖς οὐκέτι τὰ κνώδαλα, οὐδὲ τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς, ὡς θεοὺς, οὐδὲ τοὺς ἀγρίους θῆρας καὶ τὰ ἄλογα ζῶα, ὁμοίως τοῖς αὐτῶν πατράσι, ἀλλὰ τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ἐπικαλούμενοι, καὶ μόνον αὐτὸν καὶ τὸν αὐτοῦ φόβον ἐν ταῖς αὐτῶν διανοίαις κατειληφότες, εὐχόμενοί τε αὐτῷ εὐχὰς, ἀλλ' οὐκέτι τοῖς δαίμοσι, καὶ ἀποδιδόντες τὰς θεοπρεπεῖς ἐπαγγελίας, πῶς οὐχ ἕπεται συνομολογεῖν καὶ τὰ πρὸ τῶν ἀποτελεσμάτων εἰς ἔργον ἤδη κεχωρηκέναι; ἦν δὲ ταῦτα, τοῦ Κυρίου παρουσία εἰς Αἴγυπτον οὐκ ἀσώματος ἀποδησομένη, ἀλλὰ διὰ νεφέλης κούφης, ἢ καὶ μᾶλλον διὰ πάχους ἐλαφροῦ. Οὕτω γὰρ τὸ Ἑβραϊκὸν περιέχει, τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ παρουσίαν αἰνιττόμενον. Τοῦτον δὲ οὖν αὐτὸν προϊὼν ἐξῆς ὁ λόγος ἄνθρωπον Σωτῆρα ἀπεκάλεσε,
D φήσας· « Καὶ ἀποστελεῖ αὐτοῖς Κύριος ἄνθρωπον, ὃς σώσει αὐτούς. » Πάλιν γοῦν κἀνταῦθα τὸ Ἑβραϊκὸν, « Καὶ ἀποστελεῖ αὐτοῖς Κύριος Σωτῆρα, ὃς σώσει αὐτούς, » ἔχει. Ὧν οὕτως ἐναργῆ τὴν ἀπόδειξιν παρεχομένων, ἡγοῦμαι καὶ τοὺς χρόνους σαφεῖς γεγονέναι, καθ' οὓς τὰ τῆς εἰς ἀνθρώπους τοῦ Κυρίου παρουσίας ἐθεσπίζετο. Τοσαῦτα διὰ βραχέων καὶ τὰ περὶ τῶν χρόνων τῆς τοῦ Κυρίου εἰς ἀνθρώπους φανείας συνῆκται· πλείονα δ' ἄν τις ἐπὶ σχολῆς εὕροι, καὶ τὰς λοιπὰς ἐκπεριιὼν Γραφάς. Ἡμεῖς γε μὴν, τοῖς εἰρημένοις ἀρκεσθέντες, μέτιμεν ἤδη καὶ ἐπὶ τὰς λοιπὰς προφητείας, δι' ὧν τὰ οἰκονομηθέντα ἐν ἀνθρώποις ἀκολούθως αὐτῷ ἐκ τῶν θείων ῥημάτων ἀναλεξόμεθα.

Digitized by Google

[416] ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΝΝΑΤΟΝ

—

EUSEBII PAMPHILI

DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ

LIBER NONUS.

—

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΕΝΝΑΤΩ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΙ ΤΗΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ.

Περὶ τῶν κατὰ τὴν ἐνανθρώπησιν αὐτοῦ πραχθησομένων· ἐκ τῶν ὑποσεσημειωμένων αὐτοῦ Γραφῶν.

α'. Ἀπὸ τῶν Ἀριθμῶν.
β'. Ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου.
γ'. Ἀπὸ τῶν Ἀριθμῶν.
δ'. Ἀπὸ τοῦ Ὡσηέ.
ε'. Ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου.
ς'. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.
ζ'. Ἀπὸ ψαλμοῦ μ.
η'. Ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου.
θ'. Ἀπὸ ψαλμοῦ ξζ'.
ι'. Ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου.
ια'. Ἀπὸ τοῦ Δευτερονομίου.
ιβ'. Ἀπὸ τοῦ Ἰώβ.
ιγ'. Ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου.
ιδ'. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.
ιε'. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.
ις'. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.
ιζ'. Ἀπὸ τοῦ Ζαχαρίου.
ιη'. Ἀπὸ ψαλμοῦ ριζ'.

HÆC INSUNT IN NONO LIBRO EVANGELICÆ DE SALVATORE NOSTRO DEMONSTRATIONIS.

De iis quæ secundum humanam ab eo assumptam naturam administranda fuerunt : ex subnotatis divinæ Scripturæ locis.

1. *A Numeris.*
2. *Ab Isaia.*
3. *A Numeris.*
4. *Ab Osee.*
5. *Ab Isaia.*
6. *Ab eodem.*
7. *A Psalmo* XC.
8. *Ab Isaia.*
9. *A Psalmo* LXVIII.
10. *Ab Isaia.*
11. *A Deuteronomio.*
12. *Ab Job.*
13. *Ab Isaia.*
14. *Ab eodem.*
15. *Ab eodem.*
16. *Ab eodem.*
17. *A Zacharia.*
18. *A Psalmo* CXVII.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Τί δὴ λείπεται ἐπὶ τούτοις ἀλλ' ἢ ταῖς ὑποσχέσεσιν ἀκολούθως διελθεῖν τὰ οἰκονομηθέντα ἐπὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ δὴ τοῦ Θεοῦ Λόγου; περὶ οὗ τὰ προπεπονημένα ἐν ὀκτὼ τοῖς πρὸ τούτου συγγράμμασι διεληλύθαμεν, τοτὲ μὲν τὴν κατ' αὐτὸν θεολογίαν διερευνώμενοι, τοτὲ δὲ τὴν οὐρανόθεν εἰς ἡμᾶς κάθοδον, καὶ τόν τε τρόπον ὁμοῦ καὶ τὴν προσηγορίαν, καὶ τὸν χρόνον τῆς ἀφ ἕξεως αὐτοῦ διασκοπούμενοι. Ὧν ἀποδεδειγμένων, καιρὸς ἤδη τὰ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ συνιδεῖν, παραστῆσαί τε ὅπως καὶ τούτων ἕκαστα παρ' Ἑβραίοις προαναπεφώνητο. Τό γε μὴν τῆς προρρήσεως ἀποτέλεσμα διὰ τῆς τῶν ἱερῶν εὐαγγελιστῶν μαρτυρίας, καὶ τῆς δι' αὐτῶν ἱστορηθείσης τῶν πραγμάτων ἀποβάσεως, ἐπισφραγισθήσεται. Πρῶτον οὖν ἁπάντων, ἐπειδὴ τὰ περὶ

PROŒMIUM.

Nihil sane postnae reliquum esse video, nisi ut ea quæ polliciti sumus sequentes, eam dispensationis partem persequamur, quæ humanæ a Deo Verbo assumptæ naturæ propria est. Qua de re ea, quæ superioribus octo libris continentur, a nobis **417** tractata sunt, modo quæ ad ejus rei theologiam pertinent scrutantibus, modo illius ad nos de cœlo descensum, simulque et modum et appellationem et tempus illius adventus explorantibus. Quibus demonstratis rebus, tempus jam fuerit ea contemplari, quæ quo tempore ille in apertum prodiit, gesta sunt, quoque modo ea singula apud Hebræos prædicta sint, ostendere. Oraculorum tamen efficacia, veritasque et sanctorum evangelistarum testimonio, et ipso rerum quæ ab illis proditæ sunt

Digitized by Google

eventu, declarabitur. Cum igitur primum omnium ea, quæ ad illius et ortum, et genus, et tribum, et semen pertinent, demonstrata sint, nunc jam quid de sidere illo sit dicendum, quod novum et insolitum præter consueta et nobis cognita sidera in ortu illius emicuit, quæso contemplemur. Nam hoc ipsum quoque jampridem ab antiquis usque et primis temporibus apud Mosem celebratum invenitur, atque in hunc modum expositum.

A τῆς γενέσεως αὐτοῦ, γένους τε καὶ φυλῆς, καὶ σπέρματος ἀποδέδεικται, φέρε τὰ περὶ τοῦ φανέντος ἐπὶ τῇ γενέσει αὐτοῦ νέου τινὸς καὶ ξενίζοντος παρὰ τοὺς συνήθεις ἀστέρος θεασώμεθα· ἐπεὶ καὶ τοῦτο πάλαι πρότερον ἐκ μακρῶν ἄνωθεν χρόνων παρὰ Μωϋσεῖ βοώμενον τοῦτον ἱστόρηται τὸν τρόπον.

A Numeris. — De rebus secundum humanam ab illo assumptam naturam gerendis, et de stella quæ in ortu Salvatoris nostri apparuit.

Moses in *Numeris* de stella, quæ in ortu Salvatoris nostri visa est, hæc ait : « Dixit Balaam filius Beor, dixit homo qui vere videt, qui audit verba B Dei, qui novit scientiam Altissimi, et qui visionem Dei vidit, in somno aperti oculi ejus : ostendam illi, sed non nunc : beatum dico, sed non appropinquat : orietur stella ex Jacob, et surget homo ex Israel, et franget ductores Moab, et captivos ducet omnes filios Seth, et erit Edom hæreditas, et erit hæreditas Esau inimicus ejus, et Israel fecit in robore, et excitabitur ex Jacob, et perdet eum, qui servatur de civitate [16]. » Hoc vaticinio commotos ait successores Balaam (id enim incolume exstitisse adhuc, ut par est, apud illos, cum in cœlo ignotum quoddam sidus præter cognita nobis et consueta, supra verticem, ut sic dixerim, et ad perpendiculum terræ Judææ constitutum inspexerunt) festinasse ut in Palæstinam terram **418** C perveniret, utque sciscitarentur de rege qui per eam stellam quam ipsi viderant, significabatur. Fidem his facit evangelista Matthæus, his verbis : « Cum autem Jesus natus esset in Bethlehem Judææ in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt in Jerusalem, dicentes : Ubi est, qui natus est rex Judæorum? Vidimus enim stellam ejus in Oriente, et venimus adorare eum [17], » quo tempore iidem missi in Bethlehem abierunt, « et ecce rursus eadem stella quam viderant in Oriente, antecedebat eos, donec veniens staret supra ubi erat puer. Videntes autem stellam gavisi sunt gaudio magno valde, et ingressi domum, viderunt puerulum cum Maria matre ejus, et procumbentes adoraverunt eum [18]. » Hactenus quidem Evangelium D sanctum. At vero ipsius prophetiæ oraculum quid ait tandem fore aut in illius novi sideris eruptione, aut in Salvatoris nostri Jesu Christi ortu, dignum quod cognoscatur? nempe fractionem ductorum Moab, et direptionem filiorum Seth, præterea reliquorum Judaicæ gentis hostium hæreditatem, qui quidem hostes erant Edom et Esau. Cæterum, quid aliud tandem significavit his verbis, quam per ductores Moab, invisibilium hostium eversionem, ipsorum, inquam, dæmonum, qui olim apud Moabitas deorum loco ferebantur? Atqui aliorum mentionem non fecit, propter simulacrorum ipsius Israel

Ἀπὸ τῶν Ἀριθμῶν. — *Περὶ τῶν κατὰ τὴν ἐναρθρώπησιν αὐτοῦ πραχθησομένων, καὶ περὶ τοῦ φανέντος ἐπὶ τῇ γενέσει Σωτῆρος ἡμῶν ἀστέρος.*

Μωϋσῆς, ἐν Ἀριθμοῖς, περὶ τοῦ φανέντος ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀστέρος φησί· « Φησὶ Βαλαὰμ υἱὸς Βεὼρ, φησὶν ὁ ἄνθρωπος ὁ ἀληθινῶς ὁρῶν, ἀκούων λόγια Θεοῦ, ἐπιστάμενος ἐπιστήμην Ὑψίστου, καὶ ὅρασιν τοῦ Θεοῦ ἰδὼν, ἐν ὕπνῳ ἀποκεκαλυμμένοι οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ· δείξω αὐτῷ, καὶ οὐχὶ νῦν, μακαρίζω, καὶ οὐκ ἐγγίζει. Ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακὼβ, καὶ ἀναστήσεται ἄνθρωπος ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ θραύσει τοὺς ἀρχηγοὺς Μωὰβ, καὶ προνομεύσει πάντας υἱοὺς Σήθ. Καὶ ἔσται Ἐδὼμ κληρονομία, καὶ ἔσται κληρονομία Ἡσαῦ ὁ ἐχθρὸς αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ ἐποίησεν ἐν ἰσχύϊ, καὶ ἐξεγερθήσεται ἐξ Ἰακὼβ, καὶ ἀπολεῖ σωζόμενον ἐκ πόλεως. » Ἐπὶ ταύτῃ φησὶ τῇ προφητείᾳ κινηθέντας τοὺς διαδόχους Βαλαάμ. Σεσῶσθαι γὰρ αὐτὴν, ὡς καὶ ἦν εἰκὸς, παρ' αὐτοῖς. Ὀπηνίκα συνεῖδον ἐν οὐρανῷ ξενίζοντά τινα παρὰ τοὺς συνήθεις ἀστέρα, κατὰ κορυφῆς, ὡς ἂν εἴποι τις, καὶ κατὰ κάθετον τῆς Ἰουδαίας ἐστηριγμένον, σπουδὴν πεποιῆσθαι ἐπὶ τὴν Παλαιστινῶν ἀφικέσθαι γῆν, ἱστορίας ἕνεκα τοῦ διὰ φανέντος ἀστέρος σημαινομένου βασιλέως. Μαρτυρεῖ τούτοις ὁ εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος λέγων· « Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας ἐν ἡμέραις Ἡρῴδου τοῦ βασιλέως, ἰδοὺ μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν παρεγένοντο εἰς Ἱερουσαλὴμ, λέγοντες· Ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ, καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ· » ὅτε καὶ παραπεμφθέντες εἰς Βηθλεὲμ ἐπορεύθησαν, « καὶ ἰδοὺ πάλιν ὁ αὐτὸς ἀστὴρ, ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ, προῆγεν αὐτοὺς, ἕως ἐλθὼν ἐστάθη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον. Ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα, καὶ εἰσελθόντες εἰς τὴν οἰκίαν, εἶδον τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ. » Ταῦτα μὲν τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον· ὁ δέ γε τῆς προφητείας λόγος ἐπὶ τῇ τοῦ ἀστέρος ἐπιτολῇ, καὶ τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γενέσει τίνα φησὶν ἔσεσθαι, συνιδεῖν ἄξιον· Θραῦσιν ἀρχηγῶν Μωὰβ, καὶ προνομὴν υἱῶν Σὴθ, καὶ τῶν γε λοιπῶν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους πολεμίων κληρονομίαν· οὗτοι δὲ ἦσαν Ἐδὼμ καὶ Ἡσαῦ. Τί δὲ ἠνίξατο διὰ τούτων, ἢ διὰ μὲν τῶν ἀρχηγῶν Μωὰβ τὴν τῶν ἀοράτων ἀρχόντων καθαίρεσιν, αὐτῶν δὴ τῶν πάλαι παρὰ τοῖς Μωαβίταις θεολογουμένων δαιμόνων; ἀλλ' οὐχ ἑτέρων ἐμνήσθη διὰ τὴν εἰδωλολατρείαν τοῦ Ἰσραὴλ τὴν ἐπὶ τῆς ἐρήμου γενομένην, ὅτε ἐτελέσθη ὁ λαὸς τῷ Βεελ-

[16] Num. xxiv, 15-19. [17] Matth. II, 1, 2. [18] ibid. 9-11.

Digitized by Google

φεγώρ· δαίμων δὲ ἦν οὗτος ὡς θεὸς παρὰ τῷ βασιλεῖ Μωὰβ τῷ Βαλὰκ τιμώμενος. Ἐπεὶ οὖν νενίκητο ὁ Ἰσραὴλ κατὰ τοῦτο τοῦ καιροῦ πρὸς τῶν ἀοράτων ἀρχόντων τοῦ Μωὰβ, λέγω δὲ τῶν παρὰ τοῖς Μωαβίταις νενομισμένων θεῶν· (εἰδωλολάτρησαν γοῦν καὶ προσεκύνησαν τοῖς γλυπτοῖς, ὥς φησιν ἡ Γραφή· « Καὶ ἐτελέσθησαν τῷ Βεελφεγὼρ, » δαίμων δὲ οὗτος τῶν Μωαβιτῶν ἦν, ὅτε καὶ ἐξεπόρνευσαν εἰς τὰς Μωαβίτιδας·) εἰκότως τὸ μέλλον ἔσεσθαί ποτε, καὶ τὴν εἰς τοὐναντίον τῶν πραγμάτων μεταβολὴν κατὰ καιρὸν ὁ Βαλαὰμ θεσπίζει, λέγων· « Ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακὼβ, καὶ ἀναστήσεται ἄνθρωπος ἐξ Ἰσραήλ· καὶ θραύσει ἡγεμόνας Μωάβ. » Ὡσεὶ σαφέστερον εἰπεῖν, τοὺς μεγαλαυχήσαντας κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ δαίμονας τῶν Μωαβιτῶν ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ προφητευομένου, θραῦσίν ποτε καὶ πτῶσιν παθεῖν· ὧν θραυσθέντων, τοὺς υἱοὺς Σὴθ, καὶ Ἐδὼμ, καὶ Ἡσαῦ, καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη, ἃ διὰ τούτων σημαίνεσθαι ἡγοῦμαι, τὰ πάλαι καταδεδουλωμένα τῇ δαιμονικῇ πλάνῃ, μεταβαλόντα τῆς δεισιδαιμονίας, οἰκεῖα τοῦ θεσπιζομένου γενήσεσθαι. « Καὶ ἔσται, γάρ φησιν, Ἐδὼμ κληρονομία, καὶ ἔσται κληρονομία Ἡσαῦ ὁ ἐχθρὸς αὐτοῦ. » Οἱ γὰρ πάλαι ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Ἰσραὴλ, φησὶ, γενήσονται κληρονομία τοῦ προφητευομένου. Αὐτὸς γὰρ ἦν ᾧ εἴρητο πρὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς αὐτοῦ· « Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου· » ὧν εἰς τὸν κλῆρον τῶν ἁγίων μεταστάντων, τἀναντία τῷ Ἰσραὴλ ἔσεσθαι θεσπίζει. Φησὶ γοῦν· « Καὶ Ἰσραὴλ ἐποίησεν ἐν ἰσχύϊ. » Τὸ δὲ, ἐποίησεν ἐν ἰσχύϊ τὴν πάντων μείζιστην ἀσέβειαν· διὸ ἐξεγερθήσεται ἀπ' αὐτῶν καὶ ἐξαναστήσεται. Τίς οὗτος ἢ ὁ προφητευόμενος τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὃς καὶ ἀπώλεσε σωζόμενον ἐκ πόλεως; εἶμαι δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ αἰνίττεσθαι, ἐξ ἧς ὤλετο πᾶς σωζόμενος, ἢ καὶ τὸ πᾶν τοῦ ἔθνους αὐτῶν πολίτευμα. Ταῦτα δὲ ὅποι τέλους ἔτυχεν, ὁμοῦ τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰς ἀνθρώπους ἐκλάμψει τῶν μὲν πρὶν εἰδωλολατρῶν ἐθνῶν εἰς τὸν αὐτῶν μεταστάντων κλῆρον, τοῦ δὲ Ἰουδαίων ἔθνους καὶ τῆς μητροπόλεως αὐτῶν πεπονθότων ὁποῖα οὐδεπώποτε, οὐ μακρῶν δεῖν οἶμαι λόγων. Ἀλλὰ τὰ μὲν τῆς συμφωνίας, τῆς τε προφητικῆς προρρήσεως, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς συμπεράνσεως, ὧδέ πως ἐχέτω τέλος. Τί δ' ἦν τὸ αἴτιον τῆς ἐπιλάμψεως τοῦ φανέντος ἀστέρος, συνιδεῖν ἄξιον. Εἰς σημεῖά φησιν ὁ Μωϋσῆς, καὶ εἰς καιροὺς τεθεῖσθαι τοὺς πάντας ἐν τῷ στερεώματι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀστέρας· ξένος δὲ οὖν καὶ οὐ συνήθης, οὐδὲ τῶν πολλῶν καὶ γνωρίμων εἷς, ἀλλά τις καινὸς καὶ νέος ἀστὴρ ἐπιφανεὶς τῷ βίῳ, σημεῖον ξένου φωστῆρος ἐδήλου καταλάμψαντος τῷ παντὶ κόσμῳ, ὃς ἦν ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, μέγας καὶ νέος ἀστὴρ, οὗ τὴν εἰκόνα συμβολικῶς ὁ φανεὶς τότε τοῖς μάγοις ἐπεζήτει. Ἐπειδὴ γὰρ καθ' ὅλης τῆς ἱερᾶς καὶ θεοπνεύστου Γραφῆς ὁ προηγούμενος τῆς διανοίας σκοπὸς μυστικώτερα καὶ θεῖα βούλεται παιδεύειν, μετὰ τοῦ καὶ τὴν πρόχειρον διάνοιαν σώζεσθαι ἐν μέρει ἱστορικῶς πεπραγμένων, εἰκότως καὶ ἡ μετὰ χεῖρας

A cultum, quo in deserto usus est, quo tempore populus initiatus est Beelphegor. Erat porro hic dæmon, qui ut deus a rege Moab ipso Balac colebatur. Quoniam igitur victus est Israel illo tempore a principibus Moab visum effugientibus, dicq autem ab iis qui apud Moabitas pro diis colebantur (sane idcirco et simulacra coluerunt, et adoraverunt sculptilia, ut ait Scriptura : « Et initiati sunt Beelphegor [19], » qui Beelphegor dæmon erat apud Moabitas, quo tempore iidem cum feminis Moabitarum fornicati sunt), merito quod olim erat futurum, rerum utique in contrarium mutationem in tempore divinat Balaam, dicens : « Orietur stella ex Jacob, et surget homo ex Israel. Et franget duces Moab. » Tanquam si manifestius diceret, Moabi-
B tarum dæmonas qui nunc adversus Israel gloriati sunt in ortu ejus de quo ipse vaticinatur, fractionem tandem et ruinam passuros : quibus fractis, filios
419 Seth, et Edom, et Esau, et reliquas gentes, quas his nominibus significari arbitror, ut olim dæmonico errori addictæ erant, sic rejecta superstitione, familiares illius futuras, qui venturus canitur. « Et erit, inquit, Edom hæreditas, et erit hæreditas Esau inimicus ejus; » veteres, inquit, hostes Dei atque Israel erunt hæreditas ejus, qui canitur futurus; ipse enim est cui dictum est a Deo et Patre suo : « Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam [20]. » Quæ cum in sortem sanctorum transierint, contraria ipsi Israel fore divinat. Ait igitur : « Et Israel fecit in robore, » fecit autem
C in robore omnium maximum scelus; quapropter excitabitur et exsurget. Quis tandem iste nisi is qui a prophetis canitur Dei Verbum, qui etiam perdidit eum qui servatur ex civitate? Quibus verbis ipsam Jerusalem significari arbitror, ex qua periit omnis quicunque superstes mansit : aut etiam omne ejus gentis civile institutum. Hæc autem quemnam exitum sortita sint, cum gentes prius simulacra colentes una cum Salvatoris nostri inter homines exortu, in illorum sortem translatæ sint, Judaica vero gens, et Judæorum mater civitas ea perpessæ sint quæ nunquam antea, non longiori arbitror oratione indigere ut apertius ostendatur. Attamen quæ ad consensum pertinent tum prophe-
D ticæ prædictionis, tum evangelicæ consummationis, talem sane habeant exitum. Cæterum quæ tandem causa exstitit propter quam stella quæ tum visa est, illuxerit, quæ quidem causa contemplatu digna sit? Moses quidem in signa ait et tempora in firmamento a Deo posita fuisse sidera universa; at vero hoc et peregrinum et insolitum, neque idem ex multis et cognitis unum, sed novum potius quoddam neque antea visum sidus, quod vitæ hominum illuxit, recentis cujusdam luminaris signum, quod universum mundum illustraret, indicabat : quod quidem luminare Christus Dei erat, ingens illud novumque sidus, cujus imaginem ex comparatione ac si-

[19] Psal. cv, 28. [20] Psal. II, 8.

Digitized by Google

militudine quadam, illud quod tunc magis apparuit, referebat. Cum enim per totam sacrosanctam et a divino Spiritu traditam Scripturam, si quis eam ad sensum interpretetur, primum sit propositum, ut mystica quædam divinaque doceat, servato tamen saltem in parte etiam vulgari apertoque sensu eorum quæ historice gesta sunt : merito hoc quoque quod nunc tractatur oraculum, in ejus sideris, prophetia quod in ortu Salvatoris nostri oriturum denuntiabatur, etiam ad verbum completum est. **420** Exsistunt quidem aliis quoque gloriosis et illustribus viris insolitarum stellarum ignes, ut earum quæ a quibusdam crinitæ vocantur, item quæ trabis, aut quæ barbæ similitudinem ferentes, utique etiam quarumdam aliarum his similium, quæ magnis imminentibus rebus solent exsistere. At enim quid tandem aut excellentius aut majus toti mundo unquam contigerit, quam quod per salutarem adventum omnibus illuxit mortalibus intelligentiæ lumen, quod et pietatis et veræ agnitionis Dei perceptionem animis rationalibus attulit, cujus gratia, ingens signum id, de quo antea dictum est, indicabat sidus, dum ingens et novum luminare quod totum illustravit mundum, Christum utique Dei omnibus significat? Eodem vero loco prophetia, et hominem et sidus futurum divinat, his verbis : « Exorietur stella ex Jacob, et surget homo ex Israel, » utpote quæ et cœleste luminare Deum Verbum esse significet, et tamen eumdem hominem appellet. Varie porro illum aliis quoque in locis et ortum simul, et lumen et solem justitiæ vocat, ut in prioribus libris ostendimus. Cæterum quod quidem in illo divinius est, tanquam id quod illuminet omnem hominem venientem in hunc mundum, ortus vocabulo celebravit, in hunc modum : « Orietur stella ex Jacob. » Hominem vero eumdem propter afflictionem ac mortem quam pertulit, tanquam eum qui ceciderat, surrecturum divinat, quibus similia de eodem Isaias canit : « Et erit radix Jesse, et qui surgit ut imperet gentibus : in eo gentes sperabunt[21]. » Et manifestum quidem est, quonam modo Salvatoris nostri lumen de Jacob exortum, hoc est de Judaico populo, non ipsi Jacob unde profectum est, sed omnibus gentibus illuxerit. Hoc vero cum ex aliis plurimis prophetiis discere possumus, tanquam ad ipsum Christum dicentibus : « Ecce posui te in Testamentum generis, in lumen gentium[22]; » tum etiam ex ipsius Balaam verbis, quæ sic habent : « Egredietur de semine ejus homo, et dominabitur gentibus multis[23]. » Atqui de quonam alio semine quam de Israel, ut facile constat ex ipsius orationis contextu? Proinde jam gentium dominatu accepto Salvatoris nostri Verbum, cum ipsa prophetia concordans, omnes quæcunque illis quondam imperabant, invisibiles et perniciosas potestates delevit, necnon spiritualia malitiæ catervamque dæmonicam, quæ ductores Moab, et Seth, et Edom, et **421** Esau, figuratius in iis quæ nunc tractamus, denominata sunt. Cum autem apud LXX obscurius positum sit illud : « Ostendam illi, sed

A πρόρρησις ἐπληροῦτο πρὸς λέξιν ἐπὶ τῇ τοῦ προαναφωνηθέντος ἀστέρος ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν προφητείᾳ. Γίγνονται μὲν οὖν καὶ ἐφ' ἑτέρων ἐπιδόξων καὶ ἐπιφανῶν ἀνδρῶν ξενιζόντων ἀστέρων ἐκλάμψεις, οἷον τῶν καλουμένων παρά τισι κομητῶν, ἢ δοκίδων, ἢ πωγωνιῶν, ἢ τινων ἑτέρων τούτοις παραπλησίων, ἐπὶ μεγάλοις πράγμασιν ἐξ ἔθους ἀναφαινομένων. Ἀλλὰ τί γὰρ κρεῖττον ἢ μεῖζον τῷ παντὶ κόσμῳ γένοιτ' ἂν ποτε ἢ τὸ διὰ σωτηρίου ἐπιφανείας πᾶσιν ὑπάρξαν ἀνθρώποις νοερὸν φῶς, εὐσεβείας καὶ θεογνωσίας ἀληθοῦς κατάληψιν λογικαῖς ψυχαῖς νομιζόμενον; οὗ δὴ χάριν τὸ μέγα σημεῖον ὁ προφανὴς ἐδήλου ἀστὴρ, μέγαν καὶ νέον φωστῆρα ἐπιλάμψαντα τῷ παντὶ κόσμῳ τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ πᾶσιν αἰνιττόμενος. Κατὰ τὸ αὐτὸ δὲ ἡ προφητεία B ἄνθρωπον ὁμοῦ καὶ ἀστέρα θεσπίζει δι' ὧν φησιν· « Ἀνατελεῖ ἀστρον ἐξ Ἰακώβ, καὶ ἀναστήσεται ἄνθρωπος ἐξ Ἰσραήλ· » τὸν μὲν οὐράνιον φωστῆρα τὸν Θεὸν Λόγον εἶναι, τὸν αὐτὸν δὲ ἄνθρωπον ὀνομάζουσα. Διαφόρως δὲ αὐτὸν καὶ ἐν ἑτέροις ἀνατολὴν ὁμοῦ, καὶ φῶς, καὶ ἥλιον δικαιοσύνης ἀποκαλεῖ, ὡς ἐν τοῖς πρώτοις ἀπεδείξαμεν. Εἶτα τὸ μὲν θειότερον αὐτοῦ, ἅτε φωτίζον πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, τῷ τῆς ἀνατολῆς ἐπεφήμισε προσρήματι φήσας· « Ἀνατελεῖ ἀστρον ἐξ Ἰακώβ· » τὸν δὲ ἄνθρωπον διὰ τὸ συμβὰν περὶ αὐτὸν πάθος, ὡς ἂν πεπτωκότα, ἀναστήσεσθαι θεσπίζει, ὁμοίως οἷς καὶ Ἡσαΐας περὶ αὐτοῦ φησι· « Καὶ ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι. » Καὶ σαφές γε τίνα τρόπον τὸ φῶς C τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐκ τοῦ Ἰακὼβ ἀνατεῖλαν, τοῦτ' ἔστιν ἀπὸ τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ, πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ἀλλ' οὐχὶ τῷ Ἰακὼβ, ὅθεν καὶ προῆλθεν, ἐξέλαμψε. Τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ πλείστων ἑτέρων πάρεστιν ἐκλαβεῖν προφητειῶν, ὡς πρὸς αὐτὸν φασκουσῶν τὸν Χριστόν· « Ἰδοὺ τέθεικά σε εἰς Διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν· » οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν τοῦ Βαλαὰμ λόγων, δι' ὧν φησιν· « Ἐξελεύσεται ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ ἄνθρωπος, καὶ κυριεύσει ἐθνῶν πολλῶν. » Τίνος δὲ ἐκ σπέρματος ἢ τοῦ Ἰσραὴλ, ὡς ἡ σύμφρασις παρέστησε; καὶ δὴ κυριεύσας ἐθνῶν ὁ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Λόγος, ἀρχούσας ἀοράτους καὶ μοχθηρὰς δυνάμεις καθεῖλε, καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, τό τε στῖφος τὸ δαιμονικὸν, ἀρχηγοὺς Μωάβ, καὶ Σὴθ, καὶ Ἐδὼμ, καὶ Ἡσαῦ τροπικώτερον ἐν τοῖς μετὰ D χεῖρας ὠνομασμένα. Ἀσαφῶς δὲ κείμενον παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα τὸ, « Δείξω αὐτῷ, καὶ οὐχὶ νῦν, μακαρίζω, καὶ οὐκ ἐγγίζει, » σαφέστερον ὁ μὲν Ἀκύλας ἐξέδωκεν· « Ὄψομαι αὐτὸν, καὶ οὐ νῦν, προσκοπῶ, ἀλλ' οὐκ ἐγγύς· » ὁ δὲ Σύμμαχος λευκότερον, φήσας· « Ὁρῶ αὐτὸν, ἀλλ' οὐκ ἐγγύς. » Λέγοιτο δ' ἂν ταῦτα ὑπὸ τοῦ Βαλαὰμ, ὡς μακροῖς ὕστερον μετ' αὐτὸν χρόνοις μελλόντων ἐπιτελεσθήσεσθαι τῶν δηλουμένων· μετὰ γοῦν δισχιλιοστὸν ἔτος τῆς προρρήσεως ἐπληροῦτο ταῦτα, ἐπὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας.

[21] Isa. xi, 10. [22] Isa. xlii, 6. [23] Num. xxiv, 19.

Digitized by Google

non nunc, beatum dico, sed non appropinquat, » idem illud apertius Aquila edidit : « Videbo illum sed non nunc, prospicio illum, sed non prope. » Symmachus autem, candidius : « Video, inquit, illum, sed non prope. » Dici vero hæc videntur a Balaam, tanquam longis deinceps post ipsum temporibus perficienda essent ea, quæ ab ipso canebantur : nam duobus millibus annorum post illud vaticinium completa sunt hæc, quo videlicet tempore Salvator noster cum hominibus versatus est.

Ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου. — Ὡς ὁ Κύριος, ἐπιβὰς οὗ ἀνελήμφθη ἐξ ἁγίας Παρθένου σώματος, ἥξειν εἰς Αἴγυπτον ῥητῶς τε καὶ κατὰ διάνοιαν ἐθεσπίζετο, πᾶσά τε ἐπὶ τῆς παρουσίας αὐτοῦ καθαιρεθήσεσθαι τῶν ἐθνῶν δεισιδαιμονία.

A *Ab Esaia. — Quemadmodum Dominus insistens illud quod de sancta Virgine assumpsit corpus, venturus in Ægyptum et secundum verba, et secundum sententiam prædictus est, omnisque in ejus adventu evertenda gentium superstitio.*

« Ἰδοὺ Κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης, καὶ ἥξει εἰς Αἴγυπτον· καὶ σεισθήσεται τὰ χειροποίητα Αἰγύπτου ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἡ καρδία αὐτῶν ἡττηθήσεται ἐν αὐτοῖς. » Τὸ δ' αἴτιον τοῦ τὸν Κύριον ἥξειν εἰς Αἴγυπτον θεσπίζεσθαι, τόδε μοι εἶναι δοκεῖ. Πρῶτοι μὲν πάντων Αἰγύπτιοι τῆς πολυθέου καὶ δαιμονικῆς πλάνης ἀπάρξασθαι λέγονται, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσιν ἀνθρώποις αἴτιοι καταστῆναι δεισιδαιμονίας, ἀλλὰ καὶ πάντων μᾶλλον περὶ τὰς δαιμονικὰς ἐνεργείας τε καὶ περιεργείας ἠσχολῆσθαι· οὗτοι δὲ καὶ ὑπὸ τῆς ἐνθέου Γραφῆς ἐχθροὶ τοῦ λαοῦ τοῦ Θεοῦ ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς γεγονέναι μεμαρτύρηνται· καὶ ὅ γε παλαιὸς αὐτῶν βασιλεὺς ὁμολογῶν μὴ εἰδέναι τὸν Κύριον ἀναγέγραπται, ὅτε δὴ ἔφασκεν· « Οὐκ οἶδα τὸν Κύριον, καὶ τὸν Ἰσραὴλ οὐκ ἐξαποστελῶ. » Τὸ δὴ οὖν μέγα θαῦμα τῆς ἐνθέου τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως παραστῆσαι βουλόμενος ὁ λόγος, θεσπίζει τοῦ Κυρίου τὴν εἰς Αἴγυπτον ἄφιξιν, ἐφ' ᾗ μεταβολὴν οὐ τὴν τυχοῦσαν τῶν Αἰγυπτίων ἔσεσθαι προφητεύει, λέγων ἐξῆς· « Καὶ γνώσονται οἱ Αἰγύπτιοι τὸν Κύριον, » οἱ πρὶν μὴ εἰδότες αὐτὸν, « καὶ εὔξονται τῷ Κυρίῳ εὐχὰς, » καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια. Ἀνωτέρω μὲν οὖν ἐν τῷ πρὸ τούτου κεφαλαίῳ κληρονομία τοῦ θεσπιζομένου Ἐδὼμ καὶ Ἡσαῦ ἐλέγετο, τῶν ἀλλοτρίων Ἰσραὴλ οὕτω σημαινομένων· ἐνταῦθα δὲ ἡ Αἴγυπτος, λαὸς οὐκ ἔτι, τῶν εἰδώλων, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις προφήταις θεολογουμένου Κυρίου θεσπίζεται. Ἅπερ εἰ μὲν μὴ ὄψει συντελούμενα θεωρεῖται, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν τὴν θεσπιζομένην ἄφιξιν τοῦ Κυρίου εἰς τὴν Αἴγυπτον γεγονέναι· εἰ δὲ ὑπὲρ πάντα λόγον ἡ ἀλήθεια μαρτυρεῖ τοῖς πράγμασι, καὶ τοῖς ἀγνωμονεστάτοις ἐναργῶς δείκνυσιν αὐτοὺς Αἰγυπτίους, τῆς μὲν ἐξ αἰῶνος πατροπαραδότου δεισιδαιμονίας ἀνακεχωρηκότας, οἰκειωθέντας δὲ τῷ Θεῷ τῶν ταῦτα προαναφωνησάντων προφητῶν, καὶ τοῦτον μόνον σέβοντας, καὶ πάντα θάνατον ἀσπαζομένους ὑπὲρ τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας· ὥρα μὴ ἄλλως ταῦτα γεγονέναι συνομολογεῖν ἢ τοῦ Κυρίου ἐληλυθότος εἰς Αἴγυπτον ἀκολούθως τῇ προκειμένῃ προῤῥήσει. Ἔστι μὲν οὖν καὶ ἄλλως τὸν λόγον αἰνίττεσθαι τροπικῶς τὸν περίγειον κόσμον, εἰς ὃν ὁ λόγος προφητεύει τὸν Κύριον ἐπὶ νεφέλης κούφης ἥξειν, οὕτω τὸν ἐκ Παρθένου καὶ Πνεύματος ἁγίου ληφθέντα αὐτῷ ἄνθρωπον αἰνιττόμενος· χειροποίητα δὲ Αἰγύπτου σεισθήσεσθαι τὰ τῶν ἐθνῶν ξόανα, καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς δαίμονας, ὡς αὖ πάλιν Αἰγυπτίους ἡττωμένους πάντας τοὺς πάλαι πρότερον περὶ τὴν εἰδωλολατρείαν ἐπτοημένους.

« Ecce Dominus sedet super nube levi, et veniet in Ægyptum : et commovebuntur manufacta Ægypti a facie ejus, et cor eorum vincetur in ipsis [24]. » Causa porro cur Dominus ita in Ægyptum destinetur venturus, hæc mihi esse videtur. Primi siquidem omnium Ægyptii errori colendi multos deos ac dæmonas initium dedisse dicuntur, et reliquis universis mortalibus superstitionis auctores exstitisse, quin etiam omnium aliorum maxime, dæmonicis operationibus et curiositatibus studuisse : iidem præterea ab ipsa Scriptura divina hostes populi Dei fuisse perhibentur. Sed antiquus quoque ipsorum rex fateri se non nosse Dominum, palam descriptus est, dum sic ait : « Non novi Dominum, et Israel non emittam [25]. » Ergo ingens quoddam divinæ Christi virtutis miraculum exhibere nobis volens prophetica oratio, Domini in Ægyptum canit adventum, **422** sub quem non levem futuram Ægyptiorum mutationem, divinat deinceps sic dicens : « Et cognoscent Ægyptii Dominum, » qui videlicet non cognoscebant illum prius, « et vovebunt Domino vota [26], » et quæ his similia sequuntur. Superiori quidem proximo capite hæreditas ejus, qui venturus canitur, Edom et Esau dicebatur, quippe cum alieni ab Israel eo modo significarentur : hic vero et Ægyptus et Ægypti populus, non simulacrorum amplius futurus canitur, sed ejus Domini qui apud Judæorum prophetas pro Deo celebratur. Quæ si oculis completa non cernuntur, ne dicamus sane adventum illum Domini, qui in Ægyptum futurus prædicitur, fuisse adhuc. Sed si supra omnem rationem, rebus fidem ipsa veritas facit, atque etiam rudissimis et sensu omni carentibus evidenter ostendit, ipsos Ægyptios ab ea superstitione recessisse, quam usque ab initio a patribus suis acceperant, illique Deo adhæsisse, qui a prophetis hæc ipsa divinantibus colebatur, et unum hunc interim colere, neque ullam mortem recusare pro cultu et pietate erga illum : quid aliud jam superest, nisi ut fateamur non aliter ista contigisse, quam per Domini in Ægyptum adventum, sicut vaticinium proxime expositum significabat? Et nihil quidem impedit aliter quoque idem accipere oraculum, ut videlicet figurate terrenum hunc mundum significet : in quem verba ipsa Dominum super nube levi venturum vaticinentur : quippe quæ hoc modo hominem ab illo de Virgine et Spiritu sancto assumptum, intelligi velint. Manu autem facta

[24] Isa. xix, 1. [25] Exod. v, 2. [26] ibid. 21.

Digitized by Google

Ægypti commovenda, ipsa gentium simulacra, et in illis habitantes dæmonas, sicut rursus Ægyptios victos, omnes prioribus olim temporibus colendis simulacris addictos. Attamen cum etiam ipso corpore Salvator noster in terram Ægyptiam vectus sit, quo tempore oraculo monitus Joseph surrexit, Mariamque una cum puerulo accepit, et cum occulta sua virtute atque efficacia in Ægyptum pervenit, malignas ibi prius habitantes potestates, non mediocriter commotas fuisse par est, et maxime cum postea per illius doctrinam innumerabiles eorum, qui Ægyptum incolunt conventus, ab errore ac fraude dæmonum recedentes, etiam nunc unum universi Deum se nosse fateantur. **423** Quæ vero deinceps sequuntur, cum obscurioribus figuris implicita sint, curæque ac diligentiæ majoris indigeant, alias seorsum, cum per otium licebit, interpretabimur.

A Πλὴν ἀλλὰ καὶ σωματικῶς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπεὶ κομισθέντος τῇ Αἰγυπτίων χώρᾳ, ὅτε, κατὰ τὸν χρησμὸν, ἀναστὰς ὁ Ἰωσὴφ παρέλαβε τὴν Μαριὰμ καὶ τὸ παιδίον, καὶ ἦλθεν εἰς Αἴγυπτον, ἀπορρήτῳ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ τὰς αὐτόθι τὸ πρὶν οἰκούσας πονηρὰς δυνάμεις εἰκὸς οὐ μικρῶς κεκινῆσθαι, καὶ μάλιστα ὅτε διὰ τῆς μετέπειτα διδασκαλίας αὐτοῦ μυρία πλήθη τῶν τὴν Αἴγυπτον οἰκούντων, τῆς τῶν δαιμόνων ἀποφυγόντα πλανήσεως, ἔτι καὶ νῦν τὸν τῶν ὅλων ὁμολογεῖ μόνον εἰδέναι Θεόν. Τὰ δ' ἐν τοῖς ἑξῆς ἐπιλεγόμενα, αἰνιγματώδη ὄντα, πλείονός τε δεόμενα πραγματείας, ἐπ' οἰκείας σχολῆς ἑρμηνεύσομεν.

A Numeris. — Quemadmodum Christus in Ægyptum venturus, atque illinc reversurus prædictus fuerit.

B *Ἀπὸ τῶν Ἀριθμῶν.— Ὡς ὁ Χριστὸς εἰς Αἴγυπτον ἥξειν, κἀκεῖθεν ἐπανελεύσεσθαι προείρητο.*

« Dixit Balaam filius Beor : dixit homo qui vere videt, dixit qui audit oracula fortis, qui visionem Dei vidit, in somno aperti oculi ejus, quam pulchræ domus tuæ Jacob, tabernacula tua Israel, ut saltus umbrosi, et quasi hortus juxta flumina, et quasi tabernacula quæ fixit Dominus, quasi cedrus juxta aquas. Egredietur homo de semine ejus, et dominabitur gentibus multis, et extolletur Gog regnum, et augebitur regnum ejus. Deus duxit illum ex Ægypto, quasi gloria rhinocerotis illi. Devorabit gentes inimicorum suorum, et crassitudines eorum attenuabit, et jaculis suis feriet inimicum. Accubans quievit ut leo, et ut catulus, quis C excitabit illum? qui benedicunt tibi, ipsis benedictum est, et qui maledicunt tibi, ipsis maledictum est [97]. » Superius per eam prophetiam quæ proxime exposita est, dum oraculum, venturum in Ægyptum Dominum affirmat, Salvatoris nostri Jesu Christi migrationem una cum parentibus suis in Ægyptum illi ipsi futuram indicabat. Hic autem reditum ab Ægypto, ut ordo postulat, quo in terram Israel una cum parentibus reversus est, canit his verbis : « Deus duxit illum ab Ægypto. » Solus autem exstitit Salvator et Dominus noster Jesus, qui Christus est Dei, neque alius præterea quisquam, ex semine Israel, et Judaica gente profectus, qui multis dominatus sit gentibus, ut absque hæsitatione fateri necesse sit, præsens vaticinium in illo exitum suum invenisse, utpote quod palam enuntiet, de Judaica gente egressurum quemdam hominem **424** et dominaturum gentibus multis : aut quivis mihi dicat, utrum habeat ex iis qui apud Hebræos unquam illustres fuerint alium quem proferat, qui multarum gentium dominatum acceperit. Atqui nemo unquam istud dixerit, quoniam ne factum quidem est. At vero in Salvatore nostro, etiamsi nos nihil dicamus, ipsa tamen nihilominus veritas clamabit, et vehementer vociferabi-

« Φησὶ Βαλαὰμ υἱὸς Βεώρ· φησὶν ὁ ἄνθρωπος ὁ ἀληθινῶς ὁρῶν, φησὶν ἀκούων λόγια ἰσχυροῦ, ὅστις ὅρασιν Θεοῦ εἶδεν, ἐν ὕπνῳ ἀποκεκαλυμμένοι οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ, ὡς καλοὶ οἱ οἶκοί σου, Ἰακὼβ, αἱ σκηναί σου, Ἰσραὴλ, ὡσεὶ νάπαι σκιάζουσαι, καὶ ὡς παράδεισος ἐπὶ ποταμῶν, καὶ ὡσεὶ σκηναὶ, ἃς ἔπηξε Κύριος, ὡσεὶ κέδροι παρ' ὕδατα. Ἐξελεύσεται ἄνθρωπος ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, καὶ κυριεύσει ἐθνῶν πολλῶν, καὶ ὑψωθήσεται ἡ Γὼγ βασιλεία, καὶ αὐξηθήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ. Θεὸς ὡδήγησεν αὐτὸν ἐξ Αἰγύπτου, ὡς δόξα μονοκέρωτος αὐτῷ. Ἔδεται ἔθνη ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ τὰ πάχη αὐτῶν ἐκμυ- C λιεῖ, καὶ ταῖς βολίσιν αὐτοῦ κατατοξεύσει ἐχθρόν. Κατακλιθεὶς ἀνεπαύσατο ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος· τίς ἐγερεῖ αὐτόν; οἱ εὐλογοῦντές σε εὐλόγηνται, καὶ οἱ καταρώμενοί σε κεκατήρανται. » Ἀνωτέρω διὰ τῆς προτεταγμένης προφητείας φήσας ὁ χρησμὸς τὸν Κύριον ἥξειν εἰς Αἴγυπτον, ἐδήλου τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διακομιδὴν, τὴν ἅμα τοῖς γονεῦσιν εἰς Αἴγυπτον αὐτῷ γενησομένην· ἐν τούτοις δὲ τὴν ἐπάνοδον ἑξῆς καὶ ἀκολούθως τὴν ἀπ' Αἰγύπτου, ἣν ἅμα τοῖς γονεῦσιν εἰς τὴν γῆν τοῦ Ἰσραὴλ ἐποιήσατο, θεσπίζει λέγων· « Θεὸς ὡδήγησεν αὐτὸν ἐξ Αἰγύπτου. » Μόνος δὲ ἦν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐδὲ ἄλλος, ὁ ἐκ τοῦ σπέρματος Ἰσραὴλ, καὶ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους προελθὼν, καὶ πολλῶν κατακυριεύσας ἐθνῶν, ὥστε D ἀναμφιλόγως ὁμολογεῖσθαι πέρας ἔχειν ἐπ' αὐτῷ καὶ τὴν παροῦσαν πρόῤῥησιν διαῤῥήδην ἐκφωνοῦσαν, ὅτι δὴ ἐκ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐξελεύσεταί τις ἄνθρωπος, καὶ κυριεύσει ἐθνῶν πολλῶν· ἤ λεγέτω ὁ βουλόμενος, εἰ ἔχοι ἄλλον συστῆσαι τῶν πώποτε παρ' Ἑβραίοις ἐνδόξων, πολλῶν ἐθνῶν ἄρξαντα· ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποι τις, ὅτι μηδὲ γέγονεν. Ἐπὶ δέ γε τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἂν καὶ ἡμεῖς μὴ λέγωμεν, αὐτή γε ἡ ἀλήθεια βοήσει καὶ μέγα κεκράξεται, ἀντικρὺς παριστῶσα, ὅπως ἡ ἔνθεος αὐτοῦ δύναμις, διὰ τοῦ ἀναληφθέντος αὐτῷ ἐκ σπέρματος Ἰσραὴλ τοῦ κατὰ

[97] Num. xxiv, 3-9.

Digitized by Google

σάρκα ἀνθρώπου ἐκυρίευσε, καὶ εἰσέτι νῦν κυριεύσει ἐθνῶν πολλῶν. Αὐτὸς ἄρα οὗτος ἐκεῖνος ἦν, καὶ οὐδ' ἄλλος, ὃν ἡ προφητεία προηγόρευσε, καθ' ὃν καὶ ἡ Γὼγ ὑψώθη βασιλεία, τῆς Χριστοῦ δυνάμεως συναυξούσης. Τοῦτον δ' ἐνταῦθά φησιν αἰνίττεσθαι καθ' Ἑβραίους τὸν τρόπον τὴν τῶν Ῥωμαίων βασιλείαν, ᾗ καὶ συνήκμασεν ἡ Χριστοῦ διδασκαλία. Μέμνηται ἐν τοῦ Γὼγ καὶ ὁ προφήτης Ἰεζεκιὴλ, ἄρχοντα Ῥώς, Μοσὸχ καὶ Θοβὲλ ὀνομάζων· διὰ μὲν τοῦ Ῥὼς τὴν Ῥωμαίων, ὡς ἔοικε, πόλιν αἰνιττόμενος, ἐπεὶ καὶ ἀρχὴ καὶ κεφαλὴ κατὰ τὴν Ἑβραίων φωνὴν διὰ τοῦ Ῥὼς δηλοῦται· διὰ δὲ τοῦ Μοσὸχ τὴν Μυσίαν, καὶ τὰ πέριξ ταύτης ἔθνη, ὅσα νῦν οἰκεῖα Ῥωμαίων ἐστί· διὰ δὲ τοῦ Θοβὲλ τὴν Ἰβηρίαν, οὕτω πως ἀπὸ τοῦ Θοβὲλ γεγονέναι φάσκων Θοβελήλους τοὺς Ἴβηρας· ὧν ἁπάντων ἄρχοντα τὸν Γὼγ ὑψωθήσεσθαί φησιν ἐπὶ τῆς τοῦ προφητευομένου Χριστοῦ παρουσίας, ὃν ὁ Θεὸς ὡδήγησεν ἐξ Αἰγύπτου, ὅτε κατὰ τὸν Ματθαῖον, ἐπιβουλεύοντος τοῦ Ἡρώδου παιδὶ ὄντι αὐτῷ, χρηματισθεὶς ὁ Ἰωσὴφ παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ ἐπανῆλθεν εἰς γῆν Ἰσραήλ. Δόξα δὲ μονοκέρωτος αὐτῷ τῷ Χριστῷ παρῆν, διὰ τὸ ἐν αὐτῷ εὐδοκηκέναι κατοικῆσαι πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, κατὰ τὸν ἱερὸν Ἀπόστολον. Διόπερ ὡς κέρας ἐπιγραφόμενος τὸν τῶν ὅλων Θεὸν καὶ Πατέρα αὐτοῦ, μονόκερως καὶ ἐν ἑτέραις Γραφαῖς ὠνομάσθη. Ὁ δ' αὐτὸς τοῦ Θεοῦ Λόγος τοῖς νοητοῖς καὶ λογικοῖς αὐτοῦ βέλεσι τὸν ἐχθρὸν καὶ ἀντικείμενον αὐτῷ διάβολον, πάσας τε τὰς ἀμφ' αὐτὸν ἀοράτους καὶ πονηρὰς δυνάμεις, διὰ κρείττονος καὶ ἀκαταμάχου δυνάμεως ἤλαυνεν, εἰσέτι τε νῦν κυριεύει ἐθνῶν πολλῶν, ὧν τὰ πάχη καὶ τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς λεπτύνων, ἐπὶ τὴν στενὴν ὁδὸν τῆς αἰωνίου ζωῆς ἐπιτηδείους κατασκευάζει. Ἀλλὰ καὶ κατακλιθεὶς αὐτὸς οὗτος ὁ ἐξ Ἰσραὴλ προελθὼν ἄνθρωπος, ὁ κατακυριεύσας ἐθνῶν πολλῶν, « ἀνεπαύσατο, φησὶν, ὡς λέων, » οὕτω δηλῶν ἣν ἀνεδέξατο οἰκονομίαν, καθ' ἣν ὥσπερ τις βασιλικὸς καὶ θαῤῥαλέος θὴρ ἀνεπαύσατο, μηδενὸς αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν βασιλείαν μεταστήσασθαι δυναμένου· πάντες τε οἱ τὸν Χριστὸν εὐλογοῦντες, λόγῳ τε καὶ βίῳ σεμνύνοντες τὴν ἀρετὴν τοῦ διδασκάλου, τῆς ἐκ Θεοῦ μετειλήφασιν εὐλογίας, αὔξοντες ὁσημέραι καὶ πληθύνοντες, κατὰ τὸ, « Αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, » ἀληθέστερον ἐπ' αὐτῶν καὶ θεοπρεπέστερον τῆς θείας ἐκτελουμένης φωνῆς. Ὡς ἔμπαλιν οἱ ἀπὸ πρώτης τῆς κατ' αὐτοῦ ἐπιβουλῆς εἰσέτι καὶ νῦν αὐτὸν ἐν τοῖς αὐτῶν συνεδρίοις ἀρώμενοι, τὴν ἐκ Θεοῦ κατάραν ἐξ ἐκείνου καὶ εἰσέτι δεῦρο καθ' ἑαυτῶν ἐπεσπάσαντο. Διὸ καὶ τὴν ἐσχάτην οὐ μόνον τῆς βασιλείας, ἀλλὰ καὶ τοῦ πάλαι σεμνοτάτου αὐτῶν ἁγιάσματος ἐρημίαν τε καὶ φθορὰν οὐ παύονται ὀφθαλμοῖς ὁρῶντες. Ἄξιον δὲ παραθεῖναι τοῖς μετὰ χεῖρας τὴν πρὸς τὸν Ἰούδαν τοῦ Ἰακὼβ προφητείαν, ἣν καὶ αὐτὴν ἐναργέστατα εἰς τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα ἐφαρμόζειν προπαρεστήσαμεν, συνιδεῖν τε τὴν ἐν ἑκατέροις συμφωνίαν. Ὡς γὰρ ἐνταῦθα εἴρηται· « Ἐξελεύσεται ἄνθρωπος ἐκ τοῦ σπέρματος αὐ-

tur, planissime indicans, quemadmodum divina illius virtus per illum, qui ab ipso de semine Israel ratione corporis assumptus est, hominem dominata est, atque etiam nunc dominatur gentibus multis. Hic igitur ille ipse erat, non alius quispiam, quem prophetia prædixerat, cujus tempore etiam Gog regnum in sublime adauctum est, cum eo simul Christi virtute ac potentia crescente. Hoc autem modo aiunt Romanorum regnum secundum Hebræos significari, cum quo simul Christi doctrina robur atque incrementum accepit. Meminit autem Gog etiam propheta Ezechiel, dum principem Ros, Mosoch et Thobel nominat, ubi per illud quidem Ros, Romanorum, ut par est, civitatem significat: quandoquidem principatus et caput ea voce apud Hebræos intelligitur; per Mosoch autem Mysiam, et ei finitimas gentes, quæcunque nunc sub Romanorum imperio sunt, et per Thobel, Iberiam Josephus intelligit, qui a Thobel dicit factos esse Thobeelos, qui Iberes dicuntur, quibus omnibus imperantem Gog in sublime adaugendum ait, sub ejus Christi de quo prophetæ loquuntur adventum, quem Deus duxit ex Ægypto, quo tempore, ut apud Matthæum legitur, dum ipsi adhuc puero insidiatur Herodes, Joseph accepto oraculo, accepit puerum et matrem ejus, et reversus est in terram Israel. Rhinocerotis vero gloria ipsi Christo adfuit, propterea quod placuerit in eo habitare omnem plenitudinem divinitatis, ut ait sanctus Apostolus. Quapropter dum veluti cornu sibi universi Deum Patrem ascribit, etiam unicornis in aliis quibusdam Scripturis est nominatus. Idem porro Dei Verbum intelligibilibus rationalibusque suis sagittis, inimicum sibique adversantem diabolum, omnesque circa illum versantes invisibiles et malignas potestates, præstantiori sua et inexpugnabili virtute confixit, atque etiam nunc gentibus multis dominatur, quarum crassitudines et fastum corporeæ massæ extenuans ad angustam æternæ vitæ viam ingrediendam idoneas comparat. **425** Sed etiam recumbens idem hic homo ex Israel profectus, qui multis dominatus est gentibus, « quievit, inquit, ut leo, » quibus verbis quam ille assumpsit dispensationem, significat, secundum quam quasi quidam regulus, et quasi fera quædam audacior quievit, dum illius principatum ac regnum movere loco nemo est qui possit. Omnes autem qui Christo favent ac benedicunt, et tum oratione tum vita virtuti præceptoris addunt cultum et reverentiam, favoris benedictionisque divinæ vicissim participes facti, augescunt quotidie ac multiplicantur, utpote cum in ipsis divina illa vox: « Crescite et multiplicamini et replete terram [18], » et verius et Deo convenientius finem suum consequatur: sicut econtrario, qui a prima adversus illum conspiratione etiam nunc in suis illum consiliis exsecrantur, Dei in seipsos exsecrationem ex illo in

[18] Gen. 1, 28.

Digitized by Google

hunc usque diem contraxerunt. Quapropter non regni solum, sed etiam sui illius, quod honore omni ac reverentia colebant, sanctuarii, extremam solitudinem atque interitum in oculis habere, atque intueri non desinunt. Non abs re autem fuerit hisce quæ nunc tractamus, ipsius Jacob ad Judam prophetiam adjungere, quam etiam ipsam evidentissime Salvatori nostro accommodari jam demonstravimus, contemplarique eam, quæ in utrisque est, concordiam. Quemadmodum enim hic dictum est : « Egredietur homo de semine ejus (ipsius videlicet Jacob), » ita etiam illic dictum est : « De germine, fili mi, ascendisti [29], » ab ipso Jacob, ad eum de quo ipse vaticinatur. Utque in præsenti dicitur illud : « Et dominabitur gentibus multis, » sic in illis quoque illud : « Et ipse erit exspectatio gentium [30]. » Et rursus hic quidem : « Devorabit, inquit, gentes inimicorum suorum, et jaculis suis feriet inimicum; » in illis autem simili ratione illud dictum est : « Manus tuæ in tergo inimicorum tuorum [31]. » Item illud : « Catulus leonis Juda, » et illud : « Recumbens dormivisti ut leo, et ut catulus, quis excitabit illum [32]? » quod in illis dictum est, nihil mihi differre videtur ab eo, quod nunc tractamus oraculo, cujus illa sunt verba : « Recumbens quievit ut leo, et ut catulus, quis excitabit illum? » Hæc autem non abs re unum in locum coegimus, ut quasi in ore duorum testium, ejus quæ in prophetis spectatur concordiæ, de Salvatore nostro demonstratio firmiorem accipiat auctoritatem. Sed omnia quæcunque in vaticinium Jacob contemplanda contulimus, huic item quod a Balaam dictum est, **426** accommodari poterunt, propter eorum quæ dicta sunt similitudinem. Quod si illa in nostro Salvatore completa esse ampliori demonstratione tum constitit, sequitur jam ut præsentia quoque fateamur.

τοῦ, » (δῆλον δ' ὅτι τοῦ Ἰακὼβ,) οὕτω κἀκεῖ· « Ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου, ἀνέβης, » εἴρητο ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Ἰακὼβ πρὸς τὸν προφητευόμενον. Καὶ ὡς ἐπὶ τοῦ παρόντος λέγεται τὸ, « Καὶ κυριεύσει ἐθνῶν πολλῶν, » ὁμοίως καὶ ἐν ἐκείνοις τὸ, « Καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν. » Καὶ πάλιν ἐνταῦθα μὲν, « Ἔδεται, φησὶν, » ἔθνη ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ ταῖς βολίσιν αὐτοῦ κατατοξεύσει ἐχθρόν· » Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν ἐκείνοις, « Αἱ χεῖρές σου ἐπὶ νώτου τῶν ἐχθρῶν σου, » ἐλέγετο. Καὶ τὸ, « Σκύμνος λέοντος Ἰούδα, » καὶ τὸ, « Ἀνιπεσὼν ἐκοιμήθης ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος· τίς ἐγερεῖ αὐτόν; » ἐν ἐκείνοις εἰρημένον, οὐδέν μοι δοκεῖ διαφέρειν τῆς μετὰ χεῖρας λέξεως φασκούσης· « Κατακλιθεὶς ἀνεπαύσατο ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος· τίς ἀναστήσει αὐτόν; » Ταῦτα δὲ εἰκότως εἰς ταὐτὸν συνηγάγομεν, ἵν' ὥσπερ ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων τῆς ἐν ταῖς προφητείαις συμφωνίας ἡ περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀπόδειξις βεβαιοτέραν λάβοι τὴν κύρωσιν. Πάντα δ' οὖν τὰ εἰς τὴν τοῦ Ἰακὼβ πρόῤῥησιν τεθεωρημένα ἁρμόσειεν ἂν καὶ εἰς τὴν τοῦ Βαλαὰμ τῆς ὁμοιότητος τῶν λεγομένων ἕνεκα. Εἰ δὴ ἐκεῖνα διὰ πολλῆς ἀποδείξεως ἐπὶ τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα πεπληρωμένα συνέστη, ἀκόλουθον ἂν εἴη καὶ τὰ παρόντα ὁμολογεῖν.

Ab Osee. — Item de illo quod dictum est : « Ex Ægypto vocavi Filium meum, » et de Herode rege, et eversione regni Judæorum.

Ἀπὸ τοῦ Ὡσηέ. — Ἔτι περὶ τοῦ, « Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν Υἱόν μου, » καὶ περὶ Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, καὶ περὶ τῆς καθαιρέσεως τῆς Ἰουδαίων βασιλείας.

« Et exsurget perditio in populo tuo, et omnia munita tua peribunt, ut princeps Salaman de domo Jeroboam. In diebus belli matrem super filiis alliserunt. Sic faciam, vobis domus Israel, a facie injuriarum vestrarum. Mane ejecti sunt : ejectus est rex Israel, quoniam infans Israel. Et ego dilexi eum : et ex Ægypto evocavi filios ejus [33]. » Sed Aquila, Hebraicæ elocutioni inserviens, « Ex Ægypto vocavi filium meum, » interpretatus est. Ego autem necessario ad verbum notavi locum, quoniam Matthæus quoque posuit prophetiam, ubi in Ægyptum commigrasse Jesum, et illinc rediisse in terram Israel indicavit; si quis autem Salvatoris nostri in Ægyptum profectionem accuset, sciat id totum maxima cum ratione factum fuisse. Neque enim Herodis voluntariam malitiam cohibere par erat, neque rursus Salvatorem, puerum adhuc miracula exordiri jam tum, atque ante tempus divinam ostentare virtutem : quod sane factum fuisset, si mirabili quadam ratione insidiantem sibi Herodem punivisset, neque ullo modo illam in Ægyptum una cum parentibus secessionem pertulisset. Ve-

« Καὶ ἐξαναστήσεται ἀπώλεια ἐν τῷ λαῷ σου, καὶ πάντα τὰ περιτετειχισμένα σου οἰχήσεται, ὡς ἄρχων Σαλαμὰν ἐκ τοῦ οἴκου Ἱεροβοάμ. Ἐν ἡμέραις πολέμου μητέρα ἐπὶ τέκνοις ἐδάφισαν. Οὕτω ποιήσω ὑμῖν, οἶκος Ἰσραὴλ, ἀπὸ προσώπου τῶν ἀδικιῶν ὑμῶν. Ὄρθρου ἀπερῤῥίφησαν· ἀπερῤῥίφη βασιλεὺς Ἰσραὴλ, διότι νήπιος Ἰσραήλ. Καὶ ἐγὼ ἠγάπησα αὐτὸν, καὶ ἐξ Αἰγύπτου μετεκάλεσα τὰ τέκνα αὐτοῦ. » Δουλεύσας τῷ Ἑβραϊκῷ, « Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου, » ἐξέδωκεν ὁ Ἀκύλας. Ἀναγκαίως δὲ τὸ ῥητὸν ἐπεσημειωσάμην, ἐπείπερ καὶ ὁ Ματθαῖος τέθειται τὴν προφητείαν, ὁπηνίκα εἰς Αἴγυπτον διακομισθῆναι τὸν Ἰησοῦν, κἀκεῖθεν ἐπανελθεῖν ἐπὶ τὴν γῆν τοῦ Ἰσραὴλ ἐδήλου. Εἰ δὲ ἐπιμέμφοιτό τις τῇ εἰς Αἴγυπτον ἀναχωρήσει τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ἴστω κατὰ λόγον αὐτὴν γεγονέναι. Οὔτε γὰρ ἐπισχεῖν τὸν Ἡρώδην τῆς αὐτοπροαιρέτου κακίας προσῆκον ἦν, οὔτ' ἂν βρέφος ἔτ' ὄντα τὸν Σωτῆρα τῶν θαυμάτων ἀπάρξασθαι, καὶ πρὸ καιροῦ τὴν θείαν ἐπιδείκνυσθαι δύναμιν· ὅπερ ἂν ἐπράχθη, εἰ παραδόξως ἐπιβουλεύοντα αὐτῷ τὸν Ἡρώδην μετῆλθε, μηδαμῶς ὑπομείνας τὴν εἰς Αἴγυπτον ἅμα τοῖς γονεῦσιν ἀναχώρησιν. Ἀλλὰ γὰρ ἦν τῆς κρείττονος οἰ-

[29] Gen. XLIX, 9. [30] ibid. 10. [31] ibid. 8. [32] ibid. 9. [33] Ose. X, 14, 15; XI, 1.

Digitized by Google

κονομίας ἐπὶ καιροῦ τοῦ προσήκοντος τῶν τῆς θεότητος ἀπάρξασθαι θαυμάτων, ᾧ γε διὰ παντὸς τοῦ βίου τὸ πρᾶον καὶ ἀνεξίκακον μεμαρτύρηται, προχείρῳ μὲν εἰς τὰς εὐποιΐας καὶ τὰς κοινὰς εὐεργεσίας γενομένῳ, μηδένα δὲ τῶν μὴ ἀκουόντων ἀμυνομένῳ, μηδὲ ὅτε ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤγετο, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος ἄφωνος. Πῶς οὖν εἰκὸς ἦν τὸν τοιοῦτον δεῖν ἐν παιδίῳ μὴ οὐχὶ ὑποχωρῆσαι τῇ τοῦ Ἡρώδου κακίᾳ, ᾧ καὶ ἐν ἀνδρὶ τὸ ἀναχωρεῖν καὶ τοὺς πονηροὺς ἐκκλίνειν μεμαρτύρηται, ἐπικρύπτεσθαί τε καὶ ὑποφεύγειν τὸν ἐπὶ ταῖς παραδοξοποιΐαις ἔπαινον; παρῆνει γοῦν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ θεραπευομένοις μηδενὶ λέγειν. Εἰ δ' ἐπὶ τὸν λαὸν τὴν προφητείαν ἀναφέροι τις, φάσκων περὶ τοῦ ἐκ σπέρματος τοῦ Ἰσραὴλ λαοῦ εἰρῆσθαι, ἐπιστησάτω τῇ τοῦ λόγου ἀκολουθίᾳ, ταῦτα ἔσεσθαι φησάσῃ μετὰ τὸ εἰπεῖν ὡς πρὸς αὐτὴν τὴν Ἱερουσαλήμ· « Καὶ ἐξαναστήσεται ἀπώλεια ἐν τῷ λαῷ σου, καὶ πάντα περιτετειχισμένα σου οἰχήσεται. » Καὶ ἅπερ, φησὶν, ὁ τοιόσδε ἄρχων πέπονθε κατὰ τὸν ἐπελθόντα αὐτῷ πόλεμον, ἐν ᾧ μητέρα ἐπὶ τέκνοις ἠδάφισαν, τὰ παραπλήσια καὶ ὑμῖν αὐτοῖς ποιήσω διὰ τὰς κακίας ὑμῶν. Ὑμῖν δὲ τίσι ἢ τοῖς καλουμένοις Ἰσραηλίταις, οἳ καὶ ἀπερρίφητε σὺν τῷ βασιλεῖ ὑμῶν; τὸν Ἡρώδην αἰνιττόμενος· καὶ ταῦτά γε πάντα πεπόνθατε, «διότι παῖς, » φησὶν, « Ἰσραὴλ, καὶ ἐγὼ ἠγάπησα αὐτὸν, καὶ ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν Υἱόν μου. » Πῶς γὰρ οἷόν τε κατὰ τὸ αὐτὸ τοῖς αὐτοῖς ἐπιμέμφεσθαι, καὶ πάλιν τοὺς αὐτοὺς ἐπαινεῖν; Ἀλλ' ἦν ὁ ἀληθὴς νοῦς ταύτην ἔχων θεωρίαν. Ἰσραὴλ γὰρ ὁ Χριστὸς καὶ καθ' ἑτέρας ἀνηγόρευται προφητείας, ὡσπεροῦν καὶ ἐπὶ τῆς παρούσης. Ἐπειδὴ τοίνυν οὗτος, φησὶν, ὑπήκοός μοι γενόμενος, μορφὴν δούλου εἴληφε, καὶ γέγονε παῖδίον ἀγαπητόν μοι, πᾶσαν τὴν ἐμὴν ἐκτελέσας βουλὴν, διὰ τοῦτο αὐτὸν μὲν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, εἰς ἣν ἐνανθρωπήσας κατελήλυθεν, οὕτως δηλουμένου τοῦ περιγείου τόπου, ἢ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς προχείρου οἷα γνήσιον καὶ ἀγαπητὸν Υἱὸν ἀνεκαλεσάμην· ὑμᾶς δὲ, τοὺς πρὸς οὓς ὁ λόγος, σὺν καὶ τῇ ὑμετέρᾳ βασιλείᾳ ὄλεθρος καὶ ἀπώλεια παραλήψεται. Ταῦτα μὲν ἡ προφητεία· πρόδηλον δὲ ὅπως ἀπὸ τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν χρόνων πολιορκηθείσης τῆς Ἱερουσαλὴμ, καθηρέθη καὶ εἰς τὸ παντελὲς ἀπερρίφη ἡ μέχρι τότε συστᾶσα τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους αὐτονομία τε καὶ ἀρχή. Πλὴν ἀλλὰ τρίτον ἤδη τὰ περὶ τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς αὐτόθι ἀφίξεως αὐτοῦ προπεφήτευται. Εἰ δέ τις αὐτὰ μηδαμῶς ἐφαρμόζειν ἐπὶ τὸν ἡμέτερον λέγοι Σωτῆρα, ἀλλὰ τά γε τῆς τοῦ Ματθαίου παραθέσεως ἀπὸ τῆς παρὰ Μωϋσεῖ μαρτυρίας αὐτῷ παρειλημμένα, ἣν καὶ ἀρτίως διεληλύθαμεν, τὸ, « Ὁ Θεὸς ὡδήγησεν αὐτὸν ἐξ Αἰγύπτου, » διηγούμενοι· ἐπεὶ μηδ' αὐτὸς ὁ εὐαγγελιστὴς ἀπὸ τῆς τοῦ Ὡσηὲ προφητείας εἰλῆφθαι αὐτῷ τὸ λόγιον ἔφησεν, ὡς δύνασθαι, καὶ πόθεν ἐπιζητήσαντας, εὑρεῖν αὐτὸ κείμενον· ὅθεν εἰκὸς τὸν εὐαγγελιστὴν πεποιῆσθαι αὐτοῦ τὴν ἔκθεσιν.

A rum enim præstantioris cujusdam dispensationis ac sapientiæ fuit, suo atque accommodato tempore miraculorum, quæ ad divinitatem pertinent, initium facere eum cui in tota vita mansuetudinis et clementiæ testimonium redditum est, quique ad promerendum, atque ad communia officia fungenda propensus exstitit, nec aliquem unquam eorum qui non ipsi auscultaverunt, ultus est, ne tunc quidem cum ut ovis ad occisionem ducebatur, atque ut agnus coram tondente se, obmutescebat. **427** Qui autem, quæso, convenisset, eum, qui talis erat, puerum adhuc Herodis malitiæ non concedere, cui etiam ad virilem ætatem profecto, concedendi et malignos declinandi, testimonium redditum est? quique et se occultare, et in miraculis edendis B laudem effugere consueverit? nam quos ipse curasset, iis imperabat ut nemini dicerent. Quod si quis prophetiam hanc ad populum referat, dicatque hæc de populo ex semine Israel oriundo dicta esse, is attendat verborum ordinem in quibus hæc futura dicuntur, postquam dictum est quasi ad ipsum Jerusalem, « et exsurget perditio in populo tuo, et omnia munita tua peribunt; » et quæ quidem princeps passus est in bello, in quo matrem super filiis, teriæ alliserunt, eadem vobis quoque ipsis faciam propter malitias vestras. Vobis porro quibus tandem aliis, nisi qui vocamini Israelitæ? quique etiam rejecti estis cum rege vestro? ubi Herodem obscurius indicat: et hæc omnia passi estis, « quoniam puer, inquit, est Israel, et ego dilexi eum: et de Ægypto vocavi filium meum. » C Qui enim fieri potest, ut eodem in loco eosdem et accuset et laudet? sed verus sensus est is, qui hanc habet contemplationem. Israel enim in alia prophetia dictus est Christus, quemadmodum in hac quoque quam nunc tractamus. Quoniam igitur hic, inquit, obediens mihi factus, formam servi accepit, et factus est puer mihi dilectus, dum omnia quæcunque volo efficit, idcirco illum ex Ægypto, ad quam hominis forma assumpta descendit, dum ea voce terrenus locus significatur, aut etiam ex illa vulgatiore tanquam legitimum dilectumque Filium evocavi: vos autem ipsos ad quos sermo directus est, una cum regno vestro interitus et perditio D comprehendet. Hæc quidem ipsa prophetia: constat autem quemadmodum post Salvatoris nostri tempora, cum obsessa fuisset ac vastata Jerusalem, sublatus est, et ad extremam perniciem rejectus, qui usque ad illud tempus steterat Judaicæ gentis legum usus omnisque principatus. Verumtamen jam tertio, quæ ad Ægyptum pertinent, quæque ad iter quod in illam est factum, divinitus prædicta sunt: quod si quis nullo modo fateatur ea nostro Salvatori convenire, at saltem cum ea Matthæus apposuerit, de testimonio quod est apud Mosem ab illo accepta, ne neget, quod paulo ante tractavimus, dum illud **428**: «Deus duxit illum ex Ægypto, » enarremus, quando ne ipse quidem evangelista, se ab ipsius Oseæ prophetia oraculum accepisse indicavit, ut undecunque quærentes possint illi ubicunque positum sit, invenire: ibi videlicet unde par est evangelistam illud protulisse.

Digitized by Google

Ab Isaia. — De Joannis in deserto prædicatione.

« Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini : rectas facite semitas ejus. Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur : et erunt prava in rectam, et asperæ in vias planas : et videbitur gloria Domini. Et videbit omnis caro salutare Dei, quoniam Dominus locutus est[34]. » Hoc quoque vaticinium oportebat sub Salvatoris nostri tempus suum finem contingere. Quocirca, ut apud Lucam evangelistam scriptum est, « In anno quinto decimo imperii Tiberii Cæsaris, procurante Pontio Pilato Judæam, » cæterisque imperantibus qui cum hoc connumerantur, « factum est verbum Dei ad Joannem Zachariæ filium, in deserto. Et cum venisset in omnem terram, quæ est circum Jordanem, prædicavit baptisma pœnitentiæ in remissionem peccatorum[35]. » Illisce autem evangelista adjicit testimonium, dicens : « Sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ prophetæ : Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini [36], » et quæ sequuntur. Quid igitur tandem aliud clamabat Joannis illa in deserto prædicans vox ad turbas exeuntes, ut ab ipso baptizarentur, tanquam ad reptilia deserti, quam conveniens accommodatumque illud : « Germina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira [37] ? » Et rursus dum pravas animas in rectas, et asperas in vias planas reparat, dicebat iisdem : « Facite igitur fructus dignos pœnitentiæ [38]. » Et hæc scilicet complebantur, dum Joannes præparabat eos qui visuri erant gloriam Domini, et quod vocatur salutare Dei, quod quidem nihil aliud est, quam Christus, sicut verbis illis testificatur : « Ego quidem vos aqua baptizo : venit autem fortior me post me, **429** cujus non sum dignus calceamenta gestare. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igne [39]. » Qui etiam cum Jesum vidisset venientem, exclamavit : « Ecce Agnus Dei qui tollit peccatum mundi. Hic est, de quo ego dixi : Post me venit vir, qui ante me factus est [40]. » Quod vero idem esset salutare Dei, Simeon quoque testificatus est, qui accepto in ulnas puero Jesu, dixit : « Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum, in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad revelationem gentium [41]. » Quibus etiam propheta consentit, dum ait : « Et videbit omnis caro salutare Dei. » Illud enim, « omnis caro, » pro omnibus gentibus dictum est. Ut autem demonstretur quomodo hæc suum finem contigerint, et gentes Christum Dei agnoverint, multis non opus est verbis : et quæ quidem ad verbum solent considerari, in hunc completa sunt modum. Cæterum quid, quæso, fuit in causa, ut non in urbibus neque in ipsa Jerusalem, sed in deserto, Joannes suggestum sibi ad prædicandum elegerit? ad hoc quispiam

Α *Ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου. — Περὶ τοῦ κατὰ τὴν ἔρημον Ἰωάννου κηρύγματος.*

« Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου· εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. Πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται· καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας· καὶ ὀφθήσεται ἡ δόξα Κυρίου. Καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν. » Ἔδει καὶ ταύτην ἐπὶ τῶν χρόνων τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπὶ πέρας ἐλθεῖν τὴν πρόρρησιν. Διόπερ κατὰ τὸν εὐαγγελιστὴν Λουκᾶν, « Ἐν ἔτει πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου Καίσαρος, ἐπιτροπεύοντος Ποντίου Πιλάτου τῆς Ἰουδαίας, » καὶ τῶν τούτῳ συναριθμουμένων, « ἐγένετο ῥῆμα Θεοῦ ἐπὶ Ἰωάννην τὸν τοῦ Ζαχαρίου υἱὸν ἐν τῇ Β ἐρήμῳ· ὃς ἐλθὼν εἰς πᾶσαν τὴν περίχωρον τοῦ Ἰορδάνου, ἐκήρυσσε βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. » Τούτοις δ' οὖν ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπιμαρτυρεῖ λέγων· « Καθὼς γέγραπται ἐν βίβλῳ λόγων Ἡσαΐου τοῦ προφήτου· Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου· » καὶ τὰ ἑξῆς. Τί δὴ οὖν ἐβόα ἡ διὰ τοῦ Ἰωάννου φωνὴ ἐπὶ τῆς ἐρήμου κηρύσσουσα ἢ τοῖς ἐκπορευομένοις ὄχλοις βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ, ὡς ἑρπετοῖς ἐρήμου τυγχάνουσιν, οἰκείως τῇ προφητείᾳ· « Γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; » Πάλιν τε αὖ τὰς σκολιὰς ψυχὰς εἰς εὐθείας, καὶ τὰς τραχείας εἰς ὁδοὺς λείας μετασκευάζουσα ἔφασκε τοῖς αὐτοῖς· « Ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας. » Καὶ ταῦτά γε συνετελεῖτο προπαρασκευάζοντος C Ἰωάννου τοὺς ὀψομένους τὴν δόξαν Κυρίου, καὶ τὸ καλούμενον σωτήριον τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἄλλον ὄντα τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἐμαρτύρει λέγων· « Ἐγὼ μὲν ὑμᾶς ὕδατι βαπτίζω· ἔρχεται δὲ ὁ ἰσχυρότερός μου ὀπίσω μου· οὗ οὐκ εἰμὶ ἄξιος τὰ ὑποδήματα βαστάσαι, αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. » Ὃς καὶ ἰδὼν τὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον ἀνεφώνησεν· « Ἰδὲ ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Οὗτός ἐστι περὶ οὗ εἶπον· « Ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνήρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονε. » Τὸν αὐτὸν δὲ εἶναι τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ καὶ ὁ Συμεὼν ἐμαρτύρησεν, ὃς λαβὼν ἐπὶ ταῖς ἀγκάλαις βρέφος ὄντα τὸν Ἰησοῦν, ἔφη· « Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλον σου, Δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, ἐν εἰρήνῃ. Ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου, ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων D τῶν λαῶν, φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν· » οἷς συνᾴδει καὶ ὁ προφήτης εἰπών· « Καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. » Τὸ γὰρ « πᾶσα σὰρξ, » ἀντὶ πάντων εἴρηται τῶν ἐθνῶν. Ὅπως δὲ ταῦτα τέλους ἔτυχε, καὶ τὰ ἔθνη τὸν Χριστὸν ἐπέγνω τοῦ Θεοῦ, μακρῶν οὐ δεῖ λόγων. Καὶ τὰ μὲν ῥητὰ τοῦτον ἐπληροῦτο τὸν τρόπον. Τί δ' ἦν τὸ αἴτιον τοῦ μὴ ἐν πόλεσι, μηδ' ἐπ' αὐτῆς τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἐρήμου Ἰωάννην παρελθόντα κηρύττειν; ὁ μέν τις φήσαι ἂν εἰς ἀποπλήρωσιν τῆς προφη-

[34] Isa. XL, 3-5. [35] Luc. III, 1-3. [36] ibid. 4. [37] ibid. 7. [38] ibid. 8. [39] ibid. 16. [40] Joan. I, 29, 30. [41] Luc. II, 29-32.

Digitized by Google

πείας τοῦτο αὐτὸν πεποιηκέναι· ἀλλ' ὁ ἀκριβὴς A
τὐθέως ἐξετάζων, αὐτὴ δὲ ἡ προφητεία τί ποτ'
ἄρα σημαίνειν βουλομένη τὴν ἔρημον καὶ τὰ κατ'
αὐτὴν ἐδήλου, πεύσεται· πρὸς ὃν φήσομεν, ὅτι
καὶ τοῦτο σημεῖον ἦν καθαιρέσεως τῆς Ἱερουσα-
λὴμ, καὶ τοῦ πρὸς αὐτῇ θυσιαστηρίου, τῆς τε
κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον λατρείας, ὅτε μηκέτ'
αὐτοῖς διὰ τῶν κατὰ νόμον θυσιῶν τὰ τῆς ἀφέ-
σεως τῶν ἁμαρτιῶν προὐξενεῖτο, ἀλλὰ διὰ καθ-
άρτεως λουτροῦ ἐπὶ τῆς πάλαι διψάδος καὶ
ἐρήμου, λέγω δὲ τῆς τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησίας,
παραδιδομένου, ἐν ᾗ καὶ ἡ προφητικὴ γενομένη
φωνὴ ἑτοιμάζειν παρακελεύεται τὴν ὁδὸν Κυρίου,
τὰς μὲν κάτω που εἰς βάθος κακίας, ὡς ἐν
φάραγγι κειμένας ψυχὰς ἐπαρθήσεσθαι, τὰ δὲ
πάλαι ὑψώματα τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ τῶν ἐπ' B
αὐτῆς ἀρχόντων τε καὶ βασιλέων, ὄρη καὶ βου-
νοὺς ὀνομαζόμενα, ταπεινωθήσεσθαι θεσπίζουσα·
ὧν ἐπιτελεσθέντων, φησί· « Πᾶσα σὰρξ ὄψεται
τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. » Δῆλον δ' ὅτι πᾶσα ἡ
ἐν σαρκὶ ἐπὶ γῆς ἀναστρέφουσα ψυχὴ Ἑλλήνων
ὁμοῦ καὶ βαρβάρων, καὶ πάντων ἁπαξαπλῶς
τῶν ἐθνῶν· ἃ καὶ τῇ προρρήσει ἀκολούθως εἰς
πέρας ἐληλύθοντα δείκνυται. Ζητῶ δὲ παρ' ἐμαυτῷ,
τί ἄρα ἦν τὸ ἐκπλῆξαν τοὺς πολλοὺς ἐν τῷ
Ἰωάννῃ, ὡς θαυμάσαι αὐτὸν καὶ κηρύττοντι
βάπτισμα μετανοίας πιστεῦσαι, πάντας τε παν-
ταχόθεν τὰ οἰκεῖα ἀπολιπόντας συρρεῖν ἐπὶ τὴν
ἔρημον, μάλιστα ὅτε μηδεμίαν αὐτοῦ πρᾶξιν
ἱστοροῦσιν οἱ λόγοι. Οὔτε γὰρ νεκροὺς ἐγείρας, C
οὔτε ἕτερα θαύματα πεποιηκὼς ἀναγέγραπται.
Τί δὴ οὖν ἦν τὸ ἐκπλῆξαν τοὺς πάντας; ἢ μή-
ποτε ὁ ξένος καὶ παραλλάττων τῶν πολλῶν αὐτοῦ
βίος; προῆει γὰρ ἐκ τῆς ἐρήμου ξένην ἡμφι-
εσμένος στολὴν, πᾶσαν δὲ τὴν κοινὴν ἀνθρώπων
διατριβὴν ἐκτρεπόμενος· οὔτε γοῦν εἰς κώμην,
οὔτε εἰς πόλιν, οὔτε εἰς κοινὸν σύλλογον ἀνδρῶν
παρέβαλλεν. Ἀλλὰ οὐδὲ τῆς κοινῆς μετεῖχε τρο-
φῆς· γέγραπται γοῦν, ὡς « ἐκ τῆς τοῦ παιδὸς
ἡλικίας ἦν ἐν ταῖς ἐρήμοις ἕως ἡμέρας ἀναδεί-
ξεως αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἰσραήλ. Ἀλλὰ καὶ τὸ
ἔνδυμα αὐτοῦ ἦν ἐκ τριχῶν καμήλων πεποιημέ-
νον, ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον. »
Μή πη οὖν, ὁρῶντες ἄνδρα Ναζιραῖον μὲν Θεοῦ
τὴν τρίχα, θεοπρεπὲς δὲ πρόσωπον ὑποφαίνοντα, D
σχῆμά τε ξένον περιβολῆς ἡμφιεσμένον, ἀθρόως
πόθεν ἐξ ἀφανοῦς ἐρήμου φαινόμενον, καὶ μετὰ
τὸ κήρυγμα πάλιν εἰς τὴν ἔρημον καὶ εἰς τὸ
ἀφανὲς ὑποχωροῦντα, καὶ ἄποτον, ἄτροφον, ἀκοι-
νώνητον τοῖς πολλοῖς, εἰκότως ἐξεπλήττοντο, μηδ'
ἄνθρωπον αὐτὸν ὑπονοοῦντες ὑπάρχειν; πῶς γὰρ
ἂν μηδὲν ἐν χρείᾳ τροφῆς γινόμενον; διὸ καὶ ἄγγε-
λον ὑπειλήφεσαν εἶναι τοῦτον αὐτὸν ἐκεῖνον, τὸν
διὰ τοῦ προφήτου δηλούμενον, κατὰ τὸ, « Ἰδοὺ
ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου
σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν
σου. » Κέχρηται γοῦν τῇ παραθέσει καὶ ταύτης
τῆς Γραφῆς Μάρκος ὁ εὐαγγελιστής. Καὶ ὁ Σω-

fortasse responderit, illum hoc fecisse ut prophetia compleretur. Sed qui exquisitius ac diligentius se doceri voluerit, illico interrogabit : Atqui prophetia hæc quid tandem sibi volebat, cum desertum, et ea quæ ad id genus pertinent enuntiabat? cui respondebimus, quod hoc quoque signum erat evertendæ urbis Jerusalem, et ejus quod in ipsa erat altaris, ritusque illius, qui secundum Mosaïcam legem servabatur, quando non amplius per legitima sacrificia remissio illis peccatorum conciliabatur, sed per purgationem lavacri, quod in olim sitibunda ac deserta, dico autem, in collecta de gentibus Ecclesia, tradebatur, in qua etiam illa quæ facta est prophetica vox, parare viam Domini jubet, dum malitias in imo quodam fundo, quasi in convalle positas animarum auferendas, et veteres urbis Jerusalem atque eorum qui in illa imperabant principum ac regum, qui montes et colles nominantur, altitudines dejiciendas vaticinatur, quibus perfectis, « Omnis, inquit, caro videbit salutare Dei. » Hoc est omnis quæcunque corpori inclusa in terra versatur anima, tam barbarorum quam Græcorum, hoc est, omnium omnino gentium : quæ quidem ipsi vaticinio consentanea ad suum finem pervenisse demonstrantur. **430** Dum igitur mecum tacitus quæro, obrta mihi est dubitatio, quid tandem illud esset in Joanne, quo capta multitudo illa admiraretur hominem, et prædicanti baptisma pœnitentiæ fidem haberet, quidque illud quo ducti omnes undique rebus propriis relictis confluerent in desertum, cum præsertim nulla illius gesta memoriæ prodita sint : neque enim quod aut mortuos excitaverit, aut alia miracula fecerit, scriptum exstat. Quid igitur illud erat quod admirabundos omnes redderet? Num forsitan novum et quod a multitudine abhorreret vitæ illius genus? procedebat enim ex deserto inusitatum indutus habitum, omnemque communem hominum consuetudinem declinans : nam neque in vicum ullum, neque in urbem, neque in communem aliquem virorum cœtum commeabat. Sed ne victu quidem communi vescebatur : siquidem scriptum est, quod « a puerili ætate in solitudine versaretur ad illum usque diem, quo ipsi Israel ostenderetur. Quin etiam ejus vestimentum ex pilis camelorum confectum erat, et cibus locustæ et mel silvestre. » Nunquid igitur cum capillo quidem Naziræum Dei viderent, qui, quæ Deum facile deceat, faciem ostentaret, vestimenti autem inusitatum genus indutum, repente nescio unde e latebris solitudinis prodeuntem, et post prædicationem, rursus in solitudinem et in latebras recedentem, sine potu, sine cibo, abhorrentem a multitudine, merito obstupescebant, et ne hominem quidem illum esse arbitrabantur? quidni illum qui vel nullo cibo indigeret? quocirca eumdem angelum esse credebant illum ipsum de quo propheta loquitur, dum dicit : « Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui parabit viam

Digitized by Google

tuam ante te [45]. » Eumdem Scripturæ locum Marcus quoque evangelista citavit. Quin etiam ipse Salvator huic rei testimonium exhibet, dicens : « Venit Joannes ad vos, neque comedens neque bibens, et dicitis, dæmonium habet [46]. » Incredulos enim et adversus veritatem difficiles et pervicaces, credibile est propter illud quo Joannes utebatur vitæ genus, talia in illum probra jactasse, sicut econtrario qui virtutis illius sensu afficiebantur, angelum existimasse. Hæc igitur arbitror ipsum Joannem intuentibus admirationem, ac stuporem erga hominem attulisse : quapropter ad eam animæ purgationem, quæ ab illo denuntiabatur, undique concurrebant. **431** Meminit autem hujusce, quæ de illo fertur, historiæ, etiam Josephus in decimo octavo *Judaicæ Antiquitatis* libro, in hunc modum scribens : « Nonnulli autem Judæorum putabant ideo periisse Judæorum exercitum, quod Deus justissime ulcisci voluerit supplicium Joannis, qui Baptista vocabatur : hunc enim occiderat Herodes virum bonum, et Judæos adhortantem ut exercitatione virtutis, mutuaque inter seipsos justitia atque erga Deum pietate utentes, ad baptismum accederent : sic namque ablutionem quoque ipsi videri acceptam. »

A τὴρ δὲ μαρτυρεῖ λέγων· « Ἦλθεν ὁ Ἰωάννης πρὸς ὑμᾶς μήτε ἐσθίων, μήτε πίνων, καὶ λέγετε· Δαιμόνιον ἔχει. » Τοὺς γὰρ ἀπιστοῦντας καὶ πρὸς τὰ ἀληθῆ δυσχερεῖς καὶ δυσενδότους εἰκὸς ἦν διὰ τὸν εἰρημένον τοῦ Ἰωάννου βίον τοιαῦτα αὐτὸν βλασφημεῖν, ὡς ἔμπαλιν τοὺς συνηισθημένους τῆς κατ' αὐτὸν ἀρετῆς ἄγγελον ὑπολαμβάνειν. Ταῦτα γοῦν ἡγοῦμαι τοῖς τὸν Ἰωάννην ὁρῶσι θαῦμα περὶ αὐτοῦ παρασχεῖν· διὸ καὶ συνέτρεχον πανταχόθεν ἐπὶ τὴν δι' αὐτοῦ κηρυττομένην τῆς ψυχῆς κάθαρσιν. Μέμνηται δὲ τῆς κατ' αὐτὸν ἱστορίας Ἰώσηπος ἐν ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς *Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας*, τοῦτον γράφων τὸν τρόπον· « Τισὶ δὲ τῶν Ἰουδαίων ἐδόκει ὀλωλέναι τὸν Ἰουδαίων στρατὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ μάλα δικαίως τιννυμένου κατὰ ποινὴν Ἰωάννου τοῦ καλουμένου Βαπτιστοῦ. Κτείνει γὰρ τοῦτον Ἡρώδης ἀγαθὸν ἄνδρα, καὶ τοῖς Ἰουδαίοις κελεύοντα ἀρετὴν ἐπασκοῦσι, καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους δικαιοσύνῃ, καὶ πρὸς Θεὸν εὐσεβείᾳ χρωμένοις βαπτισμῷ συνιέναι· οὕτω γὰρ δὴ καὶ τὴν βάπτισιν ἀποδεκτὴν αὐτῷ φαίνεσθαι. »

Ab eodem. — Item de solitudine, ipsoque nominatim Jordane fluvio, apud quem Joannes baptizabat.

« Lætare, solitudo sitiens : exsultet desertum, et floreat ut lilium, et efflorebunt et exsultabunt deserta Jordanis, et gloria Libani data est ei, et honor Carmeli, et populus meus videbit gloriam Domini [47]. » Quibus adjungit : « Convalescite, manus remissæ, et genua soluta : consolamini pusillanimes intellectu : confirmamini, ne timete. Ecce Deus noster judicium reddit, et reddet. Ipse veniet et salvabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum audient. Tunc saliet, ut cervus, claudus, et plana erit lingua mutorum. Quoniam erupit in deserto aqua, et scissura inundans in terra sitienti [48]. » Hæc autem Salvatoris nostri plane admirabilibus gestis completa sunt, post Joannis prædicationem. Contemplare igitur, quemadmodum solitudinem evangelice instruit, neque id simpliciter aut quamvis solitudinem, sed definite illam et solam, quæ est apud Jordanem fluvium : quandoquidem juxta hanc versans Joannes baptizabat, ut Scriptura ipsa fidem facit, dicens : « Erat Joannes in solitudine baptizans, et exibat ad illum omnis Judæa regio, et Hierosolymorum incolæ omnes, et baptizabantur ab illo in Jordane [49]. » Hanc igitur solitudinem ejus quæ quondam ab omnibus bonis deserta erat, dico autem **432** collectæ de gentibus Ecclesiæ, signum gestare arbitror, ipsum vero fluvium in solitudine, purgantem omnes qui in ipso abluerentur, purgationis cujusdam, quæ secundum sententiam intelligatur, imaginem gerere, qua de re loquuntur Scripturæ dicentes :

Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. — Ἔτι περὶ τῆς ἐρήμου, καὶ αὐτοῦ δὴ ὀνομαστὶ τοῦ Ἰορδάνου ποταμοῦ, παρ' ᾧ Ἰωάννης ἐβάπτιζεν.

«Εὐφράνθητι, ἔρημος διψῶσα· ἀγαλλιάσθω ἔρημος, καὶ ἀνθείτω ὡς κρίνον, καὶ ἐξανθήσει, καὶ ἀγαλλιάσεται τὰ ἔρημα τοῦ Ἰορδάνου· καὶ ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου ἐδόθη αὐτῇ, καὶ ἡ τιμὴ τοῦ Καρμήλου, καὶ ὁ λαός μου ὄψεται τὴν δόξαν Κυρίου· » οἷς ἐπιλέγει· « Ἰσχύσατε, χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα· παρακαλέσατε, οἱ ὀλιγόψυχοι τῇ διανοίᾳ, ἰσχύσατε, μὴ φοβεῖσθε. Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν κρίσιν ἀνταποδίδωσι, καὶ ἀνταποδώσει. Αὐτὸς ἥξει, καὶ σώσει ἡμᾶς. Τότε ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται· τότε ἁλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ χωλὸς, καὶ τρανὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων· ὅτι ἐρράγη ἐν τῇ ἐρήμῳ ὕδωρ, καὶ φάραγξ ἐν γῇ διψώσῃ. » Καὶ ταῦτα διὰ τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν προφανῶς παραδόξων ἔργων ἐπληροῦτο μετὰ τὸ Ἰωάννου κήρυγμα. Ὅρα τοιγαροῦν, ὅπως τὴν ἔρημον εὐαγγελίζεται, οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ τὴν τυχοῦσαν, ἀλλ' ἐκείνην ἀφωρισμένως, καὶ μόνην τὴν παρὰ τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ· ἐπειδήπερ παρὰ ταύτῃ διατρίβων ὁ Ἰωάννης ἐβάπτιζεν, ὡς ἡ Γραφὴ μαρτυρεῖ, λέγουσα· « Ἐγένετο Ἰωάννης ἐν τῇ ἐρήμῳ βαπτίζων, καὶ ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν πᾶσα ἡ Ἰουδαία χώρα, καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται πάντες, καὶ ἐβαπτίζοντο ὑπ' αὐτοῦ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ. » Τὴν μὲν οὖν ἔρημον, τῆς πάλαι πάντων τῶν κατὰ Θεὸν ἀγαθῶν ἐρήμου, λέγω δὴ τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας, σύμβολον περιέχειν ἡγοῦμαι, τὸν δὲ ποταμὸν τὸν ἐπὶ τῆς ἐρήμου, καθαίροντα πάντας τοὺς ἀπολουομένους ἐν αὐτῷ, καθαρσίου τινὸς εἶναι

[45] Malach. III, 1. [46] Matth. XI, 18. [47] Isa. XXXV, 1, 2. [48] ibid. 3-6. [49] Marc. I, 5.

Digitized by Google

κατὰ διάνοιαν θεωρουμένου εἰκόνα, περὶ οὗ διαλαλοῦσιν αἱ Γραφαὶ λέγουσαι· «Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ.» Σημαίνει δὲ τοῦτο τὴν ἀέναον ἐπιῤῥοὴν τοῦ θείου Πνεύματος, ἄνωθεν πηγάζοντος, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ πόλιν ἄρδοντος, οὕτω καλουμένης τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας. Οὗτος δὴ οὖν ποταμὸς τοῦ Θεοῦ καὶ μέχρι τῆς ἐρήμου κατελήλυθε, δηλαδὴ τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας, καὶ ταύτῃ τῶν ἐν αὐτῷ ζωτικῶν ναμάτων εἰσέτι νῦν ἐπιχορηγεῖ. Πρὸς τούτοις ἡ προφητεία τῇ δηλωθείσῃ ἐρήμῳ δοθήσεσθαί φησι τὴν δόξαν τοῦ Λιβάνου, καὶ τὴν τιμὴν τοῦ Καρμήλου. Τίς δ' ἔστιν ἡ δόξα τοῦ λιβάνου ἢ ἡ διὰ θυσιῶν, κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον, ἐπιτελουμένη λατρεία; ἣν παραιτησάμενος ὁ Θεὸς διὰ τῆς λεγούσης προφητείας, « Ἵνα τί μοι Λίβανον ἐκ Σαβὰ φέρετε; καὶ τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; » ἐπὶ τὴν ἔρημον τοῦ Ἰορδάνου μετατέθηκε τὴν δόξαν τῆς Ἱερουσαλὴμ, τῆς κατ' εὐσέβειαν ἀγωγῆς οὐκ ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἐρήμου συντελεῖσθαι ἀρξαμένης ἀπὸ τῶν Ἰωάννου χρόνων. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ τιμὴ τοῦ νόμου, τῶν τε κατ' αὐτὸν σωματικώτερον νενομοθετημένων δέδοται τῇ ἐρήμῳ τοῦ Ἰορδάνου διὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αἰτίαν, ὅτι μηκέτ' ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ προσέφευγον οἱ τῆς κατὰ ψυχὴν θεραπείας δεόμενοι, ἀλλὰ ἐπὶ τὴν ὀνομαζομένην ἔρημον, τῆς ἐν αὐτῇ κηρυττομένης ἀφέσεως τῶν ἁμαρτημάτων ἕνεκεν. Οἶμαι δὲ καὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὴν ἐπὶ τὸ βάπτισμα παρουσίαν δηλοῦσθαι διὰ τοῦ, « Καὶ ὁ λαός μου ὄψεται τὴν δόξαν Κυρίου, καὶ τὸ ὕψος τοῦ Θεοῦ. » Τότε γὰρ καὶ ὤφθη τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἡ δόξα, ὅτε βαπτισθεὶς « ἀνέβη ἀπὸ τοῦ ὕδατος, καὶ ἀνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοὶ, καὶ εἶδε τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ μένον ἐπ' αὐτόν· » ὅτε καὶ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν ἠκούσθη λέγουσα· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα. » Ἀλλὰ καὶ πᾶς ὁ γνησίως ἐπὶ τὸ τοῦ λουτροῦ παριὼν μυστήριον, τὴν περὶ τοῦ Χριστοῦ παραλαβὼν θεολογίαν, τὴν δόξαν αὐτοῦ θεάσεται, λέξων ἂν ὁμοίως τῷ Παύλῳ· « Εἰ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν. »

A « Fluminis impetus lætificat civitatem Dei [47]. » Significat porro hoc perpetuam influxionem divini Spiritus, qui desuper inundat, et Dei civitatem irrigat, sic autem vocatur vitæ genus, ejus quæ a Deo dirigitur. Hic igitur Dei fluvius usque ad solitudinem devenit, collectam videlicet de gentibus Ecclesiam : et huic quas in se ipso habet aquas vitales etiam nunc abunde largitur. Postea idem vaticinium eidem solitudini canit datum iri gloriam Libani, et honorem Carmeli : sed quænam est gloria Carmeli nisi is qui ex lege Mosis per sacrificia celebrabatur ritus? quem ubi repudiavit Deus per eam prophetiam quæ ait : « Cur mihi thus de Saba affertis? et quid mihi multitudo sacrificiorum vestrorum [48]? » in solitudinem Jordanis transtulit gloriam Jerusalem, postquam ratio pie religioseque vivendi non in Jerusalem, sed in deserto consummari cœpta est, quod videlicet accidit post Joannis tempora. Simili ratione, etiam honor legis et eorum quæ in lege corporalius sancita sunt, Jordanis solitudini datus est, propter eamdem causam, quoniam non amplius in Jerusalem confugiebant, qui curationis indigebant ejus quæ ad animum pertinet, sed in id quod nominatur desertum, propter eam quæ in illo prædicabatur remissionem peccatorum. Puto etiam Salvatoris nostri ad baptismum accessum significari illis verbis : « Et populus meus videbit gloriam Domini, et altitudinem Dei ; » tunc enim visa est Salvatoris nostri gloria, « cum ascendit de aqua, et ei aperti sunt cœli, et vidit spiritum Dei descendentem quasi columbam, et manentem super eo [49]. » Cum vox quoque de cœlo audita est, dicens : « Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui [50]. » Sed etiam quicunque legitime ad lavacri mysterium accedit, ubi theologiam de Christo acceperit, gloriam ejus intuebitur, et cum Paulo dicere poterit : « Etsi cognovimus secundum carnem Christum, at nunc tamen non amplius cognoscimus [51]. »

B

C

Ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ ϙ. — Περὶ τοῦ μετὰ βάπτισμα πειρασμοῦ τοῦ Χριστοῦ.

433 *A psalmo* XC. — *De Christi post baptismum tentatione.*

« Ὁ κατοικῶν ἐν, βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου, ἐν σκέπῃ τοῦ Θεοῦ οὐρανοῦ αὐλισθήσεται. Ἐρεῖ τῷ Κυρίῳ· Ἀντιλήπτωρ μου εἶ, καὶ καταφυγή μου. Ὁ Θεός μου βοηθός μου, καὶ ἐλπιῶ ἐπ' αὐτόν· ὅτι αὐτὸς ῥύσεταί με ἐκ παγίδος θηρευτῶν, καὶ ἀπὸ λόγου ταραχώδους. Ἐν τοῖς μεταφρένοις ἑαυτοῦ ἐπισκιάσει σοι, ὑπὸ τὰς πτέρυγας αὐτοῦ ἐλπιεῖς. Ὅπλῳ κυκλώσει σε ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ, οὐ φοβηθήσῃ ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ, ἀπὸ βέλους πετωμένου ἡμέρας, ἀπὸ πράγματος διαπορευομένου ἐν σκότει, ἀπὸ συμπτώματος, καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ. Πεσεῖται ἐκ τοῦ κλίτους σου χιλιὰς, καὶ μυριὰς ἐκ δεξιῶν σου· πρὸς σὲ δὲ οὐκ ἐγγιεῖ. Πλὴν τοῖς ὀφθαλμοῖς σου κατανοήσεις

D « Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur. Dicet Domino : Susceptor meus es, et refugium meum, Deus meus adjutor meus, et sperabo in eum : quoniam ipse liberabit me de laqueo venatorum, et ab oratione turbulenta. In scapulis suis obumbrabit tibi, et sub alis ejus sperabis. Scuto circumdabit te veritas ejus, non timebis a timore nocturno, a sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu, et dæmonio meridiano. Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis : ad te autem non appropinquabit. Verumtamen oculis tuis considerabis, et retributionem

[47] Psal XLV, 5. [48] Jer. VI, 20. [49] Marc. I, 10. [50] Matth. III, 17. [51] II Cor. V, 16.

Digitized by Google

peccatorum videbis : quoniam tu, Domine spes mea, Altissimum posuisti refugium tuum. Non accedent ad te mala, et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo : quoniam angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem [52]. » Salvator et Dominus noster Jesus qui Christus Dei est, dum quatenus homo factus est, consideratur, habitans dicitur in adjutorio Altissimi, utpote cum in protectione Dei et Patris commoretur. Hic igitur unum Patrem nec alium præterea quempiam, quo tempore a diabolo tentatus est, perfugium nactus, liberatus est olim de laqueis adversantium potestatum, quæ venatores hoc loco appellantur, cum instar cujusdam communis hominis « ductus est in desertum, ut tentaretur a diabolo, et fuit in deserto quadraginta dies et quadraginta noctes, et tentatus est a Satana : fuitque, » ut evangelista auctor est, « cum bestiis [53]. » Sed quæ tandem hæ bestiæ nisi quas commemorat is, qui nunc tractatur psalmus ad eum, qui in adjutorio Altissimi habitat, ubi ait : « Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem? » cæterum non ab his solum liberatum iri cum dicit, sed etiam ab oratione turbulenta. **434** At vero quæ tandem hæc fuit oratio, nisi quam illi objecit tentator, ut in sacro Evangelio scriptum est? Operæ autem pretium est contemplari, quæ causa fuerit, ut Salvator noster, qui talis tantusque est, tentationem perpessus sit. Cum igitur omnem ex hominibus ægritudinem omnemque languorem, infestosque spiritus atque impuros dæmonas, qui plurimis ante sæculis omnes qui in terra versabantur, per eam superstitionem, quæ multos deos colit, subegerant, esset expulsurus, non ex abdito quasi latitans ad ea quæ dicta sunt, accessit. Sed contra infestos prius eosdemque invisibiles principes, per eum, quem assumpsit hominem, militantium more profectus, et in ipsius diaboli medium, omnisque dæmonicæ catervæ progressus, ubi super aspidem et basiliscum ambulavit, et conculcavit leonem et draconem, multoque prius regnantium inimicorum, et millia et dena millia subvertit, principatus videlicet ac potestates, alias quidem a dextris, alias vero a sinistris bellantes, itemque eos, qui mundi rectores harum tenebrarum dicuntur, ac spiritualia malitiæ; omnia, inquam, hæc, ubi nihil posse redarguit, ac denique ipsum malorum principem diabolum verbo oris sui procul extrusit, percurritque atque inambulavit, omnem adversantem potestatem, ac seipsum quidem adire ac tentare volentibus exhibuit, nec quisquam omnino adversus illum stare potuit; tum demum ad hominum salutem accessit. Quocirca intuentes illum dæmones agnoscebant, propter eam de qua dictum est

σεις, καὶ ἀνταπόδοσιν ἁμαρτωλῶν ὄψει· ὅτι σὺ, Κύριε ἡ ἐλπίς μου, τὸν Ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου. Οὐ προσελεύσεται πρὸς σὲ κακὰ, καὶ μάστιξ οὐκ ἐγγιεῖ τῷ σκηνώματί σου· ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, τοῦ διαφυλάξαι σε ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου. Ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου. Ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα. » Ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, καθ' ὃ ἐνηνθρώπει ἐπινοούμενος, ὁ κατοικῶν λέγεται ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου, ἐν σκέπῃ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς αὐλιζόμενος. Οὗτος δὴ οὖν, μόνον τὸν Σωτῆρα καὶ οὐδ' ἕτερον καταφυγὴν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ κατὰ τὸν διάβολον πειρασμοῦ κεκτημένος ἐρρύσθη ποτὲ ἐκ τῶν παγίδων τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων, θηρευτῶν νῦν ὀνομαζομένων, ὁπηνίκα, οἷά τις κοινὸς ἄνθρωπος, « ἀνήχθη εἰς τὴν ἔρημον, πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ ἦν ἐν τῇ ἐρήμῳ τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ τεσσαράκοντα νύκτας πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ· καὶ ἦν, » ὡς ὁ εὐαγγελιστὴς μαρτυρεῖ, « μετὰ τῶν θηρίων. » Ποίων δὲ τούτων ἢ ὧν μνημονεύει ὁ μετὰ χεῖρας ψαλμὸς, πρὸς τὸν ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου κατοικοῦντα λέγων· « Ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα. » Τίς δ' ἂν εἴη καὶ οὗτος ἢ ὅνπερ αὐτῷ προὔτεινεν ὁ πειράζων κατὰ τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον; Τὸ δ' αἴτιον τοῦ πειράζεσθαι τὸν τηλικοῦτον Σωτῆρα ἡμῶν σκοπῆσαι ἄξιον. Μέλλων ἐξ ἀνθρώπων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν, τά τε ἐνοχλοῦντα πνεύματα, καὶ τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας ἐξ αἰῶνος μακροῦ τῶν ἐπὶ γῆς πάντων διὰ τῆς πολυθέου δεισιδαιμονίας κεκρατηκότας ἐλαύνειν, οὐκ ἐκ τοῦ ἀφανοῦς, ὥσπερ ἐπικρυπτόμενος, ἐπὶ τὰ εἰρημένα παρῆει. Τοῖς παρενοχλοῦσι δὲ πρότερον ἀοράτοις ἄρχουσι, δι' οὗ ἀνείληφεν ἀνθρώπου ἐπιστρατεύσας, καὶ εἰς μέσον αὐτοῦ τοῦ διαβόλου, καὶ παντὸς τοῦ δαιμονικοῦ στίφους παρελθών, ἐπιβάς τε ἀσπίδι καὶ βασιλίσκῳ, καὶ καταπατήσας λέοντα καὶ δράκοντα, καὶ πολὺ πρότερον καθελὼν τῶν ἀρχοντικῶν ἐχθρῶν χιλιάδας καὶ μυριάδας, τὰς μὲν ἐκ τῶν δεξιῶν, τὰς δὲ ἐκ τῶν εὐωνύμων πολεμούσας, ἀρχάς τε καὶ ἐξουσίας, καὶ δὴ καὶ τοὺς λεγομένους κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου, τά τε πνευματικὰ τῆς πονηρίας· πάντα δὴ οὖν ταῦτα τὸ μηδὲν ἰσχύειν ἀπελέγξας, καὶ τέλος αὐτὸν τὸν τῶν κακῶν ἔξαρχον διάβολον τῷ λόγῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ μακρὰν ἀποσοβήσας, διελθών τε καὶ ἐμπεριπατήσας τὴν ἀντικειμένην ἅπασαν δύναμιν, καὶ ἑαυτὸν μὲν παρασχὼν τοῖς θέλουσι προσιέναι καὶ πειράζειν, μηδενὸς δὲ στῆναι πρὸς αὐτὸν δεδυνημένου, οὕτως ἐπὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν παρῆει. Διὸ καὶ ὁρῶντες αὐτὸν οἱ δαίμονες ἐπεγίνωσκον ἀπὸ τῆς προδηλωθείσης κατὰ τὴν ἔρημον διατριβῆς, φάσκοντες αὐτῷ· « Τί ἡμῖν καί σοι, Ἰησοῦ Υἱὲ τοῦ Θεοῦ; » Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶνδε· τὰ δὲ ἑξῆς τοῦ ψαλμοῦ πρὸς αὐτὸν ἀναπεφώνηται τὸν Χριστὸν, ἀπὸ τοῦ, « Ἐν τοῖς μεταφρένοις αὐτοῦ ἐπισκιάσει σοι, » δηλονότι ὁ Ὕψιστος, « καὶ ὑπὸ τὰς πτέρυγας αὐτοῦ

[52] Psal. xc, 1-13. [53] Matth. iv, 1, 2; Marc. i, 12, 13.

Digitized by Google

[7] Psal. LXXI, 8. [8] ibid. 7. [9] Isa. II, 4. [10] Rom. XI, 25.

Digitized by Google

Ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ ριζ'. — Περὶ Ὡς ἀννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ, ἐπιφωνήματος.

A psalmo CXVII. — *De acclamatione,* Hosanna *filio David.*

A 459

« Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. Παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. Αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος, ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ. Ὦ Κύριε, σῶσον δή, ὦ Κύριε, εὐόδωσον δή. Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. Θεὸς Κύριος καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. » Τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰσελθόντος ποτὲ εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, ὅτε κατὰ τὴν πρὸ ταύτης προφητείαν ὀχούμενος ὄνῳ τὴν ἐν τῷ Ζαχαρίᾳ πρόῤῥησιν ἐπλήρου, κατὰ τὸν θεῖον εὐαγγελιστὴν, οἱ ὄχλοι προάγοντες αὐτὸν καὶ ἀκολουθοῦντες ἐπευφήμουν λέγοντες· « Ὡς ἀννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ. Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, ὡς ἀννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις. Ὅτε καὶ εἰσελθόντος αὐτοῦ εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ἐσείσθη πᾶσα ἡ πόλις λεγόντων· Τίς ἐστιν οὗτος; Οἱ δὲ ὄχλοι ἔλεγον· Οὗτός ἐστιν ὁ προφήτης Ἰησοῦς, ὁ ἀπὸ Ναζαρὲθ τῆς Γαλιλαίας. » Ἐπεὶ τοίνυν ἐκ τοῦ προκειμένου ψαλμοῦ εἴρηται, τὸ, Ὡς ἀννὰ, ὅπερ ἑρμηνευθὲν δηλοῖ, Σῶσον δή, τὸ δὲ Ἑβραϊκὸν, Ἀννὰ Ἀδωναῖ ὡς ἀννὰ, περιέχει. Ἀλλὰ καὶ τὸ, « Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, » ἐπειδήπερ καὶ αὐτὸ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ψαλμοῦ μετείληπται, ταῦτα δὲ σαφῶς ἐπὶ τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ ἀνενήνεκται· εἰκότως εἰς αὐτὸν καὶ τὰ λοιπὰ τῆς προῤῥήσεως ἐξειλήφαμεν. Οὗτος γὰρ ὢν τυγχάνει εὐλογημένος, ὁ καὶ δι' ἑτέρου προφήτου ὠνομασμένος ὁ ἐρχόμενος, τοῦ φήσαντος· « Ἔτι μικρὸν, καὶ ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ μὴ χρονίσῃ, » ὃς καὶ ἐλήλυθεν ἐν ὀνόματι Κυρίου τοῦ Θεοῦ, καὶ Πατρὸς ἑαυτοῦ. Αὐτὸς δ' ἂν εἴη καὶ « Θεὸς Κύριος ὁ ἐπιφανεὶς ἡμῖν. » Ἐν ὀνόματι γοῦν τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ ὁμολογεῖ ἐληλυθέναι λέγων πρὸς τοὺς Ἰουδαίους· « Ἐγὼ ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου, καὶ οὐ λαμβάνετέ με· ἄλλος ἐὰν ἔλθῃ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, ἐκεῖνον λήψεσθε. » Αὐτὸς δὴ οὖν ὁ ἐπιφανεὶς ἡμῖν Θεὸς Κύριος, ὁ εὐλογημένος, ὁ ἐλθὼν ἐν ὀνόματι Κυρίου, αὐτὸς ἦν καὶ ὁ λίθος, ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ πάλαι πρότερον τὸν ἐκ περιτομῆς λαὸν διὰ τῆς Μωσαϊκῆς διδασκαλίας οἰκοδομοῦντες, ὃς καὶ ἀποδοκιμασθεὶς ὑπ' αὐτῶν, εἰς κεφαλὴν ἑτέρας γωνίας τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας κατέστη, ἣν ὡς μὴ τοῖς πᾶσιν ὁρωμένην, μόνοις δὲ τοῖς προφητικοῖς ὀφθαλμοῖς, θαυμαστὴν εἶναί φησιν ὁ λόγος φάσκων· « Καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. » Τὴν δὲ ἐπιφάνειαν αὐτοῦ πάλιν ἡμέραν ὀνομάζει, ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος, ἐπεὶ καὶ φῶς ἦν αὐτὸς τὸ ἀληθινὸν, καὶ ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ ἡμέρα τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾗ γένοιτο καὶ ἡμᾶς εἰπεῖν· « Αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος, ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ. » Καὶ τούτων δὲ τοῦτον συντετμημένων τὸν τρόπον, καιρὸς καὶ ἐπὶ τὰς περὶ τοῦ πάθους αὐτοῦ μεταβῆναι προφητείας.

« Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris. Hæc dies quam fecit Dominus, exsultemus et lætemur in ea. O Domine, salvum fac jam nunc; o Domine, da profectum jam nunc. Benedictus qui venit in nomine Domini : [Benediximus vobis de domo Domini :] Deus Dominus, et illuxit nobis [10]. » Salvatore nostro Jesu Christo ingresso quondam in urbem Hierosolyma, quo tempore, sicut prophetia, quam proxime ante hanc exposuimus, continet, dum asello insidens vehitur, fidem huic rei faciente evangelista, vaticinium quod est apud Zachariam com-
B plevit, turbæ quæ præibant et quæ sequebantur, acclamabant benedicentes : « Hosanna filio David. Benedictus qui venit in nomine Domini, hosanna in altissimis. Quo etiam tempore cum intrasset Hierosolymam, commota est universa civitas, dicens : Quis est hic? Turbæ autem dicebant : Hic est propheta Jesus a Nazareth Galilææ [11]. » Quoniam igitur ex proximo psalmo dictum est illud, hosanna, quod si interpreteris, significat, salvum fac jam nunc, et Hebraicus contextus, Anna Adonai hosanna, habet, necnon illud : « Benedictus qui venit in nomine Domini, » ipsum quoque ab eodem psalmo est acceptum, et hæc ipsa plane ad Christum Deum referri constat : merito ad eumdem reliqua quoque ejusdem vaticinii hoc in loco
C retulimus. Hic enim est ille benedictus, qui ab alio propheta veniens est nominatus, ubi sic ait : « Adhuc modicum, et veniens veniet et non tardabit [12], » qui item venit in nomine Dei et Patris sui. Idem vero fuerit etiam « Deus Dominus qui illuxit nobis. » Itaque in nomine Patris sui confitetur se venisse ad Judæos, dicens : « Ego veni in nomine Patris mei, et non accipitis me. Alius cum venerit in nomine proprio, illum accipietis [13]. » Hic ipse igitur, qui illuxit nobis Deus Dominus benedictus, qui venit in nomine Domini, lapis ille fuit, quem reprobaverunt, qui quondam antea populum circumcisione signatum, 460 per Mosaicam doctrinam ædificabant : qui item ab illis reprobatus
D in capite alterius anguli, collectæ utique de gentibus Ecclesiæ, est constitutus, quam sane Ecclesiam, non ut eam quæ ab omnibus, sed ut eam quæ ab unis propheticis oculis cernatur, admirabilem esse, ait oraculum, ubi sic ait : « Et est mirabile in oculis nostris. » Adventum vero ejus, rursus diem nominat, quam fecit Dominus, quandoquidem ipse etiam lux fuit vera, et sol justitiæ, et dies Dei, in qua utinam nobis quoque dicere liceat : « Hæc dies quam fecit Dominus, exsultemus et lætemur in ea. » Cæterum cum hæc a nobis in hunc modum breviter comprehensa sint, tempus jam fuerit, ad eas quæ de passione illius loquuntur, prophetias, transire.

[10] Psal. CXVII, 22-26. [11] Matth. XXI, 9-11. [12] Habac. II, 3 [13] Joan. V, 43.

Digitized by Google

ΕΥΣΕΒΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ
ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΚΑΤΟΝ.

—

EUSEBII PAMPHILI
DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ
LIBER DECIMUS.

—

461 *HÆC INSUNT IN DECIMO LIBRO EVANGELICÆ DE SALVATORE NOSTRO DEMONSTRATIONIS.*

De Juda proditore, et futura cum eo adversus Christum conspiratione, ex subnotatis divinæ Scripturæ locis.

1. *A psalmo* XL.
2. *A psalmo* LIV.
3. *A psalmo* CVIII.
4. *A Zacharia.*
5. *A Jeremia.*

De iis quæ sub illius passionis tempus evenere.

6. *Ab Amos.*
7. *A Zacharia.*
8. *A psalmo* XXI.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΔΕΚΑΤΩ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΙ ΤΗΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ.

Περὶ τοῦ Ἰούδα τοῦ προδότου, καὶ τῆς σὺν αὐτῷ κατὰ τοῦ Χριστοῦ γενησομένης συσκευῆς, ἐκ τῶν ὑποσεσημειωμένων Γραφῶν.

α'. Ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ μ'.
β'. Ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ νδ'.
γ'. Ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ ρη'.
δ'. Ἀπὸ τοῦ Ζαχαρίου.
ε'. Ἀπὸ τοῦ Ἱερεμίου.

Περὶ τῶν ἀμφὶ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ συμβεβηκότων.

ς'. Ἀπὸ τοῦ Ἀμώς.
ζ'. Ἀπὸ τοῦ Ζαχαρίου.
η'. Ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ κα'.

PROŒMIUM.

Post exposita oracula de illius Dei ad homines accessu, qui antea nuntiabatur venturus, invitat jam nunc tempus nos, ut de iis disseramus, quæ considerandæ sunt in ejusdem de vita humana discessu, videamusque diligenter, quæ rursus ea forent, quæ illi ab initio et a propheticis usque temporibus eventura **462** canerentur, ac primum ea putamus esse tractanda, quæ ad illos pertinent, qui illi mortem ac cædem machinati sunt, quæ sane non parvam rerum hoc loco propositarum sibi vindicant partem : sed antequam ad id veniamus, ea nobis firmiter tenenda sunt, quæ plerumque diximus de dispensatione, quæ omnes illius rationes complexa est, in qua illud considerari solet, quod alia sunt quæ ad ejusdem divinitatem, alia quæ ad assumptam humanitatem pertinent. Alias enim induci solet tanquam et Dei Verbum, et Dei virtus, et Dei sapientia : item magni consilii Angelus, magnusque et æternus Pontifex, qui ut omnia quæcunque genita sunt et sint id quod sunt, et in eo con-

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Μετὰ τὰς ἀποδεδομένας προρρήσεις περὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἀφίξεως τοῦ προκηρυττομένου Θεοῦ καλεῖ δὴ καιρὸς καὶ τὰ περὶ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ ἐξ ἀνθρώπων αὐτοῦ βίου διεξελθεῖν, συνιδεῖν τε αὖθις οἷα συμβήσεσθαι περὶ αὐτῶν ἄνωθεν ἐκ τῶν προφητικῶν ἐθεσπίζετο χρόνων. Πρῶτα δὲ διελεύσομαι τὰ περὶ τῶν τὸν θάνατον αὐτῷ συσκευωρησαμένων, μέρος οὐ μικρὸν τυγχάνοντα τῆς προκειμένης προτάσεως. Πρὸ δέ γε τοῦ λόγου τὰ πολλάκις ἡμῖν εἰρημένα περὶ τῆς κατ' αὐτὸν οἰκονομίας τηρητέον, ὅτι δὴ τὰ μὲν κατὰ τὴν θεότητα αὐτοῦ, τὰ δὲ κατὰ τὴν ἀνθρώπησιν ἐπινοεῖται. Πῇ μὲν γὰρ εἰσάγεται Λόγος ὢν Θεοῦ, καὶ Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία· μεγάλης τε βουλῆς ἄγγελος, μέγας τε καὶ αἰώνιος ἀρχιερεύς, ὑπὲρ τῆς τῶν γεννητῶν ἁπάντων οὐσιώσεώς τε καὶ σωτηρίας ἱερωμένος, καὶ ἱλεούμενος τὸν Πατέρα· πῇ δὲ ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, καὶ πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἀγόμενον. Τοῦτο δὲ ἦν τὸ ἀνθρώπειον σκῆνος, ὃ δίκην ἀμνοῦ καὶ προβάτου ἐκ τῆς ἡμετέρας ἀγέλης, οἷά τις ἀρχιερεὺς, ἀναλαβών,

Digitized by Google

καὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους καλλιερησάμενος, προσηγάγετο τῷ Πατρὶ, δι' οὗ καὶ τῇ τῶν ἀνθρώπων ὡμίλησε φύσει, οὐκ ἄλλως δυναμένῃ Λόγου Θεοῦ καὶ δυνάμεως ἀσωμάτου καὶ νοερᾶς ἐπηκόῳ γενέσθαι, οὐδέ τι μεῖζον σαρκῶν καὶ σωμάτων δι' ὀφθαλμῶν σαρκὸς ἐπινοῆσαι. Ὅσα τοίνυν ἐπὶ τὸ ταπεινότερον δόξειεν ἐν τοῖς προκειμένοις περὶ αὐτοῦ λέγεσθαι, ταῦτα τὸν Ἀμνὸν ὁρᾷν τοῦ Θεοῦ, τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, καὶ τὸ σκῆνος τὸ ἀνθρώπειον ὑποβάλλει νοεῖν. Ἀμνὸς μὲν γὰρ ἦν αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, κατὰ τὸν Βαπτιστὴν Ἰωάννην τὸν λέγοντα· « Ἰδὲ ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· » ἀμνὸς δὲ ἦν καὶ ὁ ἐπὶ σφαγὴν ἀγόμενος, κατὰ τὸ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ λόγιον ῥᾴσκον· « Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος ἄφωνος. » Περὶ τοῦ αὐτοῦ δὲ ὡς περὶ ἀμνοῦ ἐλέγετο καὶ τὸ, « Ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ λαοῦ μου ἦχθη εἰς θάνατον· » ἔδει γὰρ τὸν Ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ τὸν ὑπὸ τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως ἀναληφθέντα ὑπὲρ τῶν λοιπῶν συγγενῶν ἀμνῶν, καὶ ὑπὲρ πάσης τῆς ἀνθρωπίνης ἀγέλης θυσίαν τῷ Θεῷ προσαχθῆναι. « Ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος καὶ δι' ἀνθρώπου ἡ ἀνάστασις ἡ ἐκ νεκρῶν, » φησὶν ὁ Ἀπόστολος· καὶ « ὥσπερ δι' ἑνὸς παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα, οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς δικαίωσιν ζωῆς· » ἔνθεν καὶ αὐτὸς τοὺς μὲν ἑαυτοῦ μαθητὰς ζωὴν καὶ φῶς καὶ ἀλήθειαν ἑαυτὸν εἶναι, καὶ τὰς λοιπὰς ἐπινοίας τῆς κατ' αὐτὸν θεολογίας ἐπαίδευε, τοῖς δὲ ἀμυήτοις τῶν κατ' αὐτὸν ἀπορρήτων ἔλεγε· « Τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα; » Ὥσπερ οὖν τὰ τῆς θεολογίας ἰδιώματα ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀποδέδοται, τὸν ὅμοιον δὴ τρόπον κἀνταῦθα τοῦ ἀμνοῦ τὰ ἀνθρωποπαθῆ παραστήσεται, τῶν πρὸ τοῦ πάθους αὐτοῦ μέσων ὄντων, ὁμοῦ τε ἄμφω, τά τε κατὰ τὸν Θεὸν καὶ τὰ κατὰ τὸν ἄνθρωπον αὐτοῦ περιειλημφότων. Τούτων χρησίμως ἡμῖν προτετηρημένων, ἤδη καὶ τῶν λογίων αὐτῶν ἐφαψώμεθα, περὶ τῆς Ἰούδα τοῦ προδότου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ κατὰ τοῦ Χριστοῦ γενομένης συσκευῆς, περί τε τῶν ἀμφὶ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ συμβεβηκότων.

A serventur, dum sacro muncre fungitur, patrem suum exorat. Alias autem tanquam et Agnus Dei, qui tollat peccata mundi, et ovis quæ ad cædem ducatur. Hoc autem fuit ipsum humanum corpus, quod ille instar agni atque ovis, cum de nostro grege veluti Pontifex assumpsisset, primitiis humani generis fauste feliciterque operatus, Patri munus attulit, per quod etiam cum humana natura commercium habuit, quæ alioqui neque Dei Verbum, neque vim incorpoream atque intelligentem exaudire aut percipere potuisset, neque quidquam supra carnem aut corpus per oculos corporis intueri. Quæcunque igitur de illo in his quæ nunc tractamus, humilius abjectiusque dici videbuntur, ea spectare Agnum Dei, qui tollit peccatum mundi, B corpusque illud humanum, meminisse oportebit. Agnus ille quidem fuit, tollens peccatum mundi, ut Baptista Joannes dicebat : « Ecce, inquit, Agnus Dei, qui tollit peccata mundi [14]; » agnus item, ad cædem ductus, ut est in Isaiæ prophetæ oraculo, quod ita ait : « Tanquam ovis ad cædem ductus est, et tanquam agnus coram tondente obmutuit [15]. » De eodem vero tanquam de agno etiam illud dictum est : « Ex peccatis populi mei ductus est ad mortem [16] : » oportebat enim Agnum Dei, qui a maximo Pontifice assumptus fuerat, pro reliquis cognatis agnis, et pro omni humano grege, Deo victimam afferri. Nam « quoniam per hominem mors, per hominem etiam resurrectio a mortuis [17], » inquit Apostolus, et « sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic C per unius justitiam, in omnes homines in justificationem vitæ [18], » ex hoc ipse quoque suis quidem discipulis se et vitam, et lucem, et veritatem esse, et reliqua **463** omnia quæ ex theologia de illo considerantur, ostendebat. Ad profanos autem, et arcanorum ipsius expertes dicebat : « Quid me quæritis interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum [19]? » Quemadmodum igitur quæ theologiæ de illo propria sunt, in prioribus libris sunt exposita, ita in hoc quæ ad agni humanas affectiones, patibilemque naturam pertinent, tractabuntur : quæ medii cujusdam instar fuere, ad ea quæ passionem illius antecesserunt, et utraque simul tum ea quæ ad Deum pertinent, tum ea quæ ad hominem, qui ille erat, complexa sunt. Postquam igitur hæc a nobis non inutiliter observata, retentaque sunt, jam tum ipsa etiam oracula aggredi tempus esse videtur, quæ et Judam proditorem, cumque eo futuram adversus Christum conspirationem, et quæ illi sub ipsum passionis tempus eventura erant, significabant.

Ἀπὸ ψαλμοῦ μ'. — Περὶ Ἰούδα τοῦ προδότου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλὴν συσκευασαμένων. D

A psalmo XL. — *De Juda proditore, et iis qui cum eo insidias adversus Salvatorem nostrum construxere.*

« Μακάριος ὁ συνιὼν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα, ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν ὁ Κύριος. Κύριος διαφυλάξαι αὐτὸν, καὶ ζήσαι αὐτὸν, καὶ μακαρίσαι αὐτὸν ἐν τῇ γῇ, καὶ μὴ παραδῷ αὐτὸν εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτοῦ. Κύριος βοηθήσει αὐτῷ ἐπὶ κλίνης ὀδύνης αὐτοῦ, ὅλην τὴν κοίτην αὐτοῦ ἔστρεψας ἐν τῇ ἀῤῥωστίᾳ αὐτοῦ. Ἐγὼ εἶπα· Κύριε, ἐλέησόν με, ἴασαι τὴν

« Beatus qui intelligit super egenum et pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in manus inimicorum ejus. Dominus opem feret illi super lectum doloris ejus, universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus. Ego dixi : Domine, miserere mei, sana animam

[14] Joan. I, 29. [15] Isa. LIII, 7, [16] ibid. 8. [17] I Cor. XV, 21. [18] Rom. V, 18. [19] Joan. VIII, 40.

Digitized by Google

meam, quia peccavi tibi; inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur, et peribit nomen ejus? Et si ingrediebatur ut videret, vana loquebatur cor ejus, congregavit iniquitatem sibi, egrediebatur foras, et loquebatur in idipsum[1], adversum me susurrabant omnes inimici mei, adversum me cogitabant mala mihi, verbum iniquum constituerunt adversum me, nunquid qui dormit, non adjiciet ut resurgat? et enim homo pacis meæ, in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem. Tu autem, Domine, miserere mei, et resuscita me, et retribuam eis; in hoc cognovi quod voluisti me, quoniam **464** non gaudebit inimicus meus super me, me autem propter innocentiam suscepisti, et confirmasti me in conspectu tuo in æternum [20]. » Quoniam nonnulli suspicati sunt librum Psalmorum, hymnos tantum in Deum et carmina theologica continere, præsagia vero aut de rebus futuris prophetias non item, primum illud erit observandum, quod innumerabilia sunt, quæ in illis futura canuntur, quæ quidem longum esset in præsentia colligere, sed satis fuerit ad hujuscę propositi confirmationem, duobus nunc uti psalmis, qui ipsi quidem Asaph inscripti sunt, dicti vero ipsius David temporibus. Tunc enim cum Asaph unus esset ex iis viris sanctis qui psalmos canebant, ut scriptum est in libro qui *Paralipomenon* inscribitur, psalmos qui illi attribuuntur, divino afflatus Spiritu enuntiavit. Quid igitur hujuscemodi psalmi continent? nimirum vaticinia, quibus Judæorum regiæ civitatis vastatio prædicitur, quæ vastatio Judæis accidit anno circiter quingentesimo post ejusmodi vaticinium. Ergo psalmus septuagesimus tertius, qui intellectus Asaph inscribitur, ita habet: « Ut quid, Deus, repulisti in finem? iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ? memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio, redemisti virgam hæreditatis tuæ, mons Sion hic, in quo habitasti in eo, leva manus tuas in superbias eorum in finem, quanta malignatus est inimicus in sanctis tuis, et gloriati sunt qui oderunt te in medio solemnitatis tuæ, posuerunt signa sua signa: et non cognoverunt sicut in exitu desuper, quasi in silva lignorum securibus exciderunt januas ejus in idipsum, in securi et vecte dejecerunt eam, incenderunt igni sanctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui [21]. » Hæc quidem septuagesimus tertius psalmus. Septuagesimus autem octavus, qui ipse quoque est Asaphi, hæc continet: « Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Jerusalem quasi pomorum custodiam, posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ [22]. » Ex his ea quæ prius recitata sunt, dico autem ea, quæ de septuagesimo psalmo accepimus, prædicta sunt adhuc regnante David, antequam templum a Salomone constructum esset. **465** Sed suum finem contigere, non

ψυχήν μου, ὅτι ἥμαρτόν σοι. Οἱ ἐχθροί μου εἶπαν κακά μοι· πότε ἀποθανεῖται καὶ ἀπολεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ; Καὶ εἰ εἰσεπορεύετο τοῦ ἰδεῖν, μάτην ἐλάλει ἡ καρδία αὐτοῦ, συνήγαγεν ἀνομίαν ἑαυτῷ. Ἐξεπορεύετο ἔξω, καὶ ἐλάλει ἐπὶ τὸ αὐτό. Κατ' ἐμοῦ ἐψιθύριζον πάντες οἱ ἐχθροί μου, κατ' ἐμοῦ ἐλογίζοντο κακά μοι. Μὴ ὁ κοιμώμενος οὐχὶ προσθήσει τοῦ ἀναστῆναι; καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος τῆς εἰρήνης μου, ἐφ' ὃν ἤλπισα, ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν. Σὺ δὲ, Κύριε, ἐλέησόν με, καὶ ἀνάστησόν με, καὶ ἀνταποδώσω αὐτοῖς. Ἐν τούτῳ ἔγνων, ὅτι τεθέληκάς με, ὅτι οὐ μὴ ἐπιχαρῇ ὁ ἐχθρός μου ἐπ' ἐμοί. Ἐμοῦ δὲ διὰ τὴν ἀκακίαν ἀντελάβου, καὶ ἐβεβαίωσάς με ἐνώπιόν σου εἰς τὸν αἰῶνα. » Ἐπειδή τινες ὑπειλήφασι τὴν βίβλον τῶν Ψαλμῶν ὕμνους μόνον εἰς Θεὸν, καὶ ᾠδὰς θεολογικὰς περιέχειν, οὐ μὴν καὶ προγνώσεις, οὐδὲ μελλόντων προφητείας, τοῦτο πρῶτον ἐπιτηρητέον, ὡς μυρία θεσπίζεται δι' αὐτῶν, ἃ καὶ μακρὸν ἂν εἴη συναγαγεῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἀρκεῖ δὲ χρήσασθαι εἰς μαρτυρίαν τοῦ λόγου δύο ψαλμοῖς· ἐπιγεγραμμένως δὲ κατὰ τοῦ Δαβὶδ χρόνους. Τὸ τηνικαῦτα γὰρ εἷς τῶν ἱεροψαλτῶν ὁ Ἀσὰφ τυγχάνων, ὡς ἐν τῇ βίβλῳ φέρεται τῶν Παραλειπομένων, τοὺς ἐπιγεγραμμένους αὐτὸν ψαλμοὺς θείῳ Πνεύματι προσεφώνησε. Τί δὴ οὖν περιέχουσιν οἱ ψαλμοί; προρρήσεις τῆς πολιορκίας τῆς βασιλικῆς πόλεως τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ἥτις γέγονεν ἐγγύς που πεντακοσίοις ἔτεσι μετὰ τὴν πρόρρησιν. Λέγει δ' οὖν ὁ ἑβδομηκοστὸς τρίτος ἐπιγεγραμμένος συνέσεως τῷ Ἀσὰφ, « Ἵνα τί ἀπώσω, ὁ Θεὸς, εἰς τέλος; ὠργίσθη ὁ θυμός σου ἐπὶ πρόβατα νομῆς σου; μνήσθητι τῆς συναγωγῆς σου, ἧς ἐκτήσω ἀπ' ἀρχῆς, ἐλυτρώσω ῥάβδον κληρονομίας σου. Ὄρος Σιὼν τοῦτο, ὃ κατεσκήνωσας ἐν αὐτῷ, ἔπαρον τὰς χεῖράς σου ἐπὶ τὰς ὑπερηφανίας αὐτῶν εἰς τέλος. Ὅσα ἐπονηρεύσατο ὁ ἐχθρὸς ἐν τοῖς ἁγίοις σου, καὶ ἐνεκαυχήσαντο οἱ μισοῦντές σε ἐν μέσῳ τῆς ἑορτῆς σου, ἔθεντο τὰ σημεῖα αὐτῶν σημεῖα· καὶ οὐκ ἔγνωσαν ὡς εἰς τὴν ἔξοδον ὑπεράνω. Ὡς ἐν δρυμῷ ξύλων, ἀξίναις ἐξέκοψαν τὰς θύρας αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἐν πελέκει καὶ λαξευτηρίῳ κατέῤῥαξαν αὐτήν. Ἐνεπύρισαν ἐν πυρὶ τὸ ἁγιαστήριόν σου, εἰς τὴν γῆν ἐβεβήλωσαν τὸ σκήνωμα τοῦ ὀνόματός σου. » Ταῦτα μὲν ὁ ἑβδομηκοστὸς τρίτος ψαλμός· καὶ ὁ ἑβδομηκοστὸς δὲ ὄγδοος, τοῦ Ἀσὰφ καὶ αὐτὸς τυγχάνων, τάδε περιέχει· « Ὁ Θεὸς, εἰσήλθοσαν ἔθνη εἰς τὴν κληρονομίαν σου, ἐμίαναν τὸν ναὸν τὸν ἅγιόν σου. Ἔθεντο Ἰερουσαλὴμ ὡς ὀπωροφυλάκιον, ἔθεντο τὰ θνησιμαῖα τῶν δούλων σου βρώματα τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, τὰς σάρκας τῶν ὁσίων σου τοῖς θηρίοις τῆς γῆς. » Τούτων δὲ τὰ μὲν πρῶτα, λέγω δὲ τὰ ἀπὸ τοῦ ἑβδομηκοστοῦ τρίτου ψαλμοῦ, εἴρητο βασιλεύοντος ἔτι τοῦ Δαβὶδ, πρὸ τοῦ τὸν ναὸν ὑπὸ Σολομῶνος κατασκευασθῆναι· τέλους δὲ ἔτυχεν οὐκ ἄλλοτε ἢ πρῶτον μὲν ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίων πολιορκίας, δεύτερον δὲ ἐπὶ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ πρὸς Ἰουδαίους πολέμου· ἕκαστα γὰρ τῶν εἰρημένων ἐπληροῦτο ἐπί τε τῆς πρώτης καὶ δευ-

[20] Psal. XL, 2-13. [21] Psal. LXXIII, 1-7. [22] Psal. LXXVIII, 1, 2.

Digitized by Google

τέρας τοῦ ἱεροῦ κατασκαφῆς, προγνωσθέντα καὶ ἀναφωνηθέντα ἐν τοῖς εἰρημένοις Ψαλμοῖς ὑπὸ τοῦ Ἀσάφ. Τὰ δὲ δεύτερα ἀπὸ τοῦ ἑβδομηκοστοῦ ὀγδόου, ἐπληροῦτο κατὰ τοὺς Ἀντιόχου χρόνους, τοῦ κληθέντος Ἐπιφανοῦς, ὃς, τῆς Συρίας βασιλεύσας, ὑπάγεται μὲν τὰ Ἱεροσόλυμα, μιαίνει δὲ τὸν ναὸν, καὶ καθαιρεῖ τὸ θυσιαστήριον· ἔπειτα τοὺς Ἰουδαίους Ἑλληνίζων, πλείστους ὅσους αὐτῶν ἄνδρας καὶ γυναῖκας ὑπὲρ τοῦ οἰκείου νόμου καὶ τῆς πατρῴας εὐσεβείας ἀνῄρει, ποικίλαις προαικιζόμενος τιμωρίαις. Εἰς ἐκεῖνον τοιγαροῦν τὸν καιρὸν, καὶ εἰς τοὺς μετὰ ταῦτα τῷ Ἀντιόχῳ τὰ ἴσα πράξαντας, ἀναφωνεῖ ὁ Ἀσὰφ τὸ ἀπὸ τοῦ ἑβδομηκοστοῦ ὀγδόου ψαλμοῦ. Μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ ἡ τῶν καλουμένων Μακκαβαίων γραφὴ, τοῦτον ἔχουσα τὸν τρόπον· « Καὶ προσεπισυνήχθησαν πρὸς Ἰάκειμον καὶ Βακχίδην συναγωγὴ γραμματέων ἐκζητοῦσα δίκαια. » Καὶ ἑξῆς ἐπιλέγει· « Καὶ ὤμοσεν αὐτοῖς λέγων· Οὐκ ἐκζητήσομεν ὑμῖν κακὸν, καὶ τοῖς φίλοις ὑμῶν· καὶ ἐνεπίστευσαν αὐτῷ· καὶ συνέλαβεν ἐξ αὐτῶν ἑξήκοντα ἄνδρας, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτοὺς ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ, κατὰ τὸν λόγον Ἀσὰφ ὃν ἔγραψεν, ἔδωκαν τὰ θνησιμαῖα τῶν δούλων σου βρώματα τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, σάρκας ὁσίων σου τοῖς ζώοις τῆς γῆς, αἵματα αὐτῶν ἐξέχεαν κύκλῳ Ἱερουσαλὴμ, καὶ οὐκ ἦν ὁ θάπτων. » Τούτων οὕτω προῤῥηθέντων καὶ ἀποτελεσθέντων, οὐ θαυμαστὸν, εἰ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ προεκτεθέντα τοῦ τεσσαρακοστοῦ ψαλμοῦ λόγια σημαίνει τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι κατὰ τὸν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλῆς χρόνον, ἅπερ μὴ πάντων ἀνθρώπων συνιέντων, ὅπως Λόγος ὢν Θεοῦ, καὶ σοφία, καὶ ζωὴ, καὶ φῶς ἀληθινὸν, καὶ πάντα πλοῦτον ἀγαθῶν κεκτημένος, δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσε σάρκα λαβὼν, καὶ τοῖς τὸ γένος θνητοῖς ἀνθρώποις καὶ πτωχοῖς ὁμοιωθεὶς, μορφήν τε δούλου καὶ πένητος ἀνείληφὼς, καὶ μάλιστα καθ' ὃν καιρὸν ἐπλήρου τὴν ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ προφητείαν, εἰκότως ἐν ἀρχῇ τοῦ ψαλμοῦ μακαρίζεται ὁ ταῦτα περὶ αὐτοῦ συνιεὶς, ἐπαγγελίας τυγχάνων τῆς ἀναγεγραμμένης. Εἶθ' ἑξῆς ἐκ προσώπου λοιπὸν δὴ τοῦ πένητος καὶ πτωχοῦ, αὐτοῦ δηλαδὴ τοῦ δι' ἡμᾶς πτωχεύσαντος Σωτῆρος ἡμῶν, ἐπιλέγεται· « Ἐγὼ εἶπα· Κύριε, ἐλέησόν με. » Ὅτι δὲ ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος τὰ ἐν τῷ ψαλμῷ θεσπίζεται, αὐτάρκης μάρτυς ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης τυγχάνει. Ἱστορεῖ γὰρ, ὅτι « Λαβὼν ὁ Ἰησοῦς ποτε λέντιον περιεζώσατο, καὶ νίψας τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἶπεν· Ἐγὼ οἶδα οὓς ἐξελεξάμην· ἀλλ' ἵνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ· Ὁ τρώγων μετ' ἐμοῦ τὸν ἄρτον ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ. » Ποίαν γὰρ πεπλῆρῶσθαι γραφὴν ἐν τούτοις ἐδήλου ἀλλ' ἢ τὴν τοῦ μετὰ χεῖρας ψαλμοῦ ἐν ᾧ εἴρηται· « Καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος τῆς εἰρήνης μου, ἐφ' ὃν ἤλπισα, ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν; » Φησὶν οὖν ἀρχόμενος· « Ἐγὼ εἶπα· Κύριε, ἐλέησόν με, ἴασαι τὴν ψυχήν μου, ὅτι ἥμαρτόν σοι· » καὶ δι' ὅλου τοῦ ψαλμοῦ· ἅπερ σαφέστερον ὁ Σύμμαχος τοῦτον ἐξέδωκε τὸν τρόπον· « Ἐμοῦ λέγοντος· Κύριε, οἰκτει-

A alias, quam semel quidem populantibus Babyloniis, iterum autem bello quod adversum Judæos a Romanis gestum est, unumquodque enim eorum, quæ dicta sunt, completum est tam prima templi eversione, quam ea quæ secuta est, tametsi in hisce duobus psalmis et provisum et enuntiatum est. Quæ vero secundo loco recitavimus, et a septuagesimo octavo psalmo accepimus, completa sunt ejus Antiochi temporibus, qui vocatus est Illustris, qui cum in Syria regnaret, irrupit quidem in urbem Hierosolyma, fœdavit vero templum, et sanctuarium evertit. Dumque Judæos Græcorum moribus cogit vivere, quamplurimos eorum tam mares quam feminas, qui neque proprias leges neque patriam pietatem deserere volebant, variis prius vexatos supplicii, interfecit. In illud ergo tempus, et in eos qui posthac, eadem quæ Antiochus patraverint, clamat Asaph ea quæ septuagesimo octavo psalmo continentur. Fidem huic rei facit, ea quæ vocatur Macabæorum historia, quæ in hunc modum se habet: « Et convenerunt ad Jacimum et Bacchidem congregatio scribarum requirentium quæ justa sunt[32], » et deinceps adjungit: « Et juravit illis dicens: Non inferemus vobis malum, neque amicis vestris, et crediderunt ei, et comprehendit ex iis sexaginta viros, et occidit eos in uno die, secundum verbum Asaph quod scripsit, dederunt morticina servorum tuorum escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ, sanguinemque eorum effuderunt in circuitu Jerusalem, et non erat qui sepeliret[34]. » Cum hæc in hunc modum et prædicta et completa sint, mirum videri non debet, si eodem modo etiam oracula de quadragesimo psalmo nuper accepta, quid futurum esset per id tempus, quo Judæi adversus Salvatorem nostrum conspirarunt, significant: ex quibus cum universi homines non intelligerent, quonam pacto qui Verbum Dei est, et sapientia, et vita, et lumen verum, et omnes bonorum divitias possidens, propter nos assumpto corpore, et pauper et natura mortalibus hominibus et egenis similis sit factus, formamque et servi et pauperis acceperit, maxime quo tempore complebat ea quæ ad prophetiam hujus psalmi pertinent, merito in initio psalmi, is ut beatus commendatur, qui hæc de illo intellexerit, utpote qui promissum publicæ memoriæ traditum obtineat. **466** Tum deinceps, quod superest, ex ipsius pauperis atque egeni persona, ipsius videlicet Salvatoris nostri, qui propter nos inopem vitam assumpsit, adjungitur: « Ego dixi, Domine, miserere mei[35]. » Quod vero ex persona Salvatoris, quæ ad hunc psalmum pertinent, prædicta sint, optimus sane sit testis evangelista Joannes. Narrat enim, ut olim Jesus, cum accepisset linteum, præcinxerit se, cumque pedes discipulorum suorum abluisset, dixerit: « Ego scio quos elegerim, sed ut compleatur Scriptura: Qui edit mecum panem, levavit contra me calca-

B

C

D

[32] 1 Machab. VII, 12. [34] ibid. 15-17. [35] Psal. XL, 5.

Digitized by Google

neum suum [36]. » Etenim quam tandem aliam in his Scripturam completam esse dicebat, nisi eam quæ in hoc psalmo habetur, qui nunc in manibus est, in quo quidem psalmo illud dictum est : « Etenim homo pacis meæ in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem [37]. » Initio ergo sic ait : « Ego dixi, Domine, miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi [38] : » et per totum psalmum, ea quæ planius in hunc modum Symmachus edidit : « Me dicente, Domine, miserere mei, sana animam meam ; et si peccavi tibi, inimici mei dixerunt de me mala, quando morietur, et peribit nomen ejus? et cum ingrederetur, vana loquebatur cor ejus, congregabat injustitiam sibi. Cum egrederetur foras, obloquebatur, uno animo susurrabant contra me omnes qui oderant me, de me cogitabant mala mihi, verbum iniquum effusum erat inter ipsos, et qui cecidit non amplius surget, sed et homo qui pacem habebat mecum, cui confidebam, comedens mecum panem meum, magnificatus est contra me consequenter ; tu autem, Domine, miserere mei, et suscita me, ut retribuam eis : propter hoc cognoscam quod voles, si non obloquetur inimicus meus, me autem propter simplicitatem suscepisti, et constitues me in conspectu tuo in æternum. » Cum his vero quæ Symmachus edidit concordant etiam ea quæ ab Aquila edita sunt, sensuque idem valent. Primum igitur de eo quod ex persona Salvatoris nostri enuntiari videatur, illud quod dictum est : « Sana animam meam, quia peccavi tibi, » observato, quæso te, ut idem apud Symmachum non eodem modo se habeat, sed sic : Sana animam meam, et si peccavi tibi. » Sic autem hoc ille ait, propterea quod nostra secum ipse peccata communicavit. Ex quo illud dictum est : « Et Dominus tradidit eum peccatis nostris, et, ipse peccata nostra fert [39]. » **467** Factus est igitur pro nobis exsecratio ille Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi, quem non cognoscentem peccatum, Deus pro nobis peccatum fecit, dum illum pretium animatum ac vivum pro nostris omnium animis tradit, ut nos efficiamur justitia Dei in ipso. Sed quando etiam in similitudinem carnis peccati factus, condemnavit peccatum in carne, merito proferuntur ea quæ jam exposita sunt. Quod autem peccata nostra, sua faciens propter charitatem erga nos ac benevolentiam, hæc dicat, deinceps oratione progressus in eodem psalmo demonstrat, dicens : « Me autem propter innocentiam suscepisti [40]. » Quibus verbis planissime Agnum Dei, omnis mali expertem et innocuum ostendit. Sed quo tandem modo ille peccata nostra sua fecit, et quo item modo iniquitates nostras tulit? num ex eo quod corpus illius nos esse dicti sumus, ut ait Apostolus : « Vos autem estis corpus Christi et membra ex parte, et ex eo quod dum unum membrum patitur, simul omnia cum eo membra

A ρόν με, ἴασαι τὴν ψυχήν μου, καὶ εἰ ἥμαρτόν σοι, οἱ ἐχθροί μου ἔλεγον περὶ ἐμοῦ κακά· Πότε ἀποθάνῃ, καὶ ἀπολεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ ; Εἰσερχόμενος ἐπισκέψασθαι, μάταια ἐλάλει ἡ καρδία αὐτοῦ, ἤθροιζεν ἀδικίαν ἑαυτῇ. Ἐξερχόμενος δὲ ἔξω κατελάλει. Ὁμοθυμαδὸν ἐψιθύριζον κατ' ἐμοῦ πάντες οἱ μισοῦντές με, περὶ ἐμοῦ ἐννοοῦντες κακά μοι. Λόγος παράνομος ἐκκέχυτο ἔνδον αὐτῶν, καὶ πεσὼν οὐκέτι ἀναστήσεται· ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος, ὃς εἰρήνευέ μοι, ᾧ ἐπεποίθειν, συνεσθίων μοι ἄρτον ἐμὸν, κατεμεγαλύνθη μου. Ἀκολούθως, σὺ δὲ, Κύριε, οἰκτειρόν με, καὶ ἀνέγειρόν με, ἵνα ἀνταποδώσω αὐτοῖς. Διὰ τοῦτο γνώσομαι, ὅτι θελήσεις, ἐὰν μὴ καταλαλήσῃ ὁ ἐχθρός μου. Ἐμοῦ δὲ διὰ τὴν ἁπλότητα ἀντέσχου, καὶ παραστήσεις με ἔμπροσθέν σου δι' αἰῶνος. » Ἰσοδυναμεῖ δὲ τοῖς τοῦ Συμμάχου καὶ τὰ Ἀκύλου. Πρῶτον οὖν περὶ τοῦ δοκεῖν ἀπεμφαίνειν ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὸ εἰρημένον, τὸ, « Ἴασαι τὴν ψυχήν μου, ὅτι ἥμαρτόν σοι, » τηρήσεις τὸ παρὰ τῷ Συμμάχῳ μὴ οὕτως ἔχον, ἀλλὰ, « Ἴασαι τὴν ψυχήν μου, καὶ εἰ ἥμαρτόν σοι. » Καὶ οὕτω δὲ τοῦτό φησιν, ἐπειδὴ τὰς ἡμετέρας κοινοποιεῖ εἰς ἑαυτὸν ἁμαρτίας. Διὸ λέλεκται· « Καὶ Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν· » καὶ, « Αὐτὸς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει. » Γέγονε γοῦν ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· ὃν καὶ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, ἀντίψυχον ὑπὲρ πάντων ἡμῶν προέμενος αὐτὸν, ἵνα ἡμεῖς γενώμεθα δικαιοσύνη Θεοῦ ἐν αὐτῷ. Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας γενόμενος κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ, εἰκότως προφέρεται τὰ ἐκκείμενα. Ὅτι δὲ τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας ἐξοικειούμενος, διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἀγάπην καὶ φιλανθρωπίαν, ταῦτά φησιν, ἐξῆς ὑποκαταβὰς ἐν αὐτῷ τῷ ψαλμῷ ἐπιφέρει, λέγων· « Ἐμοῦ δὲ διὰ τὴν ἀκακίαν ἀντελάβου· » σαφῶς τὸ ἀπειρόκακον τοῦ Ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ παριστάς. Πῶς δὲ τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας ἐξοικειοῦται ; καὶ πῶς φέρειν λέγεται τὰς ἀνομίας ἡμῶν, ἢ καθ' ὃ σῶμα αὐτοῦ εἶναι λεγόμεθα ; κατὰ τὸν Ἀπόστολον φήσαντα· « Ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους· καὶ καθ' ὃ πάσχοντος ἑνὸς μέλους, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη, » οὕτω τῶν πολλῶν μελῶν πασχόντων καὶ ἁμαρτανόντων, καὶ αὐτὸς κατὰ τοὺς τῆς συμπαθείας λόγους, (ἐπειδήπερ εὐδόκησε, Θεοῦ Λόγος ὤν, μορφὴν δούλου λαβεῖν, καὶ τῷ κοινῷ πάντων ἡμῶν σκηνώματι συναφθῆναι·) τοὺς τῶν πασχόντων μελῶν πόνους εἰς ἑαυτὸν ἀναλαμβάνει, καὶ τὰς ἡμετέρας νόσους ἰδιοποιεῖται, καὶ πάντων ἡμῶν ὑπεραλγεῖ καὶ ὑπερπονεῖ, κατὰ τοὺς τῆς φιλανθρωπίας νόμους. Οὐ μόνον δὲ ταῦτα πράξας ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν κολασθεὶς καὶ τιμωρίαν ὑποσχὼν, ἣν αὐτὸς μὲν οὐκ ὤφειλεν, ἀλλ' ἡμεῖς τοῦ πλήθους ἕνεκεν τῶν πεπλημμεληκότων, ἡμῖν αἰτίας τῆς τῶν ἁμαρτημάτων ἀφέσεως κατέστη, ἅτε τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀναδεξάμενος θάνατον, μάστιγάς τε καὶ ὕβρεις, καὶ ἀτιμίας ἡμῖν ἐποφειλομένας εἰς αὐτὸν μεταθεὶς, καὶ τὴν ἡμῖν προστετιμημένην κατάραν

[36] Joan. XIII, 18. [37] Psal. XL, 10. [38] ibid. 5. [39] Isa. LIII, 4-6. [40] Psal. XL, 13.

Digitized by Google

ἐφ' ἑαυτὸν ἑλκύσας, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· καὶ τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἀντίψυχον; διό φησιν ἐξ ἡμετέρου προσώπου τὸ λόγιον· « Τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν· καὶ Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. » Ὥστε εἰκότως ἐνῶν ἑαυτὸν ἡμῖν, ἡμᾶς τε αὐτῷ, καὶ τὰ ἡμέτερα πάθη ἰδιοποιούμενός φησιν· « Ἐγὼ εἶπα· Κύριε, ἐλέησόν με, ἴασαι τὴν ψυχήν μου, ὅτι ἥμαρτόν σοι. » Ὁρῶντας δὲ εἰκότως τοὺς ἐπιβουλεύοντας οὐ μόνον ἀνθρώπους ἀλλὰ καὶ ἀοράτους δυνάμεις τὴν ὑπερβάλλουσαν ἰσχὺν αὐτοῦ τῆς θείας προσηγορίας καὶ τοῦ ὀνόματος, δι' οὗ μικρὸν ὕστερον Χριστιανῶν τὴν πᾶσαν κατέπλησεν οἰκουμένην, σβέσειν αὐτὴν οἶμαι ὑπειληφέναι, εἰ τὰ πρὸς θάνατον ἐπιβουλεύσαιεν αὐτῷ. Τοῦτο δὴ οὖν αὐτὸ διελέγχει φάσκων· « Οἱ ἐχθροί μου εἶπαν κακά μοι· Πότε ἀποθανεῖται καὶ ἀπολεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ; » Ἐπεὶ δὲ καθυποκρινόμενοι προσῆσαν πειράζοντες ὅπως αὐτὸν παγιδεύσωσιν, ὡς ἡ θεία Γραφὴ μαρτυρεῖ, ἄλλοτε ἄλλας αὐτοὺς προφάσεις καὶ κατηγορίας κατ' αὐτοῦ συσκευάζεσθαι ἱστοροῦσα, τούτων ἕνεκα ἐπιλέγει· « Καὶ εἰ εἰσεπορεύετο τοῦ ἰδεῖν, μάτην ἐλάλει ἡ καρδία αὐτοῦ, συνήγαγεν ἀνομίαν ἑαυτῷ. Ἐξεπορεύετο ἔξω καὶ ἐλάλει ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατ' ἐμοῦ. » Ἐξῆς δὲ τούτοις ἤδη σαφῶς ἐμφαίνει καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν δυσσεβέστατον προδότην· ἐπειδὴ συνέβαινε μεθ' ἃς πεποίητο συνθήκας τοῖς ἄρχουσι τῶν Ἰουδαίων περὶ τῆς τοῦ διδασκάλου προδοσίας, μηκέτ' ἀπαντᾷν αὐτὸν συνήθως ἐπὶ τὴν τῶν θείων μαθημάτων διδασκαλίαν, μηδ' ὡς παρὰ διδάσκαλον φοιτᾷν, μηδ' ὁμοίως τοῖς ἑτέροις παραβάλλειν τῇ τοῦ Σωτῆρος διατριβῇ, ἀλλ' ἐπὶ τῷ κατοπτεύειν καὶ θηρεύειν καιρὸν, ὅτε δέοι ἐπιθέσθαι αὐτῷ. Τοῦτο δ' οὖν καὶ κατηγορεῖται πράττων ὑπὸ τῶν ἱερῶν εὐαγγελιστῶν, ὧν ὁ μὲν Ματθαῖός φησι· « Τότε πορευθεὶς εἷς τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος Ἰούδας Ἰσκαριώτης, πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς, εἶπεν αὐτοῖς· Τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; Οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια. Καὶ ἀπὸ τότε ἐζήτει εὐκαιρίαν, ἵνα αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς· » ὁ δὲ Μάρκος· « Καὶ Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης εἷς τῶν δώδεκα ἀπῆλθε πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς ἵνα αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς. Οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐχάρησαν, καὶ ἐπηγγείλαντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι. Καὶ ἐζήτει πῶς αὐτὸν εὐκαίρως παραδῷ· » ὁ δὲ Λουκᾶς γράφει λέγων· « Εἰσῆλθε δὲ ὁ Σατανᾶς εἰς Ἰούδαν τὸν ἐπικαλούμενον Ἰσκαριώτην, ὄντα ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα. Καὶ ἀπελθὼν συνελάλησε τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ γραμματεῦσι, καὶ τοῖς στρατηγοῖς τοῦ ἱεροῦ, ἵνα αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς. Καὶ ἐχάρησαν, καὶ συνέθεντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι. Καὶ ἐζήτει εὐκαιρίαν τοῦ παραδοῦναι αὐτὸν αὐτοῖς ἄτερ ὄχλου. » Ταῦτα δὴ οὖν αὐτὰ θεσπίζουσα ἡ μετὰ χεῖρας πρόρρησις ἐπιλέγει· « Καὶ εἰ εἰσεπορεύετο τοῦ ἰδεῖν, μάτην ἐλάλει ἡ καρδία αὐτοῦ, συνήγαγεν ἀνομίαν ἑαυτῷ. Ἐξεπορεύετο ἔξω, καὶ ἐλάλει ἐπὶ τὸ αὐτό. Κατ' ἐμοῦ ἐψιθύριζον πάντες οἱ ἐχθροί μου. » Ὁ γοῦν Σύμμαχος, « Εἰσερχόμενος, » φησὶν, « ἐπισκοπῆσαι, μάταια ἐλάλει ἡ καρδία αὐτοῦ, ἤθροιζεν ἀδικίαν ἑαυτῇ. Ἐξερχόμενος δὲ ἔξω

patiuntur[31], » ita nimirum, multis enim patientibus et peccantibus membris, ipse quoque ratione consentientis sibi invicem naturæ (quandoquidem cum Dei Verbum esset, ei placuit, et formam servi accipere, et communi omnium nostro domicilio copulari) patientium membrorum labores in seipsum assumpsit, et nostras valetudinis infirmitates, suas fecit, et ex legibus humanitatis pro omnibus nobis et dolores et labores sustinuit. Cæterum non modo rebus his gestis Dei Agnus, verum etiam pro nobis tormenta passus, supplicioque affectus, quo ipse quidem dignus minime erat, sed nos ipsi propter multitudinem peccatorum, ut peccata nobis dimitterentur, auctor exstitit : utpote qui pro nobis et mortem subierit, et verba, et probra, et contumelias, quibus nos digni eramus, in seipsum transtulerit, et exsecratio pro nobis factus, exsecrationem quæ nobis debebatur, ad seipsum attraxerit. Quid enim aliud ille, quam pro animis nostris pretium? Itaque ex persona nostra oraculum ait : « Livore ejus nos sanati sumus : et Dominus tradidit eum peccatis nostris[32]. » Proinde merito dum seipsum nobis conjungit, et nos ac vitia nostra sibi asciscit, ita ait : « Ego dixi, Domine, miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi : » videntesque item merito non solum insidiatores homines, **468** sed etiam insidiatrices invisibiles potestates, vim immensam illius divinæ appellationis et nominis, quo haud ita multo post totum orbem terrarum Christianis implevit, illam se posse exstinguere putaverunt, si mortem illi machinarentur. Hoc ipsum igitur his verbis redarguit : « Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur et peribit nomen ejus[33]? » Quoniam autem simulatis verbis accedebant, tentantes ut ipsum caperent in sermone, ut legimus apud divinam Scripturam, quæ illos contra illum alias aliis et occasionibus et criminibus utentes inducit, idcirco illud adjungit : « Et ingrediebatur ut videret, vana loquebatur cor ejus, congregavit iniquitatem sibi, egrediebatur foras et loquebatur in idipsum contra me[34]. » Hisce vero rebus expositis, deinceps ipsum illum scelestissimum proditorem verbis indicat : quandoquidem illud evenit, ut postquam de prodendo præceptore cum principibus Judæorum pactus esset, non amplius ut solebat ad divina præcepta perdiscenda conveniret, neque vero tanquam ad præceptorem accederet, aut aliorum more præceptoris consuetudine uteretur, sed tempus duntaxat circumspiceret atque observaret, quo adoriri illum posset. Proinde illum ista molientem ac patrantem, sancti evangelistæ criminantur : quorum unus Matthæus ita ait : « Tunc abiens unus ex duodecim, qui dicebatur Judas Iscariotes ad principes sacerdotum, ait illis : Quid vultis mihi dare, et ego eum vobis tradam? illi autem constituerunt ei triginta argenteos. Et ex illo quærebat opportunitatem, ut

[31] I Cor. XII, 26, 27. [32] Isa. LIII, 4-6. [33] Psal. XL, 6. [34] ibid. 7, 8.

Digitized by Google

ipsum eis traderet [35]. » Marcus autem sic : « Et Judas Iscariotes unus ex duodecim, abiit ad principes sacerdotum ut eum illis traderet. Illi autem audientes gavisi sunt. Et promiserunt se argentum ei daturos : et quærebat quomodo illum opportune traderet [36]. » Lucas vero in hunc modum scribit : « Intravit autem Satanas in Judam qui vocatur Iscariotes, unum de duodecim. Et abiit et locutus est cum principibus sacerdotum et scribis et ducibus templi, ut eum illis traderet. Et gavisi sunt, et pacti sunt argentum illi dare : et quærebat opportunitatem, ut traderet illum sine turbis [37]. » Eadem igitur hæc, vaticinium quod nunc in manibus est, canens, ita ait : « Et ingrediebatur ut videret, vana loquebatur cor ejus, congregavit iniquitatem sibi. **469** Egrediebatur foras, et loquebatur in idipsum. » Contra me susurrabant omnes inimici mei. Symmachus autem : « Ingrediens, inquit, ut inspiceret, vana loquebatur cor ejus, congregabat injustitiam sibi. Egrediens autem foras obloquebatur. Uno animo susurrabant contra me omnes qui oderunt me. » Solus igitur tanquam familiaris et discipulus ingressus, circumspiciebat et explorabat intus, insidias in corde suo occultans. Egressus autem, cum pluribus uno animo et in idem obloquebantur, dum Salvatorem inimicis tradebat, et latenter paciscebatur cum principibus Judæorum cum de aliis rebus, tum vero etiam de pecunia qua se traditurum illum promittebat, et de qua una cum ipsis illis susurrabat. Ex quo ait : « Egrediebatur foras, et loquebatur in idipsum. Adversus me susurrabant omnes inimici mei. Adversum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum constituerunt adversum me [38]. » Videtur autem pactionem de argenteis, verbum iniquum, prophetice nominare : aut etiam ita dicit, propterea quod nefaria et iniqua adversus illum cogitabant, utpote qui illum exstinguendum et post necem abolendum, neque amplius inter vivos requirendum arbitrarentur. Tale est enim illud : « Nunquid qui dormit, non adjiciet ut resurgat [39] ? » quod lucidius protulit Symmachus his verbis : « Et qui cecidit non ultra resurget. » Aquila vero, « Et qui, inquit, dormierit, non adjiciet ut resurgat [40] : » et hæc quidem adhuc communiter de universis dicta sunt, qui sub ipsum passionis tempus insidias illi fecerunt. At seorsum de proditore, tanquam de eo quem ipse ut discipulum instituisset, deinceps adjungit, dicens : « Etenim homo pacis meæ, in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem [41]. » Pro quo rursum Symmachus : « Et homo, inquit, qui pacem habebat mecum, cui confidebam, comedens mecum panem meum, magnificatus est contra me. » Pessimus enim revera omnium et scelcratissimus, qui post communem mensam, et post cibi inter verba præceptoris assumptionem,

A κατελάλει. Ὁμοθυμαδὸν ἐψιθύριζον κατ' ἐμοῦ πάντες οἱ μισοῦντές με. » Μόνος μὲν οὖν ὡς ἂν γνώριμος καὶ μαθητὴς παρὰ διδάσκαλον εἰσιὼν, περιεσκόπει καὶ κατεμάνθανεν, ἔνδον ἐπὶ τῇς ἑαυτοῦ καρδίας κρύπτων τὴν ἐπιβουλήν. Ἐξιὼν δὲ, μετὰ πλειόνων ὁμοθυμαδὸν καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατελάλει, τοῖς ἐχθροῖς προδιδοὺς τὸν Σωτῆρα, καὶ συνταττόμενος τοῖς τῶν Ἰουδαίων ἄρχουσι λελῃθότως περὶ ἑτέρων, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν χρημάτων, ἐφ' οἷς παραδώσειν αὐτὸν ὑπισχνεῖτο, περὶ ὧν μετ' αὐτῶν ἐκείνων ἐψιθύριζε. Διό φησιν· « Ἐξεπορεύετο ἔξω, καὶ ἐλάλει ἐπὶ τὸ αὐτό. Κατ' ἐμοῦ ἐψιθύριζον πάντες οἱ ἐχθροί μου, κατ' ἐμοῦ ἐλογίζοντο κακά μοι. Λόγον παράνομον κατέθεντο κατ' ἐμοῦ. » Ἔοικε δὲ τὴν συνταγὴν τὴν περὶ τῶν ἀργυρίων λόγον παράνομον διὰ τῆς B προφητείας ὀνομάζειν· ἢ καὶ ὅτι ἀσεβῆ καὶ παράνομα κατ' αὐτοῦ διενοοῦντο, ὡς ἂν σβεσθησομένου καὶ διαφθαρησομένου μετὰ τὸν θάνατον, καὶ μηκέτι ζῶσιν ἐξετασθησομένου. Τοιοῦτον γάρ ἐστι τὸ, « Μὴ ὁ κοιμώμενος οὐχὶ προσθήσει τοῦ ἀναστῆναι ; » ὅπερ λευκότερον ὁ Σύμμαχος ἐξέφηνεν εἰπών· « Καὶ πεσὼν οὐκέτ' ἀναστήσεται ; » ὁ δὲ Ἀκύλας φησὶν, « Καὶ ὃς ἂν κοιμηθῇ, οὐ προσθήσει τοῦ ἀναστῆναι ; » Καὶ ταῦτα ἔτι κοινῶς περὶ πάντων εἴρηται τῶν κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους ἐπιβεβουλευκότων αὐτῷ· ἰδίως δὲ πάλιν περὶ τοῦ προδότου, ὡς ἂν περὶ μαθητευθέντος αὐτῷ, ἐξῆς ἐπιφέρει λέγων· « Καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος τῆς εἰρήνης μου, ἐφ' ὃν ἤλπισα, ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν· » ἀνθ' C οὗ πάλιν ὁ Σύμμαχος, « Καὶ ἄνθρωπος, » φησὶν, « ὁ εἰρήνευέ μοι, ᾧ ἐπεποίθειν, συνεσθίων μοι ἄρτον ἐμὸν, κατεμεγαλύνθη μου. » Χείριστος γὰρ ἀληθῶς ἁπάντων καὶ ἐναργέστατος ὁ μετὰ κοινὴν τράπεζαν καὶ τὴν ἐν λόγοις τοῦ διδασκάλου τροφὴν ἐπὶ τὰ χείρω τραπεὶς, καὶ τοῖς ἐναντίοις τὸν εὐεργέτην ἀνταμειψάμενος. Ἀλλ' ἐπειδήπερ ἐπιβουλεύοντες οἱ ἐχθροὶ ἔλεγον· « Πότε ἀποθανεῖται, καὶ ἀπολεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ ; » ᾠκοντό τε κοιμηθέντα μηκέτ' ἀναστήσεσθαι, τούτου χάριν αὐτὸς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν τἀναντία τούτοις εὐχόμενος, καὶ τῆς ἀναστάσεως ἀκωλύτως τυχεῖν ἀξιῶν τὸν Πατέρα, φησί· « Σὺ δὲ, Κύριε, ἐλέησόν με, καὶ ἀνάστησόν με, καὶ ἀνταποδώσω αὐτοῖς. Ἐν τούτῳ ἔγνων, ὅτι τεθέληκάς με, ὅτι οὐ μὴ ἐπιχαρῇ ὁ ἐχθρός μου ἐπ' ἐμοί. » Καὶ D πρόδηλόν γε τίνα τρόπον μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν αὐτοῦ, παραχρῆμα καὶ οὐκ εἰς μακρὰν μετῆλθε τοὺς ἐπιβεβουλευκότας αὐτῷ ἡ ἀνταπόδοσις, ὅπως τε ὁ ἐχθρὸς αὐτοῦ, ζωῆς τυγχάνοντος, θάνατος κατῃσχύνθη, ὥστε τοὺς ἐπονειδίζοντας εἰπεῖν· « Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον ; ποῦ σου, θάνατε, τὸ νῖκος ; » Ἐντυχὼν δέ τις ταῖς μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἱστορίαις τῷ Ἰωσήπῳ γραφείσαις, εἴσεται τὰς μετελθούσας τὸ Ἰουδαίων ἔθνος καὶ τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν συμφορὰς, αἷς εἰκότως περιπεπτώκασι, τὰ ἐπίχειρα ὧν εἰς αὐτὸν ἔδρασαν ἀπολαμβάνοντες. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς ἐκείνους ἐπληροῦτο πάντα, κατὰ

[35] Matth. xxvi, 14. [36] Marc. xiv, 10, 11. [37] Luc. xxii, 3, 6. [38] Psal. xl., 7, 8. [39] ibid. 9. [40] ibid. [41] ibid. 10.

Digitized by Google

τὴν πρόῤῥησιν· τοῦ δὲ Σωτῆρος ἡμῶν ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις διέδειξε τοῖς πᾶσιν, ὅπως ἐν αὐτῷ εὐδόκησεν ὁ Πατήρ, ὃς καὶ αὐτὸς διδάσκει λέγων· « Ἐλέησόν με, καὶ ἀνάστησόν με, καὶ ἀνταποδώσω αὐτοῖς. Ἐν τούτῳ ἔγνων, ὅτι τεθέληκάς με, ὅτι οὐ μὴ ἐπιχαρῇ ὁ ἐχθρός μου ἐπ' ἐμοί. » Τούτοις ἐπιλέγει· « Ἐμοῦ δὲ διὰ τὴν ἀκακίαν ἀντελάβου. » Καὶ τήρει γε τίνα τρόπον αὐτῷ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ αὐτοῦ τὴν εὐχὴν ἀναπέμπων, ἐπὶ τοσαύτῃ τεθάῤῥηκε παῤῥησίᾳ, ὡς ἀκακίαν ἑαυτῷ μαρτυρεῖν, καίτοι ἀνωτέρω φήσας· « Ἴασαι τὴν ψυχήν μου, ὅτι ἥμαρτόν σοι. » Ἀλλὰ τὸ μὲν, « ἥμαρτόν σοι, » ὁποίας ἔχεται διανοίας προδιειλήφαμεν. Καὶ ὁ Σύμμαχος δὲ σαφέστερον παρέστησεν εἰπών· « Ἴασαι τὴν ψυχήν μου, καὶ εἰ ἥμαρτόν σοι· » ὃ καὶ αὐτὸ λέγοιτ' ἂν περὶ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων, ἅπερ ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν εἰς ἑαυτὸν ἀνεδέξατο. Τὸ δὲ, « Ἐμοῦ δὲ διὰ τὴν ἀκακίαν ἀντελάβου, » τὴν δι' ὅλου καθαρότητα τῆς αὐτοῦ φύσεως παρίστησι, δι' ἣν καὶ τὸ ἑδραῖον καὶ ἄσειστον τῆς ζωῆς, καὶ τῆς μετὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ σωτηρίας διδάσκων ἐπιλέγει· « Καὶ ἐβεβαίωσάς με ἐνώπιόν σου εἰς τὸν αἰῶνα· » ἤ, « Καὶ παραστήσεις με ἔμπροσθέν σου δι' αἰῶνος, » κατὰ τὸν Σύμμαχον.

A se ad deteriora convertit, et contrariis rebus eum a quo juvabatur, et beneficia capiebat, remuneravit. At vero quoniam inimici insidiantes dicebant, « quando morietur, et peribit nomen ejus ? » et putabant morte sopitum non amplius surrecturum, idcirco ipse Salvator ac Dominus **470** noster his adversa precatur, et reditionis ad vitam sine impedimento se compotem fieri Patrem suum orat, dicens : « Tu autem, Domine, miserere mei, et suscita me, et retribuam eis. In hoc cognovi quod voluisti me, quod non gaudebit inimicus meus super me [43]. » Et sane haud obscurum est, quem in modum postquam a mortuis rediit, e vestigio neque ita multo post, eos qui illi insidias struxerant retributio ulta sit, utque ea, quæ vitæ ejus inimica erat B mors, sit pudore confusa, adeo illa quidem ut quasi probrum ei objicientes dicerent : « Ubi est, mors, stimulus tuus? ubi est, mors, victoria tua [44]? » Cæterum, si quis historias tempora post reditionem ad vitam Salvatoris nostri complexas, quæ a Josepho conscriptæ sint, evolverit, facile videbit quænam calamitates Judaicam gentem atque ejus principes invaserint, atque afflixerint, in quas merito illi inciderunt, ut sceleris quod in illum paraverant præmia digna reciperent : et hæc quidem omnia adversus illos completa sunt, ut oraculum prædixerat. Salvatoris autem nostri de morte ad vitam reditio plane omnibus demonstravit, quantum sibi Pater in illo placuerit, quam quidem rem ipse ostendit, dicens : « Miserere mei, et suscita me, et retribuam eis. In hoc cognovi quod voluisti me, quod non gaudebit inimicus meus super me. » Deinde adjungit : « Me autem propter innocentiam suscepisti. » Attende autem quonam pacto ipsi Deo et Patri suo supplicans, tanta utatur libertate loquendi, ut sibi ipsi innocentiæ testimonium exhibeat, tametsi superius dixit : « Sana animam meam, quia peccavi tibi. » Sed illud quidem, « peccavi tibi, » quo sensu sit accipiendum, antea planum fecimus, quod Symmachus apertius exposuit, cum dixit : « Sana animam meam, etsi peccavi tibi : » quod sane ipsum etiam de peccatis nostris dici potest, quæ Salvator ac Dominus noster in seipsum suscepit. Illud autem : « Me autem propter innocentiam suscepisti, » puritatem naturæ ipsius, quam totam possidebat, demonstrat, ex qua puritate vitam quoque et salutem stabilem atque inconcussam post reditum ipsius ad vitam exponens adjungit : « Et confirmasti me in conspectu tuo in æternum, » aut aliter : « Et constitues me ante te in æternum, » ut interpretatus est Symmachus:

Ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ νδ'. — Ἔτι περὶ τοῦ Ἰούδα, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τὴν κατὰ τοῦ Χριστοῦ συσκευὴν πεποιημένων.

C **471** *A psalmo* LIV. — *Item de Juda et de iis qui cum eo adversus Christum conjurationem fecerunt.*

« Ἐνώτισαι, ὁ Θεὸς, τὴν προσευχήν μου, καὶ μὴ ὑπερίδῃς τὴν δέησίν μου. Πρόσχες μοι, καὶ εἰσάκουσόν μου. Ἐλυπήθην ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου, καὶ ἐταράχθην ἀπὸ φωνῆς ἐχθροῦ, καὶ ἀπὸ θλίψεως ἁμαρτωλοῦ· ὅτι ἐξέκλιναν ἐπ' ἐμὲ ἀνομίαν, καὶ ἐν ὀργῇ ἐνεκότουν μοι. Ἡ καρδία μου ἐταράχθη ἐν ἐμοὶ, καὶ δειλία θανάτου ἐπέπεσεν ἐπ' ἐμέ. Φόβος καὶ τρόμος ἦλθεν ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐκάλυψέ με σκότος, » καὶ τὰ ἑξῆς· οἷς ἐπιλέγει· « Καταπόντισον, Κύριε, καὶ καταδίελε τὰς γλώσσας αὐτῶν· ὅτι εἶδον ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν ἐν τῇ πόλει. Ἡμέρας καὶ νυκτὸς κυκλώσει αὐτὴν ἐπὶ τὰ τείχη αὐτῆς, καὶ ἀνομία καὶ κόπος ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ ἀδικία· καὶ οὐκ ἐξέλιπεν ἐκ τῶν πλατειῶν αὐτῆς τόκος καὶ δόλος. Ὅτι, εἰ ἐχθρὸς ὠνείδισέ με, ὑπήνεγκα ἄν. Εἰ ὁ μισῶν με ἐπ' ἐμὲ ἐμεγαλορῥημόνησεν, ἐκρύβην ἂν ἐπ' αὐτοῦ

« Auribus percipe, Deus, orationem meam, et ne despexeris deprecationem meam. Præsta attentum te mihi, et exaudi me. Contristatus sum in nugatione mea, et conturbatus sum a voce inimici, et a tribulatione peccatoris : quoniam declinaverunt in me iniquitatem, et in ira molesti erant mihi. Cor meum conturbatum est in me, et formido mortis cecidit super me. Timor et tremor venerunt super me, et contexerunt me tenebræ [45], » et quæ sequuntur, quibus adjungit : « Præcipita, Domine, et divide linguas eorum : quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in civitate. Die ac nocte circumdabit eam super muros ejus, et iniquitas et labor in medio D ejus et injustitia : et non defecit de plateis ejus usura et dolus. Quoniam si inimicus probro me affecisset, sustinuissem utique. Et si is qui oderat

[43] Psal. XL, 11, 12. [44] I Cor. XV, 55. [45] Psal. LIV, 2-6.

Digitized by Google

me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo unanimis, et dux meus, et notus meus : qui in idem dulces comparabas mihi cibos. In domo Dei ambulavimus cum consensu [45]. » Ex his igitur illud : « Si inimicus probro me affecisset, sustinuissem utique. Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo unanimis, et dux meus, et notus meus, qui in idem dulces comparabas mihi cibos, » simile est illi : « Etenim homo pacis meæ, in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem [46] : » quod cum de Juda sit accipiendum, in superiori prophetia positum est. Ut ergo in illo dicebatur, homo pacis aliquando fuisse, qui quondam a Salvatore instituebatur, cum ipse quoque ex numero apostolorum unus esset, sic etiam in præsenti, et unanimis, et dux, et notus dictus est. Item quemadmodum in illo de eodem dictum est : « Qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem, » ita etiam nunc ex persona ipsius dicitur illud : « Qui in idem dulces comparabas mihi cibos. » Etenim ex iis ipse quoque unus erat, qui ad arcanam, qua cum suis discipulis utebatur, Salvatoris nostri consuetudinem spiritualemque cibum assumpti fuerant : **472** nam ad profanam multitudinem et ad turbas cum verba faceret, parabolis utebatur. Solis vero suis discipulis, in quorum ordinem etiam Judas admissus fuerat, apertius omnia demonstrabat. Ex quo illud dictum est : « Qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem ; » et illud : « qui in idem dulces comparabas mihi cibos, » quod sane evidentius expressit Aquila quidem sic : « Qui simul dulce comparabamus arcanum. » Symmachus autem sic : « Qui inter nos communicabamus dulcem sermonis consuetudinem. » Pro illo vero : « Tu autem homo unanimis, dux meus, et notus meus, » Symmachus ita convertit : « Tu autem homo moris ejusdem mecum, et dux meus, et notus meus : » nam cum ad tantam dignitatem assumptus esset, et ob id inter primos Salvatoris amicos censeretur, merito de eo sic ait : « Si inimicus probro me affecisset, sustinuissem utique, » et quæ sequuntur. Ubi autem hæc de Juda cecinit, ordine deinceps liberationem a morte evasionemque suam tanto ante indicat illis verbis : « Ego ad Deum clamavi, et Dominus salvavit me. Vespere et mane et meridie narrabo et annuntiabo, et exaudiet vocem meam, redimet in pace animam meam [47]. » Sic tanquam in prece tempus quod mortem antecessit, significat, quo quidem tempore Judas quoque ad proditionem comparabatur contra illum. Tunc enim Salvator ac Dominus noster, veluti ob perniciem atque interitum sui familiaris dolens mœrensque, ac multo etiam magis ob totius Judaicæ gentis perditionem, tanquam ob suos ad insaniam redactos, et tanquam

A Σὺ δὲ, ἄνθρωπε ἰσόψυχε, ἡγεμών μου καὶ γνωστέ μου, ὃς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐγλύκανάς μοι ἐδέσματα, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ ἐπορεύθημεν ἐν ὁμονοίᾳ. » Τὸ, « Εἰ ἐχθρὸς ὠνείδισέ με, ὑπήνεγκα ἄν, » καὶ « Εἰ ὁ μισῶν με ἐπ' ἐμὲ ἐμεγαλορρημόνησεν, ἐκρύβην ἂν ἐπ' αὐτοῦ. Σὺ δὲ, ἄνθρωπε ἰσόψυχε, ἡγεμών μου καὶ γνωστέ μου, ὃς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐγλύκανάς μοι ἐδέσματα, » ὅμοιόν ἐστι τῷ, « Καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος τῆς εἰρήνης μου, ἐφ' ὃν ἤλπισα, ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν· » περὶ τοῦ Ἰούδα ἐν τῇ πρὸ ταύτης προφητείᾳ κειμένῳ. Ὥσπερ οὖν ἐν ἐκείνῳ ἐδείκνυτο ἄνθρωπος εἰρήνης ποτὲ γεγονὼς, ὅτε τῷ Σωτῆρι ἐμαθητεύετο, εἷς καὶ αὐτὸς τοῦ τῶν ἀποστόλων ἀριθμοῦ χρηματίσας· οὕτω καὶ ἐν τῷ προκειμένῳ ἰσόψυχος καὶ ἡγεμὼν καὶ γνωστὸς αὐτῷ προσ- B αγορεύεται. Καὶ πάλιν ὡς ἐν ἐκείνῳ περὶ αὐτοῦ εἴρητο· « Ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν· » τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος εἰς αὐτοῦ πρόσωπον λέγεται τὸ, « Ὃς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐγλύκανάς μοι ἐδέσματα. » Καὶ γὰρ τῶν καταξιουμένων καὶ αὐτὸς εἷς ἦν τῆς ἀπορρήτου πρὸς τοὺς μαθητὰς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὁμιλίας τε καὶ πνευματικῆς τροφῆς· τοῖς μὲν γὰρ ἔξω πλήθεσι καὶ τοῖς ὄχλοις ἐν παραβολαῖς ἐλάλει, μόνοις δὲ τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, ἐν οἷς καὶ ὁ Ἰούδας ἐξητάζετο, ἐπέλυεν ἅπαντα. Διὸ λέλεκται· « Ὁ ἐσθίων ἄρτους μου ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν, » καὶ, « Ὃς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐγλύκανάς μοι ἐδέσματα· » ἅπερ σαφέστερον ἐξέφηνεν ὁ μὲν Ἀκύλας εἰπών· « Οἳ ὁμοῦ ἐγλυκάναμεν ἀπόρρητον· » ὁ δὲ Σύμμαχος· « Οἵτινες ἐκοινολογούμεθα C γλυκεῖαν ὁμιλίαν. » Ἀντὶ δὲ τοῦ, « Σὺ δὲ, ἄνθρωπε ἰσόψυχε, ἡγεμών μου, καὶ γνωστέ μου, » ὁ Σύμμαχός φησι· « Σὺ δὲ, ἄνθρωπε ὁμότροπέ μοι, καὶ ἡγεμών μου, καὶ γνωστέ μου· » ἐπειδήπερ τοσούτων ἠξιωμένος φίλος ἐν τοῖς μάλιστα ἦν τοῦ Σωτῆρος, εἰκότως φησὶ περὶ αὐτοῦ τὸ, « Ὅτι, εἰ ἐχθρὸς ὠνείδισέ με, ὑπήνεγκα ἄν· » καὶ τὰ ἑξῆς. Ταῦτα δὲ περὶ τοῦ Ἰούδα θεσπίσας, ἀκολούθως τὴν ἐκ τοῦ θανάτου σωτηρίαν καὶ ἀποφυγὴν ἑαυτοῦ προδιδάσκει λέγων· « Ἐγὼ πρὸς τὸν Θεὸν ἐκέκραξα, καὶ ὁ Κύριος ἔσωσέ με. Ἑσπέρας καὶ πρωῒ καὶ μεσημβρίας διηγήσομαι καὶ ἀπαγγελῶ, καὶ εἰσακούσεται τῆς φωνῆς μου. Λυτρώσεται ἐν εἰρήνῃ τὴν ψυχήν μου· » ὡς ἐν εὐχῇ τὸν πρὸ τοῦ θανάτου καιρὸν σημαίνει, καθ' ὃν καὶ ὁ D Ἰούδας τὰ τῆς κατ' αὐτοῦ προδοσίας συνεσκευάσατο. Τότε οὖν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, ὡς ἐπὶ ὀλέθρῳ καὶ ἀπωλείᾳ τοῦ γνωρίμου δυσφορῶν, καὶ ἔτι μᾶλλον ἐπὶ τῇ τοῦ παντὸς Ἰουδαίων ἔθνους ἀποβολῇ, ὥσπερ ἐπὶ μεμηνόσιν οἰκείοις, καὶ ὡς ἐπὶ φιλτάτοις συμπάσχων, πᾶσαν τὴν πρὸς αὐτοὺς ὁμιλίαν καὶ διδασκαλίαν, διὰ τὸ μηδὲν αὐτοὺς ὠφεληκέναι, ἀδολεσχίαν ἀποκαλεῖ, φάσκων· « Ἐλυπήθην ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου, καὶ ἐταράχθην ἀπὸ φωνῆς ἐχθροῦ, καὶ ἀπὸ θλίψεως ἁμαρτωλοῦ· ὅτι ἐξέκλιναν, » φησὶν, « ἐπ' ἐμὲ ἀνομίαν καὶ ἐν ὀργῇ ἐνεκότουν μοι· » ἅπερ δύναται μὲν καὶ ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας τῶν ἐκ περιτομῆς ἀναφέρεσθαι, τοὺς ἐχθρωδῶς καὶ ἐπιβουλευτικῶς ἐνεδρεύειν αὐτὸν

[45] Psal. LIV, 10-15. [46] Psal. LX, 10. [47] Psal. LIV, 17-19.

Digitized by Google

πειρωμένους· δύναται δὲ καὶ περὶ δυνάμεων ἀοράτων ἔξωθεν αὐτὸν προσπολεμουσῶν, καὶ τὴν δι' ἀνθρώπων κατασκευὴν ἐνεργουσῶν λέγεσθαι· ἃ καὶ συνᾴδειν μοι δοκεῖ τοῖς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ὑπ' αὐτοῦ λελεγμένοις κατὰ τὸν τοῦ πάθους καιρὸν, ὅτε λέγει τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς· « Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου. Μείνατε ὧδε, καὶ γρηγορεῖτε μετ' ἐμοῦ· » καὶ πάλιν· « Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται. » Ὅμοια γοῦν τούτοις ἐστὶ καὶ τὰ ἐν τῷ ψαλμῷ, ἐν ᾧ λέλεκται· « Ἡ καρδία μου ἐταράχθη ἐν ἐμοὶ, καὶ δειλία θανάτου ἐπέπεσεν ἐπ' ἐμέ. Φόβος καὶ τρόμος ἦλθεν ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐκάλυψέ με σκότος· » δι' ὧν τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων τὰς καθ' αὐτοῦ ὁρμὰς σημαίνει. Ὡς γοῦν ἐν ταῖς προφητείαις ὠνόμασταί τι πνεῦμα πορνείας, κατὰ τὸ, « Πνεύματι πορνείας ἐπλανήθησαν, » καὶ ἄλλο πνεῦμα πλανήσεως ἐν τῇ ἐρήμῳ· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ πνεῦμα θανάτου εἴη ἂν δειλίας ποιητικὸν, ὡς καὶ πνεῦμα ἰσχύος καὶ δυνάμεως καὶ ἀνδρείας τῆς κατὰ Θεὸν ἐνεργητικόν. Οὕτω δ' ἂν λεχθείη πνεῦμα φόβου καὶ τρόμου, καὶ πάλιν ἕτερον παρὰ ταῦτα πνεῦμα φόβου καὶ συγχύσεως, ἃ καὶ σχεδὸν, εἰπεῖν, ἅπασι μὲν τοῖς ἐν μαρτυρίῳ τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας θάνατον ἀναδεχομένοις ἐφορμᾷν εἴωθε, πολὺ πλέον δὲ καὶ μᾶλλον ἐπιτέθειται αὐτῷ τὸν ὑπὲρ ἁπάντων θάνατον ὑπομείναντι. Πλὴν ἀλλ' εἴτε πνεῦμα δειλίας καὶ θανάτου, εἴτε φόβου καὶ τρόμου, ἤ εἴ τις ἑτέρα τοιαύτη δύναμις ἐπιπέπτωκεν αὐτῷ, ἀλλ' οὔτι γε κατέῤῥαξεν αὐτόν· ἐπεὶ, οἷα γενναῖος ἀθλητὴς, τὴν μὲν δειλίαν τοῦ θανάτου, πεποιθήσει ζωῆς, (αὐτὸς γὰρ ἡ ζωὴ,) μακρὰν ἀπέῤῥιψεν ἀποσεισάμενος. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ ἐπελθὸν αὐτῷ πνεῦμα φόβου ἢ τρόμου ποιητικὸν πνεύματι θάρσους καὶ δυνάμεως καὶ ἰσχύος ποῤῥωτάτω ἀπηκόντισεν· ἐπεὶ, κατὰ τὸν Ἡσαΐαν, « ἐπανεπαύσατο ἐπ' αὐτὸν μετὰ τῶν ἄλλων πνευμάτων καὶ πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος. » Οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ σκότους τῇ τοῦ ἰδίου φωτὸς ἀπεσκέδασε δυνάμει· ἐπεὶ « τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ αὐτὸ οὐ κατέλαβεν. » Εὕροις δ' ἂν τὰ παραπλήσια τούτοις καὶ ἐν εἰκοστῷ πρώτῳ ψαλμῷ, ἐν τῷ πάλιν ἐκ τοῦ αὐτοῦ λέλεκται προσώπου· « Περιεκύκλωσάν με μόσχοι πολλοὶ, ταῦροι πίονες περιέσχον με. Ἤνοιξαν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν, ὡς λέων ὁ ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος· » καὶ πάλιν· « Ὅτι ἐκύκλωσάν με κύνες πολλοὶ, συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με· » καὶ αὖθις· « Ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου. Σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος, καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου. » Σαφῶς γὰρ ἐν τούτοις δυνάμεις πονηρὰς, ταύρους, καὶ μόσχους, καὶ λέοντας, καὶ κύνας, καὶ μονοκέρωτας ἀποκαλεῖ, αἳ περιέσχον μὲν αὐτὸν καὶ περιεκύκλωσαν κατὰ τὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ καιρὸν, οὐ μὴν καὶ ἐνεργῆσαί τι κατ' αὐτοῦ δεδύνηνται. Καὶ ταῦτα μὲν, εἰ καὶ ταῦτα τοῦ ψαλμοῦ τὰ μέρη ἐπὶ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν ἀνάγοιτο· εἰ δὲ μὴ ἐπ' αὐτὸν, ἀλλ' ἐφ' ἕτερον πρόσωπον, ἐπιστήσεις καὶ αὐτὸς ὡς ἂν ἐξομαλισθέντα τὰ κατὰ τὸν τόπον. Πλὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς

A ob sibi charissimos misericordia commotus, omnem qua cum illis utebatur sermonis consuetudinem ac doctrinam, eo quod illis nihil profuisset, nugationem appellat, dicens : « Contristatus sum in nugatione mea, et conturbatus sum a voce inimici, et a tribulatione peccatoris : quoniam declinaverunt, inquit, in me iniquitatem, et in ira molesti erant mihi : » quæ quidem possunt etiam ad principes Judæorum referri, qui inimico insidiantique animo circumvenire illum conabantur. Possunt etiam de potestatibus invisibilibus, quæ extrinsecus illum oppugnabant, ac per homines talia illi machinabantur, intelligi. Proinde eadem mihi videntur concordare cum iis quæ ab ipso in Evangelio dicta sunt sub ipsum passionis tempus, ubi

B ait ad suos discipulos : « Tristis est anima mea usque ad mortem, manete hic et vigilate mecum [48]. » Et rursus : « Nunc anima mea conturbata est [49]. » **473** Similia namque his sunt etiam, quæ psalmus hic continet, ubi sic ait : « Cor meum conturbatum est in me, et formido mortis cecidit super me, et contexerunt me tenebræ : » quibus verbis contrariarum potestatum conatus adversum se significat. Quemadmodum enim in prophetiis nominatur quidem spiritus fornicationis, ut est illud : « spiritu fornicationis aberraverunt, [50] » et alius spiritus erroris in deserto, ita etiam spiritus fuerit formidinem mortis efficiens : sane ut etiam spiritus roboris, et potentiæ, et fortitudinis ejus, quæ Deo

C aliena non est, auctor. Quare sic etiam dicetur spiritus timoris ac tremoris, et rursus alius præter hos, spiritus timoris et confusionis, qui quidem pæne, ut ita dixerim, omnes mortem pro vera religione testimonii gratia subeuntes, invadere consueverunt, ac multo etiam magis longeque vehementius illum aggressi sunt, qui pro omnibus mortem sustinuit : verumtamen sive spiritus formidinis et mortis, sive timoris et tremoris, sive alia quæpiam ejusdem generis potestas illum adorta est, ea illum non confregit, propterea quod tanquam generosus certator, formidinem quidem mortis, confidentia vitæ (ipse enim vita), procul deturbatam abjecit. Alium autem qui ipsum item invaserat spiritum timoris et tremoris efficientem, spiritu confidentiæ,

D et potentiæ, et roboris, longissime a se præcipitavit : quandoquidem, ut est apud Isaiam, quievit super eum una cum aliis spiritibus, etiam spiritus consilii et fortitudinis. Sic porro etiam spiritum tenebrarum proprii luminis vi dissipavit, propterea quod « lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt [51]. » Cæterum, his similia etiam in vigesimo primo psalmo invenire poteris, in quo ex ejusdem persona rursus illud dictum est : « Circumdederunt me vituli multi : tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum sicut leo rapiens et rugiens [52]. » Et rursus : « Quoniam circumdederunt me canes multi : concilium malignan-

[48] Matth. xxvi, 38. [49] Joan. xii, 27. [50] Ose. iv, 12. [51] Joan. i, 5. [52] Psal. xxi, 13, 14.

Digitized by Google

tium obsedit me [53]. » Et rursus : « Erue a framea, Deus, animam meam, et de manu canis unicam meam. Salva me ex ore leonis, et a cornibus unicornium humilitatem meam [54]. » Plane enim in his malignas potestates, taurorum, et vitulorum, et leonum, et canum, et unicornium nominibus appellat, quæ quidem illum sub ipsum passionis tempus obsederunt aç circumdederunt, **474** non tamen etiam aliquid efficere contra illum potuerunt. Et hæc quidem talem habeant rationem, si modo etiam hæ psalmi partes, ad Salvatorem Dominumque nostrum referantur. Quod si non ad illum, sed ad aliam personam, ipse quoque diligenter attendes, ut ea quæ ad ipsum hunc locum pertinent, sibi invicem æquata respondeant. Verumtamen de ipsa etiam Judæorum civitate, de ipsa, inquam, Jerusalem, ordine deinceps post vaticinium de iis qui insidias illi fecerint, adjungit in hunc modum : « Vidi iniquitatem et contradictionem in civitate : » et quæ sequuntur, quæ quo sensu sint accipienda, non est nunc narrandi tempus.

A τῶν Ἰουδαίων μητροπόλεως, αὐτῆς δὴ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἀκολούθως μετὰ τὴν κατὰ τῶν ἐπιβουλευσάντων αὐτῷ πρόῤῥησιν ἐπιλέγει ἑξῆς· « Εἶδον ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν ἐν τῇ πόλει· » καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα, ἃ καὶ ὁποίας ἔχεται διανοίας οὐ νῦν σχολὴ διηγεῖσθαι.

A psalmo CVIII. — *Item de Juda, et de suffecto in locum ejus apostolo, et de gente Judaica.*

B Ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ ρη'. — Ἔτι περὶ τοῦ Ἰούδα, καὶ τοῦ εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ ἀντεισαχθέντος ἀποστόλου, καὶ περὶ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους.

« Deus, laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris et os dolosi super me apertum est. Locuti sunt adversum me lingua dolosa, et sermonibus odii circumdederunt me, et oppugnaverunt me gratis. Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi ; ego autem orabam. Et posuerunt adversum me mala pro bonis, et odium pro dilectione mea. Constitue super eum peccatorem, et diabolus stet a dextris ejus. Dum judicatur, exeat condemnatus, et oratio ejus fiat in peccatum. Fiant dies ejus pauci, et episcopatum ejus accipiat alter [55]. » Quod etiam hæc ad proditorem Judam sint referenda, idoneus sane esto testis apostolus Petrus, qui post C Salvatoris nostri ascensum, coactis in unum locum apostolis omnibus, aliisque quamplurimis fratribus, in mediis illis stetit atque ait : « Viri fratres, oportuit impleri Scripturam hanc, quam prædixit Spiritus sanctus per os David de Juda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Jesum ; quia numeratus erat nobiscum, et sortitus erat sortem ministerii hujus. Hic igitur possedit agrum de mercede injustitiæ suæ : et suspensus crepuit medius, et effusa sunt omnia viscera ejus. **475** Et notum factum est omnibus habitantibus Jerusalem : ita ut appellaretur ager ille lingua eorum, Akeldamach, hoc est, *Ager sanguinis*. Scriptum est enim in libro *Psalmorum :* « Fiat commoratio ejus deserta, et non sit qui habitet in ea, et episcopa- D tum ejus accipiat alter [56]. » Petrus vero cum talia dixisset, subjecit in locum Judæ alium assumi oportere, quo duodecim apostolorum numerus, qui diminutus fuerat, compleretur, ut prophetia suum finem contingeret. Quo etiam tempore cum sors jacta esset, ea cecidit super Matthiam, et connumeratus est cum duodecim apostolis. Cum hæc igitur in hunc modum peracta sint, sequitur ut personam quæ in hoc psalmo loquitur, non aliam esse arbitremur, quam Salvatoris nostri, qui assignatam sibi a Patre sub ipsum passionis tempus orationem, publica tanto ante per Spiritum san-

« Ὁ Θεὸς, τ�ην αἴνεσίν μου μὴ παρασιωπήσῃς, ὅτι στόμα ἁμαρτωλοῦ καὶ στόμα δολίου ἐπ' ἐμὲ ἠνοίχθη. Ἐλάλησαν κατ' ἐμοῦ γλώσσῃ δολίᾳ, καὶ λόγοις μίσους ἐκύκλωσάν με, καὶ ἐπολέμησάν με δωρεάν. Ἀντὶ τοῦ ἀγαπᾷν με, ἐνδιέβαλλόν με· ἐγὼ δὲ προσηυχόμην. Καὶ ἔθεντο κατ' ἐμοῦ κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπήσεώς μου. Κατάστησον ἐπ' αὐτὸν ἁμαρτωλὸν, καὶ διάβολος στήτω ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ. Ἐν τῷ κρίνεσθαι αὐτὸν ἐξέλθοι καταδεδικασμένος, καὶ ἡ προσευχὴ αὐτοῦ γενηθήτω εἰς ἁμαρτίαν. Γενηθήτωσαν αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ὀλίγαι, καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λαβέτω ἕτερος. » Καὶ τῆς τῶν προκειμένων ἐπὶ τὸν προδότην Ἰούδαν ἀναφορᾶς ἐχέγγυος μάρτυς ὁ ἀπόστολος Πέτρος, μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀνάληψιν συνηγμένων τῶν ἀποστόλων πάντων σὺν καὶ ἄλλοις πλείοσιν ἀδελφοῖς, μέσος ἀναστὰς, καὶ ταῦτα φήσας· « Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἔδει πληρωθῆναι τὴν Γραφὴν, ἣν προεῖπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ στόματος Δαβὶδ περὶ Ἰούδα τοῦ γενομένου ὁδηγοῦ τοῖς συλλαβοῦσιν Ἰησοῦν ὅτι κατηριθμημένος ἦν ἐν ἡμῖν, καὶ ἔλαχε τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης. Οὗτος μὲν οὖν ἐκτήσατο χωρίον ἐκ μισθοῦ τῆς ἀδικίας αὐτοῦ, καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος, καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ. Καὶ γνωστὸν ἐγένετο πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλὴμ, ὥστε κληθῆναι τὸ χωρίον ἐκεῖνο τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν Ἀκελδαμὰχ, ὅ ἐστι Χωρίον αἵματος. Γέγραπται γὰρ ἐν βίβλῳ Ψαλμῶν· « Γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος, καὶ μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λαβέτω ἕτερος. » Ταῦτα γοῦν ὁ Πέτρος εἰπὼν ὑποτίθεται ἕτερον ἀντὶ τοῦ Ἰούδα δεῖν παραλαβεῖν εἰς τὸν λείποντα τῶν δώδεκα ἀποστόλων ἀριθμὸν, ὅπως πληρωθῇ τὸ τῆς προφητείας. Ὅτε, κλήρου γενομένου, ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπὶ Ματθίαν, καὶ συγκατεψηφίσθη μετὰ τῶν δώδεκα ἀποστόλων. Τούτων οὕτως ἐκτελεσθέντων, ἀκολούθως ἂν εἴη τὸ λέγον ἐν τῷ ψαλμῷ πρόσωπον οὐχ ἕτερον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ὃς τῷ Πατρὶ τὴν ἀναπεμφθεῖσαν αὐτῷ παρὰ τὸν τοῦ πάθους καιρὸν εὐχὴν τῆς διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀναγραφῆς προλαβὼν κατηξίωσε, τὸ μέλλον

[53] Psal. xxi, 17. [54] ibid. 21, 22. [55] Psal. cviii, 2-8. [56] Act. i, 16-20.

Digitized by Google

περὶ αὐτοῦ συμβήσεσθαι θεσπίσας. Φησὶν οὖν· « Ὁ Θεὸς, τὴν αἴνεσίν μου μὴ παρασιωπήσῃς, » τὴν ὑπ' αὐτοῦ παραδοθεῖσαν τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς διδασκαλίαν, καὶ τῆς καινῆς Διαθήκης τὴν αἴνεσιν παρακαλῶν μὴ κατασιγασθῆναι, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν ἑξῆς ἅπαντα αἰῶνα παραμεῖναι τῷ βίῳ. « Στόμα δὲ ἁμαρτωλοῦ καὶ στόμα δολίου » κυρίως ἂν λεχθείη τὸ τοῦ Ἰούδα, ὃς πορευθεὶς πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς εἶπεν αὐτοῖς· « Τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; Οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα στατῆρας. Καὶ ἀπὸ τότε ἐζήτει εὐκαιρίαν, ἵνα αὐτὸν παραδῷ. » Τοιαῦτα γοῦν κατ' αὐτοῦ συνθέμενος, εἷς ἦν τῶν μετὰ ταῦτα σὺν σύτῳ ἀνακειμένων ἐν τῷ τοῦ Πάσχα συμποσίῳ, ὅτε καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἀνέκειτο μετὰ τῶν δώδεκα, ἐσθιόντων τε αὐτῶν εἶπεν· « Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. » Καὶ λυπούμενοι σφόδρα ἤρξαντο λέγειν ἕκαστος αὐτῶν· « Μήτι ἐγώ εἰμι, Κύριε; » ἐν οἷς ἦν καὶ Ἰούδας, ὃς, τὸ πλῆρες παντὸς δόλου καὶ εἰρωνείας ἀνοίξας στόμα, ἀποκριθεὶς εἶπεν· « Μήτι ἐγώ εἰμι, Ῥαββί; » Δόλιον στόμα, δι' οὗ τὸ σημεῖον τοῖς ἐπιβούλοις τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐδήλου, λέγων· « Ὃν ἐὰν φιλήσω, αὐτός ἐστι· κρατήσατε αὐτόν· » ὃ καὶ εἰπὼν, ἔργῳ τὸν δόλον ἀπεπλήρου, ὅτε προσελθὼν τῷ Ἰησοῦ, εἶπεν αὐτῷ· « Χαῖρε, Ῥαββί· καὶ κατεφίλησεν αὐτόν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· « Ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει; » καὶ πάλιν· « Ἰούδα, φιλήματι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδίδως; » Τούτων δ' οὖν ἕνεκα προλαβὼν διὰ τοῦ ψαλμοῦ φησιν· « Ὅτι στόμα ἁμαρτωλοῦ καὶ στόμα δολίου ἐπ' ἐμὲ ἠνοίχθη. Ἐλάλησαν κατ' ἐμοῦ γλώσσῃ δολίᾳ, καὶ λόγοις μίσους ἐκύκλωσάν με δωρεάν. » Ἔνθα μετὰ τοῦ Ἰούδα καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἐπιβουλευσάντων αὐτῷ μνημονεύει. Λέγει δ' οὖν τὸ Εὐαγγέλιον, ὡς ἄρα, τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἔτι τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς λαλοῦντος, « Ἰδοὺ Ἰούδας εἷς τῶν δώδεκα ἦλθε, καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολὺς μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων, ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ· » οἷς καὶ εἶπεν ὁ Κύριος· « Ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε, μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν με; καθ' ἡμέραν πρὸς ὑμᾶς ἐκαθεζόμην ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων, καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με. Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῶσιν αἱ Γραφαὶ τῶν προφητῶν. » Ἔτι δέ φησιν ἐν τῷ ψαλμῷ· « Ἀντὶ τοῦ ἀγαπᾷν με, ἐνδιέβαλλόν με· ἐγὼ δὲ προσηυχόμην· » αὐτὸ τέλους ἐτύγχανεν, ὅτε, τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐν τῷ καλουμένῳ Γεθσημανῇ χωρίῳ μετὰ τῶν ἑνδεκα ἀποστόλων προσευχομένου, μικρόν τε ἀναχωρήσαντος αὐτῶν, καὶ προσπεσόντος τῷ Πατρὶ, δεύτερόν τε εὐξαμένου καὶ τρίτον, ὁ Ἰούδας σὺν τοῖς ἄρχουσι τῶν Ἰουδαίων τὰ τῆς ἐπιβουλῆς αὐτῷ κατήρτυε, συνάγων καὶ προξενῶν τὸ πλῆθος τῶν μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν αὐτὸν παρεσκευασμένων. Κακὰ δὲ εἰς αὐτὸν ἔθεντο ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπήσεως αὐτοῦ, ὅτε πονηρὰ διετέθειντο τὸν Σωτῆρα καὶ εὐεργέτην καὶ διδάσκαλον, μυρίας ὅσας ἰάσεις καὶ θεραπείας, λόγων

A ctum descriptione dignatus, quod sibi usu venturum erat, cecinit. Ait igitur : « Deus, laudem meam ne tacueris : » ubi videlicet doctrinam quam ipse suis discipulis tradit, et laudem novi Testamenti, non esse premendam silentio exhortatur, sed in omne futurum ævum ad vitæ humanæ utilitatem permanere. « Os autem peccatoris, et os dolosi, » os ipsius Judæ proprie nominaverit quispiam, qui cum abiisset ad principes sacerdotum, eis dixit : « Quid vultis mihi dare, et ego eum vobis tradam? At illi constituerunt ei triginta stateres. Et ex illo quærebat occasionem, ut illum eis proderet [57]. » Cum ergo talia contra illum molitus esset, unus postea fuit ex iis qui cum illo in paschali cœna accubuerunt, quo tempore ipse quoque Salvator ac
B Dominus noster accumbebat una cum ipsis duodecim, qui etiam comedentibus illis dixit : « Amen amen dico vobis, quod unus vestrum me tradet. » Et dum valde contristantur, cœperunt singuli dicere » : Nunquid ego sum, Domine [58]? » In quibus erat etiam Judas, qui cum omnis doli ac simulationis plenum os aperuisset respondit, ac dixit : « Nunquid ego sum, Rabbi [59]? » Dolosum ergo os, quo insidiatoribus Salvatoris nostri signum proposuit, dicens : « Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum [60]. » Quod cum dixisset verbo, re quoque ipsa dolum complevit, quo videlicet tempore cum ad Jesum accessisset, dixit ei : « Salve, Rabbi : et osculatus est eum [61]. » Jesus vero ad illum dixit : « Amice, ad quid venisti? » Et
C rursus : « Juda, osculo filium hominis tradis [62]? » **476** Harum ergo rerum causa tanto ante in psalmo ait : « Quoniam os peccatoris et os dolosi super me apertum est. Locuti sunt contra me lingua dolosa et sermonibus odii circumdederunt me, et oppugnaverunt me gratis : » ubi cum ipso Juda etiam reliquorum meminit, qui ipsi insidias fecerunt. Itaque ipsum Evangelium narrat, quemadmodum Salvatore nostro suos adhuc alloquente discipulos, ille venerit : « Ecce, inquit, Judas unus de duodecim venit, et cum eo turba multa cum gladiis et lignis, a principibus sacerdotum et senioribus populi [63]. » Quibus etiam Dominus dixit : « Tanquam ad latronem exivistis cum gladiis et ligDnis comprehendere me? quotidie apud vos sedebam in templo docens, et non tenuistis me. Hoc autem totum factum est, ut impleantur Scripturæ prophetarum [64]. » Præterea vero quod ait in psalmo : « Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi, ego autem orabam : » ipsum quoque tunc suum finem contigit, cum Salvatore nostro in loco qui dicitur Gethsemani cum undecim apostolis orante, paululumque ab illis digresso ut procumbens Patrem precaretur, iterumque et tertio supplicante, Judas cum principibus Judæorum insidias illi maturavit, dum cogit ipse et conducit copias quæ cum gladiis

[57] Matth. xxvi, 14, 15. [58] ibid. 21, 22. [59] ibid. 25. [60] ibid. 48. [61] ibid. 49. [62] Luc. xxii, 48. [63] Matth. xxvi, 47. [64] ibid. 55, 56.

Digitized by Google

et fustibus, ut illum comprehenderent, paratæ erant. Tunc autem mala adversus ipsum posuerunt pro bonis, et odium pro dilectione ipsius, cum malis affecerunt ipsum Salvatorem et bene de ipsis meritum, et magistrum, qui innumerabiles sanationes et medelas, sermonumque documenta, et omnis generis utilitates ipsis præstiterat : quas ob res cum mala pro bonis adversus ipsum posuerint, et odium pro dilectione ipsius, merito adjungit : « Constitue super eum peccatorem, et diabolus stet a dextris ejus. Dum judicatur, exeat condemnatus, et oratio ejus fiat in peccatum. Fiant dies ejus pauci, et episcopatum ejus accipiat alter. » Quæ quidem ipsa quem exitum sortita sint, sanctus apostolus Petrus paulo ante indicavit, dum Scripturam hanc ad ipsum proditorem accommodat. Et sane tibi ipsi interim licet intueri, num super Judaicam gentem constitutus sit princeps ac dux peccator, cui videlicet post scelera adversus Salvatorem nostrum audacissime commissa, traditi sunt, interim pro antiquis et ipsorum domesticis Deoque amicis principibus, externis **477** et simulacra colentibus servire coacti. Cæterum quis tandem non obstupescat ipsius prædictionis eventum? nam cum oraculum dixerit, « Fiant dies ejus pauci, » constat plane quam breve post structas adversus Salvatorem nostrum ab illis insidias, omne fuerit tempus, quo manere visi sunt. Post quod tempus novissimam vastationem extremumque interitum passi sunt, ex quo etiam episcopatum eorum accepit alter, conditus videlicet per Christum novus populus. Porro etiam reliqua hujus psalmi omnia per horum ipsorum exemplar intelliges : quæ vero sequuntur, et quasi de quibusdam Judæ filiis dici videntur, illis verbis : « Fiant filii ejus orphani [66], » et quæcumque alia his similia sunt, referentur primo quidem loco in ipsum Judam, post illum vero etiam in omnes illi similes salutare verbum prodentes. Eadem vero ratione intelliges uxorem quoque ejus, et peccata patris, et ejus quæ ipsius mater dicitur, Judaicæ gentis videlicet congregationis. De hac enim arbitror dici illud : « Et peccatum matris ejus non deleatur [66]. » Verumtamen sicut in ea quæ proxime antecessit prophetia, egenus et pauper nominabatur Salvator ac Dominus noster, veluti demonstravimus in illo : « Beatus qui intelligit super egenum et pauperem [67] : » ita etiam in præsenti psalmo iisdem vocatur nominibus. Fiant enim illa et illa ipsi Judæ, iisque qui illi similia æmulati sint, propter illa quæ est ausus, inquit. Quænam vero ista sint, adjungit, dicens : « Pro eo quod non est recordatus facere misericordiam, et persecutus est hominem pauperem et egenum, et compunctum corde, ut morte afficeret. Et dilexit exsecrationem, et veniet ei. Et noluit benedictionem, et procul amovebitur ab eo [68]. » Post quæ verba deinceps

A τε διδασκαλίας, καὶ παντοίας ὠφελείας αὐτοῖς παρεσχημένον· ἀνθ' ὧν, ἐπειδήπερ κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν ἔθεντο κατ' αὐτοῦ, καὶ μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπήσεως αὐτοῦ, εἰκότως ἐπιλέγει· « Κατάστησον ἐπ' αὐτὸν ἁμαρτωλόν, καὶ διάβολος στήτω ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ. Ἐν τῷ κρίνεσθαι αὐτὸν ἐξέλθοι καταδεδικασμένος, καὶ ἡ προσευχὴ αὐτοῦ γενηθήτω εἰς ἁμαρτίαν. Γενηθήτωσαν αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ὀλίγαι, καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λαβέτω ἕτερος· » ἃ καὶ αὐτὰ ὁποίαν εἴληφε τὴν ἔκβασιν, ὁ ἱερὸς ἀπόστολος Πέτρος προλαβὼν διεσάφησεν, ἐπ' αὐτὸν προδότην ἐφαρμόσας τὴν Γραφήν. Καί σοι δὲ αὐτῷ πάρεστι συνορᾶν, εἰ μὴ καθέσταταί ἐπὶ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἄρχων καὶ ἡγούμενος ἁμαρτωλός, ᾧ μετὰ τὰ τολμηθέντα αὐτοῖς κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρεδόθησαν, ἀντὶ τῶν B πάλαι οἰκείων καὶ θεοφιλῶν ἀρχόντων ἀλλοφύλοις καὶ εἰδωλολάτραις δουλεύειν κατηναγκασμένοι. Τίς δ' οὐκ ἂν θαυμάσειε προῤῥήσεως τὸ ἀποτέλεσμα; φήσαντος γὰρ τοῦ λόγου· « Γενηθήτωσαν αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ὀλίγαι, » σαφὲς ὅπως βραχὺς ὁ πᾶς διεγένετο μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλὴν αὐτῶν χρόνος, καθ' ὃν ἔδοξαν διαμένειν· μεθ' ὃν τὴν ὑστάτην ὑπέμεναν πολιορκίαν καὶ τὴν παντελῆ καθαίρεσιν, ἐφ' ᾗ καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτῶν ἔλαβεν ἕτερος, ὁ διὰ Χριστοῦ συγκροτηθείς. Καὶ τὰ λοιπὰ δὲ τοῦ ψαλμοῦ αὐτοῖς τούτοις καταλλήλως νοήσεις· τὰ δὲ ἑξῆς, ὡς περί τινων υἱῶν τοῦ Ἰούδα λεγόμενα, ἐν τῷ, « Γενηθήτωσαν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ὀρφανοί, » καὶ τὰ παραπλήσια, ἀνάγοιτ' ἂν καὶ ἐπ' αὐτὸν μὲν προηγουμένως τὸν Ἰούδαν, μετ' ἐκεῖνον δὲ καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς C ὁμοίους αὐτῷ τὸν σωτήριον λόγον προδιδόντας. Καταλλήλως δὲ νοήσεις καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὰς ἁμαρτίας τῶν πατέρων αὐτοῦ, καὶ τῆς λεγομένης μητρὸς αὐτοῦ, τῆς τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους συναγωγῆς. Περὶ αὐτῆς γὰρ ἡγοῦμαι λέγεσθαι τὸ, « Καὶ ἡ ἁμαρτία τῆς μητρὸς αὐτοῦ μὴ ἐξαλειφθείη. » Πλὴν ὥσπερ ἐν τῇ πρὸ ταύτης προφητείᾳ πτωχὸς καὶ πένης ὠνομάζετο ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, καθάπερ ἀπεδείξαμεν ἐν τῷ, « Μακάριος ὁ συνιὼν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα· » τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐν τῷ παρόντι ψαλμῷ τούτοις ἐπικέκληται τοῖς ὀνόμασι. Τάδε γὰρ καὶ τάδε γενηθήτω τῷ Ἰούδα, καὶ τοῖς τὰ ὅμοια αὐτῷ ἐζηλωκόσι διὰ τὰ τετολμημένα αὐτῷ, φησί. Τίνα δὲ ταῦτα, ἐπιφέρει λέγων· « Ἀνθ' ὧν οὐκ ἐμνήσθη τοῦ D ποιῆσαι ἔλεος, καὶ κατεδίωξεν ἄνθρωπον πένητα καὶ πτωχὸν καὶ κατανενυγμένον τῇ καρδίᾳ τοῦ θανατῶσαι. Καὶ ἠγάπησε κατάραν, καὶ ἥξει αὐτῷ· καὶ οὐκ ἠθέλησεν εὐλογίαν, καὶ μακρυνθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. » Οἷς ἑξῆς ἐπικαταβάς, αὖθις πένητα καὶ πτωχὸν ἑαυτὸν ὀνομάζει λέγων· « Καὶ σὺ, Κύριε, Κύριε, ποίησον μετ' ἐμοῦ ἔλεος ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, ὅτι χρηστὸν τὸ ἔλεός σου. Ῥῦσαί με, ὅτι πτωχὸς καὶ πένης εἰμὶ ἐγώ. » Οἷς μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει· « Τὰ γόνατά μου ἠσθένησαν ἀπὸ νηστείας, καὶ ἡ σάρξ μου ἠλλοιώθη δι' ἔλαιον· καὶ ἐγὼ ἐγενήθην ὄνειδος αὐτοῖς. Εἴδοσάν με, καὶ ἐσάλευσαν κεφαλὰς αὐτῶν. » Ἃ καὶ αὐτὰ τέλους ἐτύγχανεν ὄντε « οἱ παραπηρεύ-

[66] Psal. cviii, 9. [66] ibid. 14. [67] Psal. xl, 2. [68] Psal. cviii, 16-18.

Digitized by Google

μενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ λέγοντες· » Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι. » Ἐπεὶ δὲ εἰσέτι νῦν οἱ ἐκ περιτομῆς, τὴν τῶν πατέρων αὐτῶν εἰς ἑαυτοὺς ἀρὰν ἐπισπώμενοι, βλασφήμοις καὶ ἀσεβέσι ῥήμασι ἀναθεματίζειν τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν, καὶ τοὺς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας ἅπαντας εἰώθασι, τούτου χάριν ἐξῆς ἐπιλέγει· « Καταράσονται αὐτοὶ, καὶ σὺ εὐλογήσεις. Οἱ ἐπανιστάμενοί μοι αἰσχυνθήτωσαν· ὁ δὲ δοῦλός σου εὐφρανθήσεται. Ἐνδυσάσθωσαν οἱ ἐνδιαβάλλοντές με ἐντροπὴν, καὶ περιβαλέσθωσαν ὡς διπλοΐδα αἰσχύνην αὐτῶν. Ἐγὼ δὲ ἐξομολογήσομαι τῷ Κυρίῳ σφόδρα ἐν τῷ στόματί μου, καὶ ἐν μέσῳ πολλῶν αἰνέσω αὐτόν· ὅτι παρέστη ἐκ δεξιῶν πένητος, τοῦ σῶσαι ἐκ τῶν καταδιωκόντων τὴν ψυχήν μου. » Καὶ πρόδηλόν γε ὁπόσοις εἰσέτι καὶ νῦν οἱ τὰς κατ' αὐτοῦ ἀρὰς ἐν ταῖς ἑαυτῶν συναγωγαῖς ποιούμενοι παλαίουσι κακοῖς, ἀπὸ τῶν αὐτῶν χρόνων μηδ' ὅλως ἀνανεῦσαι δεδυνημένοι, ὅπως τε αὐτὸς αἶνον τῷ Πατρὶ ἐν μέσῳ πολλῶν ἐθνῶν τὸν διὰ τῆς καινῆς Διαθήκης αὐτοῦ καταρτίζεται, συνεργὸν τὸν Πατέρα, καὶ τῆς ἑαυτοῦ δεξιᾶς πάρεδρον κεκτημένος· διό φησιν· « Ἐν μέσῳ πολλῶν αἰνέσω αὐτὸν, ὅτι παρέστη ἐκ δεξιῶν πένητος. » Καὶ τὴν μετὰ τὸν θάνατον αὐτοῦ σωτηρίαν διδάσκει, λέγων· « Τοῦ σῶσαι ἐκ τῶν καταδιωκόντων τὴν ψυχήν μου. » Ἀνωτέρω γοῦν φήσας τό· « Κατεδίωξεν ἄνθρωπον πένητα καὶ πτωχὸν, καὶ κατανενυγμένον τῇ καρδίᾳ τοῦ θανατῶσαι, » καὶ σαφῶς δηλώσας ἑαυτοῦ τὸν θάνατον περιγράφων τὴν προφητείαν τὴν μετὰ τὸν θάνατον αὐτοῦ σωτηρίαν ἠνίξατο εἰπών· « Ὅτι παρέστη ἐκ δεξιῶν πένητος, τοῦ σῶσαι ἐκ τῶν καταδιωκόντων τὴν ψυχήν μου. »

A oratione progressus, rursus pauperem atque egenum seipsum nominat, dicens : « Et tu, Domine, Domine, fac mecum misericordiam propter nomen tuum, quia benigna est misericordia tua Libera me, quia egenus et pauper sum ego [69]. » Quibus post alia adjungit : « Genua mea infirmata sunt a jejunio, et caro mea immutata est propter oleum : et ego factus sum opprobrium illis. Viderunt me et moverunt capita sua [70] : » quæ sane ipsa nihilominus suum finem consecuta sunt, quo tempore qui præteribant, maledicebant ei moventes capita sua et dicentes : « Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere [71]. » Quoniam vero etiam nunc Judæi patrum suorum in seipsos **478** exsecrationem attrahentes exsecrabilibus et nefariis verbis B detestari Salvatorem ac Dominum nostrum, omnesque quicunque in fidem ejus transierint, consuevere, idcirco deinceps adjungit : « Maledicent illi, et tu benedices. Qui insurgunt in me, confundantur : servus autem tuus lætabitur. Induantur qui detrahunt mihi, pudore, et operiantur sicut diploide, confusione sua. Ego autem confitebor Domino in ore meo : et in medio multorum laudabo eum. Quoniam astitit a dextris pauperis, ut salvam faceret a persequentibus animam meam [72]. » Et sane constat quam multis etiam nunc rebus adversis conflictentur quicunque exsecrationes adversus illum in suis conventibus jactant, quippe qui ab iisdem temporibus ne respirare quidem, aut suspicere unquam potuerint, quamque ille feliciter C in medio multarum gentium per suum ipsius Novum Testamentum suo Patri laudem perficiat, dum eumdem Patrem adjutorem et suæ dextræ assessorem obtinet, quas ob res ita loquitur : « In medio multorum laudabo eum, quia astitit a dextris pauperis. » Salutem præterea quæ ipsius mortem secuta est, docet his verbis : « Ut salvam faceret a persequentibus animam meam. » Supra enim cum illud dixerit : « Persecutus est hominem pauperem et egenum, et compunctum corde, ut morte afficeret, » planeque suam mortem indicaverit, dum prophetiam circumscribit : tum vero salutem quæ mortem ipsius secuta est, significavit, dicens : « Quoniam astitit a dextris pauperis, ut salvam faceret a persequentibus animam meam. »

Ἀπὸ τοῦ Ζαχαρίου.— Ἔτι περὶ τοῦ Ἰούδα καὶ τῶν ἀργυρίων ἀφ' ὧν τὸν Κύριον προὔδωκε, καὶ περὶ τῆς ἀποβολῆς τῶν παρὰ Ἰουδαίοις ἀρχόντων τε καὶ ἀρχομένων.

A Zacharia. — Item de Juda et argenteis quibus Dominum prodidit, deque rejectione apud Judæos, tam eorum qui imperabant, quam eorum quibus imperabatur.

« Καὶ λήψομαι ἐμαυτῷ δυο ῥάβδους, τὴν μίαν ἐκάλεσα κάλλος, καὶ τὴν ἑτέραν ἐκάλεσα σχοίνισμα, καὶ ποιμανῶ τὰ πρόβατά μου, καὶ ἐξαρῶ τοὺς τρεῖς ποιμένας ἐν μηνὶ ἑνὶ, καὶ βαρυνθήσεται ἡ ψυχή μου ἐπ' αὐτούς. Καὶ γὰρ αἱ ψυχαὶ αὐτῶν ἐπωρύοντο ἐπ' ἐμὲ, καὶ εἶπα· Οὐ ποιμανῶ ὑμᾶς· τὸ ἀποθνῆσκον ἀποθνησκέτω, καὶ τὸ ἐκλεῖπον ἐκλειπέτω, καὶ τὰ κατάλοιπα ἐσθιέτωσαν, ἕκαστος τὰς σάρκας τοῦ πλησίον αὐτοῦ. Καὶ λήψομαι τὴν ῥάβδον τὴν καλὴν, καὶ ἀποῤῥίψω αὐτὴν τοῦ διασκεδάσαι τὴν Διαθήκην μου, ἣν διεθέμην πρὸς πάντας τοὺς λαούς. Καὶ διασκεδασθήσεται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ γνώσονται οἱ Χαναναῖοι τὰ πρόβατα τὰ φυλασσόμενά μοι, ὅτι Λόγος Κυρίου ἐστί. Καὶ ἐρῶ πρὸς αὐτούς· Εἰ καλὸν ἐνώπιον

« Et capiam mihi duas virgas, unam vocavi pulchritudinem, et alteram vocavi funiculum, et pascam oves meas, et auferam tres pastores in D mense uno, et gravabitur anima mea super eos. **479** Etenim animæ eorum rugierunt super me, et dixi, Non pascam vos ; quod moritur, moriatur, et quod deficit, deficiat : et quæ reliqua sunt devorent, unusquisque carnes proximi sui, et capiam virgam pulchram, et abjiciam eam, ad dissipandum Testamentum meum, quod disposui ad omnes populos, et dissipabitur in die illa, et cognoscent Chananæi oves quæ custodiuntur mihi, quod Verbum Domini est, et dicam ad eos : Si honestum est in conspectu vestro, date mercedem meam, aut renuite, et constituerunt mercedem meam, triginta argenteos, et

[69] Psalm. cviii, 21, 22. [70] ibid. 24, 25. [71] Matth. xxvii, 41, 42. [72] Psal. cviii, 28-31.

Digitized by Google

dixit Dominus ad me, Dimitte eos in fornacem, et specta num approbatum sit, quemadmodum probatus sum pro illis, et accepi triginta argenteos, et projeci eos in domo Domini in fornacem, et abjeci virgam alteram, quæ dicitur funiculus, ad dissipandum Testamentum inter Judam et Israel[73]. » Hæc igitur suum finem consecuta sunt, quo tempore, ut est apud Lucam, « abiens Judas locutus est cum principibus sacerdotum et scribis, et ducibus templi, quomodo illum eis traderet; et gavisi sunt, et pacti sunt argentum illi dare [74]. » Ut vero apud Marcum legimus, cum abiit « ad principes sacerdotum, ut illum proderet; illi autem gavisi sunt, et promiserunt ei se argentum daturos. » Verum apud hos quidem argentum simpliciter nominatum est. Apud Matthæum autem numerus quoque indicatur, qui sane ab eo quem posuit Zacharias minime discrepat. Dicit igitur Matthæus : « Tunc abiens unus de duodecim, qui dicitur Judas Iscariotes, ad principes sacerdotum, dixit eis : Quid vultis mihi dare, et ego eum vobis tradam? illi autem constituerunt ei triginta stateres [75]. » Consentanea igitur hæc sunt ei quod in prophetia dictum est a Domino : « Et constituerunt mercedem meam triginta argenteos. » Pro quo Symmachus quidem ait : « Et apprehenderunt mercedem meam triginta argenteos. » Aquila vero : « Et constituerunt mercedem meam triginta argenteos, » quibus illud adjungitur : « Et dixit Dominus ad me : Dimitte eos in fornacem, et vide num probatum sit, quemadmodum probatus sum pro illis. » Pro quo rursus Aquila quidem sic ait : « Et dixit Dominus ad me : Dimitte eos in fornacem, projice eos ad figulum, immensum pretium quo æstimatus sum pro illis, » **480** et sane attende quonam pacto ipse Dominus pretium suum confitetur triginta argenteos datum esse. Videtur autem ipsa verborum excogitatio talem præ se ferre sensum : Ego quidem Dominus a primo incipiens die nunquam desii meæ benignitatis indicia vobis Judæis impendere, innumerabilibusque vos beneficiis afficere, non solum dum ad vos ab initio prophetas mitto, sed etiam dum me ipsum vobis præsentem exhibeo, tum in monitis ac documentis, rationalibusque præceptis, tum in signis et portentis et aliis miraculorum generibus, tum etiam in sanationibus et medelis; vos ergo qui tanta beneficentia digni habiti estis, date mercedem meam, aut renuite : sic quidem ab illis, ut par est, fructus pietatis, et indicia fidei erga seipsum postulans. At illi (ut in ea quam proxime ante hanc posuimus prophetia, dictum est), « pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi, et posuerunt adversum me mala pro bonis, et odium pro dilectione mea [76]; » et cum triginta argenteos constituerint, tanquam eum qui tanti venderetur, æstimaverunt. Sed quoniam uniuscujusque opus quale sit ignis probabit, merito imperat ut mittantur in forna-

A ὑμῶν ἐστι, δότε τὸν μισθόν μου, ἢ ἀπείπασθε. Καὶ ἔστησαν τὸν μισθόν μου τριάκοντα ἀργυροῦς. Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς μέ· Κάθες αὐτοὺς εἰς τὸ χωνευτήριον. Καὶ σκέψαι εἰ δόκιμόν ἐστιν, ὃν τρόπον ἐδοκιμάσθην ὑπὲρ αὐτῶν. Καὶ ἔλαβον τοὺς τριάκοντα ἀργυροῦς, καὶ ἐνέβαλον αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον Κυρίου εἰς τὸ χωνευτήριον, καὶ ἀπέρριψα τὴν ῥάβδον τὴν δευτέραν τὸ σχοίνισμα, τοῦ διασκεδάσαι τὴν Διαθήκην ἀνὰ μέσον Ἰούδα καὶ ἀνὰ μέσον Ἰσραήλ.» Καὶ ταῦτα τέλους ἐτύγχανεν, ὅτε, κατὰ μὲν τὸν Λουκᾶν, «ἀπελθὼν ὁ Ἰούδας συνελάλει τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ στρατηγοῖς τοῦ ἱεροῦ, ὅπως αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς· καὶ ἐχάρησαν, καὶ συνέθεντο αὐτῷ ἀργύρια δοῦναι.» Κατὰ δὲ τὸν Μάρκον, ὁπηνίκα «ἀπῆλθε πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς, ἵνα παραδῷ αὐτόν. Οἱ δὲ ἐχάρησαν, καὶ ἐπαγγείλαντο αὐτῷ ἀργύρια δοῦναι. » Ἀλλ' ἐν τούτοις B μὲν ἁπλῶς τὸ ἀργύριον ὠνόμασται· παρὰ δὲ τῷ Ματθαίῳ μνημονεύεται καὶ ὁ ἀριθμός, συνᾴδων τῇ ἀπὸ τοῦ Ζαχαρίου παραθέσει. Λέγει δ' οὖν ὁ Ματθαῖος· «Τότε πορευθεὶς εἷς τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος Ἰούδας Ἰσκαριώτης, πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς, εἶπεν αὐτοῖς· Τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; Οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα στατῆρας. » Σύμφωνα οὖν ταῦτά ἐστι τῷ, «Καὶ ἔστησαν τὸν μισθόν μου τριάκοντα ἀργυροῦς, » ἐν τῇ προφητείᾳ εἰρημένῳ ὑπὸ τοῦ Κυρίου. Ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Σύμμαχος ἐποίησε· «Καὶ ἐστάθμισαν τὸν μισθόν μου τριάκοντα ἀργυροῦς· » ὁ δὲ Ἀκύλας· « Καὶ ἔστησαν τὸν μισθόν μου τριάκοντα ἀργυροῦς· » οἷς ἐπιλέγεται· « Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς μέ· Κάθες αὐτοὺς εἰς τὸ χωνευτήριον, καὶ σκέψαι εἰ δόκιμόν ἐστιν, ὃν τρόπον ἐδοκιμάσθην ὑπὲρ αὐ- C τῶν.» Ἀνθ' οὗ πάλιν ὁ μὲν Ἀκύλας φησί· «Καὶ εἶπε Κύριος· Ῥῖψον αὐτὰ πρὸς τὸν πλάστην. Ὑπερμεγέθης ἡ τιμή, ἣν ἐτιμήθην ὑπὲρ αὐτῶν. » Καὶ πρόσχες τίνα τρόπον αὐτὸς ὁ Κύριος τιμὴν ἑαυτοῦ ὁμολογεῖ τοὺς τριάκοντα ἀργυροῦς δεδόσθαι. Ἔοικε δὲ ἡ τῆς λέξεως διάνοια τοιοῦτόν τινα ἐμφαίνειν νοῦν· Ἐγὼ μὲν ὁ Κύριος, ἐκ πρώτης ἀρξάμενος ἡμέρας, οὐ διέλιπον τῆς ἐμαυτοῦ χρηστότητος ὑμῖν τοῖς ἐκ περι- τομῆς δείγματα παρέχων, καὶ μυρία ὅσα ὑμᾶς εὐεργετῶν, οὐ μόνον τὰ διὰ τῶν ἀνέκαθεν προφητῶν, ἀλλὰ καὶ τὰ διὰ τῆς ἐμαυτοῦ παρουσίας, ἔν τε ταῖς προτρεπτικαῖς διδασκαλίαις καὶ τοῖς λογικοῖς μαθήμασιν, ἔν τε τοῖς σημείοις καὶ τέρασι, καὶ ταῖς ἄλλαις [παραδοξοποιίαις, ταῖς τε ἰάσεσι καὶ ταῖς θερα- D πείαις· ὑμεῖς δὲ οἱ τῆς τοσαύτης εὐεργεσίας ἠξιωμένοι δότε τὸν μισθόν μου, ἢ ἀπείπασθε· αἰτῶν αὐτοὺς, ὡς εἰκὸς, καρποὺς εὐσεβείας, καὶ δεῖγμα τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως. Οἱ δὲ, (κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τῇ πρὸ ταύτης παραθέσει,) « ἀντὶ τοῦ ἀγαπᾶν με ἐνδιέβαλλόν με, καὶ ἔθεντο κατ' ἐμοῦ κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπήσεώς μου,» τριάκοντα ἀργυροῦς στήσαντες, ὥσπερ τοσούτου αὐτὸν πωλούμενον ἐτιμήσαντο. Ἀλλ' ἐπεὶ τὸ ἑκάστου ἔργον ὁποῖόν ἐστι τὸ πῦρ αὐτὸ δοκιμάσει, εἰκότως προστάττει καθῆναι αὐτοὺς εἰς τὸ χωνευτήριον, ἐπιλέγων· « Ὃν τρόπον ἐδοκιμάσθην ὑπὲρ αὐτῶν. » Χωνευτήριον δὲ

[73] Zachar. XI, 7, 14. [74] Luc. XXII, 4, 5. [75] Matth. XXVI, 14, 15. [76] Psal. CVIII, 4, 5.

Digitized by Google

ἐνταῦθα ἔοικε τὸν οἶκον Κυρίου ὀνομάζειν. Εἰπόντος γοῦν τοῦ Κυρίου, κατὰ τοὺς Ἑβδομήκοντα· « Κάθες αὐτοὺς εἰς τὸ χωνευτήριον, » ἐπιφέρει· « Καὶ ἐνέβαλον αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον Κυρίου, εἰς τὸ χωνευτήριον. » Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν· « Εἰπόντος τοῦ Κυρίου· Ῥῖψον αὐτό, » δῆλον δ' ὅτι τὸ ἀργύριον, πρὸς τὸν πλάστην, ἐπιφέρει· « Καὶ ἔῤῥιψα ἐν οἴκῳ Κυρίου πρὸς τὸν πλάστην. » Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· « Εἰπόντος τοῦ Κυρίου· Ῥῖψον αὐτὸ εἰς τὸ χωνευτήριον, » ἐπιφέρει λέγων· « Καὶ ἔῤῥιψα αὐτὸ εἰς τὸν οἶκον Κυρίου, εἰς τὸ χωνευτήριον. » Μήποτε δὲ καὶ τοῦτο ἐπληροῦτο, ὅτε « Ἰούδας, » ὁ παραδιδοὺς τὸν Κύριον, « ἰδὼν, ὅτι κατεκρίθη, μεταμεληθεὶς ἀπέστρεψε τὸ ἀργύριον τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ πρεσβυτέροις, λέγων· Ἥμαρτον παραδοὺς αἷμα ἀθῶον. Οἱ δὲ εἶπαν αὐτῷ· Τί πρὸς ἡμᾶς; σὺ ὄψει: Καὶ ῥίψας τὰ ἀργύρια εἰς τὸν ναὸν, ἀνεχώρησε· καὶ ἀπελθὼν ἀπήγξατο. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς, λαβόντες τὰ ἀργύρια, εἶπαν· Οὐκ ἔστι βαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸν κορβανᾶν, ἐπεὶ τιμὴ αἵματός ἐστιν. » Συμβούλιον δὲ λαβόντες, ἠγόρασαν ἐξ αὐτῶν τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις: Διὸ ἐκλήθη ὁ ἀγρὸς ἐκεῖνος ἀγρὸς αἵματος, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου λέγοντος· Καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ. Καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, καθὰ συνέταξέ μοι Κύριος. » Ἔνθα καὶ ἐπιστήσεις, ἐπεὶ μὴ ταῦτα φέρεται ἐν τῇ τοῦ Ἱερεμίου προφητείᾳ, εἴτε χρὴ ὑπονοεῖν περιῃρῆσθαι αὐτὰ ἐξ αὐτῆς κατά τινα ῥᾳδιουργίαν, ἢ καὶ σφάλμα γραφικὸν γεγονέναι, τῶν ἀμελέστερον τὰ τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων ἀντίγραφα πεποιημένων σφαλέντος τινὸς, καὶ ἀντὶ μὲν τοῦ Ζαχαρίου Ἱερεμίαν τεθεικότος, ὡς δέον οὕτως ἀναγεγράφθαι· « Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ Ζαχαρίου τοῦ προφήτου· » ἀντὶ δὲ τοῦ, « Ἐνέβαλον αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον Κυρίου, εἰς τὸ χωνευτήριον, » ἐσφαλμένως πεποιηκότος· « Καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως. » Σαφῶς γὰρ διὰ μὲν τῆς προφητείας εἰς τὸν τοῦ Κυρίου ναὸν ἐῤῥίφθαι λέγεται τὸ ἀργύριον, καὶ δι' αὐτοῦ δὲ τοῦ Εὐαγγελίου εἰς τὸν ναόν. « Ῥίψας γοῦν, » φησὶν, « Ἰούδας τὰ ἀργύρια εἰς τὸν ναὸν, ἀνεχώρησε. » Καὶ εἰκός γε ἐξ ἐκείνων τῶν ἀργυρίων βέβηλον γεγονέναι τὸν ναὸν, καὶ πεπληρῶσθαι τὸ, « Ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. » Καὶ ὅρα γε μήποτε χωνευτήριον ὁ οἶκος Κυρίου διὰ τοῦτο κέκληται, ἐπείπερ ὡς ἐν χωνείᾳ, μεταπλάττεσθαι τὰς ψυχὰς ἐκ τῆς τῶν θείων λόγων πυρώσεως ἐν τῷ τοῦ Θεοῦ οἴκῳ συμβαίνει· ἢ ἄλλως ἀπελέγχεται μὴ καθαρὰς, ὡς ἐν χωνευτηρίῳ πυρουμένας καὶ δοκιμαζομένας. Ὅπερ ὁ Ἀκύλας, « Ἔῤῥιψα, » φήσας, « τὸ ἀργύριον ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου πρὸς τὸν πλάστην, » σαφῶς διδάσκει, ὡς τοῦ Λόγου τοῦ θείου δίκην πλάστου κατοικοῦντος εἰς τὸν οἶκον Κυρίου, καὶ πλάττοντος καὶ ἀνανεοῦντος τὰς τῶν προσιόντων ψυχάς. Πλὴν ἀλλ' ἐπείπερ ἡ τιμὴ τοῦ τετιμημένου εἰς ἐκεῖνον μεταβληθεῖσα τὸν οἶκον βέβηλον αὐτὸν κατεστήσατο, εἰκότως εὐθὺς ἐπιλέγει· « Καὶ ἀπέῤῥιψα τὴν ῥάβδον

cem, illud adjungens : « Quemadmodum probatus sum pro illis. » Fornacem vero hoc loco ipsam domum Domini nominare videtur. Nam cum Dominus dixerit, ut est apud LXX, « Dimitte eos in fornacem, » tum adjungit : « Et projeci eos in domo Domini in fornacem. » Ut vero est apud Aquilam, « cum Dominus dixerit : Projice illud ipsum videlicet argentum ad figulum, » tum adjungit : « Et projeci illud in domo Domini ad figulum. » At vero, ex Symmachi editione, « cum Dominus dixerit, projice illud in fornacem, » tum adjungit verba illa : « Et projeci illud in domo Domini in fornacem. » Num igitur hoc tunc forsitan completum est, cum « Judas » qui Dominum prodidit, « videns quod condemnatus esset, pœnitentia ductus, retulit argentum principibus sacerdotum et senioribus, dicens : Peccavi tradens sanguinem innocentem. At illi dixerunt ei : Quid ad nos? tu videris, et projectis argenteis in templo, recessit : et abiens laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum acceptis argenteis dixerunt : Non licet eos mittere in corbanam, quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. **481** Quapropter vocatus est ager ille, ager sanguinis, usque ad præsentem diem. Tunc impletum est quod dictum est per Jeremiam prophetam dicentem : Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiaverunt a filiis Israel, et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus [77]. » Ubi diligenter considerabis, cum hæc non habeantur apud Jeremiam prophetam, num arbitrari oporteat ea per quamdam malitiam ex illo sublata esse, an vero librarii erratum fuisse, qui negligentius sanctorum Evangeliorum exemplaria confecerit, et ex negligentia in errorem inciderit, et pro Zacharia posuerit Jeremiam : utpote, cum ita scripto opus fuerit, « tunc completum est, quod dictum est per Zachariam prophetam. » Pro eo autem quod perperam conversum est : « Et miserunt eos in domo Domini in fornacem, » dictum est illud : « Et dedi eos in agrum figuli. » Plane enim in ipsa prophetia in templo Domini projectum fuisse argentum dicitur, et ab Evangelio itidem in templo : « Projectis enim, inquit, Judas argenteis in templo, recessit. » Et sane æquum est ex illis argenteis templum fuisse profanatum, et completum fuisse illud : « Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta [78]. » Porro autem etiam illud contemplare, num fornax dicta sit domus Domini, propterea quod in templo Dei quasi in fornace conflatoris, animos ex divinorum sermonum calore atque igne transformari contingit, aut alioqui non puros dum tanquam in fornace igne explorantur, redargui. Idcirco Aquila dum ita convertit : « Et projecit argentum in domo Domini ad figulum, » plane nos docet quemadmodum divinum Verbum instar figuli habitet in domo Domini, et eorum qui

[77] Matth. XXVII, 3-10. [78] Matth. XXIII, 38.

Digitized by Google

illuc accedunt animas informet ac renovet. Verumtamen cum pretium appretiati in illa domo projectum, eam ipsam profanam reddiderit, merito statim adjungit : « Et abjeci virgam alteram, quæ dicitur funiculus, ad dissipandum testamentum inter Judam et Israel. » Ex illo enim illa gentis multitudo abjecta est procul ab antiqua Dei tutela, quæ prius illos conservabat. Alteram autem virgam puto pro universa simul Judaica gente hoc in loco accipi oportere. Qua de causa illam etiam funiculum vocat, dicens: **482** « Unam vocavi pulchritudinem, et alteram vocavi funiculum. » Tum de altera evidenter adjungit illud : « Et abjeci virgam alteram, quæ dicitur funiculus, ad dissipandum testamentum inter Judam et Israel: » siquidem hi erant et funiculus et virga altera. Prior autem quæ pulchritudo nominata est, non alia fuerit quam ipsa Jerusalem, adoratioque Mosaica, omnisque prisca constitutio, quæ vetus dicitur testamentum, hocque ipsum vel ex ipsa prophetia plane constiterit, dum ait : « Et capiam virgam meam pulchram, et abjiciam eam ad dissipandum testamentum meum. » Vides ut testamentum quidem suum, virgam priorem esse dixerit ; alteram vero virgam, funiculum, et tamen se utramque abjecturum minatur, quamvis prius dixerit : « Et capiam mihi ipsi duas virgas, unam vocavi pulchritudinem, et alteram vocavi funiculum : » pro quo Aquila quidem sic convertit : « Unam vocavi decorem, et alteram vocavi funiculum. » Symmachus autem : « Hanc quidem vocavi decorem, illam autem vocavi funiculum. » Hoc igitur universæ gentis pulchritudinis decorisque nomine, divinam legem, et quod in ea continetur testamentum, merito appellat. Venerabilitas enim illa urbis Jerusalem, et quæ in ea ad munus pontificum sacerdotumque pertinebant, tum etiam omnia quæcunque olim apud illos populos ex divinis legibus, et ex veteri testamento de more prius administrabantur, decens quidam ornatus iis erant, qui talibus rebus ornarentur. Funiculus autem ipsa gentis multitudo apud ipsum quoque Mosem vocata est, in illis verbis : « Facta est portio Domini populus ejus Jacob, funiculus hereditatis ejus Israel. » At vero hujusce utriusque virgæ mutationem, magno impetu futuram iis temporibus, de quibus dictum est, divinat : utpote, cum et vetus, quod prius in ea erat, testamentum, et pulchritudo quæ in eadem olim cernebatur, delenda fuerit et ad nihilum redigenda, simulac pretio illius æstimato, qui triginta argenteis æstimatus est, illi pro sua ipsorum impietate meritæ ignominiæ obnoxii facti sunt; dicit igitur : « Et capiam virgam meam pulchram, et abjiciam eam ad dissipandum testamentum meum. » Et rursus : « Et abjeci virgam alteram, quæ dicitur funiculus. » Ad hæc, cum in prophetia dicatur illud : « Et auferam tres pastores in mense uno, » **483** arbitror sic tres ordines eorum significari, qui olim populo Dei præerant regum, pontificum et prophetarum ; quoniam ab his tribus, quasi pa-

Εἰ δὴ οὖν ἐξὸν τὴν ἐπικατηγορουμένην ἡμῶν εὐχέρειάν τε καὶ κουφότητα, καὶ τὴν τοῦ *Φιλαλήθους* ἀκριβῆ καὶ βεβαίαν ἐφ' ἑκάστῳ παραθεῖναι κρίσιν, φέρε διαπυθώμεθα, οὐχ ὅστις θειότερος γεγόνει· οὐδ' ὁπόσῳ θαυμασιώτερά τε καὶ πλείω διεπράξατο παράδοξα· οὐδ' ὡς μόνος παρὰ τοῖς ἀνέκαθεν, πρὸ μυρίων ὅσων γενομένων, Ἑβραίων σοφοῖς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν καὶ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἥξειν ἐς ἀνθρώπους κατὰ θείαν ἐπίπνοιαν προπεφήτευτο· οὐδ' ὡς πλείους ἐπὶ τὸν τῆς θείας διδασκαλίας αὐτοῦ λόγον προύτρέψατο· οὐδ' ὡς γνησίους καὶ ὄντως ἀληθεῖς ἐκτήσατο φοιτητάς, μονονουχὶ καὶ ὑπεραποθνήσκειν ἑτοίμως τῶν λόγων αὐτοῦ παρεσκευασμένους· οὐδ' ὡς μόνος σώφρονος βίου διδασκαλεῖον, καὶ ἐς τὸν μετέπειτα χρόνον, ξυνεστήσατο· οὐδ' ὡς τῇ ἰδίᾳ θεότητί τε καὶ ἀρετῇ πᾶσαν ἔσωσε τὴν οἰκουμένην, καὶ εἰσέτι καὶ νῦν μυρία πλήθη πανταχόθεν ἐπὶ τὴν θείαν ἑαυτοῦ διδασκαλίαν ἐπαγόμενος· οὐδ' ὡς τῶν πώποτε μόνος πρὸς ἁπάντων, σχεδὸν εἰπεῖν, ἀνθρώπων, ἀρχόντων τε καὶ ἀρχομένων, πλείστοις ἔθεσιν ἤδη πολεμούμενος, κρειττων, καὶ πολὺ δυνατώτερος τῶν πικρῶς ἐλαυνόντων ἀπίστων (24) ἀποδέδεικται, θείᾳ καὶ ἀῤῥήτῳ δυνάμει τοὺς μὲν κατὰ καιρὸν ἐπανισταμένους αὐτοῦ τῇ θείᾳ διδασκαλίᾳ μετιὼν ῥᾳδίως, τὸν δὲ παγέντα πρὸς αὐτοῦ (25) καὶ παραδοθέντα θεῖον λόγον ἐς ἄπειρον αἰῶνα καθ' ὅλης κρατύνων οἰκουμένης· οὐδ' ὡς εἰσέτι καὶ νῦν τῆς ἐνθέου δυνάμεως τὴν ἀρετὴν C ἐπιδείκνυται, μοχθηρούς τινας, καὶ φαύλους δαίμονας, ψυχαῖς ἀνθρώπων καὶ σώμασιν ἐφεδρεύοντας, ἀπελαύνων (26) διὰ μόνης τῆς ἀῤῥήτου προσηγορίας αὐτοῦ (27), ὡς αὐτῇ πείρᾳ κατειλήφαμεν· ταῦτα γὰρ περὶ τοῦ Ἀπολλωνίου ζητεῖν, μὴ καὶ τὸ ἐρωτᾶν ἀνήκοον· μόνην δὲ ἐπισκεψώμεθα τὴν τοῦ Φιλοστράτου γραφήν, δι' ἧς εὐθυνοῦμεν, ὡς οὐχ ὅτι γε ἐν φιλοσόφοις, ἀλλ' οὐδ' ἐν ἐπιεικέσι, καὶ μετρίοις ἀνδράσιν ἄξιον ἐγκρίνειν, οὐχ ὅπως τῷ Σωτῆρι ἡμῶν Χριστῷ παρατιθέναι τὸν Ἀπολλώνιον, ὅσον ἐπὶ τῇ γραφῇ τοῦ παρὰ τῷ *Φιλαλήθει* παιδεύσεως μὲν ἐπὶ πλεῖστον ἥκοντος (28), τὸ δ' ἀληθὲς μὴ τιμῶντος ξυγγραφέως. Τοιοῦτος γὰρ ἦν μετὰ τῶν ἄλλων (29) καὶ ὁ

CAPUT IV.

Quod si igitur liceat nostram, quam incusavit simplicitatem levitatemque, et Philalethis accuratum solidumque de unaquavis re judicium invicem contendere; age inquiramus, non quidem uter divinæ magis sit indolis; neque uter stupenda magis, aut plura patraverit miracula. Neque (de eo disquiremus) quod solum ab antiquis, ante innumeros annos florentium Hebræorum sapientibus Salvatorem nostrum et Dominum Jesum Christum venturum in mundum, divina inspiratione sit prædictum. Neque quod quam plurimos ille ad di- B vinæ suæ disciplinæ doctrinam adduxerit : nec quod ingenuos verosque nactus discipulos fuerit, pene lubenter pro illius doctrina mortem subire paratos : neque quod frugalis vitæ scholam solus, posteris quoque temporibus duraturam, patefecerit : neque quod propria sibi virtute divina salutem universo paraverit mundo, etiamnum undequaque innumeram multitudinem ad divinam suam doctrinam adducens : neque quod unus ex omnibus, qui unquam vixere, a cunctis fere mortalibus, imperantibus et subditis, variis modis oppugnatus vicerit tamen, multoque superior iis, qui acerbissime eum insectabantur, infidelibus exstiterit, divina et ineffabili virtute sibi dum viveret adversatos institutione divina facile in partes trahens, firmatam vero a se traditamque divinam doctrinam ad ævum finem non habiturum per universum terrarum orbem conservans : neque quod adhuc dum divinæ potentiæ suæ virtutem demonstret, miseros quosdam et infaustos dæmonas, corporibus hominum animisque insidiantes, solo sacratissimo nomine suo appellato expellens, prout ipsa edocti experientia sumus. Similia enim quærere in Apollonio, imo (de iis) vel interrogare fortassis summæ foret stoliditatis. Solam igitur Philostrati pensitemus historiam, ex qua evincemus, non inter bonos quidem, imo nec mediocris indolis viros eum censeri jure posse (ne dum ut Salvatori nostro Christo Apollonium conferre deceat) : prout quidem ex

(24) *Ἀπίστων*. Sic rectius ms. quam ἀπάντων, ut antea legebatur. HOLSTEN.

(25) *Πρὸς αὐτοῦ*. Ita scribendum pro πρὸς αὐτόν, quod ante editum. Sic ipse Eusebius cum secundo casu eo sensu præpositionem πρός jungit paulo post : ἡ πρὸς αὐτῶν ἐπικαλουμένη εὐχέρεια.

(26) *Ἀπελαύνων*. Nempe Eusebii adhuc ætate diabolicas præstigias impedire atque eludere efficaciter valebant Christiani : quæ eorum in dæmonas potestas Valeriani persecutioni occasionem dedit, instigante eum Mago Ægyptio Macriano. Ut enim *H. E.* VII, 10, ait Eusebius : Καὶ γὰρ εἰσὶ καὶ ἦσαν ἱκανοὶ παρόντες καὶ ὁρώμενοι, καὶ μόνον ἐμπνέοντες καὶ φθεγγόμενοι, διασκεδάσαι τὰς τῶν ἀλιτηρίων δαιμόνων ἐπιβουλάς, τελετὰς δὲ ἀνάγνους, καὶ μαγγανείας ἐξαγίστους, καὶ ἱερουργίας ἀκαλλιερήτους ἐπιτελεῖν.

(27) *Προσηγορίας αὐτοῦ*. Sacrum nimirum Jesu nomen efferentes diabolicas dissipabant machinationes Christiani : quo pertinent Eusebii quoque in D loco alleg. verba, ἐμπνέοντες καὶ φθεγγόμενοι. Hinc Cyprian. ep. 76, *Per exorcistas voce humana et potestate divina flagellari diabolum*, ait. Nempe ut de idolorum vanitate ait idem : *Adjuratum per Deum verum*. Adde Act. apostol. XIX, 13.

(28) *Τοῦ π. τ. Φιλαλήθει παιδεύσ. μὲν ἐπὶ πλ. ἥκ.* Respicit verba Hieroclis supra cap. 2 allata, quibus eruditionis laudem Philostrato tribuit, qui est, quem ξυγγραφέα hic vocat Eusebius. Ex cujus utcunque eruditi, minus veracis tamen scriptis, se hoc saltem evicturum esse ait, Apollonium, si talis fuerit qualem ipse delineat, neque philosophum neque bonum virum fuisse, nedum ut cum Christo mereatur componi. Parum exacte hæc Acciolus reddiderat, ut alia pleraque.

(29) *Μετὰ τῶν ἄλλων*. *Juxta cum cæteris* ; qui de vita nempe Apollonii commentati fuerant, ad quos supra c. 2 provocabat Hierocles : erant autem illi Maximus Ægiensis, Damisque Ninius.

Digitized by Google

scriptione colligere est auctoris, qui, *Philaletha judice*, plurimum quidem in eruditione profecit, sed parum certe veritatis est studiosus. Nempe talis omnino erat juxta cum cæteris Philostratus Atheniensis : ex quo facile etiam judicium feramus licet de cæteris, qui juxta *Philaletham* plurimum quidem in eruditione profecerunt, exquisitum tamen studium in historia Apollonii ponere minime laborarunt. Ista nempe si probe examinaverimus, simul et *Philalethæ*, suprema judicia per totam provinciam administrantis, contra Christianos judicium an verum sit, et, ut ipsi videtur, undequaque accuratum, patescet : nostrumque item qui stolidi, et rustici inficetique istis hominibus videmur, tantopere ab eis reprehensa simplicitas, et animi levitas.

A Ἀθηναῖος Φιλόστρατος· ἐξ οὗ ῥᾳδίως ἂν καταμάθωμεν (29') καὶ τῶν λοιπῶν, τῶν κατ' αὐτὸν παιδεύσεως μὲν ἐπὶ πλεῖστον ἠκόντων, αὐτὸ δὲ τὸ ἐξητασμένως μὴ ἀπηκριβωμένων τῆς κατὰ τὸν Ἀπολλώνιον ἱστορίας. Τούτων γὰρ ἡμῖν διευκρινηθέντων, ὁμοῦ τοῦ τε *Φιλαλήθους*, τὰ ἀνωτάτω τε καθ' ὅλων δικαστήρια διειληφότος (30), ἢ (30') κατὰ Χριστιανῶν βεβαία, καὶ ὡς αὐτὸς ἑαυτῷ δοκεῖ, ἀκριβὴς ἑφ' ἑκάστῳ κρίσις, φανερὰ καταστήσεται· ἡμῶν τε αὖ, οἱ μωροὶ καὶ βεβουκολημένοι νενομίσμεθα παρ' αὐτοῖς, ἡ πρὸς αὐτῶν ἐπικαλουμένη εὐχέρειά τε καὶ κουφότης (31).

514 CAPUT V.

Atque alius quidem adversis signis concursurus, conviviis statim dilaturus erat, tanquam hostem et inimicum sibi, eum, adversus quem instituenda oratio erat. Ego vero, amice, humanæ sapientiæ egregie callentem fuisse Tyanensem et olim existimavi, et adhuc quoque eamdem non invitus retinere sententiam velim, imo et tibi eam de eo opinionem, si interroges, exponere non dubitem. Cum quovis philosophorum ut componat virum, modo fabulis de eo nihil turbarum det, patior : sin limites vero transilire, et quæ philosophiæ vires excedant statuere ausit, sive Assyrius quidam Damis, sive Philostratus, sive alius quicunque auctor vel historicus, verbis quidem magiæ ab eo depellens crimen, re tamen magis quam verbis hominem gravatus, ceu larvam aliquam Pythagoricum ei vitæ institutum aptans; tum quidem non philosophus nobis procedet, sed asinus leonis tectus exuviis, et sophista circulatorem per civitates agens; imo omnino magus manifeste pro philosopho deprehendetur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

B Ἄλλος μὲν οὖν, ὁμόσε χωρῶν (32), αὐτόθεν διέβαλλεν ἂν βλασφημῶν, ὡς ἐχθρὸν αὐτῷ καὶ πολέμιον, τὸν καθ' οὗ τὸν λόγον ἐποιεῖτο· ἐγὼ δὲ, ὦ ἑταῖρε, σοφόν τινα τὰ ἀνθρώπινα τὸν Τυανέα γεγονέναι ἡγούμην, καὶ ἔτι γε αὐτῆς ἔχεσθαι διανοίας ἐκὼν εἶναι βουλοίμην, καί σοι μὲν αὐτὸς (33) ἐμαυτῷ περὶ αὐτοῦ δόξαν ἐκθείην ἂν ἐρωτῶντι. Φιλοσόφων μὲν ὅτῳ τις βούλοιτο καταλέγειν τὸν ἄνδρα, παρὰ μηδὲν διενοχλοῦντα ταῖς περὶ αὐτοῦ μυθολογίαις, ἔστω· εἰ δ' ὑπερπηδᾷν τοὺς ὅρους, καὶ φιλοσοφίας ὑπέρτερα φρονεῖν, εἴτε τις Δάμις Ἀσσύριος, εἴτε Φιλόστρατος, εἴτε τις ξυγγραφεὺς, ἢ λογογράφος θρασύνοιτο, λόγῳ μὲν ἐκτρεπόμενος γοητείαν, ἔργοις δὲ πλέον ἢ ῥήμασιν ἐπιφορτίζων τὸν ἄνδρα, προσωπείου δίκην τὴν Πυθαγόρειον ἐπιμορφαζόμενος ἀγωγήν· οἰχήσεται μὲν ἡμῖν οὐ φιλόσοφος (34), ὄνος δὲ τῇ τοῦ λέοντος ἐπικρυπτόμενος δέρρει (35), σοφιστής τις ἀληθῶς ἀγείρων κατὰ τὰς πόλεις, αὐτό τε τοῦτο, γόης ἀτεχνῶς ἀντὶ φιλοσόφου φωραθήσεται.

C

D

(29') *Καταμάθωμεν*. Forte καταμάθοιμεν. Edit.

(30) *Τὰ ἀνωτ. δὲ καθ' ὅλ. δικαστήρια διειληφ.* Nempe Nicomediensis in Bithynia judex Hierocles, (quem « Φιλαλήθους » nomine semper, petito ex inscriptione libri nomine, Noster vocat) primum exstitit, ut ex Lactantio notum : inde præfectus Alexandriæ factus, ut ex Epiphanio colligitur hær. LXVII. Cæterum hanc ejus dignitatem iisdem plane verbis rursum infra designat Eusebius c. 20 init. Ibi tamen legitur τὰ ἀνωτάτω καὶ καθόλου, unde et hic ita malim quam καὶ καθ' ὅλων. Intelligo autem per δικαστήρια καθ' ὅλου, quorum auctoritatem tota aliqua provincia reveretur, qualia apud nos quoque provincialia judicia.

(30') *H.* Legendum videtur esse ἡ, quod referatur ad κρίσις; et paulo ante γε pro τε. Edit.

(31) *Κουφότης*. Nempe eam exprobrabat Hierocles Christianis, supra c. 2 allegatis verbis, ubi hac ipsa voce in eo negotio utitur.

(32) *Ὁμόσε χωρῶν*. Phrasis non intellecta Acciolo. Ὁμόσε χωρεῖν dicuntur adversæ acies, collatis signis concurrentes, quot exemplis affatim in vulgatis quoque lexicis probatur.

(33) *Καί σοι μὲν αὐτός*. Sic malim legere quam καὶ σοὶ τὴν αὐτός, quod editum antea est.

(34) *Οὐ φιλόσοφος*. Ita rescripsi pro : ὁ φιλότοφος, quod antea editum. Emendationem luculenter firmat mox sequens adversativa, οὐ φιλόσοφος, ὄνος δέ, etc., item cætera quæ subjungit, σοφιστής τις ἀληθῶς ἀγείρων, αὐτό τε τοῦτο, γόης ἀτεχνῶς *ἀντὶ φιλοσόφου* φωραθήσεται.

(35) *Ὄνος δὲ τ. τ. λέοντος ἐπικρυπτ. δέρρει*. Ad fabulam de asino Cumano, leonina pelle induto, respici certum est, quam scite narrat Lucianus in *Piscatore*, pag. m. 409, qui ad eamdem etiam alludit in *Pseudologista* : Οὐ δὲ δεῖ τινος ἀποδύσαντος τὴν λεοντῆν, ὡς φανερὸς γένοιο κανθήλιος ὤν. Utiturque proverbio inde ducto Socrates quoque apud Platonem in *Cratylo*. Vide plura ap. Erasm. in *Proverb. Induitis me leonis exuvium*, p. m. 283. Cui tamen non assentior, existimanti, Lucianum in *Philopseude* demutasse non nihil de proverbio, cum ait, τοσοῦτον χρόνον ἐλελήθει ὑπὸ τῇ λεοντῇ, γελοῖόν τινα πίθηκον περιστέλλων, quod ita interpretatur Erasmus : *tantum temporis non animadvertit, eum sub leonis exuvio ridiculam simiam tectam habere*. At plane inaudita res simia cum leonis exuviis, ineptumque exiguo animali, quale simia, bene amplas aptare exuvias. Nempe ad duo simul Lucianus eo loco respicit proverbia, alterum est ὄνος ὑπὸ λεοντῇ, alterum πίθηκος ἥρωος προσωπεῖον περιθέμενος. Vertendum erat : *tanto tempore sub leonina pelle delituit, atque simiam ridiculam vestitu texit*. Luculenter rem firmat locus in paulo ante allegatis *piscatoribus*, ubi similiter conjungit utrumque, sed paulo clarius : Οὐκ ἠνεγκα τὴν αἰσχύνην τῆς ὑποκρίσεως, εἰ πίθηκοι ὄντες ἐτόλμησαν ἡρώων προσωπεῖα περιθέσθαι, ἢ τὸν ἐν Κύμῃ ὄνον μιμήσασθαι, ὃς λεοντῆν περιβαλλόμενος ἠξίου λέων αὐτὸς εἶναι.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Πῶς δὲ τοῦτό φημι, καὶ πόθεν ὁρμώμενος, ἐρωτᾷς, μάνθανε. Ὅροι φύσεως, ἀρχὰς, καὶ μέσα, καὶ τέλη τῆς τῶν ὅλων οὐσίας περιειληφότες, μέτρα καὶ θεσμοὺς ἅπασι, δι' ὧν τόδε τὸ πᾶν μηχάνημά τε καὶ ἀρχιτεκτόνημα τοῦ παντὸς κόσμου τελεσιουργεῖται. Διατεθεῖναί τε νόμοις ἀλύτοις, καὶ δεσμοῖς ἀῤῥήκτοις τῆς τὰ πάντα οἰκονομούσης Προνοίας, τὸ πάνσοφον βούλημα διαφυλάττοντες. Οὔκουν κινήσειέ τι, καὶ μεταθείη τῆς τάξεως, τῶν ἅπαξ διατεθειμένων. Κεκράτηται δ' οὖν θεσμῷ φύσεως τὸν θεῖον ὑπεραναβαίνειν νόμον πᾶς, ὅτῳ τις θρασύτερος τοῦ ἐπέκεινα βαίνειν ἔνεστι πόθος. Οὔτ' οὖν παρὰ φύσιν ὁ ἔνυδρος, ἐπὶ τὴν χέρσον μεταβὰς, βιῶναι δυνήσεται ἰχθύς· οὐ τὸ ἐν χέρσῳ τραφὲν τοῖς ὕδασι καταδύσεται, τὴν εἰκεῖσε διηνεκῆ μονὴν ἀσπαζόμενον· οὐ, μέγα πηδήσας, μετέωρός τις τῶν ἐπὶ γῆς ἀρθήσεται πρὸς ἀέρα, ξυμπεριπολεῖν ἀετοῖς ἐπιθυμῶν· καὶ μὴν κεῖνοί γε, κἂν ἐπὶ γῆς ἔλθοιεν, βρίσαντες ἐπὶ τὸ κάτω τὴν δύναμιν, καὶ τοῦ πτεροῦ χαλάσαντες, καὶ ἀνέντες τὴν φύσιν· ἐπεὶ καὶ τοῦτο θείοις ὥρισται νόμοις, τοῦ ὕψους τὸ μετέωρον ὑποκαταβαίνειν δύνασθαι· οὐ μὴν καὶ ἔμπαλιν τὸ ταπεινὸν καὶ γεῶδες ἐπὶ τὸ μετέωρον αἴρεσθαι. Ταύτῃ δὴ καὶ τὸ θνητὸν ἀνθρώπων γένος, ψυχῆς μετέχον καὶ σώματος, ὅροις περιγέγραπται θείοις. Οὔτ' οὖν τῷ σώματι δι' ἀέρος ἔλθοι ποτὲ, τῶν ἐπὶ γῆς καταφρονήσας διατριβῶν, μὴ οὐχὶ τοὔπιτιμον αὐτίκα τῆς ἀνοίας παρασχών· οὐ τὴν ψυχὴν ἀρθεὶς φρονήματι καθίξεται τῶν ἀνεφίκτων, ἢ μελαγχολίας νοσήματι ἂν περιπέσοι. Σωφρονοῖ δ' ἂν ἀρτίοις μὲν τὸ σῶμα ποσὶν ἐπὶ γῆς φερόμενος, τὴν δὲ ψυχὴν παιδείᾳ καὶ φιλοσοφίᾳ σκηρίπτων (36). Εὔξαιτο δὲ καί τινα ξυνεργὸν ἄνωθέν πόθεν ἐκ τῶν κατ' οὐρανὸν διατριβῶν ἐλθεῖν, καὶ τῆς ἐκεῖσε διδάσκαλον αὐτῷ φανῆναι σωτηρίας. Ἐῤῥωμένῳ γάρτοι παραδείγματι (37), νοσοῦντι μὲν τὸν ἰατρὸν ἐπιφοιτᾶν θέμις, καὶ τὸν διδάσκαλον εἰσαγομένῳ τοῖς μαθήμασι ξυμφέρεσθαι, καὶ τὸν ἄνω που, καὶ ἐν ὕψει, ξυγκατιέναι τοῖς ταπεινοῖς· οὐ μὴν καὶ ἀνάπαλιν. Ὅθεν δὴ θείαν μὲν φύσιν, εὐεργέτιν οὖσαν, καὶ σώτειραν, καὶ προνοητικὴν τῶν ὄντων, ἀνθρώποις ποτὲ εἰς ὁμιλίαν ἐλθεῖν, οὐδεὶς ἂν ἀπείρων λόγος, ὅρῳ θείας προνοίας (38) καὶ τούτου ξυγκεχωρημένου. « Ἀγαθὸς γὰρ ἦν » κατὰ τὸν Πλάτωνα· « ἀγαθῷ δ' οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς ἐγγίνεται φθόνος (39). » Οὔκουν

CAPUT VI.

Hoc vero quomodo affirmare possim, quibusve rationibus motus, interrogas : accipe igitur. Limites [dantur] naturæ, qui initia, mediumque, et fines universitatis rerum contineant, mensuram et leges rerum omnium, quibus tota hæc machina, mundique totius ædificium absolvitur. Illi [limites] vero lege immutabili scitisque inviolabilibus Providentiæ, omnibus rebus prospicientis, sunt positi, consilii summe sapientis custodes. Non igitur quidquam eorum loco se moveat, ordinemve commutet licet, quæ semel sunt constituta. Atque adeo naturæ lege retinetur quo minus divinum ordinem transiliat, quemcunque audentior subierit, ultra [naturæ leges] eundi, impetus. Non igitur præter naturam, in aquis vivere natus piscis, ubi in terras translatus fuerit, vivere poterit : non terris innutritum animal aquas subibit, constans ibi domicilium sibi ut deligat. Non quisquam eorum qui terræ affixi sunt, magno licet saltu in sublime se tollat, ad aerem usque elevabitur, ut cum aquilis per eum feratur, utut velit cum maxime. Et tamen illis in terram quoque se demittere datum, deorsum inclinantibus virium impetum, et laxantibus alas, suæque indoli vim remittentibus : quoniam et hoc divinis sancitum legibus est, ut ex sublimi id, quod in aere suspenditur, possit descendere : non autem versa vice in altum tolli, quod humi repit terræque affixum degit. Eadem ratione mortale hominum genus, animæ particeps corporisque, limitibus circumscriptum est divinitus. Nec corpore itaque per aerem vehi datum est ipsi, moræ in terra faciendæ pertæso, nisi pœnæ statim stolidîtatis præbere exemplum velit ; neque animo sublatus cogitatione assequi poterit quæ supra eum sunt posita, quin potius in morbum incidet atrabiliorem. Prudenter igitur fecerit sanis pedibus corpus in terra sustinens, animum vero doctrina ac philosophia suffulciens. Optare tamen etiam licebit, ut desuper ex cœlestibus sedibus adjutor subveniat, indeque derivandæ salutis doctor sibi exsistat. Validissimo enim argumento, ad ægrotum accedere medicum fas est, et magistrum discipulo condescendere, et loco superiore atque in sublimi positum ad inferiores sese demittere : non versa vice. Quamobrem

(36) *Σκηρίπτων*. Σκηρίπτεσθαι, ἐπερείδεσθαι ῥάβδῳ ἢ ἄλλῳ τινί, etc. Hesych. Similia legas apud Suidam.

(37) *Ἐῤῥωμ. γάρτοι παραδείγμ.* Sensum esse puto : exemplum medici et ægroti, præceptoris et in disciplinam admissi, satis validum esse ut persuadeat nobis, conveniens esse, ut revelatione nobis sapientia cœlestis subveniat. Οὐ μὴν καὶ ἀνάπαλιν, *non versa autem vice*, ut nos propriis viribus sublimia petamus, altumque sapiamus. Si ad ægrotum enim medicus veniat, ad nos quoque ægrotos medicum venire debere, non nos ad ipsum : si conveniens sit ut magistrum εἰσαγόμενος, ipsius μαθήμασι sit obaudiens · non vero ipsum se doctorem esse stolida opinione præsumat; conveniens etiam esse, ut nos divinæ sapientiæ præceptis obaudiamus, non ipsos veræ scientiæ causam nos esse nobis posse arbitremur. Atque adeo sapientiam et λόγον æternum, quæ sit super omnia, ad nos descendere, non vero ad eam nos subvolare oportere: quæ Pelagio opposita, obscuriora erant in Accioli versione, diligentius proinde paulo a nobis illustranda.

(38) *Οὐδ. ἂν ἀπείρ. λόγος ὅρῳ θ. προνοίας.* Nempe supra dixerat, non posse mutari ὅρῳ θείας προνοίας διατεθειμένα, prudentissimeque facere, qui, viribus naturæ recte utentes, ultra non sapiant. Cætera rationi conveniens esse, *adjutorem* ad veram sapientiam *divinum* exspectare. Et ne divinæ naturæ cum humana conversationem itidem ὅρον προνοίας excedere quis dicat, cum potius ξυγχωρῆσαι *permittere* hoc ostendit.

(39) *Ἀγαθὸς γὰρ ἦν... φθόνος.* Ipsa Platonis verba sunt desumpta ex ejus *Timæo* p. 29. t. III.

Digitized by Google

divinam quidem naturam, ut quæ benefica sit et salutaris, rebusque prospiciat, cum hominibus aliquando conversatam esse, nulla prohibuerit ratio, limitibus divinæ providentiæ subnixa, ut qui et ipsi minime istud prohibeant. **515** « Bonus enim erat » [Deus], ut inquit Plato : « bonum vero nulla rei cujusquam subit invidia. » Non corporum tantum igitur, bonus qui sit, hujus universi gubernator geret curam, verum multo magis etiam animorum, quibus immortalitatis ac dominii concessum est munus. Animis igitur, tanquam totius familiæ, donorumque, quorum largitione naturæ benefaciat, Dominus, eo quod illis recipiendis apti nati sint, radios quasi lucis suæ liberaliter impertietur, apparitorum suorum quandoque maxime sibi conjunctos, in salutem atque adjumentum eorum, qui in terrenis hisce principatum tenent, ablegans. Quorum aliquo si cui bona sua fortuna potiri detur, ille mente purgatus, et mortalis naturæ dissipata caligine, vere divinus censebitur, magnum aliquem deum animo circumferens. Tantus autem qui sit quam non vim exserat! omne humanum genus, ipsumque mundum multo etiam, quam sol iste, magis collustraverit : æternæ divinitatis opus posteris etiam spectandum relinquens temporibus, neque inferius opificiis ex bruta materia factis naturæ divinæ argumentum suppeditans. Atque hactenus quidem natura humana particeps fieri possit naturæ humana excellentioris. Alia vero ratione limites nefas transilire, neque corpus aliis destitutum habentes, ea quæ alis sint peragenda moliri, neque eum, qui homo sit, superioribus competentia naturis temere affectare licet.

A σωμάτων μόνον, ἀγαθὸς ὤν, ὁ τόδε τὸ πᾶν διακυβερνῶν ἐπιμελήσεται, πολὺ πλέον δὲ ψυχῶν, αἷς τὸ ἀθάνατόν τε καὶ αὐτοκρατορικὸν (40) κεχάρισται γέρας. Ταύταις δῆτα (41), οἷα τῆς οἰκονομίας ἁπάσης κύριος ὢν καὶ χαρίτων, ὧν ἂν, δωρούμενος αὐτὰς, εὐεργετοῖ τὴν φύσιν, οὔσαις ἀντιληπτικαῖς, ἀκτῖνας ὥσπερ τοῦ παρ' ἑαυτοῦ φωτὸς δωρήσεται ἀφθόνως· τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἔσθ' ὅτε τοὺς μάλιστα προσεχεῖς ἐς τὴν τῶν ἐπὶ τὰ τῇδε (42) σωτηρίαν τε καὶ ἀντίληψιν ἐκπέμπων. Ὧν εἴ τῳ εὐτυχῆσαι γένοιτο, τὴν διάνοιαν οὗτος ἀποκαθαρθεὶς, καὶ τὴν τῆς θνητότητος ὀπώσκεδάσας ἀχλὺν, θεῖος ἀληθῶς ἀναγραφήσεται, μέγαν τινὰ θεὸν ἀγαλματοφορῶν τῇ ψυχῇ. Κινήσειε δῆτα οἷα τηλικοῦτος (43)! τὸ πάντων ἀνθρώπων γένος, καὶ μᾶλλον ἡλίου τὴν οἰκουμένην καταλάμψειε, τοῦργον τῆς ἀϊδίου θεότητος καὶ ἐς τὸν ἐπιόντα ξυνορᾶσθαι καταλείπων χρόνον, οὐ μεῖον τῶν ἐξ ἀψύχου ὕλης δημιουργημάτων (44) τὸ τῆς ἐνθέου παράδειγμα φύσεως παρεσχημένος. Καὶ ταύτῃ μὲν ἀνθρωπεία φύσις τῇ ὑπὲρ ἀνθρώπων (44*) κοινωνήσαι ἂν· ἄλλως δ' οὐ θέμις τοὺς ὅρους ὑπερβαίνειν, οὐδ' ἄπτερον ἔχοντα τὸ σῶμα, τὰ τῶν πτηνῶν ἐπιτηδεύειν, οὐδ' ἄνθρωπον ὄντα, τὰ τῶν δαιμόνων πολυπραγμονεῖν.

B

CAPUT VII.

[1] Qualem igitur nobis, ista cum ita se habeant, Apollonium sistis, scriptor egregie ? Si ut divinum philosophoque majorem, et, ut verbo absolvam, excellentiore, quam humana sit, natura præditum, fac ut per totam mihi serves historiam hoc quod ponis, atque argumentum divinitatis etiamnum demonstra. Quidni enim absurdissimum fuerit, fabrorum architectorumque, etiam post mortem artificum, longissimo tempore perdurare opus, immor-

[1] ad lib. II.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

C Τί δῆτα ἡμῖν ἐπὶ τούτοις τὸν Ἀπολλώνιον εἰσάγεις, ὦ ξυγγραφεῦ; Εἰ μὲν δὴ θεῖον, καὶ φιλοσόφου κρεῖττονα, τήν τε φύσιν, ἁπλῶς εἰπεῖν, ὑπὲρ ἄνθρωπον, τήρει μοι δι' ὅλης τῆς ἱστορίας τὴν ὑπόθεσιν (45), καὶ τοῦργον εἰσέτι νῦν ἐπιδείκνυθι τῆς θεότητος. Ἡ γὰρ οὐκ ἀτοπώτατον τεκτόνων μὲν καὶ οἰκοδόμων καὶ μετὰ τὴν τῶν δημιουργῶν τελευτὴν ἐπιμήκιστον τοῦργον διαρκεῖν, ἀθάνατόν που σχεῖν τῶν συστησαμένων τὴν μνήμην στηλιτεῦον· θείαν δὲ

(40) *Αὐτοκρατορικόν*. Acciolus verterat *liberæ voluntatis arbitrium*. Nec inepte fortassis τὸ αὐτοκρατορικὸν ad vim animi, qua seipsum κρατεῖ vel κινεῖ.

(41) *Ταύταις δῆτα*. Hæcce periodus, impeditior, expeditissima fit, si naturalem ei ordinem restituamus hoc modo : Ταύταις δῆτα (ψυχαῖς), οὔσαις ἀντιληπτικαῖς, ἀκτῖνας ὥσπερ τοῦ παρ' ἑαυτοῦ φωτὸς δωρήσεται ἀφθόνως, οἷα τῆς οἰκονομίας ἁπάσης καὶ τῶν χαρίτων ὧν κύριος, ὧν ἂν, δωρούμενος αὐτὰς, εὐεργετοῖ τὴν φύσιν, etc.

(42) *Ἐπὶ τὰ τῇδε*. Omittendas voculas ἐπὶ τά olim putabam, ut sensus sit : Deo proximos quandoque mitti salutis causa eorum, qui *hic* in terris degant. Ὑστέραις φροντίσι tamen mihi liquebat scribere Eusebium, ita ut editum est, potuisse. Nam οἱ ἐπὶ τὰ τῇδε sunt *qui rebus hic obviis*, id est in hac terra nostra viventibus præsunt, et dominium in eos exercent, id est humani animi, quibus et paulo antea τὸ αὐτοκρατορικὸν tribuebat. Cæterum videtur mihi in hisce et quæ sequuntur Arianæ impietatis nonnihil delitescere. Fallor enim, an id agit Eusebius, ut Christum Salvatorem μᾶλλον ἡλίου τὴν οἰκουμένην καταλάμψαντα, divinam istam virtutem exseruisse innuat, quod τῶν μάλιστα Θεῷ προσεχῶν τινος ηὐτύχησε. *h. e. quod non ipse quidem deus, sed naturæ cuidem angelicæ, quæ divinæ sit proxima, conjunctus fuerit*, propterea θεῖος ἀληθῶς ἀναγεγραμμένος. Nempe diserte etiam addit sub finem hujus capitis, alia quam ista ratione cum divina natura humanam non posse conjungi, Platonicas scilicet secutus notiones, solis angelis mediatoribus τὸ ἀνθρώπινον cum τῷ θείῳ conciliare posse. D

(43) *Τηλικοῦτος*. Refero ego ad *Deum*, quem ἀγαλματοφορεῖσθαι τῇ ψυχῇ dixerat paulo ante.

(44) *Οὐ μεῖον τῶν ἐξ ἀψύχου ὕλης δημ.* Nempe opera ἀνακτίσεως *novæ creationis* in mentibus hominum, omnino et futuris, ut paulo ante dixerat, perdurant temporibus, nulla æternitate finienda, et creatione materialium rerum tantum præstant, quantum ipsa natura spiritualis materia : ut omnia hic plana esse confidam.

(44*) *Τῇ ὑπὲρ ἀνθρώπων* Interpres legisse videtur τῆς ὑπὲρ ἄνθρωπον. Forte legendum τῇ ὑπὲρ ἄνθρωπον. EDIT.

(45) *Τήρει μοι δι' ὅλ. τ. ἱστορ. τὴν ὑπόθεσιν*. Nempe in sequentibus multa observat Eusebius a Philostrato de Apollonio dicta, quæ in Deum aut humanam naturam supergressum minime quadrent: ideoque si deum esse serio statuat Apollonium, vel saltem homine majorem, ὑπόθεσιν οὐκ ἐτήρησεν.

Digitized by Google

ἄρα φύσιν ἀνθρώποις ἐπιλάμψασαν, σκότιόν που καὶ μινυνθάδιον ἀποτελεῖν, οὐχὶ δὲ ἐς αἰῶνα τὴν ἀρετὴν ἐπιδείκνυσθαι, μὴ ἐς ἕνα τινὰ Δάμιν, ἢ καὶ ἄλλους βραχεῖς πτωχεύουσαν (46) τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐς μυρίων ὅσων ὠφελείας, οὐ τῶν καθ' ὧν ἐγνωρίζετο μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν μετὰ ταῦτα γενησομένων τὴν πάροδον ποιουμένη. Ταύτῃ τοίνυν καὶ τοὺς πάλαι σοφοὺς ζηλωτάς τε καὶ διαδόχους ποιήσασθαι (47) τῆς ἀρετῆς, ἀθάνατον ὡς ἀληθῶς ἀνθρώποις παρεσχημένους τὸ κατόρθωμα. Εἰ δὲ θνητήν θ' ὑπογράφεις τἀνδρὸς τὴν φύσιν, ὅρα μὴ πλέον ἢ προσῆκε ταύτῃ χαριζόμενος, δίκην ἀποίσεις παραλογίας.

talem fere stabiliens auctorum memoriam : divinam vero naturam, homines irradiantem, admittere tenebras, parumque durabilem esse : neque in æternum subsistere virtutem, contentam minime, in Damidem aliquem, aliosque brevis ævi homines pauperem exercuisse liberalitatem, sed in multitudinis hominum infinitæ, non ejus tantum quo inclaruit ævi, verum etiam posthac exstiturorum emolumentum redundantem. Atqui ea ratione antiqui sapientes, virtutis suæ imitatores successoresque sibi paraverunt, immortale humano generi emolumentum præbentes. Quod si mortalem vero naturam ascribas viro, cave ne plus quam ea ferat, illi tribuens, præter rationem egisse accuseris.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

516 CAPUT VIII.

Ἀλλὰ μὴν εἰσῆκται αὐτῷ θεῖος ἄνθρωπος, καὶ θαλαττίου δαίμονος σχῆμά τε καὶ προσωπεῖον ἀπὸ γενέσεως ἀναλαμβάνων. Κυούσῃ γὰρ, ὡς φησι, τῇ αὐτοῦ μητρὶ (48), φάσμα ἦλθε θαλαττίου δαίμονος (49), Πρωτεύς, ὁ παρὰ τῷ Ὁμήρῳ ἐξαλλάττων (50). Ἡ δὲ, οὐδὲν δείσασα, ἤρετο αὐτὸν τί ἀποκυήσοι; Ὁ δὲ, Ἐμὲ, εἶπε. Σὺ δὲ τίς; εἰπούσης· Πρωτεύς, ἔφη, ὁ Αἰγύπτιος. Εἶτα δὲ λειμῶνά τινα, καὶ κύκνους τὴν γυναῖκα μαιεύεσθαι γράφει, ὁπόθεν αὐτὸ τοῦτ' ἐλήφθη (51) μὴ εἰπών. Οὐ γὰρ δὴ καὶ τούτου ὑφηγητὴν Δάμιν τὸν Ἀσσύριον ὑπογράψεται (52). Ἀλλὰ καὶ οὐκ ἐς μακρὸν τῆς αὐτῆς ἱστορίας αὐτῷ Δάμιδι, οἷα δὴ θείας ὄντα φύσεως, τὸν Ἀπολλώνιον εἰσάγει, αὐτὰ δὴ ταῦτα λέγοντα· « Ἐγὼ, ὦ ἑταῖρε, πασῶν τῶν φωνῶν ξυνίημι, μαθὼν οὐδεμίαν· » καὶ, « Μὴ θαυμάσῃς· οἶδα γὰρ καὶ ἃ σιωπῶσιν οἱ ἄνθρωποι. » Καὶ πάλιν ἐν Ἀσκληπιοῦ τιμώμενον (53) πρὸς τοῦ δαίμονος, καὶ πρόγνωσίν (54) τινα καὶ ἀδίδακτον (55) ἔχειν ἐκ παιδὸς, κρείττονά τε ἀτεχνῶς ἀνθρώ-

Atqui omnino ita ab eo virum repræsentatum habemus, ut qui divini sit generis, deique marini formam et speciem ab ipsis natalibus induerit [a]. Matri enim ejus, ut ait, ventrem ferenti, marini Dei oblata est species, Proteus, inquam, apud Homerum alias aliasque figuras induens. Ea vero, nihil perterrita, quid paritura esset eum interrogavit. Is vero, Me, respondit, ipsum. Quis tu autem? interrogante ea : Proteus, ille inquit, Ægyptius [sum]. Tum pratum quoddam et cycnos mulieri obstetriciam operam præstitisse scribit [a], unde hoc ipsum depromptum sit nullo facto indicio. Neque enim [puto] hujus quoque rei auctorem Assyrium Damin allegabit. At et non multo post initia ejus historiæ, ad ipsum Damidem, quasi divinæ particeps sit naturæ, hæcce verba Appollonium proferentem inducit [b] : « Ego, amice, omnes intelligo linguas, licet nullam didicerim : » item : « Noli mirari, nam et quæ silentio homines premunt, novi. »

[a] lib. 1, c. 4. [b] lib. 1, c. 5. [b] lib. 1, c. 19.

(46) *Μὴ ἐς ἕνα τινὰ Δάμιν ... πτωχεύουσαν.* Πτωχεύειν εἴς τινα est mendice et parum liberaliter se adversus aliquem gerere, quem sensum esse phraseos, ab Acciolo, ut multa alia, parum intellectæ, linguæ analogia satis prodit. Πτωχεῦσαι autem ait sapientiam Apollonii divinam, si tanta quidem fuerit, nunc autem nulla ejus amplius vis supersit : quod exigua res et indigna divina virtute videatur, pauculos quosdam unius ætatis homines afficere, imo ne ad ἀκμὴν quidem eos perducere ; Damin enim in medioxumis philosophis, qui cum eo liberaliter egerit, vix censeat. Ut adeo, nisi Eusebii ævo virtutem Apollonii ejusque doctrinæ ellicaciam luculenter tueri liceat, ita ejus ἐνεργείᾳ hominum animi percellantur, ut Christi percellebantur virtute, nihil divini ei inesse sit judicandum. Idque eo magis valere dicit, quod illi quoque philosophi, qui tamen nullam sibi arrogassent divinam virtutem, ad posteros tamen et sectatores propagaverint inventa sua, ut adeo eorum ἀρετῇ minus fuerit πτωχεύουσα, quam Apollonii virtus, res unius ætatis.

(47) *Ποιήσασθαι.* Per enallagen pro ἐποιήσαντο.

(48) *Κυούσῃ γὰρ, ὡς φησι, τῇ αὐτοῦ μητρὶ.* Αὐτόν ex Philostrato pro αὐτοῦ reposui. Holsten.

Male vero : nam apud Philostratum quoque αὐτοῦ legendum, non αὐτόν. Vide *Vit. Ap.*, 1, 4. Præterea apud Philostratum plane alia constructio est, quæ hoc loco non possit obtinere, nisi articulo τῇ deleto, ut monstrosa plane sit Holsteniana lectio. Retinendum puto quod editi habebant, nihil necesse enim in iis mutare quidquam.

(49) *Θαλαττίου δαίμ.* Αἰγυπτίου δαίμονος legebatur ap. Philostr. vid. l. c. Ut nostro θαλαττίου δαίμονος, ita ἁλίοιο γέροντος nomine venit Homero *Odyss.* Δ, vers. 365, 391. Adde vers. 384, ubi γέρων ἅλιος et Ποσειδάωνος ὑποδμῶς dicitur.

(50) *Ὁ παρὰ τ. Ὁμήρ. ἐξαλλάττων. Odyss.* Δ, vers. 456.

(51) *Ἐλήφθη.* Male εἰληφθέν in editis, manifesto error, quem sustulit jam Holstenius.

(52) *Οὐ γὰρ δὴ ... ὑπογράψεται.* Malim ὑπογράφεται. Nam loquitur de facto Philostrati, qui ista ut cætera ex Damide non retulit. Ferri tamen ὑπογράψεται posse putem, ut sensus sit : non sperare Eusebium, Philostratum eam rem a Damide se accepisse affirmaturum. Cum ille rerum tantum scripserit historiam ab Apollonio gestarum, postquam in comitatum ejus ipse adscitus esset : ut observatum Philostrato ipsi, *Vita Apollon.*, 1, 3.

(53) *Τιμώμενον.* Repetendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ verbum εἰσάγειν quod præcessit.

(54) *Πρόγνωσιν.* Ejus rei per totam Apollonii historiam sparsa argumenta lib. 1. Videri potest cap. 2 et 12, sub fin., it. cap. 22.

(55) *Ἀδίδακτον.* Respicit ad paulo ante allegata ex cap. 19. Nam alias et c. 20 et sqq. varii Apollonii præceptores referuntur, quorum et paulo post apud nostrum mentio.

Digitized by Google

Et rursum [8] in Æsculapii templo a Deo honorifice eum habitum [ait]; et rerum futurarum scientiam, sine institutione a puero habuisse : humanaque manifeste excellentiorem **517** nactum indolem esse, statim ab ipsis natalibus, per totam quoque historiam scribit. Cumque adeo vinculis se aliquando exsolvisset, sequentia subjungit verba [9] : « Tum primum se, Damis, penitius, ait, Apollonii indolem perspexisse, nempe divina quod esset, et humana excellentior. Neque enim sacris peractis, (quomodo id enim in custodia potuisset ?) neque precationibus usum, neque verbulum emittentem, vincula eum ludibrio habuisse. » Sub finem vero historiæ [7], nusquam gentium sepulcrum ejus inveniri scribit, ipsoque corpore in cœlum eum inter choreas abiisse [8]. Merito eum igitur, quippe tantus qui sit, « magis divine quam Pythagoras, Empedoclesque et Plato, ad philosophiam ait accessisse [9]. » In deorum itaque censum nobis veniat homo.

A

CAPUT IX.

Absit invidia quoque a linguarum omnium, quæ sponte ei venit nulloque præeunte magistro, cognitione [10]. Ad quid igitur in scholam eum deducit [11], atque illi qui nullam edoctus est linguam detrahit, quasi usu et exercitio non vero natura Atticam eloquentiam sit assecutus? Nempe ait, « ad ætatem ubi pervenisset, litterarum doctrinam eum et memoriæ vim studiique pertinaciam patefecisse, et lingua esse Attica usum. » Item : « Annos natus XIV, Tarsum a parente deductus est ad Euthydemum, Phœnicia oriundum, qui rhetor bonus erat illumque instituit : eumque ille amplectebatur magistrum. » Porro : « Cum illo philosophiæ vacabant Platonis et Chrysippi sectatores, et Peripatetici. Quinetiam Epicuri dogmata audivit : neque enim ista neglexit. Pythagorica vero ineffabili quadam mentis vi comprehendit. » Tam varia, qui nullum linguæ ullius magistrum habuit, divinaque virtute, etiam quæ silentio premunt homines, ante animadvertit [12], usus tamen institutione fuit.

B

C

518 CAPUT X.

Philostratus vero, rursus interjectis quibusdam, eum extollit, quod ad magnam linguæ brutorum animantium cognitionem pervenerit ; pergitque dicendo [13] : « Cognitionem etiam linguæ brutorum

[8] lib. I, c. 9. [9] lib. VII, c. 38. [7] lib. VIII, 31. [10] lib. I, c. 7. [12] lib. I, c. 19. [13] lib. I, c. 20.

(56-57) *Μηδὲ εὐξάμενον μηδὲ εἰπόντα τι.* Apud Philostr. legitur μηδ' εὐξάμενόν τι μηδὲ εἰπόντα.

(58) *Ἐς διδασκάλου ἄγει.* Subint. φροντιστήριον vel tale quid, nota et frequentissima Græcis ellipsi, apud Philostratum identidem observata. Respicit autem ad Euthydemi scholam, in qua eloquentiæ studiis operatus est Apollonius, referente Philostrato.

(59) *Γράμματά τε.* Philostrati editi habebant ἐν ᾗ γράμματα omisso τε, quod plane alium sensum facit : nempe Apollonium ad ætatem provectum, qua institui litteris juvenes solent memoriæ vim et cæterarum virtutum, quas ad *intellectum* referunt, argumenta dedisse.

(60) *Αὐτῷ.* Omittitur apud Philostratum hoc pronomen.

D

(61) *Διήκουε.* Apud Philostr. est διήκουσε.

(62) *Τοὺς δὲ Πυθ.* Apud Philostr. est τοὺς δέ τε Πυθ., pro quo in codd. mss. legebatur τοὺς δέ γε.

(63) *Σοφίᾳ.* Philostrati editi male, φιλοσοφίᾳ.

(64) *Διαλιπὼν αὐθις, αὐτὸν θαυμ.* Male lurata in editis distinctio nonnihil obscuritatis his offundebat. Nempe minus commode illi : Διαλιπὼν αὖθις αὐτὸν, θαυμάσει.

(65) *Καὶ ἐς ξύνεσιν δέ.* Particulæ καί et δέ apud Philostr. desiderantur.

(66) *Ἔμαθε.* Editi καὶ ἔμαθε. Omisi καί quod apud Philostratum quoque omissum deprehendebam.

(67) *Διὰ τῶν Ἀράβων.* Philostr., διὰ τουτωνὶ τῶν Ἀραβίων

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Καὶ ὁ φθόνος ἀπέστω τῆς τῶν φωνῶν ἁπασῶν αὐτοφυοῦς καὶ αὐτοδιδάκτου ξυνέσεως. Τί δῆτα οὖν ἐς διδασκάλου ἄγει (58) αὐτὸν, καὶ τὸν μηδεμίαν φωνὴν μεμαθηκότα διαβάλλει, ὡς ἂν ἐξ ἀσκήσεως καὶ μελέτης, ἀλλ' οὐκ ἐκ φύσεως Ἀττικὸν γενόμενον τὴν γλῶτταν; Φησὶ γὰρ, ὡς, « προϊὼν ἐς ἡλικίαν, γράμματά τε (59) καὶ μνήμης ἰσχὺν ἐδήλου, καὶ μελέτης κράτος· καὶ ἡ γλῶττα αὐτῷ (60) Ἀττικῶς εἶχε. » Καὶ « Γεγονότα δὲ αὐτὸν ἔτη τεσσαρεσκαίδεκα, ἄγει ἐς Ταρσοὺς ὁ πατὴρ, παρ' Εὐθύδημον τὸν ἐκ Φοινίκης, ὃς ῥήτωρ τε ἀγαθὸς ἦν, καὶ ἐπαίδευε τοῦτον· ὁ δὲ τοῦ διδασκάλου εἶχετο· » εἶτα· « Ξυνεφιλοσόφουν αὐτῷ Πλατώνειοί τε καὶ Χρυσίππειοι, καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ Περιπάτου. Διήκουε (61) δὲ καὶ τῶν Ἐπικούρου λόγων· οὐδὲ γὰρ τούτους ἀπεσπούδαζε. Τοὺς δὲ Πυθαγορείους (62) ἀῤῥήτῳ τινὶ σοφίᾳ (63) ξυνελάμβανε. » Τοσαῦτα ὁ μηδεμίαν μαθὼν φωνὴν, θείᾳ τε δυνάμει, « ἃ καὶ σιωπῶσιν ἄνθρωποι » προλαβὼν, ἐξεπαιδεύετο.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Ὁ δὲ, διαλιπὼν αὖθις, αὐτὸν θαυμάζει (64) ἐς ὅσον ξυνέσεως τῆς τῶν ζώων φωνῆς ἦλθε· καὶ ἐπιφέρει λέγων· « Καὶ ἐς ξύνεσιν δὲ (65) τῆς τῶν ζώων φωνῆς ἦλθε. Ἔμαθε (66) δὲ τοῦτο διὰ τῶν Ἀράβων (67)

[8] lib. VIII, 30. [9] lib. I, c. 2. [10] lib. I, c. 19.

Digitized by Google

πρευόμενος, ἄριστα γιγνωσκόντων τε καὶ πραττόντων αὐτό (68). Ἔστι γὰρ τῶν Ἀραβίων κύκνων ἤδη καὶ ὀρνίθων (69) μαντευομένων ἀκούειν, ὁπόσα οἱ χρησμοί. Ξυμβάλλονται δὲ τῶν ἀλόγων, σιτούμενοι τῶν δρακόντων οἱ μὲν καρδίαν, φασίν, οἱ δὲ ἧπαρ. » Ἐνταῦθα πάντως που δρακόντων καρδίας δήπου καὶ ἥπατος τὸν Πυθαγόρειον, ἐμψύχων τε τροφῆς ἀπεχόμενον, καὶ μηδὲ θύειν δαίμοσιν ἐπιτολμῶντα, εἰκὸς ἦν ἀπογεύσασθαι, ὡς ἂν καὶ τῆς παρὰ τούτοις κοινωνήσοι σοφίας. Πρὸς γὰρ τοιῶνδε διδασκομένων πῶς ἂν ἄλλως, μὴ οὐχὶ τὰ ὅμοια τοῖς διδασκάλοις ζηλώσαντι, κατωρθωῦτο τὸ ἐπιτήδευμα; Ἔχομεν δὴ οὖν πρὸς τοῖς καταλελεγμένοις (70) καὶ τοὺς Ἀράβων σοφοὺς διδασκάλους τῆς κατὰ τὴν οἰωνιστικὴν τάνδρὸς ἐπιστήμης· ἀφ' ἧς εἰκότως ὁρμώμενος, ὕστερόν ποτε τὸν στρουθὸν, ὅ τι καὶ βούλοιτο, ξυγκαλῶν τοὺς ἑταίρους ἐπὶ τροφὴν, προειπὼν, θαῦμα μέγιστον παρέχειν ἔδοξε τοῖς παροῦσι. Ταύτῃ δὴ καὶ τὴν ἀπεσφαγμένην ὄσον οὔπω λέαιναν ἅμα τοῖς ὀκτὼ σκύμνοις κατὰ τὴν Ἀσσυρίων ὁδὸν θεασάμενος, αὐτίκα, τῷ μαθήματι ξυμβαλὼν, τῆς ἐσομένης αὐτῷ παρὰ Πέρσαις διατριβῆς τὸν χρόνον ἐμαντεύσατο.

animantium sibi comparavit. Id vero didicit, dum per istos Arabiæ populos iter faceret, qui et scientia et usu ejus rei maxime pollebant. Est enim hoc Arabum, ut cycnos bodienum, aliasque fatidicas aves scisciteutur perinde atque oracula. Conjiciunt vero brutas voces draconum pasti, ut alii putant, corde, ut alii, hepate. » Hic nempe omnino draconum, sive cor, sive hepar Pythagoricum illum, a victu abhorrentem animantium, et ne diis quidem sanguine rem sacram facere sustinentem, verosimile est comedisse, quo scilicet in sapientiæ gentis istius partes ipse quoque veniret. Apud magistros enim ejusmodi, qua alia ratione, nisi eadem quæ præceptores sequendo, in instituto suo proficere potuisset? Tenemus igitur inter Apollonii præceptores, quorum catalogum dedimus, Arabum etiam sapientes, artis auguralis, qua ipse præstabat, doctores : cujus, ut verosimile est, adjumento, postea aliquando de passerculo [14], quid sibi velit, dum socios ad pastum invitaret, vaticinatus, rem maxime mirandam præstare præsentibus omnibus est visus. Similiter, cæsam modo leænam, una cum octo catulis, in itinere per Assyriam conspicatum, illico, ex isto conjecturam faciens [15] documento, faciendæ sibi apud Persas moræ tempus prædixit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ἀκόλουθα δὲ τῇ παρὰ τοῖς Ἀραβίοις φοιτήσει ἐγχειρεῖν αὐτὸν καὶ παρὰ Πέρσαις ὁ αὐτὸς ξυγγραφεὺς ἱστορεῖ. Τῷ γάρ τοι Δάμιδι, ὃς μόνος φοιτητὴς ἦν αὐτῷ καὶ ἑταῖρος, ἀπαγορεύσας (71) παρὰ τοὺς μάγους ἰέναι, μόνος αὐτὸς, ὡς ἂν μὴ μετ' ἀγνώμονος ἐλαδῇ τὰ τῆς μαγείας μανθάνοι, μεσημβρίας τε, ὡς ἀμφὶ μέσας νύκτας, τὰς μετ' αὐτῶν ἐποιεῖτο σχολάς. Ἔτι δὲ Οὐαρδάνῃ Βαβυλωνίῳ ἐς λόγους ἐλθόντα βασιλεῖ, ὧδέ πως λέγειν αὐτὸν παρατίθεται· « Σοφία δέ μοι Πυθαγόρου, Σαμίου ἀνδρὸς, ἃς θεοὺς θεραπεύειν (72) ὧδέ με ἐδιδάξατο, ὡς (73) ξυνιέναι σφῶν ὁρωμένων τε καὶ οὐχ ὁρωμένων· φοιτᾷν τε ἐς διαλέξεις θεῶν. » Τίς δ' αὐτῷ ταῦτα ξυγχωρήσειεν; ὅτε Πυθαγόρᾳ μὲν οὐδεμία τις τοιαύτη καταλέλειπται γραφὴ, οὐδ' ἀπόῤῥητά τινα ξυγγράμματα (74), ὡς κἂν ὑπονοῆσαι αὐτὸν ἐξ ἐκείνων ὁρμᾶσθαι· ὁ δέ γε διδάσκαλος αὐτῷ τῆς κατὰ Πυθαγόραν φιλοσοφίας οὐδέν τι διαφέρειν τῶν Ἐπικουρείων πρὸς αὐτοῦ μεμαρ-

519 CAPUT XI.

Consentanea autem disciplinæ apud Arabes, apud Persas quoque aggressum eum fuisse, idem auctor commemorat. Damidem enim, qui solus ipsi erat discipulus sociusque, prohibens ad magos accessu [16], solus ipse, (eam ob causam scilicet, ne illum, quem planissime liquebat rerum magicarum penitus esse imperitum, condiscipulum haberet,) circa meridiem, uti et circa medias noctes, eorum scholas obivit. Prætereaque ad Bardanis Babylonii regis admissum colloquium, his fere verbis usum eum fuisse [Philostratus] refert [17] : « Sapientiam autem amplector Pythagoræ Samii, qui et colere deos me ita docuit, ut mente eos complectar, sive videndos se præbeant sive minus, pariter, atque in colloquia cum diis descendam. » Sed enim quis hoc illi concesserit? Cum Pythagoras ejus generis scriptum reliquerit nullum, neque aliquod scriptum ejus exstet arcanum magis, ut vel suspicari liceat talibus eum sub-

[14] lib. IV, c. 2. [15] lib. I, c. 22. [16] lib. I, c. 26. [17] lib. I, 32.

(68) *Γιγνωσκ. τε καὶ πραττ. αὐτό.* Philostr., γιγνωσκόντων τε αὐτὸ καὶ πραττόντων, quod elegans magis mihi videtur.

(69) *Κύκνων ἤδη καὶ ὀρνίθ.* Philostr., ἤδη κοινὸν, ὀρνίθων, etc., quod magis mihi probatur. Nam et post speciem genus nominari non adeo conveniens, et cycni inter augurales aves non adeo celebres, imo *corvorum* ea in re celebrior opera apud Arabes, ut observatum Porphyrio *De abst.*, lib. III, p. 104.

(70) *Ἔχομεν δὴ οὖν πρ. τ. καταλελ.* Hæc eo spectant, quod ista de Arabibus narratione contradicat sibi ipsi Philostratus, cum alibi sapientiam Apollonii αὐτοδίδακτον esse statuat. Quod paulo ante ei exprobratum, c. 9.

(71) *Ἀπαγορεύσας.* Ita legendum esse sole clarius, si locum Philostrati conferas, firmantque hanc lectionem sequentia : ὡς ἂν μὴ μετ' ἀγνώμονος etc. Quorum nullus esse potest sensus, si retineamus lectionem depravatam editorum qui habent ἀπαγορεύσαντι.

(72) *Θεοὺς θεραπεύειν.* Philostratus omittit particulam τε quam hic insertam habent edita Eusebiana, melius eam ego quoque omitti putem, illi τε enim nihil respondet, et sequentia duo cola inter se rectius illa particula junguntur, tanquam partes continentia cultus, quem a Pythagoræ sapientia se accepisse ait.

(73) *Ὡς.* Philostr. habet *καί*.

(74) *Ἀπόῤῥητά τινα ξυγγράμματα.* H. e. scripta variis involucris sensum involventia, ut solebant symbolis suis uti ad tegendas reconditas doctrinas illi philosophi, symbolicam imitati Ægyptiorum sapientiam passim.

Digitized by Google

sidiis usum. Imo magister, quo ille in Pythagorica philosophia usus est, nihil Epicureis fuisse melior, ipsius Philostrati testimonio perhibetur, ita loquentis[18] : « Præceptor quidem Pythagoricæ disciplinæ ei fuit, bonæ minime frugis, neque opera pariter ac verbis philosophatus, ventrique et Veneri deditus, et ad Epicuri disciplinam compositus. Isque Euxenus erat, Heraclea in Ponto oriundus, Pythagoræ autem sententias ita noverat, sicut aves ea, quæ ab hominibus edocentur. » Vah absurditatem! si ab hoc quispiam affirmet conversandi cum diis peritiam Apollonium accepisse. Verum concedamus alios quoque eum audivisse [Pythagoræ] interpretes, tametsi noster historicus ejus rei ne minimum quidem indicium faciat : at quis eorum cognoscere deos, eorumque commerciis frui, sive videndos se præbeant sive minus, vel ipsum se a Pythagora edoctum, vel alios docere posse professus est? Atqui ne celebratissimus Plato quidem magis quam alius quisquam Pythagoricæ particeps philosophiæ : neque Archytas, neque ipse, qui Pythagoræ familiares sermones litteris mandavit, Philolaus, neque alii, si qui sunt ex viri illius familiaribus, qui sententias illius atque dogmata litteris posteritati consignarunt, talem unquam sapientiam jactavere. Aliunde igitur, neque a Pythagora vero, talia edoctus, illo prætextu auctoritatem quærens, a philosophi illius nomine appellari voluit. Ut autem vel maxime, præter omnem rationem, mendacium illud verum esse aliquis concedat; non video tamen, quo pacto ab ipso dicere possit Samio illo, qui plurimos ante annos vivis excessit, ista sese accepisse. Ergo Arabibus hunc quoque doctorem ejus arcanæ, quæ putatur, de diis scientiæ fas erit accensere. Si divinæ ergo indolis fuit; historia magistros ei perperam affinxisse deprehenditur. Sin ea verax narratio est, falsa erit fabula, neque verum, quod de ejus divinitate est scriptum.

τύρηται τοῦ Φιλοστράτου, ὧδέ πως εἰρηκότος · « Διδάσκαλος μὲν ἦν (75) αὐτῷ τῶν Πυθαγόρου λόγων οὐ πάνυ σπουδαῖος, οὐδ' ἐνεργῷ τῇ φιλοσοφίᾳ χρώμενος, γαστρός τε ἥττων (76) καὶ Ἀφροδισίων· καὶ κατὰ τὸν Ἐπίκουρον ἐσχημάτιστο. Ἦν δὲ οὗτος Εὔξενος, ὁ ἐξ Ἡρακλείας (77) τοῦ Πόντου. Τὰς δὲ Πυθαγόρου γνώμας (78) ἐγίγνωσκεν, ὥσπερ οἱ ὄρνιθες ἃ μανθάνουσι παρὰ τῶν ἀνθρώπων. » Φεῦ τῆς ἀτοπίας! εἰ παρὰ τούτου λέγοι τις τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς διαλέξεως τὴν ξύνεσιν αὐτὸν εἰληφέναι. Ἀλλὰ δὴ ξυγχεχωρήσθω καὶ ἑτέρων ὑφηγητῶν αὐτὸν ἀκηκοέναι· καίτοιγε τοῦ ξυγγραφέως τοῦτο μηδαμῶς ἐπισημηναμένου· τίς δὴ οὖν τούτων ξύνεσίν τε καὶ φοίτησιν θεῶν, ὁρωμένων καὶ οὐχ ὁρωμένων, αὐτός τε ὡς ὑπὸ Πυθαγόρου εἰδέναι, διδάσκεσθαί τε ἑτέρους ἐπηγγέλλετο; Καὶ μὴν οὐδ' ὁ περιβόητος Πλάτων, πάντων γε μᾶλλον τῆς Πυθαγόρου κεκοινωνηκὼς φιλοσοφίας, οὔτ' Ἀρχύτας (79), οὔτ' αὐτὸς ἐκεῖνος, ὁ τὰς Πυθαγόρου γραφῇ παραδοὺς ὁμιλίας, Φιλόλαος (80), οὐδ' εἴ τινες ἄλλοι γνώριμοι τἀνδρὸς γεγονότες, οἳ δόξας τε αὐτοῦ καὶ γνώμας γραφῇ τοῖς μετ' αὐτοῦ(80') παραδεδώκασιν, ἐπὶ τοιαύτῃ τινὶ ἐσεμνύναντο σοφίᾳ. Οὐκοῦν ἑτέρωθεν, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ Πυθαγόρου, τὰ τοιάδε μαθών, προσχήματι σεμνologῶν, ἐπιγράφεται τὴν τοῦ φιλοσόφου πρόσρησιν. Ἵνα δὲ καὶ παραλογώτατα τὸ ψεῦδος (81) ὡς ἀληθές τις γεγονέναι ξυγχωρήσειεν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐξ αὐτοῦ λέγων (82) ἐκείνου τοῦ Σαμίου, πρὸ μυρίων ὅσων ἐτῶν ἐξ ἀνθρώπων γενομένου, τὰ περὶ τούτων αὐτὸν μεμαθηκέναι. Οὐκοῦν πρὸς τοῖς Ἀραβίοις καὶ τοῦτον διδάσκαλον αὐτοῦ τῆς δὴ νομιζομένης ἀπορρήτου περὶ θεῶν ἐπιστήμης ἐπιγραπτέον. Εἰ δὴ οὖν θείας ἦν φύσεως, κατέψευσται αὐτοῦ τοὺς διδασκάλους ὁ λόγος. Εἰ δ' ἀληθὴς ἦν οὗτος, ψευδὴς ἦν ὁ μῦθος, καὶ οὐκ ἀληθὴς ἡ περὶ τοῦ θεῖον γεγονέναι αὐτὸν γραφή.

520 CAPUT XII.

Non mihi est animus diligentius de Protei spe-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Οὕπω μοι τοῦ Πρωτέως τὸ φάσμα πολυπραγμο-

[18] lib. I, c. 7.

(75) *Μὲν ἦν*. Philostr. habet μὲν γὰρ ἦν.

(76) *Γαστρός τε ἥττων*. Philostr., Γαστρός τε γὰρ ἥττων ἦν.

(77) *Ὁ ἐξ Ἡρακλείας*. Ἐξ omissum, restitui ex Philostrato.

(78) *Γνώμας*. Philostr., δόξας.

(79) *Ἀρχύτας*. Uter vero? nam duo fuisse videntur in Pythagoræ διαδοχῇ. Alter qui ipsum audivit Pythagoram, Jamblich. l. I, c. 23, Μαθητεύσαντες τῷ Πυθαγόρᾳ πρεσβύτῃ νέοι Φιλόλαος, καὶ Εὔρυτος, καὶ Ἀρχύτας τε ὁ πρεσβύτερος. Illeque Philolai magister, ut apud Diogenem est, qui Philolaus primus Pythagorica dogmata scriptis prodidit. Ut posterioris Archytæ alicujus esse oporteat, si quæ sint Pythagorica scripta. Posterioris meminisse videtur apud Photium Anonymus, ἔννατον ἀπὸ Πυθαγόρου διάδοχον Πλάτωνα γεγονέναι Ἀρχύτου πρεσβυτέρου μαθητήν inquiens. Ut Archytam illum octavum in ea successione fuisse oporteat, juniorem priore, quem ipsi Pythagoræ Tarenti successisse dicit Jamblichus. Quamobrem apud Photium νεωτέρου pro πρεσβυτέρου legi malim. Sane ipse Philostratus hic Archytæ Philolaum, tanquam posteriori priorem, opponere videtur. Junioris vero Archytæ vitam Diogenes scripsit. Scriptaque ejus varia, ad quæ hic digitum intendit Eusebius, habes apud Menagium ad Diogen. Laert. lib. VIII, s. 80. quibus addendus videtur liber *Περὶ παίδων ἀγωγῆς*, ipsi Philostrato allegatus, lib. VI *De vita Apollon.*, c. 31.

(80) *Γραφῇ παραδοὺς ὁμιλ.*, *Φιλόλαος*. Simile hoc opus fuisse videtur Epicteticis Arriani dissertationibus, quales Pythagoræ dissertationes scripsit quoque Moderatus Gaditanus. V. Stephanus Γάδειρα· οὕτω τὰ πέντε βιβλία ἐπιγέγραπται τῶν Πυθαγορικῶν σχολῶν Μοδεράτου Γαδειρέως. Cæterum primus Philolaus fuit, qui Pythagorica publicavit : Diogen., lib. VIII, s. 85, Μέχρι δὲ Φιλολάου οὐκ ἦν τι γνῶναι Πυθαγόρειον δόγμα.

(80') *Μετ' αὐτοῦ*. Forte legendum αὐτόν, ut et interpres legisse videtur. EDIT.

(81) *Τὸ ψεῦδος*. Quasi nempe Pythagorica illa sint et a Pythagoreis accepta.

(82) *Λέγων*. Subint. ἐστί, h. e. λέγει. Cæterum κατὰ τὸ ῥητόν verbis supra allegatis dicit Apollonius Σοφία μοι Πυθαγόρου, ὃς θεοὺς θεραπεύειν ὧδέ με ἐδίδαξατο, quæ tamen an satis æque ac dextre interpretetur Eusebius, ut alia plura, hic quidem disquirendi locus non est.

Digitized by Google

νεῖν ἔπειτα, καὶ τὴν περὶ τούτου πίστιν αἰτεῖν, οὐδὲ τῶν παρ' αὐτῷ κύκνων τὰς ἀποδείξεις, οὓς γελοίως τίκτουσαν αὐτὸν τὴν μητέρα καὶ περιστῆσαι (83), καὶ μαιοῦσθαι ἱστορεῖ. Ἀλλ' οὐδὲ περὶ τοῦ σκηπτοῦ (84) μυθολογίας τὸν μάρτυρα παρέχειν ἀξιῶ. Οὐ γὰρ δὴ καὶ τούτων, ὡς ἔφη, Δάμις ἡμῖν ξυνίστωρ (85) ἀφῖξεται, μακρῷ ὕστερον ἐν Νίνῳ τῆς Ἀσσυρίας τάνδρὶ ξυνάψας. Ἐγὼ μὲν οὖν εὖ μάλα προθύμως τοῖς εἰκόσι τε καὶ ἀληθείας ἐχομένοις πειθόμενος, εἰ καὶ μείζονά τινα καθ' ὑπερβολὴν ἐς ἔπαινον ἀνδρὸς ἀγαθοῦ λέγοιτ' ἄν, πιστὰ καὶ παραδεκτέα εἶναί μοι δοκῶ, ὅτι μὴ μόνα τὰ τερατώδη καὶ λήρου πλέα. Οὔκουν φθονείην, εἴ φησιν ὁ ξυγγραφεὺς γένος τε ἀρχαῖον, καὶ τῶν οἰκιστῶν ἀνημμένον τῷ ἀνδρὶ γεγονέναι· καὶ πλουτῶν εἰ οὕτως ἔτυχεν ὑπὲρ τοὺς ἐγχωρίους ἅπαντας· διδασκάλων τε, νέον ὄντα, οὐ μόνον τῶν δεδηλωμένων τυχεῖν, ἀλλ', εἰ δοκεῖ, καὶ τούτων (86) αὐτὸν διδάσκαλον καὶ καθηγητὴν γεγονέναι. Ἔστω δ' ἐπὶ τούτοις ἐντρεχὴς καὶ τὰ κοινά, ὡς τὸν ἐς Ἀσκληπιοῦ θεραπείας χάριν ἀφιγμένον, διὰ γνώμης ἀρίστης ἀπαλλάξαι τῆς ἀῤῥωστίας. Νοσοῦντι γὰρ δὴ ὑδέρου πάθει, κατάλληλον ἐγκρατείας ὑποθέσθαι δίαιταν τῷ κάμνοντι, καὶ ταύτῃ αὐτὸν ὑγιᾶ καταστῆσαι, καὶ τούτῳ γε τῆς φρονήσεως ἀποδεκτὸν τὸ μειράκιον. Καὶ ὡς τὸν πολυτελῶς (87) θύειν παρεσκευασμένον εἶρξεν, οἷα εἰκὸς ἐπὶ κακίᾳ διαβεβοημένον· καὶ γὰρ δὴ καὶ τῶν ἐγχωρίων ἁπάντων πλουσιώτατόν τε καὶ περιφανέστατον αὐτὸν ὑποτίθεται. Καὶ ἐν σώφροσι δ' αὐτὸν φθόνος οὐδεὶς ἀναγράφειν, ὅτι τε πρὸς τὸν ἐραστὴν, πειρώμενον αὐτοῦ τῆς ὥρας, διελοιδορήσατο, καὶ γυναικείας ὅτι καθαρὸν ἑαυτὸν μίξεως διὰ τέλους, ὡς ὁ λόγος φησὶν, ἤγαγε. Πιστὰ δ' ἔστω καὶ τὰ τῆς πενταετοῦς κατὰ Πυθαγόραν σιωπῆς αὐτοῦ, καὶ τὰ, ὅπως ταύτην διήνυσεν, ἐπαίνου ἄξια. Ταῦτα δὴ, καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀνθρώπινα, καὶ ὡς ἀληθῶς φιλοσοφίας καὶ ἀληθείας οὐ πόῤῥω, δέχοιμ' ἄν, περὶ πολλοῦ τὸ εὔγνωμόν τε καὶ φιλάληθες τιμώμενος. Τό γέ τοι κρεῖττον ἀνθρώπου τὴν φύσιν ὑποτίθεσθαι, καὶ παρὰ πόδας (89) ἐναντιολογεῖν, τῆς τε δοθείσης ἀμνημονεῖν ὑποθέσεως, ἔχειν ψόγον ἄν, καὶ διαβολὴν αὐτῷ τε τῷ γράφοντι, καὶ πολὺ πρότερον τῷ γραφομένῳ, περιάψειν ἡγοῦμαι.

ctro [19] inquirere, ejusque argumenta ut edat postulare, ut item, de cycnis quæ habet [20], probet, quos ridicule matrem ejus, ipsum jam parientem, circumstetisse, eique obstetriciam præstitisse operam narrat. Imo neque ut fabulæ [21] de fulmine testem producat expeto. Neque enim istorum etiam conscius Damis, ad quem provocavit, nobis prodibit, qui diu post demum Nini, Assyriæ urbe, viro se adjunxit. Nempe ego quidem lubentissime probabilibus rebus, et ad verum propius accedentibus fidem habens, licet etiam quædam magnifice magis, per exaggerationem, ad commendationem viri boni afferantur, ea credenda esse amplectendaque mihi persuadeo, modo ne monstrosa sint plane, et stolidis figmentis referta. Neque adeo invideam, quod dicat historicus, genus esse viro antiquum [22], et quod in primos conditores [patriæ] desinat. Quod item civium omnium ditissimum licat fuisse: præceptoresque [23] adolescentem non clarissimos tantum esse nactum, verum etiam, si ita placeat, eorum ipsum magistrum exstitisse atque doctorem. Esto autem præterea, etiam in rebus [ordinariis et] vulgaribus sagax: ita ut ad Asclepieum medicinæ causa accedentem [24], optimo consilio ab ægritudine liberarit (Aquæ intercutis enim morbo laboranti, convenientem ægro in victu temperantiam quod præceperit, eumque adeo restituerit sanitati, ob hoc quoque prudentiæ [argumentum] laudandus adolescens); ita [porro in rebus vulgaribus sagax sit] ut et magnifice sacris operantem abegerit [25], quippe affatim ob vitia famosum (nempe hominem ut regionis illius maxime divitem repræsentat, maximeque conspicuum); neque invideam in castissimis eum censeri, quodque amantem [26], ætatem ejus corrumpere tentantem, objurgatum repulerit; quod item a muliebri commercio puram semper, ut historia refert [27], vitam egerit. Fidem etiam inveniant, quæ ad [observatum] ipsi juxta Pythagoræ instituta quinquennio silentium spectant [28], et quidquid, dum illud obivit, laude fecit dignum. Hæc, inquam, et quidquid ejus est generis, humanam sortem non excedentia, **521** et veræ philosophiæ consentanea, neque nimis ab ipsa veritate aliena, non invitus admiserim; magni sane candorem faciens, et studium veritatis. At vero hominis illius indolem humana majorem fingere, statimque sibi ipsi contradicere, et parum memorem esse antea positorum,

[19] lib. I, c. 4. [20] lib. II, c. 5. [21] ibid. [22] lib. I, c. 4. [23] lib. I, c. 3. [24] lib. I, c. 9. [25] lib. I, c. 19. [26] lib. I, c. 12. [27] lib. I, c. 13. [28] lib. I, c. 14 et 16.

(83) *Περιστῆσαι*. Restituenda ex Philostrato vox fuit, quæ exciderat in editis.

(84) *Τοῦ σκηπτοῦ*. Legendum τοῦ σκηπτοῦ, ut ex Reg. ms. et Philostrato emendaram. HOLSTEN. Nempe in Eusebii editis inepte scriptum erat περὶ τοὺς κήπους.

(85) *Ξυνίστωρ*. Ξυνίστωρ reposui pro ξὺν ἵστρῳ (quod erat in prioribus editionibus) sententia flagitante HOLSTEN.

(86) *Τούτων*. Sic restitui pro τοῦτον, postulante sententia, et ipsa historia Philostrati concinente, qui Euxeno, magistro in Pythagorica sapientia suo, longe superiorem fuisse discipulum Apollonium dicit.

(87) *Καὶ ὡς τὸν πολυτ.* Suspenditur oratio per particulam ὡς a superioribus, ἔστω δ' ἐπὶ τούτοις ἐντρεχὴς καὶ τὰ κοινά, ὩΣ τὸν Ἀσκληπιοῦ ἀφιγμένον ἀπαλλάξαι τῆς ἀῤῥωστίας... καὶ ὩΣ τὸν πολυτ. etc.

(88) *Καὶ γ. δ. καὶ τ. ἐγχωρ. ἀπ. πλουσ.* Qualium scelera facilius in vulgus emanare solent, ut adeo Apollonius sine divina scientia, ex fama, quæ ad hominem istum spectabant, potuerit resciscere.

(89) *Παρὰ πόδας*. Ita Reg. cod. pro edito παραδόσας, quod nauci est. HOLSTEN. Hanc lectionem et ipse probo; suspicatus olim fueram, παραδόξως legendum esse.

Digitized by Google

id reprehensionem mereri, atque tum ipsi scriptori tum multo etiam magis ei, de quo scribit, turpitudinem afferre arbitror.

CAPUT XIII.

Atque hæc quidem sunt, quæ ex primo libro [observanda fuere]. Percurramus ea etiam quæ in secundo occurrunt. [89] Itinere ex Perside in Indiam eum porro prosecuta [historia] deducit. Deinde cum aliquid ei obvenisset plane absonum, hoc est insolitum, dæmon scilicet aliquis, quem Empusam quoque appellat [90]: eum in via ubi esset conspicatus, conviciis juxta cum sociis abegisse, narrat. Animantibus vero eis, quibus vescerentur, oblatis [91], ad Damin dixisse, se quidem ipsi et sociis concedere non illibenter ut carnibus vescantur: abstinentiam enim ab iis ad nullam eorum spectare utilitatem: sibi autem hoc conducere ad votum, quod puer fecerit philosophiæ. At vero cui incredibile non videatur, quod ne eum quidem, quem unum habere vitæ imitatorem, præceptisque philosophiæ quem instituebat, non prohibuerit, conjunctissimum licet, victu animantium, quippe impurus qui esset juxta Pythagoræ instituta. At ipse, nescio qua ratione ductus, sibi quidem id minus expedire ait: illis tamen quid ex abstinentia ab animantibus commodi provenire possit, non videre fatetur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Καὶ ταῦτα μὲν ἀπὸ τοῦ πρώτου ξυγγράμματος. Ἐπίωμεν δὲ τὰ ἐκ τοῦ δευτέρου. Τὴν ἀπὸ Περσίδος ἐπ' Ἰνδοὺς πορείαν ἄγει παραλαβὼν αὐτὸν ὁ λόγος. Εἶτά τι πεπονθότ' ἀπειρόκαλον, ὅπερ τι παράδοξον, δαιμόνιόν τι, ὃ καὶ Ἔμπουσαν ὀνομάζει, κατὰ τὴν ὁδὸν ἰδόντα, λοιδορίαις ἅμα τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἀπελάσαι φησί. Καὶ ζώων δὲ αὐτοῖς ἐς τροφὴν προσαχθέντων, εἰρηκέναι αὐτὸν τῷ Δάμιδι, ὡς ἄρα ξυγχωροίη αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἑταίροις (90) σιτεῖσθαι τῶν κρεῶν· τὸ γὰρ ἀπέχεσθαι αὐτῶν, αὐτοῖς μὲν ἐς οὐδὲν ὁρᾶν προβαῖνον (91), ἑαυτῷ δὲ ἐς ἃ ὠμολόγηται πρὸς φιλοσοφίαν ἐκ παιδός. Καίτοι τίς οὐκ ἂν ἀπορήσειεν, ὅτι μηδ' αὐτὸν, ὃν μόνον ἐοίκει τοῦ βίου ζηλωτὴν κεκτῆσθαι, καὶ προὔτρεπεν ἐπὶ φιλοσοφίαν, εἴργέ τε, οἷα φίλτατον, τῆς τῶν ἐμψύχων, ὡς ἂν οὐχ ὁσίας, κατὰ Πυθαγόραν, τροφῆς. Ὅ δ', οὐκ οἶδ' ὁποίῳ λόγῳ, λέγει (92) μὲν οὐ ξυνοίσειν ἑαυτῷ· κείνοις δ' οὐδὲν ὁρᾶν ἀπὸ τῆς ἀποχῆς προβαῖνον ὡμολόγει.

A

B

CAPUT XIV.

Post hæc Philostratus, qui veritatis amantissimus « Philalethæ » testimonio perhibetur, quæ veritatis specimina edat, considera. Ad Indos delatum Apollonium interpretem sibi ait ascivisse [92], atque per eum collocutum esse cum Phraota, id enim Indiæ regi nomen fuisse. Nempe qui paulo ante, secundum Philostratum [93], linguarum omnium erat callentissimus, jam juxta eumdem interprete habet opus. Et rursum qui ea novit, quæ animo homines premunt et tantum non ut Deus illorum,

Muti est concipiens animum sensusque tacentis,

jam per interpretem, quo victu rex utatur, inter-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Ἐπὶ τούτοις ὁ Φιλόστρατος, ὁ τἀληθὲς τιμᾷν πρὸς τοῦ « Φιλαλήθους » μεμαρτυρημένος (93), ὁρᾶτῆς ἀληθείας ὁποῖα δείγματα παρίστησι. Γενόμενον παρ' Ἰνδοῖς τὸν Ἀπολλώνιον παραστήσασθαί φησιν ἑρμηνέα, καὶ δι' αὐτοῦ προσδιαλέγεσθαι Φραώτῃ, τοῦτο δ' εἶναι τῷ βασιλεῖ τῶν Ἰνδῶν ὄνομα. Καὶ ὁ μικρῷ πρόσθεν, κατ' αὐτὸν, πασῶν γλωττῶν ξυνεὶς, νῦν αὖ, κατὰ τὸν αὐτὸν, ἑρμηνέως δεῖται. Καὶ πάλιν ὁ τὰ κατὰ διανοίας (94) ἀνθρώπων εἰδὼς, καὶ μανουχὶ κατὰ τὸν παρ' αὐτοῖς Θεὸν (95),

C

Κωφοῦ τε ξυνιεὶς, καὶ οὐ λαλοῦντος ἀκούων,

ὁποῖά τίς εἴη τῷ βασιλεῖ δι' ἑρμηνέως ἐρωτᾷ διαιτα,

[89] lib. II, [90] lib. II, c. 4. [91] lib. II, c. 7. [92] lib. II, c. 26. [93] lib. I, c. 19.

(90) *Ἑταίροις.* Ita malui quam ἑτέροις, quod erat in editis.

(91) *Ἐς οὐδὲν ὁρ. προβαῖνον.* Male Philostrati editi ὡς habebant pro ἐς, et προσβαῖνον pro προβαῖνον, quam utramque lectionem ex Eusebio et mss. rejecimus suo loco.

(92) *Λέγει.* Verissima lectio, quam sola tamen conjectura ducti restituimus: nam editi habent λόγῳ, quod incuria amanuensis natum ex præcedente proximo loco λόγῳ. Unde iteratum λόγῳ frustra esse alii suspicati, plane omisere, indeque porro formam *infinitam* in *subjunctivam* mutavere, ξυνοίσειν legentes pro ξυνοίσειν, quæ jam inde corruptelæ Holstenii textum occupavere.

(93) *Πρὸς τ. Φιλαλ. μεμαρτυρ.* Vide supra cap. 2.

(94) *Ὁ τὰ κατὰ διανοίας.* Verior hæc editionis Holstenianæ lectio est. Nam Aldus et Morellus ediderant ὁ κατὰ διάνοιαν.

(95) *Κατὰ τὸν παρ' αὐτοῖς Θεόν.* Verterat interpres, *quasi Deus illis insitus*, ac si genium hominibus singulis adjunctum, μυσταγωγὸν τοῦ βίου Eusebius intellexisset; quem non δαιμόνιον solum, sed et θεόν ipse Plato frequenter appellat. Et Apuleii de deo Socratis liber exstat, hoc est *Περὶ τοῦτοῦ Σωκράτους δαιμονίου*, ut Plutarchus et Maximus Tyrius suos inscripsere. Et hunc sive *deum* sive *genium*, *arbitrum omnium non modo actorum, verum etiam cogitationum* Apuleius vocat, quem in ipsis *penitissimis mentibus vice conscientiæ diversari* affirmat, quem *domesticum speculatorem, intimum cognitorem, individuum arbitrum* appellat. Verum Eusebius hoc loco non *genium*, sed *Apollinem* intelligit, cujus hoc quod sequitur oraculum apud Herodotum lib. I, p. 11 de ipso *Apolline* profertur. Meminit ejus etiam Tertullianus lib. *De orat.*, c. 13: *Deus autem non vocis sed cordis auditor est sicut conspector. Dæmonium oraculi Pythii* et mutum intelligo et non loquentem audio, *inquit*. Cujus auctoritate versum hunc ita reddidi, *Muti concipiens*, etc. Interpres: *Surdi concipiens animum pariterque tacentis.* Inferius (cap. 41) idem repetitur. HOLSTEN.

D

Nempe ὁ παρ' αὐτοῖς Θεός est, *qui apud ipsos* (gentiles nempe, et adversarios Eusebii imprimis, Hieroclem, Eusebium et reliquos), *habetur Deus.*

Digitized by Google

ἡγεμόνα τε ἀξιοῖ τῆς ἐς Βραχμᾶνας πορείας γενέσθαι τιν' αὐτῷ. Καὶ μεταξὺ ὁ μὲν τῶν Ἰνδῶν βασιλεὺς, καὶ ταῦτα βάρβαρος ὢν τὴν φύσιν, τὸν ἑρμηνέα ἐκποδὼν μεταστησάμενος, Ἑλλάδι χρῆται πρὸς αὐτὸν τῇ ὁμιλίᾳ, παιδείαν καὶ πολυμάθειαν ἐνδεικνύμενος· ὁ δὲ οὐδ' ὡς, ὅτι δὴ καὶ αὐτὸς τῆς παρ' αὐτοῖς οὐκ ἀμαθῶς ἔχοι φωνῆς, δέον ἀντεφιλοτιμήσατο (96).

A rogat. Ducem item aliquem viæ ad Brachmanas sibi dari non renuit [34]. Interea Indorum rex [35], barbarus licet natalibus, interprete subito submoto, Græce cum ipso loquitur, doctrinæ atque eruditionis edens argumenta. Apollonius vero ne sic quidem, ut ipse quoque vicissim linguæ quæ apud Indos obtineret, peritum ostenderet, contra, ut par erat, contendit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Ἀλλὰ καὶ λαλοῦντος Ἑλλάδι γλώττῃ τοῦ Ἰνδοῦ, ἐκπλήττεται, ᾗ φησιν ὁ Φιλόστρατος, ἀκόλουθα, ὡς ἔοικεν, ἑαυτῷ γράφων. Πῶς γὰρ ἂν ἐξεπλάγη, μὴ οὐχὶ βάρβαρον οἰηθείς, καὶ θαυμάσας (97); καὶ ὅτι δὴ τὸν τοιοῦτον οὔ ποτ' ἂν Ἑλληνίσαι προσεδόκησεν; εἶθ', ὥσπερ τι παραδόντι παράδοξον καταπλαγείς, καὶ τὸ τούτου ἔτι (98) ἀγνοῶν αἴτιον, « Εἰπέ μοι, ἔφη ὁ Ἀπολλώνιος, ὦ βασιλεῦ, πόθεν οὕτως ἔχεις φωνῆς Ἑλλάδος·; Φιλοσοφία τε ἡ περὶ σὲ πόθεν ἐνταῦθα; οὐδὲ γὰρ ἐς διδασκάλους, οἶμαί γε, ἀναφέρεις, ἐπεὶ μὴ εἶναι Ἰνδοῖς εἰκὸς (99) διδασκάλους τούτου. » Αὗται αἱ παράδοξοι τοῦ πάντα προγνώσει διειλημφότος φωναί, ἃς ὁ βασιλεὺς ἀμειβόμενος, ὅτι τε σχολὴ διδασκάλους, καὶ οἵτινες οὗτοι, ἕκαστά τε πατρόθεν τῶν περὶ αὐτὸν ξυμβεβηκότων φράζει.

522 CAPUT XV.

Ast et Indo Græce loquente obstupuit, ut Philostratus testatur, scilicet consentanea sibi ipsi scribens. Quid enim obstupuit, si barbarum non esse putavit, idque ob ipsum suspexit? Et cur quacunque re tantum virum Græcos imitaturum esse non exspectavit potius? Porro, quasi res plane singularis ab eo sibi oblata esset, ejusque adhuc dum ignorans causam «, Cedo, o rex, inquit Apollonius [36], unde ea tibi sit Græcæ linguæ facultas? Philosophia item, qua imbutus es, unde his regionibus venit? neque enim, ut puto, magistris eam in acceptis fers, nam probabile haud est ejus rei magistros esse Indis.» Hæc miranda sunt in viro, præscientia omnia complexo, verba: quibus respondens rex, quod et præceptores habuerit, et quinam illi fuerint [exponens,] omnia sigillatim, quæ ipsi a natalibus inde obtigerant, exponit [37].

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

Εἶτα καί τισι τοῦ Ἰνδοῦ δικάζοντος περὶ θησαυροῦ φωραθέντος ἐν ἀγρῷ, πότερα τῷ πριαμένῳ, ἢ τῷ τὸ χωρίον ἀποδομένῳ, δέον οἶμαι (1) τοῦτον, ὁ πάντως φιλόσοφος, καὶ θεοῖς κεχαρισμένος, ἐρωτηθείς, ἐπικρίνει τῷ πριαμένῳ, λογισμὸν δὴ αὐτοῖς ῥήμασιν ἐπειπών· « Ὡς οὐκ ἂν οἱ θεοὶ τὸν μὲν ἀφεῖλον καὶ κατὰ τὴν γῆν (2), εἰ μὴ φαῦλος ἦν, τῷ δ' αὖ (3) καὶ τὰ ὑπὸ γῆν δοῦναι, εἰ μὴ βελτίων ἦν τοῦ ἀποδομένου. » Ὡς κατ' αὐτὸν δὴ ξυνάγεσθαι, τοὺς μὲν εὐπόρους καὶ πλούτῳ διαφέροντας, κἂν αἰσχρότατοι καὶ πανωλέστατοι τυγχάνοιεν, τρισευδαίμονας καὶ θεοφιλεῖς ἡγεῖσθαι, μόνους δ' ἄρα κακοδαίμονάς τε καὶ ἀθλίους τοὺς πενεστάτους, κἂν Σωκράτης, κἂν Διογένης, κἂν αὐτὸς ἐκεῖνος Πυθαγόρας τυγχάνῃ, κἂν ἄλλος, οἱ πάντων ἀνδρῶν σωφρονέστατοί τε καὶ ἐπιεικέστατοι. Εἴποι γὰρ ἂν τις ἑπόμενος τῷ λόγῳ μὴ ἂν κατ' αὐτὸν τοὺς θεοὺς τοὺς μὲν πένητας, τούτους δὴ αὐτοὺς, οἳ κατὰ φιλοσοφίαν διήνεγκαν, ἀφελέσθαι καὶ τὰ πρὸς τὴν ἀναγκαίαν τροφήν, μὴ

CAPUT XVI.

Inde porro cum jus quibusdam diceret Indus [38] de thesauro in agro reperto, an emptori an venditori agri eum reddere par sit; Apollonius, in omnibus philosophi usus acumine, diisque charissimus, sententiam ubi esset interrogatus, emptori eum addixit, ratione ad verbum hac addita: «Quod dii vendenti haudquaquam agellum etiam fuerint adempturi, improbus nisi sit, emptori vero vicissim latentia etiam sub terra bona concessuri, nisi vendente sit longe melior.» Ut juxta illum concludendum sit, eos qui opibus affluunt, præstantque divitiis, quanquam fœdissimi sint et perditissimi, pro ter beatis tamen, Deoque dilectissimis esse habendos: infelices autem miserosque solos esse eos, qui cum paupertate maxime conflictentur, licet Socratem ipsum vel maxime, ac Diogenem, ipsumque etiam Pythagoram in his esse contingat, et quemcunque eorum, qui frugalissimi viri, et egregiæ probitatis censentur. Dicat enim quis,

[34] lib. II, c. 40. [35] lib. II, c. 17. [36] lib. II, cap. 29. [37] lib. II, c. 31. [38] lib. II, c. 39.

(96) *Ἀντεφιλοτιμήσ.* Sic ex conjectura rescripsi, cum esset in editis ἀπεφιλοτιμήσατο.

(97) *Μὴ οὐχὶ βάρβ. οἰηθ. καὶ θαυμάσ.* Eo respicit, quod Apollonio Philostratus φιλοσοφεῖν δόξαι Φραώτην testatur, lib. II, cap. 26, initio. Quodque adeo moribus minus barbarus ei visus sit. Vereor autem, ne suum hic Eusebium destituat acumen; cur enim mirari non potuerit Apollonius, linguam Græcorum callere Phraotem, quem moribus minus barbarum deprehenderat, non video.

(98) *Ἔτι.* Ita scribendum esse sententia suadebat. Editi habebant εἶτ'.

(99) *Ἰνδοῖς εἰκός.* Saltem restituendum ex Philostrato εἰκός, quod exciderat apud Eusebium. Cætera apud eum totum hoc κῶλον ita habet: Οὐ γὰρ ἐς διδασκάλους γε οἶμαι ἀναφέρειν, ἐπεὶ μηδὲ εἶναί τινας ἐν Ἰνδοῖς εἰκὸς διδασκάλους τούτου.

(1) *Οἶμαι.* Parum opportunum isti loco mihi videtur verbum οἶμαι, malim substituere δοῦναι, quod etiam in versione expressi.

(2) *Καὶ τὴν γῆν.* Editi καὶ κατὰ τὴν γῆν. Omnisimus κατά, quod natum videtur ex repetito καί, forma scribendi abbreviata. Omissum κατά etiam in textu Philostrati.

(3) *Τῷ δ' αὖ.* Omnino ex Philostr. restituendum αὖ pro ἂν quod erat in editis Eusebii.

Digitized by Google

istam rationem sequens, neutiquam juxta eam deos hominibus illis pauperculis, his ipsis, [inquam,] qui philosophia præstantes fuere, ipsa quoque ad victum spectantia subtracturos fuisse, nisi pessimis illi moribus exstitissent: neque illis, qui soluti sunt moribus, affatim etiam minus necessaria præstituros, nisi prioribus exstitissent meliores. Unde nemini obscura istius conclusionis est absurditas.

A οὐχὶ πάντως φαύλους ὄντας τὸν τρόπον· τοῖς δὲ τὸ ἦθος ἀκολαστοτέροις ἄφθονα καὶ τὰ μὴ ἀναγκαῖα παρασχεῖν, εἰ μὴ βελτίους ἐτύγχανον τῶν προτέρων. Ἐξ ὧν παντί γε καταφανὴς ἡ τοῦ ξυμπεράσματος ἀτοπία.

523 CAPUT XVII.

Hisce ex secundo libro expositis ad tertium pergemus, consideraturi quæ ad Brachmanas, fama adeo celebratos, pertinent [39]: qua parte magis occurrunt incredibilia, quam de Thule referuntur. Imo si quid aliud unquam scriptoribus fabulosis monstrosum excogitatum fuit, id omne verisimile valde, imo verissimum, si cum istis compares, videbitur. Quibus omnino mentem advertere etiam operæ B pretium est propter « Philalethæ » jactantiam, nobis credulitatem morumque levitatem tribuentis, sibi vero ac sui similibus accuratum solidumque, ac scientia nixum judicium. Vide igitur quibus se jactet portentis, sanctis evangelistis nostris Philostratum anteponens, ut qui eruditione non modo profecerit maxime, sed veritatis etiam sit maxime studiosus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Ταῦτα καὶ ἀπὸ τοῦ δευτέρου παραθέμενοι, ἴωμεν ἐπὶ τὸ τρίτον, τὰ κατὰ τοὺς βεβοημένους ἐποψόμενοι Βραχμᾶνας· ἔνθα δὴ τὰ ὑπὲρ Θούλην ἄπιστα. Καὶ εἴ τί περ ἄλλο τερατῶδές ποτε μυθολόγοις τισὶν ἀναπέπλασται, εὖ μάλα πιστὰ καὶ ἀληθέστατα, ὡς ἐν παραθέσει τούτων, ἀναφανήσεται· οἷς καὶ τὸν νοῦν ἐπιστῆσαι ἄξιον τῆς τοῦ « Φιλαλήθους » ἕνεκεν αὐθαδείας, ἡμῖν μὲν εὐχέρειαν (4) καὶ κουφότητα τρόπου περιάπτοντος, αὐτῷ δὲ καὶ τοῖς αὐτῷ παραπλησίοις τὴν ἀκριβῆ καὶ βεβαίαν μετὰ ξυνέσεως κρίσιν. Ὕρα γοῦν ἐφ' οἷς σεμνύνεται παραδόξοις, τῶν ἡμετέρων θείων εὐαγγελιστῶν προκρίνων τὸν Φιλόστρατον, ὡς μὴ μόνον παιδείας ἐπὶ πλεῖστον ἥκοντα, ἀλλὰ καὶ ἀληθείας ἐπιμεμελημένον.

CAPUT XVIII.

Primum igitur quidem in itinere Apollonii [40] ad Brachmanas femina quædam ab eo colore inducitur, a capite ad femur usque candidissima, reliqua vero corporis parte nigra. Montes porro, pergentibus in itinere ad Brachmanas [oblati], pipere consiti [41], ejusque coloni simiæ, draconesque quidam magnitudine stupenda [42], de quorum capitibus ignis flammæ scintillent, quos si quis perimat, in eorum capite mirabiles inveniat lapillos, Gygæ lapidi, cujus apud Platonem mentio, similes. Et hæc quidem sunt quæ, antequam ad Brachmanum tumulum perveniatur, occurrunt. Ut vero hunc quoque attigerunt [43], Sandaracinum illic puteum vidisse ait, aquæ plane mirabilis: juxtaque craterem, ignem continentem, ex quo plumbei coloris flamma sursum tendat. Tum et dolia duo lapidis nigricantis, alterum imbrium, alterumque ventorum, unde Brachmanes iis quibus faveant indigenis [ventos ac pluviam] impertiantur. Quin statuas quoque apud eos esse « Poliadis » Minervæ, Pythiique Apollinis, et D Bacchi, aliorumque quorumdam deorum, quæ Græci colunt. Iarcham autem [44], qui omnibus præsit, appellari « magistrum: » quem viderit considentem, habitu adeo a philosophico dissidente, ut satrapam retulerit potius, in sublimi collocatus solio.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Πρῶτα μὲν οὖν ἐν τῇ πρὸς τοὺς Βραχμᾶνας πορείᾳ τοῦ Ἀπολλωνίου γυνή τις αὐτῷ τὴν χροιὰν, εἰσάγεται ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐς ὀσφὺν λευκοτάτη (5), τὸ δὲ ἕτερον μέρος τοῦ σώματος μέλαινα· τὰ δὲ, C προϊόντων τῆς ἐπὶ τοὺς Βραχμᾶνας ὁδοῦ, ὄρη, καπεφυτευμένα τὸ πέπερι, καὶ τούτου πίθηκοι γεωργοὶ, καὶ παράδοξοί τινες τὸ μέγεθος δράκοντες, ὧν ἀπὸ κεφαλῆς λαμπάδες ἀπορρίπτοῦνται πυρὸς, οὓς εἴ τις ἀνέλοι, εὕροι ἄν, φησὶ, παραδόξους λίθους ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, τῷ τοῦ Γύγου, τοῦ παρὰ τῷ Πλάτωνι, παραπλησίους. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ πρὸ τοῦ τῶν Βραχμάνων λόφου. Ὡς δὲ καὶ εἰς αὐτὸν ἀφίκοντο, Σανδαρίκινον ἐνταῦθα φρέαρ ὕδατος ἰδεῖν παραδόξου, καὶ κρατῆρα πλησίον πυρὸς, οὗ φλόγα ἀναπέμπεσθαι μολυβδώδη· δύο τε πίθους λίθου μέλανος· τὸν μὲν ὄμβρων, τὸν δὲ ἀνέμων, ἀφ' ὧν τοὺς Βραχμᾶνας, οἷς ἂν εἶεν ἵλεῳ τῆς χώρας, χορηγεῖν. Ἀλλά γε καὶ ἀγάλματα παρ' αὐτοῖς Ἀθηνᾶς « Πολιάδος » καὶ Ἀπόλλωνος Πυθίου, καὶ Διονύσου (6), καὶ ἄλλων τινῶν Ἑλληνικῶν θεῶν. Ἰάρχαν δὲ, τὸν ἐπὶ πάντων, « διδάσκαλον » καλεῖσθαι· ὃν καὶ ἰδεῖν καθεζόμενον, πολλοῦ γε δεῖ φιλοσοφικῶς, σατραπικῷ (7) δ' ἂν μᾶλλον σχήματι, ἐφ' ὑψηλοτάτου δίφρου. Χαλκοῦ δὲ μέλανος οὗτος ἦν, καὶ πεποίκιλτο χρυσέοις ἀγάλμασιν, οἷα δὴ εἰκὸς, τεχνουργῶν βαναύσων τρόπον, πυρὶ καὶ σιδήρῳ μο-

[39] lib. III. [40] lib. III, c. 3. [41] lib. III, c. 4. [42] lib. III, c. 8. [43] lib. III, c. 14. [44] lib. III, c. 16.

(4) *Ἡμῖν μὲν εὐχέρειαν*, etc. Vide supra c. 2.

(5) *Ἀπὸ τ. κεφ. ἐς ὀσφ. λευκ.* Ex memoria sua potius quam ex Philostrato hæc depromit Eusebius, quæ tamen eum hic destituit. Nam Philostratus quidem illam feminam a capite usque ad mammas, nigram, inde reliquo corpore candidam fuisse ait.

(6) *Καὶ Διονύσου.* In editis additum Δηλίου, quod Eusebii esse nequit, qui ignorare non poterat *Delii* cognomen in Bacchicis haud esse. Puto ego docta manu quadam Δηλίου in margine primo adnotatum fuisse, ut scilicet notaretur apud Philostratum pro Ἀπόλλωνος Πυθίου legi, Ἀπόλλωνος Δηλίου: idque postea indoctum librarium in textum post Διονύσου imperite intrusisse.

(7) *Σατραπικῷ.* Ita legendum omnino pro σατραπικῶς quod erat in editis.

Digitized by Google

χθοῦντας τοὺς φιλοσόφους τεχνουργεῖν, ἢ καὶ, θαυ- A
ματοποιῶν δίκην, αὐτόματον ἀποτελεῖν τὸ δημιούργημα. Οἱ δὲ τῶν ἄλλων τῶν μετ' αὐτὸν διδάσκαλον δίφροι χαλκοῖ μὲν, φησὶν, ἄσημοι δ' ἦσαν, καὶ ἧττον ὑψηλοί. Ἔδει γάρ που τυράννου πάντως σχήματι προνομίας τῆς ἐν ἀγάλμασι, καὶ χρυσῷ τὸν τῆς θείας φιλοσοφίας διδάσκαλον ἀξιοῦσθαι.

Erat autem illud ex ære nigro, aureisque ornatum statuis, quales scilicet, fabrorum more verosimile sit sapientes, igni ferroque adhibito, fabricare; quin et præstigiatorum ritu ita opus instruere, ut sponte sua moveatur. Cæterarum autem, qui assidebant magistro, sedes, æreæ quidem, uti ait, signis tamen ornatæ non erant, minusque sublimes. Nempe erat conveniens omnino regio ornatui prærogativa, in statuis illis consistens, [conveniens item] auro honorare divinæ philosophiæ magistrum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Πρῶτον δὲ τὸν Ἰάρχαν ἰδόντα, φησὶ, τὸν Ἀπολλώνιον, ἐξ ὀνόματός τε προσειπεῖν (8) Ἑλλάδι τῇ φωνῇ, καὶ ἣν αὐτῷ παρὰ Φραώτου κομίζει ἐπιστολὴν αἰτῆσαι, κατὰ πρόγνωσιν ἤδη τοῦτο προειληφότα. Ἐνδείξασθαί τε τὸ ἔνθεον τῆς προγνώσεως, προειρηκότα, ὡς ἄρα ἐνὶ γράμματι, τῷ « Δέλτα, » λείποι ἡ ἐπιστολή. Ἄρξασθαί τε ἀπειροκάλως εὐθὺς ἀπὸ πρώτης ὁμιλίας, ἀπειροπλούτου δίκην, ἐνεπιδείκνυσθαι τὸ τῆς προγνώσεως πλεονέκτημα, πατέρα καὶ μητέρα καταλέγοντα τοῦ Ἀπολλωνίου, γένος τε καὶ τροφὴν, καὶ παιδείαν, καὶ τὰς κατὰ χρόνους ἀποδημίας, καὶ τὴν ἐς αὐτὸν πορείαν, καὶ τὰ κατ' αὐτὴν πεπραγμένα αὐτῷ καὶ ὡμιλημένα. Εἶτα δέ φησιν οὗτος ὁ θαυμάσιος συγγραφεὺς, τοὺς Βραχμᾶνας, ἅμα τῷ Ἀπολλωνίῳ, χρισαμένους ἠλεκτρίνῳ φαρμάκῳ, λούσασθαι· καὶ περιστάντας ὡς ἐν χορῷ τὴν γῆν τύψαι ταῖς ῥάβδοις· τὴν δὲ κυρτωθεῖσαν ἀναπέμψαι αὐτοὺς ἐς δίπηχυ τοῦ ἀέρος, ἑστάναι τε αὐτοὺς μετεώρους ἐν αὐτῷ ἀέρι ἐπί τι χρόνου διάστημα, ἔλκειν δὲ καὶ πῦρ ἀπὸ τοῦ ἡλίου, ὅτε βούλοιντο, αὐτομάτως. Τούτοις δ' ἐπιφέρει παράδοξον ὁ θαυματολόγος· ὡς ἄρα τρίποδες Πυθικοὶ τέτταρες ἐξεκυκλήθησαν (9), αὐτόματοι φοιτῶντες· καὶ εἰκάζει δὴ οὖν αὐτοὺς τοῖς Ὁμηρείοις· οἰνοχόους τ' ἐπὶ τούτοις ἐκ χαλκοῦ διακόνους τὴν ὕλην (10) ἵστησι τέτταρας. Ἐπιλέγει δὲ ὡς ἄρα καὶ ἡ γῆ αὐτομάτως ὑπεστρώνυτο αὐτοῖς πόας. Τῶν δὲ τριπόδων οἱ μὲν δύο, φησὶν, οἴνου ἀπέρρεον, οἱ δὲ ἕτεροι δύο, ὁ μὲν ὕδατος θερμοῦ κρᾶσιν παρεῖχεν, ὁ δ' αὖ ψυχροῦ. Τοὺς δὲ οἰνοχόους τοὺς χαλκοῦς ἀρύεσθαι εὐμέτρως τοῦ τε οἴνου καὶ τοῦ ὕδατος· περιελαύνειν γε κύκλῳ τὰς κύλικας, ὥσπερ ἐν τοῖς πότοις (11).

524 CAPUT XIX.

Iarcham autem, ubi primum Apollonium conspexisset, nominatim eum salutasse ait Græca lingua, reddique sibi epistolam, quam a Phraota ipsi afferebat, postulasse, mente præsaga ea de re jam antea edoctum. Nempe demonstrasse divinitus sibi B
res antea perspectas esse, prædicendo una littera, « Delta, » deficere epistolam. Cœpisse autem parum modeste prima statim conversatione, more eorum qui vastis divitiis abundant, absconditarum rerum jactare scientiam, patrem recensèndo Apollonii et matrem, et genus omne, educationemque et institutionem, variisque temporibus susceptas peregrinationes, et quod ad ipsum instituerat iter, quæque ipsi in eo gesta dictave fuerant. Inde porro egregius ille scriptor narrat [48], electrino unguento unctos Brachmanas cum Tyanensi, balneo usos esse, eumque ambientes, choro quasi, terram scipionibus feriisse; eam vero in gibbum resilientem, altitudine bicubitali eos in aerem extulisse, pensilesque aliquandiu in ipso aere illos substitisse. Derivare item eos ubi voluerint, ex sole ignem, sponte sequentem. Atque istis omnibus rem plane stupendam portentosus ille scriptor jungit [49]; ut tripodes nempe, Pythiis similes, quatuor, sponte sua moventes, in medium processerint; eosque Homericis similes esse ait. Pincernas autem iis ex ære, si materiam spectes, qui ministrarent, statuit quatuor. Addit etiam, ut terra sponte gramina substraverit. Tripodum autem binos ait vino manasse, reliquorum vero alterum calidæ admiscendæ copiam fecisse, alterum frigidæ; æreosque pincernas vinum pariter et aquam larga hausisse mensura; calices enim circumlatos esse, ut fieri in compotationibus assolet. C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Ταῦτα Ἱεροκλεῖ, τὰ ἀνωτάτω (12) καὶ καθόλου δικαστήρια πεπιστευμένῳ, μετὰ πολλῆς ἀνετάσεως

525 CAPUT XX.

Ista Hierocli, supremis in provinciis præfecto dicasteriis, multa instituta disquisitione, vera esse

[48] lib. III, c. 17. [49] lib. III, c. 27.

(8) *Προσειπεῖν.* Ita ex Philostrato scribendum; male enim in editis Eusebii est προειπεῖν.

(9) *Ἐξεκυκλήθησαν.* Vox in theatris usitata de illis, quæ machinis occultis in scenam provehebantur; utitur eadem, ubi de his Brachmanum artibus loquitur, Thespesion gymnosophista apud Philostratum lib. VI, *De vita Apollonii*, cap. 10. Loco autem ubi hæc referuntur proprio verbum ἐξεπορεύθησαν Philostr. adhibuit.

(10) *Χαλκοῦ διακόνους τὴν ὕλην.* Ægre mihi facit vox διακόνους interposita vocibus natura sua conjungendis, neque hac ratione divellendis, nisi D
invito linguæ genio, eam itaque omitti plane malim, nihil enim ea est opus.

(11) *Πότοις.* Male in editis habebatur ποταμοῖς, quod secure nimis secutus fuit Acciolus, qui vertit· *Sed et calices actos in gyrum quasi vorticoso flumine impellebant.* Eo tutius autem πότοις substituas, quod ipsa hic Philostrati verba retinuerit Eusebius, in cujus textu πότοις codicum omnium consensu legitur. Eamdem lectionem Salmasium quoque restituisse, post animadverti.

(12) *Τὰ ἀνωτάτω*, etc. Eadem verbis iisdem habes supra, cap. 5.

Digitized by Google

videntur atque explorata, nostra autem simplicitas, levitasque animi longe maxima ab eo damnatur. Ipse autem talia credens Philostrato, his ipsis verbis se jactat, inquiens : « Videamus enim, quanto nos melius hæc atque prudentius admittamus, et quæ de præclaris virtute viris sententia nostra sit. »

A ἀληθῆ καὶ πιστὰ εἶναι δοκεῖ. Καὶ ἡμῶν μὲν εὐχέρεια καὶ κουφότης (13) πλείστη ὅση κατέγνωσται παρ' αὐτῷ· αὐτὸς δὲ, τοιαῦτα Φιλοστράτῳ πιστεύων, αὐτοῖς δὴ ῥήμασι σεμνύνεται λέγων· « Σκεψώμεθά γε μὴν ὅσῳ βέλτιον καὶ ξυνετώτερον ἡμεῖς ἐκδεχόμεθα τὰ τοιαῦτα, καὶ ἥν περὶ τῶν ἐναρέτων ἀνδρῶν ἔχομεν γνώμην. »

CAPUT XXI.

In apparato porro hoc modo convivio, juxta ipsum Philostratum [47], Indorum inducitur rex, compotationem instituens cum philosophis. Hunc vero superbe se gessisse et in philosophiam debacchatum narrat, crapula item apud eos incaluisse, cumque ipso sole de principatu contendisse, aliaque elato animo jactitasse. Rursum autem per interpretem ista ab eo accepisse Apollonium; vicissimque regem allocutum esse, Iarcha vicem interpretis sustinente. Qui autem admiratione dignum haud existimemus, quod superbum tantopere, absurde adeo debacchari, et crapulæ indulgere verosimile queat videri, quem ne ad philosophorum quidem, nedum deis similium virorum penates par erat accedere? Quid vero est, quod semideos eos appello, et dignitati virorum illudo? quandoquidem, Apollonio interrogante [48], quosnam se esse putarent? deos se esse respondit Iarchas. Qui etiam [49] apud convivas, ut qui deus esset, modo quidem philosophum minime addecente, multo minus conveniente dei, quem se esse professus est, dignitati, phialæ incumbens, compotationem incepit. Ea vero dum, narrante historico, omnibus affatim potum præberet, liberaliter [latices] submittebat, perinde ac fontes occulti haurientibus [aquas submittere solent].

B παρὰ τούτου μανθάνειν· καὶ αὖ πάλιν πρὸς αὐτὸν διαλέγεσθαι, ὑφερμηνεύοντος τοῦ Ἰάρχα. Καὶ πῶς οὐ θαυμάζειν ἄξιον, ὅπως τὸν ὑβριστὴν καὶ ἀτοπώτατον παροινεῖν καὶ μεθύσκεσθαι παρὰ τηλικούτοις εἰκὸς ἦν, ὃν οὐδὲ παριέναι ἄξιον ἐν φιλοσόφων, μήτι γε καὶ ἰσοθέων ἑστίᾳ; Τί δέ μοι ἰσοθέους τούτους καλεῖν, καὶ τῆς ἀξίας ἐνυβρίζειν τοὺς ἄνδρας; ὁπότε, πυθομένου τοῦ Ἀπολλωνίου, τίνας ἑαυτοὺς ἡγοῦνται, θεοὺς, ἔφη ὁ Ἰάρχας· ὃς καὶ τοῖς συμπόταις, οἷα δὴ θεὸς (14-15), φιλοσόφου μὲν ἥκιστα τρόπῳ, πολλοῦ γε δεῖ, μήτι γε μᾶλλον, οὗ ἔφησε, θεοῦ ἀξίως, τὴν φιάλην ἐπικύπτων (16) ἐξῆρχεν. Ἡ δὲ, φησὶν ὁ συγγραφεὺς, ὡς ἄρα ἐπότιζε (17) ἱκανῶς πάντας, ἐπεδίδου (18), καθάπερ αἱ ἀπόῤῥητοι πηγαὶ τοῖς ἀνιμωμένοις.

CAPUT XXII.

Succedunt inde mutui sermones et philosophicæ disputationes, Iarcha docente [50] ut sua olim anima in alio hominis, qui rex fuerit, exstiterit corpore, atque talia quædam in eo patraverit: Apollonio vicissim [51], ut navis Ægyptiæ exstiterit gubernator, quæque sibi gesta tum fuerint, narrante. Quæstiones vero et responsiones utriusque sunt tales, qualium ne mentionem quidem fecisse, sapientia maxime erat dignum. Interrogasse ergo Apollonium refert [52], aureane apud eos aqua inveniretur? O plenam sapientiæ, o admirandam quæstio-

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Μετὰ ταῦτα κοιναὶ λόγων ὁμιλίαι, καὶ σπουδαιολογίαι τῶν φιλοσόφων, τοῦ μὲν Ἰάρχα διδάσκοντος, ὡς ἄρα ποτὲ αὐτῷ ἡ ψυχὴ ἐν ἑτέρῳ, ἀνθρώπου βασιλέως, γένοιτο σώματι, καὶ τοιάδε τινὰ αὐτῷ πεπραγμένα εἴη· τοῦ Ἀπολλωνίου δὲ, ὡς νηὸς Αἰγυπτίας ποτὲ γένοιτο κυβερνήτης, καὶ τοσαῦτα διαπράξοιτο. Πεύσεις τε καὶ ἀποκρίσεις ἑκάστου, ὧν καὶ τῆς σοφίας ἄξιον μηδαμῶς παρεκθέσθαι τὴν μνήμην. Ἐρέσθαι δέ φησι τὸν Ἀπολλώνιον, εἰ ἔστι παρ' αὐτοῖς χρύσεον ὕδωρ; Ὦ τοῦ σοφοῦ καὶ παραδόξου πύσματος! Καὶ περὶ ἀνθρώπων δὲ ὑπὸ γῆν οἰκούντων, καὶ

[47] lib. III, c. 25. [48] lib. III, 18. [49] lib. III, c. 32. [50] lib. III, c. 19, 20. [51] lib. III, c. 23. [52] lib. III, c. 45.

(13) *Ἡμῶν μὲν εὐχ. καὶ κουφότ.* Ipsa Hieroclis verba, quibus eam Christianis exprobrabat, habes supra, cap. 1.

(14-15) *Οἷα δὴ θεός.* Verba ista mihi præter rem videntur, nescio unde, in textum esse admissa.

(16) *Ἐπικύπτων.* Ita certissime restituendum ex Philostrato : Vide observata ad lib. III, cap. 32, n. 5, et lib. II, cap. 28, n. 6, nempe κύπτοντας πίνειν est canum aliorumque ejus generis animalium, ut liquet ex observatis posteriore loco, idque adeo viris gravibus, nedum philosophis, valde indignum, bibere ex tantæ molis crateribus, ut pronis etiam ex iis potus esset hauriendus.

(17) *Ἐπότιζε.* Delenda erat vox nihili ἐπόντιζε, et ex Philostrato atque Reg. cod. ἐπότιζε substituendum. HOLSTEN.

D

(18) *Ἐπεδίδου.* Holstenius ex Philostrato addenda post ἐπεδίδου putabat verba τὸ νᾶμα ἀφθόνως, sine quibus cætera non cohærere putabat. Sed pace ejus dictum sit, sine istis etiam apte cohæret reliqua, nam ἐπιδιδόναι πηγή, nulla alia re addita, dici fons potest. Sic enim apud Atticos scriptores ipsumque Philostratum passim aliqua res ἐπιδιδόναι dicitur, non addita in sexto casu re, qua proficit vel incrementa capit, quæ adeo ex ipsis circumstantiis sit intelligenda. Omittenda itaque ea verba hic duximus, cum neque necessitas ea postulet, neque eorum in codd. Eusebianis vestigium ullum appareat.

Digitized by Google

Πυγμαίων ἄλλων, καὶ ⏑κιαπόδων ἀνερωτᾷ. Καὶ εἰ γίγνοιτο παρ' αὐτοῖς ζῷον τετράπουν, ὃ λέγεται Μαντιχόρα (19), ὃ τὴν κεφαλὴν ἀνθρώπῳ εἰκάσθαι, λέοντι δὲ ὡμοιῶσθαι τὸ μέγεθος, τὴν δὲ οὐρὰν ἐκφέρειν πηχυαίας καὶ ἀκανθώδεις τὰς τρίχας (20), ἃς βάλλειν ὥσπερ τοξεύματα ἐς τοὺς θηρῶντας. Καὶ τοιαῦτα μὲν τὸν Ἀπολλώνιον ἀνερωτᾶν· τὸν δὲ Ἴαρχαν διδάσκειν αὐτὸν περὶ μὲν τῶν Πυγμαίων, ὡς ἄρα εἶεν οἰκοῦντες μὲν ὑπόγειοι, διατρίβοντες δὲ ὑπὸ τὸν Γάγγην ποταμὸν ζῶντες· περὶ δὲ τῶν ἄλλων, ὡς ἀνύπαρκτα εἴη.

A nem! Interrogasse item de hominibus subterraneas regiones incolentibus, aliis item qui pygmæi dicantur, et umbripedes. An item apud eos quadrupes **obvium** sit animal, Mantichora, quod hominem capite referat, **mole** corporis leonem exæquet, caudæque loco promittat **cubitales** setas, acanthis similes, quas veluti sagittas in **venatores** jaculetur. Atque hæc Apollonium quidem [ait] **interrogasse**, Iarcham autem de pygmæis quidem eum docuisse, subterraneas specus eos habitare, sub Gange fluvio vitam degentes; de cæteris vero, nuspiam ea exsistere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Ἔριον ἐπὶ τούτοις φυόμενον αὐτοῖς ἀπὸ γῆς ἐς ἐσθῆτος ὕλην ὁ Φιλόστρατος ἀναγράφει, πάντως δήπου τῶν φιλοσόφων ἱστὸν ἐποιχομένων, καὶ ταλασιουργίαις ἐς ἐσθῆτος κατεργασίαν ἐκπονουμένων (οὐδὲ γὰρ εἰσῆκται (21) παρ' αὐτοῖς γυναικεῖον φῦλον), εἰ μὴ καὶ τοῦτο φήσειεν αὐτόματον αὐτοῖς παραδόξως δι' ἱερέας (22) ἐς ἐσθῆτα μεταφύεσθαι. Φέρειν δ' ἕκαστον αὐτῶν ῥάβδον καὶ δακτύλιον, ἀπόρρητον ἔχοντα ἰσχύν. Εἶτα παραδοξοποιίαι τοῦ Βραχμᾶνος, ὡς δαιμονῶντα δι' ἐπιστολῆς ἀνακαλέσοιτο, ὡς χωλεύοντα καταψήσας τὸν γλουτὸν θεραπεύσειεν, ὡς τυφλῷ τὸ βλέπειν, καὶ ἀδρανεῖ τινι τὴν χεῖρα σώαν χαρίζοιτο.

B

526 CAPUT XXIII.

Præterea lanam commemorat Philostratus [53] e terra illis provenientem, ut vestibus materiam præbeat; philosophis nempe pectine telas omnino percurrentibus, et lanificium ad vestes comparandas exercentibus (neque enim muliebris sexus contubernio apud eos admittitur), nisi et lanam dicat sponte sua apud eos miraculo quodam in sacerdotum gratiam transformari in vestes. Gestare porro quemvis eorum baculum refert et annulum, arcana præstantem virtute. Sequuntur inde Brachmanis miracula, ut dæmone malo correptum missa epistola restituerit [54], ut item solo attactu eum, qui luxatam habebat apophysin ossis majoris femoris, sanaverit [55]: ut oculis item capto visum, atque manu laboranti, integram eam restituerit [56].

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ.

Πολλὰ κἀγαθὰ γένοιτο πραγμάτων ἡμᾶς ἀπολύσαντι (23) τῷ συγγραφεῖ. Δῆλα γὰρ ὡς ἀληθῆ καὶ ταῦτα, ὅτε βροντάς τε καὶ ἀνέμους ἐν πίθοις, τρίποδάς τε ἐκ λίθου φοιτῶντας αὐτομάτως, καὶ οἰνοχόους ἀπὸ χαλκοῦ περιελαύνειν ἐν κύκλῳ τὰς κύλικας προϊστορήσας, διὰ τῆς περὶ τούτων, ὡς ἀληθῶν, ἀφηγήσεως καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων ἐξέφηνέ τε καὶ διήλεγξε τὴν μυθολογίαν.

C

CAPUT XXIV.

Bene eveniat auctori, qui nos opera sublevat. Nempe quam vera ista sint etiam manifestum est, quando tonitrua ventosque in doliis [57], et tripodas ex saxo proprio motu obambulantes [58], æneosque pincernas, calices in orbem circumferentes, commemorans primum, hæc ipsa quasi vera narrando, reliqua etiam omnia meras fabulas esse prodit atque arguit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Εἰρηκέναι δέ φησιν ὁ Φιλόστρατος τὸν Δάμιν, δίχα τῆς αὐτοῦ παρουσίας καὶ τῷ Ἴαρχᾳ συμφιλοσοφῆσαι τὸν Ἀπολλώνιον, εἰληφέναι τε παρ' αὐτοῦ δακτυλίους

CAPUT XXV.

Refert autem Philostratus [59] etiam Damin dixisse, se non præsente quoque cum Iarcha Apollonium philosophatum esse, munusque ab eo tulisse

[53] lib. III, c. 15. [54] lib. III, c. 38. [55] lib. III, c. 39. [56] ibid. [57] lib. III, c. 14. [58] lib. III, c. 27. [59] lib. III, c. 41.

(19) *Μαντιχόρα.* Apud Philostr. est Μαρτιχόρα.

(20) *Τὰς τρίχας.* Manca omnino sine istis vocibus oratio, quas ex Philostrato proinde restituendas Eusebio putavimus, pariter ac voculam καί ante ἀκανθώδεις.

(21) *Εἰσῆκται.* Vox Eusebii ætate in hoc negotio frequentissima, inde συνείσακτοι dictæ feminæ, variis ministeriis destinatæ, et in clericorum, severiorem etiam vitam professorum, contubernio viventes, de quibus multa in antiquis Ecclesiarum canonibus. Epiphanius hær. LXIII de quodam in Palæstina episcopo, qui e confessorum numero fuerit: Ἔσχηκότος δὲ τοιαύτας γυναῖκας, *ἐξυπηρετουμένας* αὐτῷ, φημὶ δὲ *συνεισάκτους*. Idem de *Hieracitis*: Χλευάζονται τελειότατα δι' ἃς κέκτηνται ἕκαστος *συνεισάκτους* γυναῖκας, δι' ἃς εἰώθασι φιλοτιμεῖσθαι ἔχειν εἰς *ὑπηρεσίαν*. Vides συνεισάκτους dici mulieres illas, quæ *ministerii* causa cum istis hominibus vivant, γάμου καὶ συνουσίας χωρίς, ut Chrysostomus orat. *Εἰς τοὺς ἔχοντας συνεισάκτ.* docet, t. VI, p. 214, edit. Savil. Vide plura de his apud Cotelerium ad Hermæ vis. I, not. 1, et ad vis. II, not. 13, et Bevereg. in can. III concilii Nicæni I. Hinc Eusebius apte vocem εἰσάγεσθαι ex usu illius ævi adhibet, de mulieribus loquens, quæ philosophorum si non libidini, ministeriis saltem, de quibus hic sermo, vacare debebant.

(22) *Δι' ἱερέας.* Hæc adduntur, ad exprimendam Philostrati sententiam τοῦτο ἱερὰν ἐσθῆτα ποιοῦνται, nempe non ordinarius ille vestitus, sed eorum qui sacerdotalia obirent officia.

(23) *Πραγμάτων ἡμᾶς ἀπολύσαντι.* Nempe ita strenue et aperte mentiri innuit Philostratum, ut fabulis manifestis suspecta reliqua etiam faciat; ut adeo refutationis opera sublevetur ipse, mentiendi in adversario impudentia.

Digitized by Google

annulos septem, planetarum nominibus insignitos: quos etiam gestaverit, unum post alium, pro ratione nominum diebus impositorum. Hæc tamen isto quidem loco referens, qui veritatis studiosus Philalethæ judicio est, alio scripti illius loco, quasi damnans Brachmanum incantamenta, utque ab iis immunem præstet Apollonium curæ habens, subjungit verbotenus ista [60]: « Videns autem tripodas apud Indos, pincernasque, et quæcunque suo motu acta procedere dixi, neque interrogavit qua arte confecta hæc sint, neque discendi ea ipsum voluptas incessit. Verum laudavit quidem, imitari tamen dignatus haud fuit. » Illene vero [hoc fecerit?] qui Damide submoto cum iis conversari magni faciebat, atque sodalem unicum, quidquid etiam est, [cum iis] quod egit, ignorare oportere censebat? Qui vero imitari dignatus haud sit? qui planetarum nominibus insignitos annulos accepit [61], eosque per omnem vitam gestare necessarium sibi duxit, prout ferrent nomina cujusvis diei: et quidem eo quod arcana, uti ipse ais, virtute præstarent. Ut vero concedamus etiam, imitari ista eum noluisse, propterea certe non imitatum esse manifestum erit, quod recte sibi haud facere viderentur. Quomodo igitur ob ea laudavit, quæ non dignaretur imitari? Et, si tanquam arte divina operantes collaudavit, cur imitatus haud est, laudem quæ mererentur? Porro vero post moram apud hos factam, Apollonium una cum suis revertentem ad Oritarum ait [62] venisse regionem, ubi ærea saxa, arenaque ærea, ærisque ramenta fluvii vehunt. Atque ista sunt, quæ in tertio libro continentur.

A ἑπτὰ, ἐπωνύμους ἀστέρων, οὓς καὶ φορεῖν αὐτὸν καθ- ἕνα πρὸς τὰ ὀνόματα τῶν ἡμερῶν. Ταῦτα δὲ νῦν εἰπὼν, ὅ τ' ἀληθὲς τιμᾷν παρὰ τῷ « Φιλαλήθει » (24) νενομισμένος, μεθ' ἕτερα τῆς γραφῆς, ὡς ἂν δὴ γοητείαν τῶν Βραχμάνων καταγνοὺς, καὶ ταύτης ἐλεύθερον καταστῆσαι τὸν Ἀπολλώνιον φροντίσας, ἐπιφέρει, φάσκων κατὰ λέξιν· « Ἰδὼν δὲ παρὰ τοῖς Ἰνδοῖς τοὺς τρίποδας, καὶ τοὺς οἰνοχόους, καὶ ὅσα αὐτόματα ἐσφοιτᾷν (25) εἶπον, οὔθ' ὅπως σοφίζοιντο αὐτὰ, ἤρετο (26), οὔτε ἐδεήθη μαθεῖν· ἀλλ' ἐπῆνει μὲν, ζηλοῦν δὲ οὐκ ἠξίου. » Καὶ πῶς, ὦ οὗτος, οὐκ ἠξίου ζηλοῦν; ὁ δίχα τοῦ Δάμιδος σπουδὴν ποιούμενος συμφιλοσοφεῖν αὐτοῖς, καὶ τὸν μόνον, ὅ τι καὶ πράττοι, λανθάνειν δέον ἑταῖρον ἡγούμενος. Πῶς δὲ οὐκ ἠξίου ζηλοῦν; ὁ τοὺς τῶν B ἀστέρων ἐπωνύμους καταδεχόμενος δακτυλίους, καὶ τούτους ἀναγκαῖον τιθέμενος διὰ παντὸς τοῦ βίου φέρειν πρὸς τὰ ὀνόματα τῶν ἡμερῶν· καίτοιγε, ἀπόῤῥητον, ὡς φῂς αὐτὸς, ἔχοντας ἰσχύν. Εἰ δὲ καὶ δοθείη τὸ μὴ ζηλοῦν ἠξιωκέναι αὐτὸν, ὡς μὴ εὖ πράττοντας οὐκ ἐζήλου δηλονότι. Πῶς οὖν ἐπῆνει, ἐφ' οἷς μὴ ἠξίου ζηλοῦν; Εἰ δ' ὡς θείως ἐνεργοῦντας ἐπῆνει, πῶς οὐκ ἐζήλου τὰ ἐπαίνων ἄξια; Ἀλλὰ γὰρ μετὰ τὴν παρὰ τούτοις διατριβὴν, παλινοστοῦντα αὐτὸν ἅμα τοῖς ἑταίροις, ἐληλυθέναι φησὶν ἐς τὴν τῶν Ὡριτῶν (27) χώραν, ἔνθα χαλκαῖ μὲν αὐτοῖς αἱ πέτραι, χαλκῆ δὲ ἡ ψάμμος, χαλκοῦ δὲ ῥῆγμα οἱ ποταμοὶ ἄγουσι. Καὶ τοσαῦτα μὲν τὰ κατὰ τὸ τρίτον σύγγραμμα.

527 CAPUT XXVI.

Sequentia jam percenseamus. Ex India in Græciam reducem [63] ab ipsis diis refert socium deorum eum esse declaratum: qui et ægrotos ad eum, sanitatis recuperandæ causa, remiserunt. Jamque quasi ab Arabibus, magisque et Indis stupendum virum et plane divinum advehens, miras inde narrationes instituit. Atqui non immerito dicat aliquis, quod si jam olim excellentioris, quam est humana, exstitisset naturæ, non jam demum, sed potius antequam aliorum profecisset institutione, miraculorum patrandorum initium eum facere par erat. Præterea superfluanea futura fuisset, quam Arabibus, magisque et Indis studio sibi conquisivit, doctrina, si quis eum juxta ea, quæ Philostratus ponit, extollendum putet. Sed tamen ille, juxta D veracissimum istum scriptorem, jam demum adest, sapientiæ argumenta publice exhibens.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚϚ'.

Ἐπίωμεν δ' ἤδη τὰ ἑξῆς. Ἐπανελθόντα, φησὶν, αὐτὸν τῆς Ἰνδῶν χώρας ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, κοινωνὸν τῶν θεῶν πρὸς αὐτῶν τῶν θεῶν ἀνακεκηρύχθαι, οἵ καὶ τοὺς κάμνοντας ὡς αὐτὸν ἐφ' ὑγείᾳ παρέπεμπον. Καὶ δῆτα ὡς ἐξ Ἀράβων, καὶ μάγων, καὶ Ἰνδῶν παράδοξόν τινα καὶ θεῖον αὐτὸν ἡμῖν ἀγαγὼν, παραδόξων ἐντεῦθεν ἀφηγημάτων κατάρχεται. Καὶ τὸ (27*) ἄν τις εἴποι εὐλόγως, ὅτι δὴ, εἰ θειοτέρας ἢ κατ' ἄνθρωπον φύσεως ἦν πάλαι, ἀλλ' οὐ νῦν ἔδει, πρὸ τῆς δὲ ἑτέρων μεταλήψεως τῶν θαυμασίων κατάρχεσθαι. Περιττὴ δ' ἂν καὶ ἡ ἐξ Ἀράβων αὐτῷ, μάγων τε καὶ Ἰνδῶν, διὰ σπουδῆς ἐπεχειρεῖτο πολυμάθεια, εἰ δή τις κατὰ τὴν δοθεῖσαν ὑπῆρεν ὑπόθεσιν. Ἀλλ' οὗτος, κατὰ τὸν ἀληθῆ συγγραφέα (28), νῦν δὴ πάρεστι, μετὰ τοσούτους διδασκάλους τὴν σοφίαν ἐνδεικνύμενος.

[60] lib. v, c. 12. [61] lib. iii, c. 15. [62] lib. iii, c. 54. [63] lib. iv, c. 1.

(24) *Παρὰ τῷ Φιλαλήθει.* Supra c. 2.

(25) *Ἐσφοιτᾷν.* Ita Philost. habet et Euseb. inf. c. 30. Ἐκφοιτᾷν habebant editi.

(26) *Ἤρετο.* Editi οὔτε ἤρετο. Hoc οὔτε tamen omittendum putavi; nam, ut taceam Philostratum, ipse id omittit Eusebius inf., c. 30.

(27) *Ὡριτῶν.* Ita Indicæ gentis nomen scribendum monet Stephanus, Eustathius ad Dionysium, aliique [non Ὠρειτῶν ut Eusebii editi habebant]. Ὠρείτης autem ἐθνικὸν τοῦ Ὠρεοῦ oppidi, in Euhæa insula. Similiter apud Philostratum peccatum est. HOLSTEN.

(27*) *Καὶ τό.* Forte legendum καίτοι. EDIT.

(28) *Κατὰ τὸν ἀληθῆ συγγρ.* Dictum εἰρωνικῶς, nempe pro tali Philostratum vendiderat Hierocles, supra c. ii. Male igitur Acciolus hæc ad ipsum Hieroclem retulerat, et contra Græci textus fidem verterat: *Philalethe tamen auctore, nonnisi tot exhaustis magistris sapientiam patefecit.*

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Καὶ πρῶτα μὲν, οἷα ἐξ Ἀράβων (29) καὶ τῆς παρ' αὐτοῖς οἰωνιστικῆς ὁρμώμενος, τὸν στρουθὸν ὅ τι βούλοιτο, τοὺς ἑτέρους ἐπὶ τροφὴν παρακαλῶν, ἐφερμηνεύει τοῖς παροῦσιν· εἶτα δὲ, λοιμοῦ προαισθόμενος, προμαντεύεται τοῖς πολίταις. Τὴν δ' αἰτίαν καὶ τούτου ἐν τῇ πρὸς Δομετιανὸν ἀπολογίᾳ αὐτὸς παρατίθεται. Ἐρομένου γάρ τοι αὐτὸν, ὁπόθεν ὁρμώμενος τοῦτο προείποι, « Λεπτοτέρᾳ, ἔφη, χρώμενος, ὦ βασιλεῦ, διαίτῃ, πρῶτος τοῦ δεινοῦ ἠσθόμην· » καὶ τρίτον δ' αὐτῷ θαῦμα γεγονὸς ἱστορεῖ, ὡς δὴ ἀλεξήσαντος τὸν λοιμόν (30). Ὅπερ εἰ τὰ μάλιστα ἐν ταῖς ἐπὶ τέλει κατ' αὐτοῦ κατηγορίαις οὐ τέθεικεν ὁ συγγραφεὺς, ὅτι μὴ παρῆν, ὡς εἰκὸς, αὐτῷ δι' ἀπολογίας ἀπολύσασθαι (31) τὸ ἔγκλημα, φέρε δὴ οὖν ὅμως, αὐτοὶ τὴν ἱστορίαν ἐς φανερὸν ὑποθώμεθα, οὕτω δὴ καὶ ταύτην εὐθύνοντες. Εἴ τινι γὰρ οὐκ ἂν εἴη σαφὲς, ὅτι δὴ πολὺ τὸ πλάσμα, καὶ ἀπατηλὸν, γοητείας τε ὡς ἀληθῶς ἔμπλεον, αὐτὸς ὁ τρόπος ἀπελέγχει τῆς ἱστορίας. Τὸν γάρ τοι λοιμὸν ὑποτίθεται ἐν εἴδει πτωχεύοντος, καὶ ῥάκεσιν ἡμφιεσμένου πρεσβύτου ἀνδρὸς ἐωρᾶσθαι· ὃν καταλεύειν ἐπικελευσαμένου τοῦ Ἀπολλωνίου, πρότερον μὲν πῦρ βάλλειν τῶν ὀφθαλμῶν, εἶθ' ὕστερον βληθέντα λίθοις, κύνα συντετριμμένον, καὶ παραπτύοντα ἀφρὸν, ὡς οἱ λυττῶντες, φανῆναι· εἰρηκέναι δ' αὐτὸν περὶ τούτου καὶ ἐν τῇ πρὸς αὐτοκράτορα Δομετιανὸν ἀπολογίᾳ ταῦτα γράφει· « Τὸ γὰρ λοιμοῦ εἶδος, πτωχῷ, ὧδε ἀγείροντι (32), εἴκαστο· καὶ εἶδον, καὶ ἰδὼν, εἶλον, οὐ παύσας νόσον, ἀλλ' ἐξελών. » Τίς δὴ οὖν ἐπὶ τούτοις οὐ μέγα τὴν τοῦ θαυματοποιοῦ γελάσεται παραδοξοποιίαν; ζώων ὀφθαλμοῖς, καὶ λίθων ὑποπίπτοντα βολαῖς, ξυντριβόμενόν τε πρὸς ἀνθρώπων, καὶ ἀφρὸν παραπτύοντα, τὴν τοῦ λοιμοῦ φύσιν ἀκούων, ὡς οὐδ' ἄλλ' ὁτιοῦν τυγχάνει ἢ φθορὰ, καὶ κάκωσις ἀέρος, ἐπὶ τὸ νοσῶδες τρεπομένου, τοῦ περιέχοντος, ἐκ πονηρῶν τε καὶ φαύλων ἀναθυμιάσεων, ἢ λόγος ἰατρικὸς παραδίδωσι, ξυνισταμένου. Καὶ ἄλλως (33) δ' ἂν τὸ φάσμα (34) διευθυνθείη, ἐπείπερ μόνῃ τῇ τῶν Ἐφεσίων πόλει, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τοῖς ὁμόροις τὸν λοιμὸν ἐπισκῆψαί φησιν ὁ λόγος· ὅπερ οὐκ ἂν γεγόνοι, κάκωσιν τοῦ περιέχοντος πεπονθότος· οὐ γὰρ δὴ, κατακλεισθὲν, μόνῳ ἂν ἐφήδρευσε τῷ περὶ τὴν Ἔφεσον ἀέρι τὸ νόσημα.

CAPUT XXVII.

Ac primo quidem [64], veluti ab Arabibus et augurali eorum schola adventans, passerculus quid sibi vellet, ad pastum cæteros qui invitabat, auditoribus interpretatur. Tum [65] appetentem pestilentiam ante sentiens, civibus illam prædicit. Ejusque rei rationem apud Domitianum ipse quoque edidit. Rogante enim eum Domitiano, quo id prædixisset instinctu, « Diæta, inquit, o imperator, magis tenui usus, primus omnium persensi malum. » Tertium inde patratorum ei miraculorum exponit [66], ut pestem nempe depulerit. Quod tametsi cum maxime scriptor in iis, quæ sub finem habentur, accusationibus non commemoraverit, quoniam, ut verosimile est, apologia illud crimen non poterat diluere; nihilominus tamen nos, age, istam historiam in lucem producamus, eam quoque ita examinaturi. Si cui enim minus alias constaret liquido, spissum hoc esse mendacium, et magica revera **528** superstitione refertum, ipsa narrationis ratio id esset evictura. Pestem enim statuit mendici, pannisque laceris induti senis habitu apparuisse. Quem cum lapidibus obrui jussisset Apollonius, primum ait flammam emisisse oculis: tum vero lapidibus obrutum canem obtritum et ore spumantem, rabidorum more, apparuisse. Ipsum autem de eo etiam Apollonium, in sua ad Domitianum imperatorem apologia, ita locutum esse scribit: « Pestilentiæ enim forma mendico, eo habitu circumvaganti, assimilabatur: eamque vidi, visamque vici, non ut cessaret lues efficiens, sed plane e medio eam tollens. » Quis vero, talia legens, præstigiatoris magno risu non excipiat portenta? [monstrum] oculis viventium, et lapidibus in se conjectis obnoxium, ab hominibus vero obtritum, et ore spumans: pestis naturam qui sciat, quod aliud sit nihil quam corruptela et vitium aeris, nosmet ambientis, atque in noxium versi habitum, et malignis ac depravatis exhalationibus, ut medicorum tradit doctrina, inspissati. Imo et habita cæterarum circumstantiarum ratione hocce explodere liceat spectrum, quoniam nempe soli urbi Ephesiæ, non vero finitimis etiam pestem gravem incubuisse narrat oratio: quod factum certe haud esset, si vitium ab aere ambiente fuisset contractum: minime enim, angustiis conclusus, solum Ephesium aerem morbus obsidere potuisset.

[64] lib. IV, c. 3. [65] lib. IV, c. 4. [66] lib. III, c. 10.

(29) *Οἷα ἐξ Ἀράβων.* Nempe doctissimi illi τῆς οἰωνιστικῆς magistri. Vide nostrum supra cap. 10.

(30) *Λοιμόν.* Vitium Aldinæ editionis, quæ habebat λογισμόν, Morellianam quoque invaserat, quamvis vel Accioli versio Morellum de vera lectione admonere potuisset. In Holsteniana editione mendum istud sublatum observo.

(31) *Ὅτι μὴ παρ. ὡς εἰκ. αὐτ. δι' ἀπολ. ἀπολύσ.* Nescio an Eusebium ratio hic non fugiat. Cum enim, quod ipse paulo post observat, Apollonius apud Domitianum ea de re prolixe egisse narretur, nescio an Philostrato ista tribui possit prævaricatio. Vide huc spectantia, lib. VIII, c. 7, sect. 9.

(32) *Πτωχ. ὧδε ἀγείροντι.* Holstenius ex Philostrato, ὧδε γέροντι, legendum putat. At neque πτ. ὧδε γέροντι, sed potius πτωχῷ δὲ γέροντι legitur apud Philostratum. Nec in proclivi est ea lectione obtinente particulam ὧδε commode explicare. Hinc ex Eusebio Philostratum, quam ex Philostrato Eusebium isto loco malim emendari.

(33) *Καὶ ἄλλως.* H. e. licet vero etiam concedatur fabulam esse tradita de peste senis forma conspicua, et cætera eo pertinentia nugamenta fabulosa esse; nec sic tamen etiam acquiescendum; nam omnino pestem Ephesiam, etiam sine istis nugamentis spectatam, καὶ ἄλλως, ratione habita cæterarum circumstantiarum, fabulosam esse deprehendi.

(34) *Φάσμα.* Φάσμα hoc loco nil aliud significat quam fucum oculis obstipatum: sic inf. c. 33, de eadem re, Ὅτι φάσμα καὶ οὐδέν τι πλέον ἦν, προδηλώσει.

Digitized by Google

CAPUT XXVIII.

Quarti miraculi loco Achillis producit manes [67], primum quidem in chlamyde quinque cubitales, inde duodecim cubitorum magnitudine ad sepulcrum ipsius Apollonio conspectos, et de Thessalis conquerentes, quod sibi inferias, ut more erat receptum, non solverent : Trojanis præterea iratos, ob ea quæ in eum peccavissent, atque Apollonio, ut quinque proponeret quæstiones, quas vellet ipse, et Parcæ proponi paterentur, permittentes. Inde vir ille, rerum omnium solers, et futura antea sibi innotescere gloriatus, adhuc dum ignorat, funeratusne sepulcro Achilles fuerit, Musæque illi ac Nereides an lamenta profuderint, deque his illum rebus percunctatur : neque minus an Polyxena illius ad tumulum cæsa fuerit interrogat, Trojamve Helena an pervenerit. Præclaras vero, multumque ad philosophicam divini illius viri vitam conferentes, serioque proinde studio dignas quæstiones. Miratur item præterea, quod tot heroes inter Græcos ætate eadem esse potuerint, et quod ad Trojam Palamedes fuerit præsens. Virum autem « cum diis » familiariter versatum, « sive forma apparentium [68] visibili, sive non obnoxiorum oculis, » talia ignorare, et de ejusmodi interrogare rebus, quomodo turpissimum non censeatur? Nisi forte, quia mortuos interrogans inducitur, **529** ideo frigidiores quæstiunculas auctor fingit, ut tollat suspicionem, qua ille ultra quam par est curiosus exstitisse videri poterat. Sane enim et apologia usum nobis sistit Apollonium [69], quod eo modo, quo in Necyomantiis fieri solet, ipsi visa oblata haud fuerint : « Neque enim, inquit, ut Ulysses scrobe effossa, neque cæsis agnis manibus placatis, in Achillis colloquium veni, sed precibus fusis, quas Indi censent heroibus fundi oportere. » Atque de istis jam apud sodalem gloriatur, qui nihil ab Indis accepisse, neque eorum imitatus sapientiam esse alibi huic scriptori perhibetur [70].

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

Verum rursus non ita multo post naturæ ejus nobis suppeditabitur argumentum [11]. Cum ex insperato enim ad eum accederet non nemo, diceretque : « Hisce te vinculis, o Apolloni, eximi jubet imperator, utque in liberiore carcere degas permittit; » tum ultra hominum sortem positus ille, futurorumque antea gnarus,

Muti concipiens animum, sensusque tacentis,

præ nimio, ut videtur, gaudio fatidica excidens virtute, nuntium rogat : « Quis vero me isthac est traducturus? » Ille autem : « Ego, respondit, tu modo sequere. »

CAPUT XLI.

Postremo [12] orationem apologeticam quoque composuit studio ingenti vir ille plane divinus, ignarus nempe inanem operam in eo se scripto consumpturum. Putabat enim se ab imperatore iri auditum recitantem apologiam : eoque quod auditurum eum speraret, ad persuadendum cum maxime orationem componit. Cæsar tamen eam non ferens irritum ejus studium reddidit. Audi igitur de his etiam quid dicat sibi ipsi adversante oratione [13] : « Quoniam vero oratio etiam ei conscripta est, ut qui ad clepsydram causam esset dicturus, eum autem tyrannus intra quæstionum, quas dixi, angustias conclusit, oratio quoque huic historiæ inseratur. » Vide igitur ut a futuris longissime aberrans, vir ille plane divinus, quam maxima potuit cura, velut ad clepsydram dicturus, elaboraverit.

CAPUT XLII.

At et ipsa percensenda est frustra ab eo elaborata apologia, et quæ, multa alia inter, **538** quibus Domitianum compellat, arroganter jactat, diserte inquiens [14] : « Te igitur imperatorem Vespasianus fecit, ipse a me est factus. » Vah arrogantiam! qua ne ex vulgo quidem quispiam, nedum vere philosophus, humanaque excellentior natura se jactitet, nisi insaniæ dicam a prudentioribus sibi scribi velit. Deinde vero a suspicione, qua premebatur, se ipsum purgans, sequentia profert de magis [15] : « Equidem magos falsæ sapientiæ puto alumnos esse. Nam quæ non sunt, ut esse videantur, et quæ sunt, ut non esse videantur faciunt. » Ex tota igitur ista tractatione, et sigillatim expositis omnibus, discas licet, an in diis, an in philosophis, an in magis censendus sit, iis admissis quæ ipse de magis et spuriæ sapientiæ cultoribus dixit, et quæ historia ejus de ipso retulit. Nam quercus et ulmi [16] articulata ac muliebri voce locutæ, tripo-

[11] lib. VII, c. 40. [12] lib. VIII, c. 7. [13] lib. VIII, c. 6. [14] lib. VIII, c. 7. [15] lib. VIII, c. 7. [16] lib. VI, c. 10.

(89) *Κωφοῦ τε ξυν.* Vide supra c. 14.

(90) *Ὡς πρὸς ὕδωρ.* Sic ex ms. et Philostrato restitui : antea legebatur, ὥσπερ ὕδωρ τὴν ἀπολογίαν ἀφήσοντι. HOLSTEN.

(91) *Ἀφήσοντι.* Philostr. habet ἀφηγήσαντι.

(92) *Ἄ, ὡς πολλὰ καί*, etc. Distinctionem posui post ἄ, sine qua obscurior sensus.

(93) *Ἀπολυόμενος.* Sic rescribere non dubitavi, pro ἀπολυόμενον, quod in editis erat.

(94) *Ἀπιστεῖσθαι.* Ita ex Philostrato restitui pro ἄπιστα, quod erat in Eusebii editis; rationem cur priorem præferam lectionem reddidi ad Philostratum.

Digitized by Google

des etiam [17] spontaneo motu incedentes, æreique servi discumbentibus ministrantes, imbrium item dolia [18] ac ventorum, et sandaracina aqua, et quæ alia repræsentantur ab iis, quos deos est arbitratus [19], et quos ne præceptores quidem agnoscere est dedignatus, in quem alium competere putes, nisi in eos qui « quæ non sunt [20], ut esse videantur, et quæ sunt, ut videantur non esse, efficiunt? » quos ipse magos appellans, spuriæ sapientiæ cultores esse demonstrat. Num igitur istis argumentis divinus hic, omnique virtute excultus, ipsisque diis gratissimus, sapientiæ coronatus bravio, ipso divinior Pythagora ejusque discipulis, beatiorque censendus erit? an contra spuriæ sapientiæ damnatus, inter infelicissimos primas feret potius?

A θεράποντες διακονούμενοι, πίθοι τε ὄμβρων καὶ ἀνέμων, καὶ σανδαράκινον ὕδωρ, καὶ ὅσα ἄλλα εἰσῆκται, παρ' οἷς ἡγεῖτο θεοῖς, οὓς καὶ οὐκ ὤκνει διδασκάλους ἐπιγράφεσθαι, τίνος ἂν εἶεν παραστατικὰ ἢ τῶν « τὰ οὐκ ὄντα εἶναι, καὶ τὰ ὄντα ἄπιστα » παραδεικνύντων; οὓς αὐτὸς γόητας ὀνομάζων, ψευδοσόφους ὑπάρχειν ἀποφαίνεται. Ἦτοι οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ θεῖος, καὶ ἐνάρετος, καὶ θεοῖς κεχαρισμένος, τὸ σοφίας ἀναδησάμενος βραβεῖον, αὐτοῦ Πυθαγόρου καὶ τῶν ὅσοι μετ' ἐκεῖνον θειότερος ἀληθῶς καὶ μακρῷ εὐδαιμονέστερος κριθείη· ἢ ἔμπαλιν, ψευδοσοφίας ἀλοὺς, κακοδαιμόνων (95) ἀποίσεται τὰ πρωτεῖα.

CAPUT XLIII.

Rursum in apologetico illo scripto se in Ionia de fatorum vi ait disputasse [20*], adeo mutari non posse, quæ texunt ista, docentem, ut, si imperium huic decernant, quod in alterius nunc quidem sit potestate, nemo illum interimere possit, ne ab illo sibi imperium eripiatur: imo si vel interemptus fuerit, revicturum tamen eum, ut fatis decreta eveniant. Quibus sequentia ipsis iisdem syllabis subjungit: « Cuicunque fato decretum fuerit lignarius ut **539** sit, is manibus truncetur licet, in lignarium evadet. Et cui cursu vincere in Olympia [destinatum est,] hic, ne abscisso quidem si claudicet crure, victoria fraudabitur. Et cui ut sagittandi valeat arte Parcæ decreverint, hic vel captus oculis sagitta a scopo non aberrabit. » His vero, adulaturus imperatori, subnectit et ista: « Regum autem exemplo usus sum, ad Acrisios respiciens et Laios, Astyagemque Medum, et complures alios, qui bene sibi in hujusmodi rebus consuluisse sibi videbantur. Quorum alii filios, nepotes alii e medio sublatos esse putantes, ab iisdem illis spoliati sunt imperio, reviviscentibus quasi, ut in ipsos insilirent, adjuvantibus fatis. Quod si adulandi studio tenerer, dicere possem etiam tuas animo meo res esse obversatas, quando a Vitellio obsidebaris, templumque Jovis optimi accendebatur in summo urbis vertice. Ille vero bene se res suas habituras putabat, modo tu ejus ne evaderes manus. Atque adolescens tunc plane eras, neque dum qualis nunc es. Verumtamen, quia Parcis aliter est visum, Vitellius quidem,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΓ'.

B Πάλιν δὲ τῇ γραφῇ περὶ μοιρῶν ἰσχύος φιλοσοφῆσαι αὐτὸν ἐν Ἰωνίᾳ φησὶ, διδάσκοντα οὕτως ἄτρεπτα εἶναι, ἃ κλώθουσιν, ὡς, εἰ καὶ βασιλείαν τούτῳ (96) ψηφίσαιντο, ἑτέρῳ ἤδη ὑπάρχουσαν, οὐκ ἂν ἀποκτείνειέ τις τοῦτον, ὡς μὴ ἀφαιρεθείη ποτὲ ὑπ' αὐτοῦ τὸ ἄρχειν· ἀλλὰ καὶ ἀναβιῶναι ἀποθανὼν ὑπὲρ τῶν δοξάντων ταῖς μοίραις. Καὶ τούτοις ἐπιλέγει αὐταῖς συλλαβαῖς· « Ὅτῳ πέπρωται γενέσθαι τεκτονικῷ, οὗτος κἂν ἀποκοπῇ τὼ χεῖρε, τεκτονικὸς ἔσται. Καὶ ᾧτῳ νίκην ἐν Ὀλυμπίᾳ δρόμου ἄρασθαι, οὗτος δ', οὐδ' εἰ πηρωθείη τὸ σκέλος, ἁμαρτήσεται τῆς νίκης. Καὶ ὅτῳ ἔνευσαν μοῖραι τὸ ἐν τοξικῇ κράτος, οὗτος, οὐδ' εἰ ἀποβάλοι (97) τὰς ὄψεις, ἐκπεσεῖται τοῦ σκοποῦ (98). » Τούτοις, τὸν ἄρχοντα κολακεύων, ἐπιφέρει λέγων· « Τὰ δὲ τῶν βασιλέων ἔλεγον, ἐς τοὺς C Ἀκρισίους δήπου ὁρῶν, καὶ τοὺς Λαΐους, Ἀστυάγην τε τὸν Μῆδον, καὶ πολλοὺς ἄλλους (99), εὖ τίθεσθαι τὰ τοιαῦτα δόξαντας (1)· ὧν οἱ μὲν παῖδας, οἱ δὲ ἐγγόνους ἀποκτείνειν οἰηθέντες, ἀφῃρέθησαν ὑπ' αὐτῶν τὸ βασιλεύειν, ἀναφύντων ἐπ' αὐτοὺς ἐξ ἀφανοῦς σὺν τῷ πεπρωμένῳ. Καὶ εἰ μὲν ἠγάπων κολακευτικὴν (2), εἶπον ἂν καὶ τὰ σὰ (3) ἐντεθυμῆσθαι, ὅτι ἀπειλημμένῳ μὲν ὑπὸ Βιτελλίου (4), κατεπέμπρατο δὲ ὁ νεὼς τοῦ Διὸς περὶ τὰς ὀφρῦς τοῦ ἄστεος. Ὅδ' εὖ κεῖσεσθαι τὰ ἑαυτοῦ ἔφασκεν, εἰ μὴ διαφύγοις αὐτόν. Καίτοι μειράκιον ἱκανῶς ἦσθα, καὶ οὔπω οὗτος. Ἀλλ' ὅμως ἐπὶ μοίραις ἐδόκει ἕτερα· ὁ μὲν ἀπώλετο αὐταῖς βουλαῖς, σὺ δὲ τὰ ἐκείνου νῦν ἔχεις. Ἐπεὶ δὲ ἁρμονίᾳ κολακευτικῇ ἄχθομαι (δοκεῖ γάρ μοι τῶν ἐκρύθμων D τε καὶ οὐκ εὐφθόγγων (5) εἶναι), τετμήσθω μοι ἤδε ἡ

[17] lib. III, c. 27. [18] lib. III, c. 14. [19] lib. VI, c. 11; et lib. VII c. 32 conf. et s. c. 31. [20] lib. VIII, c. 7. [20*] lib. VIII, c. 7.

(95) *Κακοδαιμόνων. Infelices* Romani quoque solent vocare eos, quibus mens est læva; κακοδαίμονα autem et εὐδαίμονα Græcis esse, quibus bene vel secus constituta mens est, ad Philostratum pluribus probatum.

(96) *Βασιλείαν τούτῳ.* Ante scriptum erat βασιλείας. Eusebius habet βασιλείαν τῳ.

(97) *Ἀποβάλοι.* Verior haud dubie lectio, quam et Philostr. agnoscit, et ms. Morello visum. Editi habebant ἀποβάλλει.

(98) *Σκοποῦ.* Ita Philostr. Editi, εὐσκόπου.

(99) *Ἄλλους.* Philostr., ἑτέρους, quam in margine lectionem ascripserat quoque Morell.

(1) *Τὰ τοιαῦτα δόξ.* Philostr., τὰ αὐτῶν τοιαῦτα ἐν ἀρχῇ δόξαντας.

(2) *Καὶ εἰ μὲν ἠγάπων κολακευτικήν.* Apud Eusebium erat κολακευτικόν, male etiam post ἠγάπων comma ponebatur. Utrumque mendum præeunte Philostrato sustuli.

(3) *Τὰ σά.* Melior haud dubie est lectio hæc, ex Philostrato revocata, quam quod in editis Eusebii est τάδε, sic enim sequentia aptius cohærent.

(4) *Βιτελλίου.* Philostr. addit ἐνταῦθα.

(5) *Εὐφθόγγων.* Antea ἀφθόγγων male, Holstex. Nempe εὐφθόγγων Philostrati etiam codices habent.

Digitized by Google

σεμνά, καὶ μηδὲν ἡγοῦ τῶν σῶν ἐντεθυμῆσθαί με. » Διὰ τούτων δὲ ὁμοῦ τὸν ἄνδρα κόλακα, καὶ ψεύστην, καὶ πάντα μᾶλλον ἢ φιλόσοφον, ὁ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας παρίστησι λόγος (6). Τοσαῦτα γὰρ πρότερον εἰπὼν κατὰ τοῦ Δομετιανοῦ, κολακεύει νῦν ὁ γεννάδας, καὶ καθυποκρίνεται, ὡς οὐδέν τι κατ' αὐτοῦ, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ, τῶν περὶ μοιρῶν αὐτῷ καὶ ἀνάγκης ἐν Ἰωνίᾳ κεκινημένων. Ἀνάλαβε δῆτα τὴν ἱστορίαν, ὦ συγγραφεῦ, καὶ τῆς ἀληθείας διανήψας (7) τὰ πρότερόν σοι γραφέντα λαμπρᾷ καὶ φιλαλήθει δίελθε (8) τῇ φωνῇ, μηδὲν ὑποστειλάμενος· Ὡς, ἐν Ἐφέσῳ διατρίβων, « ἀφίστη Δομετιανοῦ ἄνδρας (9), καὶ ὑπὲρ ἁπάντων ἐῤῥώννυε σωτηρίας· καὶ τὰς μὲν ἐπιστολιμαίους ὁμιλίας (10) οὐκ ἀσφαλεῖς αὐτοῖς ᾤετο, τῶν δὲ ἑταίρων τοὺς σωφρονεστάτους, ἄλλοτε ἄλλον ἀπολαμβάνων, Διάκονον, ἔλεγε, ποιοῦμαί σε ἀπορῥήτου λαμπροῦ. Βαδίσαι δέ σε χρὴ ἐς Ῥώμην παρὰ τὸν δεῖνα, καὶ διαλεχθῆναί οἱ. » Καὶ διελέγετο μὲν ὑπὲρ μοιρῶν καὶ ἀνάγκης, καὶ τὸν λόγον διῄει, ὅτι μηδὲ οἱ τύραννοι τὰ μοιρῶν οἷοι βιάζεσθαι. Καὶ ὡς χαλκῆς εἰκόνος ἱδρυμένης Δομετιανοῦ πρὸς τῷ Μέλητι, ἐπιστρέψας ἐς αὐτὴν τοὺς παρόντας· « Ἀνόητε, εἶπεν, ὡς πολὺ διαμαρτάνεις μοιρῶν καὶ ἀνάγκης. Ὃ γὰρ μετὰ σὲ τυραννεῦσαι πέπρωται, τοῦτον καὶ εἰ ἀποκτείνειας, ἀναβιώσεται. » Ὁ δὴ μετὰ τοὺς τοίους διαλόγους κολακεύων τὸν τύραννον, καὶ μηδέν τι τούτων ὡς πρὸς αὐτὸν εἰρῆσθαι αὐτῷ κατειρωνευόμενος, πῶς οὐ μοχθηρίας ἁπάσης καὶ ἀνελευθερίας κριθείη; εἰ μὴ ἄρα ψευδηγόρους τινὰς καὶ κατηγόρους τοῦ ἀνδρὸς, οὐχὶ δὲ ἀληθεῖς συγγραφέας, θείη τις τοὺς ταῦτα μνήμῃ παραδεδωκότας. Καὶ ποῦ τοῦ *Φιλαλήθους* « οἱ παιδεύσεως μὲν ἐπὶ πλεῖστον ἥκοντες, τὸ δ' ἀληθὲς τιμῶντες συγγραφεῖς; » Δάμις τε ὁ φιλόσοφος, ὁ καὶ συνδιατρίψας τῷ δηλουμένῳ, καὶ Φιλόστρατος ὁ Ἀθηναῖος, ἀφ' ὧν ταῦτα παρατίθεται· οὓς σαφῶς οὕτως ἐναντιολογοῦντας, κομπάζοντάς τε ἀληθῶς, καὶ τοῖς μαχομένοις παρισταμένους ψεύστας ἐναργῶς, καὶ ἀπαιδεύτους, καὶ γόητας τῆς ἀληθείας τὸ φέγγος διήλεγξεν.

dum ista ageret consilia, male perlit, tu vero quæ illius erant nunc possides. Sed quoniam adulatorum cantus me offendit, (videtur enim mihi dissonus esse ac discors,) rumpenda mihi ista est cheda. Neque velim ut arbitreris de tuis rebus me cogitasse. » His autem Apollonium adulatorem juxta et mendacem, et quidvis potius quam philosophum, nobis sistit historia ista, veritatis adeo studiosa. Namque idem, qui graviter adeo prius in Domitianum fuerat invectus, nunc adulatur vir strenuus, simulatque ac si non contra ipsum ullo modo, sed pro ipso potius faciant, quos in Ionia ipse de fatis atque necessitate moverat discursus. Sume igitur in manus tuam, o scriptor, historiam, et veritati pervigilium agens, antea tibi in litteras relata clara voce et veritatis studium præeunte **540** relege, nec te subducas huic oneri: Ut nempe commoratus Ephesi [21], « a Domitiano viros abalienaverit, et ut communem tuerentur libertatem confirmaverit: atque commercia quidem per epistolas minus tuta ipsis esse putaverit, adeoque sodalium prudentissimis, modo hoc modo alio a turba seducto, dixerit: Magni te facio arcani ministrum. Oportet autem Romam te abire ad hunc vel illum, atque cum eo disserere. » Ut item de fatis et necessitate locutus sit [22], atque ostenderit oratione, quod ne tyranni quidem fatorum mutare decreta valeant. Ut porro ænea cum esset Domitiano ad Meletem fluvium posita statua, in eam ut intuerentur, præsentes omnes permoverit, dixeritque: « O stulte, quam fatorum ignoras indolem atque necessitatis. Cui enim ab eis, ut post te imperet, fuit decretum, ille, si perimas etiam, reviviscet. » Jam ergo, qui post sermones ejusmodi adulatur tyranno, atque nihil eorum in ipsum dictum esse simulat, quomodo omnis is nequitiæ animique illiberalis reus non agatur? Nisi forte mendaces quosdam et calumniatores Apollonii esse statuat, non veraces auctores, hæc qui memoriæ prodiderunt. Ubi jam igitur illi *Philalethis* auctores, « qui eruditione plurimum profecere, veritatisque » studiosissimi? Damis, inquam, philosophus, qui et comes assiduus ei, de quo agitur, fuit, Atheniensisque Philostratus, a quibus ista nobis proponuntur: quos luculenter adeo sibi repugnare ipsis, jactatores certe vanissimos, et contradictionibus suis spissorum mendaciorum convictos, indoctos item et magos lux veritatis demonstravit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΔ'.

Ἐπὶ πᾶσι τὸν Ἀπολλώνιον, ἀπαλλαγέντα τοῦ δικαστηρίου, ἐν Λεβαδείᾳ ἐλθεῖν ἱστορεῖ. Βουλόμενόν

CAPUT XLIV.

Postremo Apollonium judicio absolutum sese in Lebadeam recepisse memorat [23]. Cumque in Tro-

[21] lib. VII, c. 8. [22] lib. VII, c. 9. [23] lib. VIII, c. 19.

(6) *Ὁ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας παρίστησι λόγος.* Ironice dictum. Nempe a veritatis studio Philostratum, atque istud σύγγραμμα ejus commendaverat Hierocles, ut videre est supra cap. 2.

(7) *Διανήψας.* Acciolum in suis διανίψας legisse certum est: nam quomodo vertere alias potuisset: *Age veritatis fonte dilutam repete hanc clara et ingenua voce?* At ista lectione, fatendum ingenue, non multum lucis accedit loco obscuro. Nihil ego invenio magis probabile, quam legendum esse καὶ τῇ ἀληθείᾳ διανήψας, sic enim satis plana omnia, sensusque emergit non clarus tantum, verum et elegans, quem proinde, cum alium non possem, in versione etiam expressi.

(8) *Γραφέντα λαμπρᾷ καὶ φιλαλήθει δίελθε.* Ex ms. reposui. Prior editio, γραφέντα λαμπρὰ καὶ φιλαλήθη δίελθε, alteram autem lectionem et distinctionem interpres quoque sequitur. HOLSTEN.

(9) *Ἄνδρας.* Nervam, Ruffum et Orfitum, de iis enim agitur eo quem respicit Philostrati loco.

(10) *Ὁμιλίας.* Philostr. ξυμβουλίας habet, quod magis probem.

Digitized by Google

phonii specum descendere affectaret, prohibitum ab inolis esse, his quoque magum eum esse censentibus. Atqui merito ejus rei suspicio obtineat, si quis contulerit ab initio Philostrato dicta [24], ubi ægre ferens, suspicionem quibusdam esse ortam, magus quod sit, id ipsum admiratus inquit : « Empedoclem atque Pythagoram Democritumque, qui eorumdem magorum exstiterint discipuli, nunquam tamen in artis illius suspicionem venisse; **541** Platonem quoque, tametsi ab Ægyptiis sacerdotibus prophetisque multa accepisset, eaque suis libris inseruisset, nequaquam tamen cuiquam magiæ addictum visum esse. De Apollonio autem nondum satis hominibus innotuisse, quod ingenuæ sapientiæ usus sit adjumentis, magumque creditum esse eum, quod Babyloniorum magis Brachmanibusque Indorum, ac Ægyptiis Nudis se in disciplinam dedisset. » Quid igitur Philostrato responderi, amice, convenit? Nempe vir iste ejus generis res molitus fuit, ut solus et olim et nostra ætate fuerit habitus magus, præ ejuscemodi viris, qui licet eosdem, quod tu quidem ais, experti fuissent magistros, et suo tamen ævo bona fama gavisi sunt, et posteris quoque temporibus philosophiæ suæ virtutem commendatissimam reliquere. Annon igitur ultra quam fas sit eum molitionibus suis processisse, quibus sana mens est omnibus manifestum sit? Suntque etiamnum hodie qui magicas machinas, quæ viri illius esse dicantur, sese dicant reperisse. At istis animum advertere nunc quidem haud placet. De morte autem etiam viri prioribus consentanea dum coaciunat, nulla parte veritatem rei sibi innotuisse ostendit, Alios enim Ephesi exitum ejus contigisse ait referre [25], alios autem Lindi in Minervæ templo, alios in Creta insula. Et cum tantum caliginis illius morti offundat, vult tamen eumdem cum ipso corpore ad superos evolasse. Nam cum templum, prout ille ait, ingressus esset, valvas repente occlusas, inexspectatumque virginum cantum ex eo auditum esse. Cantumque fuisse istum : « Veni, veni in cœlum, veni. » Addit quod ne in cenotaphium quidem ejus inciderit, cum tamen ipse universum orbem, qua late patet, peragrasset. Vultque hoc ipsi animus, omnino mortem virum illum non attingere. Cum enim initio dubitet de modo quo vivis excessit, diserte deinde dicit in cœlum ascendisse eum.

τε ἐς Τροφωνίου κατελθεῖν, μὴ ἐπτρέπεσθαι πρὸς τῶν ἐπιχωρίων, γόητα καὶ τούτων ἡγουμένων αὐτόν. Καίτοι ἄξιον ἀπορῆσαι, παραθέμενον τὰς ἐν ἀρχῇ τοῦ Φιλοστράτου λέξεις, ἐν αἷς ἀπορῶν ὅ τι δὴ γόητα αὐτὸν ὑπειλήφασιν, αὐτὰ δὴ ταῦτα θαυμάζει λέγων· « Ἐμπεδοκλέα μὲν καὶ Πυθαγόραν, καὶ Δημόκριτον, τοῖς αὐτοῖς μάγοις ὡμιληκότας, οὕπω ὑπῆχθαι τέχνῃ· Πλάτωνά τε, παρὰ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱερέων τε καὶ προφητῶν πολλὰ παρειληφότα, καὶ ταῦτα τοῖς ἰδίοις ἀναμίξαντα λόγοις, οὐδαμῶς δόξαι τισὶ μαγεύειν. Τουτονὶ δὲ οὕπω γινώσκεσθαι παρ' ἀνθρώποις, ὅτι δὴ ἀπὸ τῆς ἀληθινῆς ὁρμᾶτο σοφίας, μάγον δὲ αὐτὸν νενομίσθαι, τῷ μάγοις Βαβυλωνίοις, Ἰνδῶν τε Βραχμᾶσι καὶ τοῖς Αἰγυπτίων Γυμνοῖς ὡμιληκέναι. » Τί δῆτα οὖν εἰρήσεται πρὸς αὐτὸν, ὦ οὗτος; Τῷδε τῷ ἀνδρὶ τηλικοῦτον ἐπεχειρεῖτο, ὡς μόνον γόητα πάλαι τε καὶ νῦν νενομίσθαι εἰσέτι παρὰ τοὺς τηλικούτους ἄνδρας, οἳ τῶν αὐτῶν, ὡς φῂς, διδασκάλων πεπειρασμένοι (10*), διέπρεψαν μὲν καὶ καθ' οὓς ἐγνωρίζοντο χρόνους, καὶ ἐς τοὺς μετέπειτα δὲ τῆς σφῶν φιλοσοφίας ἀοίδιμον καταλελοίπασι τὴν ἀρετήν· εἰ μὴ ἄρα πέρα τῶν προσηκόντων ἐγχειρῶν τοῖς εὖ φρονοῦσι φανερὸς καθειστήκει; Αὐτίκα τῶν νῦν εἰσιν, οἱ περιέργους μηχανὰς (11), τῇ τοῦ ἀνδρὸς ἀνακειμένας προσηγορίᾳ, κατειληφέναι λέγουσιν. Ἀλλ' οὐκ ἔμοιγε φίλον τούτοις προσέχειν τὸν νοῦν· ἀλλὰ γὰρ καὶ περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀκόλουθα τοῖς προτέροις συντάττων, οὐδὲν ἀληθὲς ἐξέφηνεν εἰδέναι. Τοὺς μὲν γὰρ ἐν Ἐφέσῳ τελευτῆσαι αὐτὸν ἱστορεῖ, τοὺς δὲ ἐν Λίνδῳ ἐς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς, ἄλλους δὲ ἐν Κρήτῃ. Καὶ τοσαύτην ἄγνοιαν τοῦ περὶ αὐτὸν τέλους κατασκεδάσας, βούλεται αὐτὸν ἐς οὐρανὸν αὐτῷ σώματι χωρῆσαι. Ἐσβραμόντος γὰρ ἐς ἱερὸν, φησὶ κλεισθῆναι τὰς πύλας, καί τινα ᾠδὴν ἀδόκητον παρθένων ἐκπεσεῖν. Τὸ δὲ ᾆσμα εἶναι· « Στεῖχε, στεῖχε ἐς οὐρανὸν, στεῖχε. » Λέγει δὲ, ὡς μήτε κενοταφίῳ τοῦ ἀνδρός πω περιτύχοι, καίτοι τῆς γῆς ὁπόση ἐστὶν, ἑαυτὸν ἐπελθόντα. Καὶ βούλεται αὐτῷ ἡ διάνοια μηδὲ ὅλως θανάτου τὸν ἄνδρα θίγειν. Πρότερον μὲν γὰρ ἀμφιβάλλων περὶ τοῦ τρόπου, καθ' ὃν ἐτελεύτα, ὕστερον δὲ διαῤῥήδην καὶ ἐς οὐρανὸν αὐτὸν χωρῆσαι φάσκει. Ὅθεν, ὡς δὴ τοιοῦτον ὄντα, καὶ κατὰ τὸ προοίμιον, καὶ καθ' ὅλην τὴν γραφὴν, Πυθαγόρου καὶ Ἐμπεδοκλέους θειότερόν φησι, καὶ παρεληλυθέναι φιλοσοφίᾳ.

Quamobrem eum, tantus qui sit, et in proœmio [26],

[24] lib. I, c. 2. [25] lib. VIII, c. 29. [26] lib. I, c. 2.

(10*) *Πεπειρασμένοι*. Lege πεπειραμένοι, a πειράομαι. Edit.

(11) *Οἱ περιέργους μηχανάς*. Intelliguntur τελεστικά, quæ passim in urbibus Asiæ et Græciæ inveniebantur, quæ Apollonii vulgo Eusebii ævo esse credebantur, ejusque adeo dicebantur esse; hoc enim est quod addit, τῇ τοῦ ἀνδρὸς ἀνακειμένας προσηγορίᾳ. Talium in hac ipsa historia fit mentio, lib. IV, cap. 10. Plura autem de iis habet Joannes Antiochenus in *Chronogr.*, pag. 342, quem locum transcripsit etiam auctor *Chronici Alex.* En verba ejus : Ἦν δὲ τοῖς χρόνοις βασιλέως Δομετιανοῦ ὁ σοφώτατος Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς, καὶ ἤκμαζε περιπολεύων καὶ πανταχοῦ ποιῶν τελέσματα εἰς τὰς πόλεις καὶ εἰς τὰς χώρας. Inde narrat Byzantii eum telesmata adversus ciconias, Lyci fluvii exundationes, testudines item, et equos ferocientes fecisse. Antiochiæ ad portam urbis orientalem telesma contra ventum aquilonarem posuisse. Fusum item ex aere scorpium in urbe media defodisse, columnamque ei parvam imposuisse, quod omnes scorpios fugaverit telesma. Aliud item adversus culices parasse, quod prolixius describitur, quam ut hic repetere vacet. Eadem vero juxta cum aliis Apollonii τελέσματα etiam Tzetzes recenset *Chiliad.* II, hist. 60. Adde Joan. Gregorium in *Observ. S.*, c. VIII. Hic itaque μηχαναὶ τῇ τοῦ ἀνδρὸς ἀνακείμεναι προσηγορίᾳ. Acciolus male verterat : *Neque vero hodie desunt, qui expertos se dicant ejus nomini invocato magicas inesse virtutes, ad superstitiosa quæpiam peragenda.*

Digitized by Google

et in toto opere, magis 542 quam vel Pythagoram, vel Empedoclem ait fuisse divinum, studiisque sapientiæ excelluisse.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΕ'.

Ἀλλὰ γὰρ ἐν τούτοις περιγραφομένου τοῦ λόγου, βραχέ' ἅττα περὶ μοιρῶν καὶ εἱμαρμένης φέρε διαλάβωμεν· ὅ τι καὶ βούλοιτο δι' ὅλης αὐτῷ τῆς ὑποθέσεως ὁ λόγος (12), τὸ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἀναιρῶν, ἀνάγκην δὲ εἰσάγων, καὶ εἱμαρμένην, καὶ μοίρας, διαθροῦντες· ταύτῃ γὰρ ἡμῖν ἐντελῶς καὶ ἡ ἐν δόγμασι ψευδοδοξία τἀνδρὸς διευθυνθήσεται. Εἰ δὴ οὖν, κατὰ τὸν ἀληθοῦς φιλοσοφίας λόγον, ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος (τὸ γὰρ ἀεικίνητον (13) ἀθάνατον, τὸ δ' ὑφ' ἑτέρου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως, παῦλαν ἔχει ζωῆς), καὶ αἰτία ἑλομένου, Θεὸς ἀναίτιος· τίς αἱροῖτο λόγος ἄκουσαν, οὐχὶ δὲ κατὰ προαίρεσιν, ἀψύχου δίκην σώματος ἔξωθέν ποθεν κινουμένην, καὶ ὡσπερεὶ νευροσπαστουμένην (14), ὧδε κἀκεῖσε τὴν ἀεικίνητον ἄγεσθαι φύσιν, μηδὲν μηδαμῶς ἐξ ἰδίας ὁρμῆς καὶ κινήσεως ἐνεργοῦσαν, μηδὲ ἐς ἑαυτὴν τὴν τῶν δρωμένων ἀναφέρουσαν αἰτίαν· ταύτῃ τε μήτε φιλοσοφοῦσαν ἐπαινετέαν τυγχάνειν, μήτ' αὖ ψεκτὴν κακίας ἔμπλεων καὶ πονηρίας; Τί δῆτα οὖν Εὐφράτῃ λοιδορούμενος καταμέμφῃ, ὦ 'τᾶν, εἰ μὴ παρ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἐξ εἱμαρμένης ἐπὶ τὸ κέρδος ἐκδοὺς, ὡς αὐτὸς ἀξιοῖς, ὠλιγώρει φιλοσοφίας (15); Τί δὲ γόησιν ἐνυβρίζεις, ψευδοσόφους ἀποκαλῶν, ὑπὸ μοιρῶν, ὡς ἠχῇ, καθελκομένους ἐπὶ τὸν κακοδαίμονα βίον; Τί δὲ κακίαν ἁπλῶς ὀνομάζεις; Καὶ πονηρός τις ἀνθρώπων οὐκ ἐν δίκῃ κρίνεται παρὰ σοὶ, τὸν ἐξ ἀνάγκης εἱμαρμένον ἀποπληρῶν ὅρον. Ὡς ἔμπαλιν, τίνι λόγῳ Πυθαγόραν σεμνολογῶν θαυμαστὸν ἐπιγράφῃ διδάσκαλον, καὶ μοιρῶν παίγνιον, ἀλλ' οὐκ ἐραστὴν ὄντα φιλοσοφίας, οὐκ ἀπολείπεις ἐπαινῶν; Φραώτης δὲ καὶ Ἰάρχας, Ἰνδῶν φιλόσοφοι, τί μᾶλλον παρὰ σοὶ θεῶν ἀπηνέγκαντο (16) δόξαν, μηδέν τι παιδείας ἴδιον (17), μηδ' ἀρετῆς ἀπενεγκάμενοι κλέος; Νέρωνος δ' ὡσαύτως καὶ Δομετιανοῦ τί οὐχὶ μοίραις καὶ ἀνάγκῃ τὴν ἀκόλαστον περιάπτεις ἀγερωχίαν, πάσης αἰτίας καὶ παντὸς ἐγκλήματος ἐλευθερῶν τοὺς ἄνδρας; Ἀλλὰ καὶ εἴ τῳ πέπρωται, ὡς φῂς, δρομικῷ, καὶ τοξικῷ, καὶ τεκτονικῷ γενέσθαι (18)· οὕτω δὴ γὰρ γόητι τὸν τρόπον ὄντι, μάγον ἀναφανῆναι· μιαιφόνῳ τε καὶ πονηρῷ, καὶ ἀκολάστῳ πάντως που ἐξ ἀνάγκης τοιόσδε τις ἀποβήσεται. Τί δῆτα οὖν περι-

CAPUT XLV.

Sed limites orationis constituentes istos, age paucis adhuc de fato, atque Parcis tractemus: quid velit [scriptori] per totum opus istud doctrina, arbitrii tollens libertatem, et necessitatem inducens legesque fatales, et fatum, dispecturi: hac enim ratione accurate a nobis Apollonii in doctrina errores etiam redarguentur. Si est igitur (ut veræ philosophiæ doctrina tradit.) anima immortalis (siquidem quod semper movetur, est immortale, quod autem movetur aliunde, ubi motus cessationem admiserit, vivere desinit); si item est causa electionis, et Deus culpæ est immunis; quæ ratio sibi persuaserit invitam, non sponte sua, veluti inanimum corpus, ab externo aliquo agitatam, et veluti alienis nervis mobilem, huc et illuc perpetuo motu vigentem naturam duci, nihil unquam vi propria motuque agentem, neque ad seipsam factorum a se causas referentem: atque ob id ipsum neque philosophantem laudem mereri, neque reprehensionem si malitiæ ac delictorum plena fuerit? Quid igitur, amice, Euphratem conviciis atque animadversionibus prosequeris [27], si non suo arbitrio, sed fatali necessitate lucro deditus, ignominia, prout tu censes, philosophiam afficit? Quid magos item probris insectaris [28], spuriæ sapientiæ cultores appellans, qui fato tamen, juxta tuam opinionem, ad infelix istud vivendi genus trahuntur? Imo quid vitium omnino adhuc nominas? Neque malus quisquam jure a te damnatur, præscriptam sibi a fato necessariam legem dum implet. Sic versa vice, qua tu ratione Pythagoram veneratus admirabilem vocas præceptorem [29], Parcarumque ludibrium qui sit, non sapientiæ amator, laudare non cessas? Phraotes porro et Iarchas cur potius quam alii homines a te pro diis habentur [30], cum propriam non ferant institutionis atque virtutis laudem? Similique ratione Neronis 543 et Domitiani cur fato et necessitati infrunitam haud tribuis superbiam, ab omni crimine et culpa eos absolvens? Verum si cui fato tributum est, ut, quemadmodum ais [31], cursor sit, ut sagittarius, ut architectus; perinde etiam ei, qui incanta-

[27] lib. VI, c. 29; lib. VIII, c. 7. [28] lib. VIII, c. 7. [29] lib. VIII, c. 7 seq. et passim. [30] lib. VII, c. 32. [31] lib. VIII, c. 7.

(12) *Δι' ὅλης αὐτῷ τῆς ὑποθ. ὁ λόγος*, etc. Hæc et sequentia si lecta fuissent viro docto, Jo. Jonsio, in libro *De scriptoribus hist. philos.*, non potuisset in eum prolabi errorem, quo abreptus existimavit, Hierocli de fato disputata hic confutari, quorum fragmenta Stobæus nobis servavit. Unde deinde argumentum sibi nasci putavit, Cæsariensem Eusebium non esse qui hæc scripsit, cum qui de fato scripsit Hierocles, ætate eo sit multum inferior.

(13) *Τὸ γὰρ ἀεικίν.* Desumpta sunt ista ex *Phædro* Platonis.

(14) *Νευροσπαστουμ.* Hunc locum interpres misere exceperat, quem paulo planius rectiusque me expressisse arbitror. HOLSTEN. Holstenianam autem interpretationem hic nos quoque servavimus.

(15) *Ὠλιγώρει φιλοσοφίας.* Παρὰ τὸ πρέπον φιλοσοφίᾳ πράττειν dicit Philostr. l. VI, c. 39.

(16) *Μᾶλλον π. σοί*, etc. Nempe eos μόνους ἀνθρώπων se pro diis habere diserte ait loco in marg. citato.

(17) *Μηδέν τι παιδείας ἴδιον.* Ipsorum nempe non est quidquid in eis virtutis, sed fati, cujus necessitans vis eos ad virtutem determinat.

(18) *Γενέσθαι.* Hanc vocem addere ausus sum, sine qua mancus hic locus videbatur. Ea vero addita omnia plana sunt, modo memineris post ἀναφανῆναι verbum πέπρωται repetere ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, et similiter post μιαιφόνῳ τε καὶ πονηρῷ καὶ ἀκολάστῳ, subintelligendum πέπρωται ταύτῃ γενέσθαι.

Digitized by Google

mentis deditus est, ut magus evadat [a fatis obveniet]; similiterque sicario item, nebuloni, superbo; tum omnino ex necessitate talis erit. Quid igitur oberrans emendationis non capacibus virtutem proponis? Aut quid in eos animadvertis, quorum fata, non vero voluntas monstrum alunt? Imo quid, si ipsi tibi fatis est destinatum, ut divina præditus indole imperatorem mente sublimi despicias; magistrorum scholas frequentasti? Quid Arabas, Babyloniorumque magos, et Indorum sapientes curiose obiisti? Omnia enim vel citra illam conversationem, quæ fatis essent decreta, tibi peragere licuisset. Quid iis item quos credis diis mellitas nequidquam placentas thuraque profundis [32], et pietatis induens larvam discipulos ad preces convertere laboras [33]? Imo et ipse precatus quid deos exposcis, quandoquidem his quoque fata imperare existimas? Atqui oportebat, cæteris diis omissis, uni tantum Necessitati Parcisque rem divinam te facere, supraque Jovem ipsum venerari fatum. Ita vero dii nulli tibi amplius fuerint, et merito quidem, ut qui prodesse hominibus valeant nihil. Præterea si decretum fuit, ut cives Ephesii peste corripiantur [34], quid contraria sanciens fato te præbes adversum? Imo quomodo vicisti fatum, tropæum quasi de illo statuens? Si porro in puella Clothus jam stamina [35] erant absumpta, quo tu pacto denuo post mortem ejus novo colum induere filo, illique esse vitæ redeuntis auctor potuisti? Sed te fortassis eædem Parcæ ad hæc agenda ducebant.

A νοστῶν τοῖς μὴ οἵοις τε τυχεῖν διορθώσεως ἀρετὴν προκηρύττοις (18*); Ἢ τί καταμέμφῃ τοῖς τὴν μοῖραν, ἀλλ' οὐ τὴν προαίρεσιν, ἀτοπωτάτοις; τί δὲ καὶ, εἰ αὐτῷ σοι πέπρωτο, θείῳ ὄντι τὴν φύσιν, ὑπεράραι βασιλέως δόξης (19), ἐς διδασκάλων ἐφοίτας καὶ φιλοσόφων; Ἀραβίους (20) τε καὶ Βαβυλωνίων μάγους, καὶ σοφοὺς Ἰνδῶν ἐπολυπραγμόνεις; Πάντα (21) γάρ που καὶ τῆς τούτων δίχα κοινωνίας τὰ ἐκ μοιρῶν ἐτελεῖτό σοι. Τί δὲ καὶ οἷς νομίζεις θεοῖς τὰ μελιττοῦντα, καὶ τὸν λιβανωτὸν ἐς μάτην ῥίπτεις, εὐσέβειάν τε ἐπιμορφαζόμενος, ἐπ' εὐχὰς τρέπεσθαι τοὺς ἑταίρους παρορμᾷς; αὐτός τε εὐχόμενος, τί παρὰ θεῶν αἰτεῖς, ὁπότε καὶ τούτων τὴν εἱμαρμένην ὁμολογεῖς κρατεῖν; Καὶ μὴν ἔδει, τοὺς ἄλλους θεοὺς παραμειψάμενον, ἀνάγκῃ μόνον καὶ μοίραις θύειν, B καὶ τοῦ Διὸς αὐτοῦ μᾶλλον τὴν εἱμαρμένην προτιμᾷν. Οὕτω δ' ἂν σοι θεοὶ μὲν οὐκέτ' ἂν ἦσαν, καὶ εἰκότως, ἅτε μηδὲ ἀνθρώπους οἷοί τε ὠφελεῖν. Ἀλλὰ καὶ εἰ ἐπέπρωτο τοὺς Ἐφεσίους ἁλῶναι λοιμῷ πολίτας, τί, τἀναντία νομοθετῶν, παρακρούεις τὴν εἱμαρμένην; Μᾶλλον δὲ πῶς ὑπερῆρας τὴν μοῖραν, τρόπαιον ὥσπερ κατ' αὐτῆς ἀράμενος; Εἰ δὲ καὶ τῆς Κλωθοῦς ἐπὶ τῇ κόρῃ τὸ νῆμα πέρας εἰλήχει, πόθεν ἐξ ὑπαρχῆς μετὰ θάνατον ἀναδησάμενος τῷ μίτῳ τὸν ἄτρακτον, ζωοποιὸς αὐτῇ παραπέφηνας; Ἀλλ' ἴσως μοῖραι καὶ σεαυτὸν ἐπὶ ταῦτ' ἦγον.

CAPUT XLVI.

Nihil profers quod ad tuam faciat dignitatem, (multum abest,) qui antequam in corpus hoc esses delatus [36], in eorum, qui in mari, et fluctus inter ætatem consumunt, te fuisse censu ais. Nempe necessitatis, ut verosimile, et hoc est. Nihil ergo quo admirationem mereare, neque natales [37] **544** tui et educatio, neque encyclios disciplina [38], neque vitæ genus temperantissimum [39], neque philosophica exercitatio [40]. Nempe fatalis etiam quædam erat necessitas, quæ, ad Babylonios ut proficiscerere, te compulit [41]. Vi item actus quasi Indorum quoque factus discipulus es [42]: et ad Ægyptiorum Nudos non electio tua et sapientiæ studium, sed fatum te egit, collo te adigens obtorto Gadibus etiam Herculisque columnis [43], eooque [44] atque occiduo Oceano [45] ut oberrares: ipsoque fuso suo, ut nullo emolumento tuo hinc inde vagus discurreres, te coegit. Quod si quis sapientiæ participem factum istorum ope dicat esse; ejus quoque rei causa fatum erit, neque amplius vir ille in iis, qui discendi studio fervent, censebitur, neque merito

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜϚ'.

C Οὔτι πω φήσεις κατ' ἀξίαν, πολλοῦ γε δεῖ, ὃς πρὸ τῆς ἐς τοῦτο τὸ σῶμα παρόδου τῶν ἐν θαλάττῃ καὶ κύμασι διατριβόντων γεγονέναι σεαυτὸν λέγεις. Ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης, ὡς εἰκός, καὶ τοῦτο. Οὔκουν θαυμάσιος, οὔτε τῆς πρώτης γενέσεως καὶ τροφῆς, οὔτε τῆς ἐγκυκλίου παιδείας, οὔτε τῆς ἐν ἀκμῇ σώφρονος ἀγωγῆς, οὐκ ἀσκήσεως τῆς ἐν φιλοσοφίᾳ (22). Ἦν δ' ἄρα τις μοιρῶν ἀνάγκη καὶ ἐς Βαβυλωνίους ἐλαύνουσα· ὠθούμενος δ' ὥσπερ καὶ τῶν Ἰνδῶν ὡμίλεις σοφοῖς, καὶ ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίων δὲ Γυμνοὺς οὐχ ἡ προαίρεσις, οὐδ' ὁ φιλοσοφίας πόθος, μοῖρα δὲ ἦγεν, ἄγχουσα καὶ ἐπὶ τὰ Γάδειρα, καὶ τὰς Ἡρακλείους στήλας, ἐῶόν τε καὶ ἐσπέριον Ὠκεανὸν ἁλᾶσθαι· καὶ αὐταῖς ἀτράκτοις ἐς μάτην ἐξεδιάζετο περιστρέφεσθαι. D Εἰ δὲ δὴ μετειληφέναι τι σοφίας αὐτὸν ἐκ τούτων εἴποι τις, μοῖρα καὶ τούτων αἰτία, καὶ οὐκέτ' ἂν ἐν φιλομαθέσιν ὁ ἀνὴρ καταλεχθείη, οὐδ' ἂν εὐλόγως θαυμασθείη, τῆς οὐ κατὰ γνώμην, ἀλλὰ κατὰ ἀνάγκην αὐτῷ πορισθείσης φιλοσοφίας. Ἐν ἴσῳ δ' ἂν συγκρινόμενος εἴη κατ' αὐτὸν Πυθαγόρας αὐτὸς καί τι τερατῶδες καὶ ἀπερρίμμενον ἀνδράποδον·

[32] lib. I, c. 31. coll. lib. I, c. 1. [33] lib. IV, c. 38. [34] lib. IV, c. 10. [35] lib. IV, c. 45. [36] lib. III, c. 25. [37] lib. I, c. 4-5. [38] lib. I, c. 7. [39] lib. I, c. 12-13. [40] lib. I, c. 8 et 14. [41] lib. I, c. 18. [42] lib. III, c. 16. [43] lib. V, c. 1 [44] lib. III, c. 66. [45] lib. V, c. 47.

(18*) *Προκηρύττοις*. Forte προκηρύττεις. EDIT.

(19) *Ὑπεράραι βασιλ. δόξ.* Respicit ad gesta imprimis cum Domitiano, vide libri VIII, cap. 1 et 2.

(20) *Ἀραβίους*. Morell. in margine ascripsit Ἀραβίων.

(21) *Πάντα*. Morell. in margine habet πάντως.

(22) *Ἀσκήσεως τῆς ἐν φιλοσοφίᾳ*. Maxime respici puto ad exercitium perpetuæ abstinentiæ, et ἐχεμυθίας Pythagoricæ, de quibus vide loca in margine citata.

Digitized by Google

Σωκράτης δ' αὐτὸς φιλοσοφίας ὑπεραποθνήσκων καὶ οἱ τοῦτον θανάτου ἄξιον γραψάμενοι· Διογένης τε καὶ τὰ Ἀθηναίων μειράκια. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ὁ σοφώτατος οὐκ ἂν διαφέροι τοῦ ἀφρονεστάτου, καὶ ὁ ἀδικώτατος τοῦ δικαιοτάτου, ὅ τε ἀκόλαστος τοῦ σωφρονεστάτου, καὶ ὁ δειλότατος τοῦ ἀνδρειοτάτου, εἱμαρμένης καὶ μοιρῶν παιγνίων τούτων ἁπάντων ἀναδεδειγμένων.

A existimationem consequetur ob sapientiam, quam non electione sua, sed necessitate ductus sibi comparavit. Eademque, juxta eum si comparatio instituatur, ratio erit ipsius Pythagoræ, et mancipii alicujus præstigiis dediti, et nullius pretii : ipsiusque Socratis mortem pro philosophia oppetentis et eorum qui eum capitali supplicio afficiendum decreverunt : Diogenis item et Atticorum adolescentulorum. Utique paucis absolvam, sapientissimus et stolidissimus mortalium nihil different, nihil injustissimus maximeque justus, lascivus maxime et continentissimus, timidissimus et fortissimus distabunt, si eos omnes necessitatis et fati merum constet esse ludibrium.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΖ'.

Ἀλλὰ γὰρ πρὸς ταῦτα ὁ κήρυξ τῆς ἀληθείας βοήσεται, λέγων· Ὦ ἄνθρωποι, θνητὸν καὶ ἐπίκαιρον γένος, ποῖ δὴ φέρεσθε, τὸν τῆς ἀκρασίας ἄκρατον ἐμπιόντες; λήξατέ ποτε, καὶ διανήψατε τῆς μέθης, καὶ διανοίας ὀρθοῖς ὄμμασι τὸ σεμνὸν τῆς ἀληθείας ἐνοπτρίσασθε πρόσωπον. Οὐ θέμις ἀλήθειαν πολεμεῖν ἑαυτῇ καὶ μάχεσθαι· οὐδὲ δυοῖν ἐναντιωτάτοιν μίαν ὑφεστάναι καὶ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. Τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας τὰ πάντα κρατούσης, θείοις (23) νόμοις διατέτακται τὸ πᾶν. Ἀνθρώπων τε ψυχῆς ὅρος αὐτοκράτορά τε καὶ κριτὴν, ἡγεμόνα τε καὶ κύριον αὐτὸν ἑαυτοῦ καθίστησι· φυσικοῖς νόμοις καὶ φιλοσόφων δόγμασιν ἐκδιδάσκων, ὡς ἄρα τῶν ὄντων τὰ μὲν ἔστιν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Καὶ ἐφ' ἡμῖν μὲν ὅσα γένοιτ' ἂν κατὰ προαίρεσίν τε καὶ πρᾶξιν (24), ἃ καὶ φύσει ἐλεύθερα (25), ἀκώλυτα, ἀπαρεμπόδιστα τυγχάνει· τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτά, ἀλλότρια, ἃ καὶ περὶ τὸ σῶμα, καὶ τὰ ἐκτὸς, ἄψυχά τε ὄντα καὶ ἄλογα, καὶ πάντη τῆς ἰδίας τοῦ λογικοῦ ζώου φύσεως ἀλλοτρίαν τὴν ὑπόστασιν ἔχει. Τῶν δ' ἐφ' ἡμῖν τὴν ἐπὶ θάτερα ὁρμὴν ἀρετῆς τε καὶ κακίας ἕκαστος ἐν αὐτῇ κέκτηται προαιρέσει. Καὶ τὸ μὲν τῶν ὅλων δεσπόζον τε καὶ ἡγεμονοῦν εὐθέως περαίνει (26), κατὰ φύσιν περιπορευόμενον· τῷδ' αἰεὶ συνέπεται δίκη, τῶν ἀπολειπομένων τοῦ θείου νόμου τιμωρός· τῶν δ' ἐπὶ τὰς πράξεις ὁρμῶν οὐ μοίρας, οὐδὲ εἱμαρμένης, οὐδ' ἀνάγκης αἰτία (27)· αἰτία ἑλομένου· Θεὸς ἀναίτιος.

CAPUT XLVII.

Sed enim contra hæc præco veritatis inclamabit dicens : Heus homines, mortale et exigui temporis B genus, quo ferimini incontinentiæ mero ebrii? desinite demum, e crapula expergiscimini, rectisque mentis oculis augustam veritatis intuemini faciem. Fas enim non est sibi ipsi repugnare veritatem, ac a se dissentire. Neque duobus inter se maxime contrariis unam eamdemque causam subesse. Divinæ Providentiæ omnia continentis legibus divinis universum hoc regitur. Definita autem animæ humanæ potentia, principem eum ac judicem, rectorem et dominum sui ipsius constituit : juxta naturæ leges et philosophorum placita eum docens, rerum alias esse in potestate nostra, alias vero non esse. **545** Et in nostra quidem potestate esse posita omnia quæ ab electione nostra et operatione pendent, cum quibus et ita a natura comparatum C est, ut libera sint, nec prohiberi a quopiam vel impediri queant. Quæ vero in potestate nostra non sunt, ea infirma sunt, obnoxia servituti, nihilque ad nos attinent, ad corpus pertinentia et res externas, animo et ratione destituta, atque omnino diversam a natura animalis ratione præditi naturam habentia. In eis vero quæ sunt in potestate nostra, ad alterutram partem propensionem, vel cum virtute, vel cum vitio conjunctam, in electione sua unusquisque positam habet. Porro autem Dominus et rector omnium recta ratione singula transigit, per universam commeans naturam. Hunc assidue sequitur Nemesis, eorum qui a divina lege discesserint vindex. Ad agendum autem quod feramur, non in Parcis fatove et necessitate est culpa, sed culpa est in eligente; Deus omni culpa vacat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΗ'.

Εἰ δὴ θρασύνοιτό τις, τῶν ἐφ' ἡμῖν ἄρτι πολεμῶν, μὴ παρακαλυπτέσθω. Οὗτος ἀθεότητα ἀναφανδὸν ἐξαγορευέτω, μὴ πρόνοιαν, μὴ Θεὸν, μηδέ τι ἄλλο,

CAPUT XLVIII.

D Quod si igitur aliquis nimium audacter se gerat, in potestate nostra quæ sunt impugnans, eum latere non patiamur ulterius. Imo impietatem talis

(23) *Αἰτίαν. Τῆς τ. Θεοῦ προν. τ. π. κρατούσης, θείοις* etc. Ita distinguendum putavimus. Nam in editis erat αἰτίαν, τῆς τ. Θ. προν. τ. π. κρατούσης. Θείοις etc.

(24) *Κατὰ προαίρεσίν τε καὶ πρᾶξιν.* Prior editio ut et ms. Reg. καὶ πρᾶξιν hic habent. Et ita interpres in suo codice repererat, vertens *quæ ex* electione actuque proveniunt. At de emendatione nostra (qua ὄρεξις in locum πράξεως substituitur) nemo dubitabit, qui Epictetum ejusque commentatorem Simplicium vel a limine inspexit. Holsten.

Sed ego qui utrumque inspexi, de emendatione tamen Holsteniana dubito. Præterquam enim quod προαίρεσις et πρᾶξις longe aptius sibi mutuo respondeant, ipse Epictetus ἐφ' ἡμῖν esse ait ἐνὶ λόγῳ ὅσα ἡμέτερα ΕΡΓΑ. Igitur πρᾶξιν fide omnium codicum hic retinere non dubito.

(25) Ἃ *καὶ φύσει ἐλεύθερα.* Hæc itidem ex Epicteti deprompta *Enchiridio* sunt, quod vide c. 2.

(26) *Περαίνει.* Ita ex conjectura restituebam pro παραινεῖ quod in editis erat omnibus. Et certe veram lectionem invenerat etiam in suis Acciolus; ita enim vertebat : *Deus porro Dominus rerum omnium princepsque, recta ratione singula transigit.* Quod et nos retinuimus. Τὸ ἐνθέως opponitur cæcis fatalis necessitatis motibus.

(27) *Αἰτία.* Vocem quæ librariorum vitio exciderat, oscitanter hæc describentium, atque voce bis repetita turbatorum, restitui, non in gratiis, ut confido, Musarum.

Digitized by Google

aperte profiteatur, non providentiam, non Deum, non aliud quidpiam præter fatum et necessitatem agnoscens. Imo et quæ hanc doctrinam consequuntur sine involucro insuper proloquatur : non dari sapientem, non stultum, non æquum, non iniquum, non virtuti deditum, non pravum, non magum, non divinam indolem in humanis dari : neque vero philosophiam esse, neque disciplinam, neque artem omnino ullam vel scientiam. Nemo alterum [proinde] ingenio sive bonum vocet sive malum, sed confuse omnia, quasi vertigine, agi necessitate et Parcarum fusis. Impium igitur atque profanum istum in piorumne et sapientum censum referamus? Si tamen, cætera dissimulans, Providentiam statuere et deos, eis vero superius admittere præ se ferat fatum, merito quis velut præconis voce exclamet : Pugnantia et contraria maxime, eaque impia, admittere deprehensus iste, ad insaniæ pœnas subeundas condemnetur. Atque ista huc usque quidem. Si autem post hæc etiam in philosophorum scholis locum facere viro dignati quipiam fuerint, eis dicendum, fore ut, ubi eum a labe aliunde aspersa purgaverint, itemque a machina, quæ ex ista scriptione in eum impellitur, immunem præstiterint; omnis, quæ ex hac scriptione ipsi conflari possit invidia, e medio tollatur. Si veritatis autem metas egressus, divinam magis, quam philosophi quæ sit, excellentiam ei tribuere quis velit, ille imprudens magi omnino ei criminationem impinget. Itaque ejus generis libri, sophistica arte concinnati, apud prudentiores opprobrio et gravissimæ inculpationi ejus inservituri potius mihi videntur.

A πλὴν μοιρῶν καὶ ἀνάγκης ὁμολογῶν· καὶ τὰ ἀκόλουθα τούτοις γυμνῇ προσκαταλεγέτω κεφαλῇ, μὴ σοφὸν, μὴ ἄφρονα, μὴ δίκαιον, μὴ ἄδικον, μὴ ἐνάρετον, μὴ φαῦλον, μὴ γόητα, μὴ θεῖον ἐν ἀνθρώπων γίνεσθαι φύσει (28), μὴ φιλοσοφίαν εἶναι, μὴ παιδείαν, μηδ' ὅλως τέχνην τινά, μηδ' ἐπιστήμην· μή τις ἄλλον (29) τὴν φύσιν ἀγαθὸν, ἢ πονηρὸν ἀποκαλοῖτο, πάντα δὲ συλλήδδην ἀνάγκῃ καὶ μοιρῶν ἀτράκτοις περιδινεῖσθαι. Ἄθεος δῆτα καὶ δυσσεβὴς οὗτος ἐν εὐσεβῶν καὶ φιλοσόφων ἀπογεγράφθω κριτηρίῳ; Εἰ δ', ἐπικαλυπτόμενος ἕτερα, δοξάζειν ἐπεχείρει πρόνοιαν καὶ θεοὺς, μοῖραν δ' ἐπὶ τούτοις, καὶ εἱμαρμένην, τὶς ἀνακηρύττοι· Μαχόμενοις καὶ ἐναντίοις παριστάμενος δόγμασιν, ἐναγέσι, δίκην ἀνοίας παρασχὼν, καταγεγράφθω. Ταυτὶ μὲν οὖν ταύτῃ. Εἰ δ' ἐπὶ τούτοις ἐν φιλοσόφων διατριβαῖς B ἀξιοῖεν ἔτι καταλέγειν τινὲς τὸν ἄνδρα, λέξεται, ὡς ἂν, εἰ ἀποκαθήρα: ἑαυτὸν τῆς ἔξωθεν λύμης (30), καὶ τῆς ἀπὸ τῆσδε τῆς γραφῆς ἐπεισκυκλουμένης (31) αὐτῷ σκευῆς, φθόνος πᾶς αὐτῆς ἐκποδὼν ἂν εἴη. Ὅρους δ' εἰ ἀληθείας προϊών τις (32), ὑπὲρ φιλοσόφους ἐκθειάζειν αὐτὸν πειρῷτο, λάθοι ἂν αὐτῷ γόητος ἀτεχνῶς διαβολὴν ἐπεντρίβων. Ὡς ταυτὶ τὰ συγγράμματα, σοφιστικῶς (33) ἀναπεπλασμένα, πλέον ἐλέγχου (34) καὶ δεινῆς τἀνδρὸς διαβολῆς παρὰ τοῖς νοῦν ἔχουσιν ἔμοιγε δοκεῖ περιέχειν.

(28) *Μὴ θεῖον ἐν ἀνθρ. γίνεσθαι φύσει.* Miror hanc lectionem, verissimam sane, et sine qua nulla hujus loci integritas, neque a Morello neque ab Holstenio receptam in textu fuisse. Plane enim inepta sunt quæ illi in textu servarunt, μὴ γόητα, θεῖη ἄνθρωπον γίνεσθαι φύσει.

(29) *Μή τις ἄλλον.* Editi μή τιν' ἄλλον, quod mendosum esse tota oratio suadebat.

(30) *Τῆς ἔξωθεν λύμης.* Puto intelligi labem, ab ipso Philostrato, parum prudente encomiasta, ineptis laudibus Apollonio aspersam. Quem verissimum sensum esse patebit conferenti cum istis quæ supra Eusebius habebat, capite 5 toto.

(31) *Ἐπεισκυκλουμένης.* Vide de hac voce notata ad *Vitam Apollonii*, lib. XI, c. 10.

(32) *Ὅρους δ' εἰ ἀλ. προϊών*, etc. Plane gemina supra legimus in hoc libro, c. 5.

(33) *Σοφιστικῶς.* Ita pro σοφιστικούς, quod in editis erat, legendum esse vel cæcus judicet.

(34) *Πλέον ἐλ.* Editi οὐ πλέον ἐλ. Negativæ particulæ aperte hic sensus reclamat, quam eliminandam propterea duximus.

ORIGENIS APOLOGIÆ

LIBER UNUS.

Vide inter Origenis Opera, hujusce Patrologiæ Græco-Latinæ tom. XVII.

Digitized by Google

EUSEBII PAMPHILI

CÆSARIENSIS EPISCOPI

OPERUM OMNIUM PARS TERTIA

EXEGETICA

DE CURIS BIBLICIS EUSEBII.

(Angelo Mai, *Bibliotheca nova Patrum*, t. IV, p. 66. Romæ 1847, in-4.)

Dum Eusebii reliquis sedulo colligendis curam impenderem, fieri non poterat quin ad codicem quoque illum insignem respicerem olim in Gallia Claromontanum, nunc Vaticanum, prophetas omnes, cum Pamphili Eusebiique recensione, continentem; de quo olim Curterius in præfatione ad Procopium in Esaiam, et deinde peritius Montfauconius in *Græca palæographia*, p. 224 seqq., locutus est. Is codex, nescio quo rerum eventu, anno 1785 Romam delatus, palatii apostolici impensa, scutatis nummis trecentis emptus fuit, et bibliothecæ Vaticanæ addictus, bibliothecario card. Zelada, præfecto Josepho Regio, ut in authentica venditionis syngrapha legitur. Quanta sit codicis calligraphia et antiquitas, judicabunt eruditi ex specimine fidelissimo, quod ligno excusum hic apponimus. Nam fol. 84 ante Esaiam Græce, ut in nostro cuso specimine scribuntur ea, quæ Latine sic habent: *Desumptus fuit Esaias ab exemplari Patris Apollinarii cœnobiarchæ, cui hæc erant subjuncta: desumptus fuit Esaias ex editionibus hexaplaribus. Collatus est autem etiam cum altero hexaplari codice hanc adnotationem habente: emendatæ fuerunt diligenter cunctæ editiones; etenim collatæ fuere cum Esaia tetraplari, nec non cum hexaplari. Tum etiam ab initio usque ad visionem Tyri, accuratius adhuc emendatus fuit. Copiam enim habuimus, usque ad finem visionis Tyri, tomorum in Esaiam exegeticorum Origenis: seduloque animadvertentes, quo sensu ille singulas dictiones pro viribus explicavisset, omnem ambiguitatem secundum illius mentem correximus. Præterea comparatione instituta cum Septuaginta virorum editione, et cum adnotatis ab Eusebio ad Esaiam, in dissonantibus locis sensum rimati sumus, atque ad illius normam emendationem curavimus.* Tum fol. 280 b ante Ezechielem legitur Græce, ut pariter in nostro specimine, quod Latine sic interpretamur. *Desumptus fuit* (Ezechiel) *ab exemplari Patris Apollinarii cœnobiarchæ, in quo hæc erant subjuncta: desumptus fuit ex editionibus hexaplaribus, emendatusque ad ejusdem Origenis tetrapla, quæ manu ipsius emendata fuerant et scholiis prædita. Unde ego Eusebius scholia addidi. Pamphilus et Eusebius emendaverunt.*

Vides codicem ædepol præstantissimum. Vides Eusebii erga divinos libros merita, et quam recte de eo Hieronymus *De vir. ill.* cap. 81 dixerit: *Eusebius Cæsareæ Palæstinæ episcopus in Scripturis divinis studiosissimus, et bibliothecæ divinæ, cum Pamphilo martyre, diligentissimus pervestigator.* Revera Constantinus ipse imperator (*Vit.* lib. IV, 36, 37) Eusebio munus imposuit præstantissima SS. Bibliorum exemplaria quinquaginta conficiendi, quæ diversis Ecclesiis distributa fuerunt. Jam si codicis pleniorem notitiam optas, eam breviter sic trademus. Fol. 1-5, Vitæ breves prophetarum auctore nominatim Eusebio, quas Curterius edidit. Fol. 5-11, Obitus et sepulturæ prophetarum, sine auctoris nomine, de quibus postea dicemus. Fol. 12-83, Prophetæ minores duodecim. Fol. 84. Illa inscriptio ante Esaiam quæ in nostro specimine prima est. Præcedit illic notitia de Esaia, ejusque parentis Amosi nomine, et tempore vati-

Digitized by Google

clnil. Fol. 85-166, Esaias. Fol. 168-280, Hieremias, Baruch, Threni. Fol. 280 b est inscriptio secunda nostri speciminis, pertinens ad Ezechielem. Fol. 281-376. Ezechiel. Fol. 377-412, id est usque ad finem codicis, Danibel, in quo hymnus quoque trium puerorum scribitur f. 390; et initio, id est fol. 381, historia Susannæ. Textus omnium prophetarum integerrimus est. Juxta tam venerabilem antiquitate criticisque regulis textum, exstant in margine antiquis æque litterulis scriptæ lectiones variæ hexaplares LXX Virorum, Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, et aliorum aliquot, puta Origenis. Hæc scholia, modo rarescunt, modo nulla sunt, modo adeo frequentia et copiosa, ut alicujus quandoque interpretis latam sectionem habeamus. Horum nos scholiorum alio tempore specimen cusum exhibebimus. Præter vero hæc sane pretiosa, alia passim margines obruunt scholia recentiora, quorum nunc nullam, atque haud scio an ne postea quidem, rationem habebimus: sicuti ne brevium quidem recentiorum vitis additionem in spatiis vacuis rudi manu obtrusarum.

Ergo ad Eusebium quæ pertinent, de quo nunc agimus, tria in codice sunt: 1. Sacri textus facta ab eo cum Pamphilo emendatio, 2. Scholiorum adjectio, 3. Prophetarum vitæ. Et tertium quidem Curterius satis, ut supra diximus, curavit, vitis illis prophetarum brevibus editis. Primum ac secundum a me, ut spero, quantum opus erit, præstabitur, cum hunc textum in meis biblicis lucubrationibus, vel integrum vel accurate collatum, exscribam; scholia autem, vel potius hexaplares lectiones, quatenus saltem incognitæ adhuc fuerint, non prætermittam. Nam Montfauconius (*Hexapl.* t. II, p. 87) quatridui tantum spatio concessum sibi codicis usum fuisse dolens ait. (Sed tamen Esaiam Curterius antea contulerat.) Itaque festinanter trepideque ob angustias temporis nonnisi ex tribus majoribus prophetis, omisso Daniele et reliquis, lectionem hexaplarium varietatem excerpsit. Interim nos uno oblato folio, rem philologis philocalisque pergratam facere scimus.

Jam vero quia dixi, ante Esaiam in codice prologum quemdam esse, is ita se habet: Ὅρασις ἣν εἶδεν Ἡσαΐας υἱὸς Ἀμώς. Οἰηθείη μὲν ἄν τις τὸν Ἀμὼς τοῦτον, ἤτοι ὁμώνυμον εἶναι τοῦ ἐν τοῖς δώδεκα, ἢ τὸν αὐτὸν ἐκεῖνον· χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι ὁ μὲν πατὴρ Ἡσαΐου, παρ' ἡμῖν τελευταῖον σῖγμα ἔχει, τὸ παρ' Ἑβραίοις καλούμενον σὲν, ὅπερ οἱονεὶ δασύ ἐστι σῖγμα· ὁ δὲ ἐν τοῖς δώδεκα, λήγει εἰς τελευταῖον στοιχεῖον τὸ καλούμενον σαδῆ, ὅπερ οἱονεὶ ψιλούμενόν ἐστι σῖγμα (*a*)· ἔχουσι δὲ Ἑβραῖοι καὶ τρίτον, παρὰ τὰ δύο ταῦτα, σῖγμα τὸ καλούμενον σαμχὰθ, ὅπερ ἴσον δύναται τῷ εἰπεῖν σῖγμα. — Ἤρξατο μὲν ἐν βασιλείᾳ Ὀζίου προφητεύειν ὁ Ἡσαΐας, καὶ παρατείνει μέχρι Ἐζεκίου· τὰ δὲ τούτων ἔτη ἀπὸ τῆς τετάρτης τῶν Βασιλειῶν [1] ἐστι ταῦτα· Ὀζίας ὁ καὶ Ἀζαρίας (*b*) ἔτη πεντήκοντα δύο· μετὰ τοῦτον Ἰωάθαμ ἔτη δεκαέξ· μετ' αὐτὸν Ἄχαζ ἔτη δεκαέξ· μετ' αὐτὸν Ἐζεκίας ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη εἰκοσιεννέα· ἐπειδὴ φέρεται προφητεία Ἡσαΐου ἐν τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει Ἐζεκίου εἰρημένη, χωρὶς τῶν γε Ὀζίου χρόνων ἀδήλων ὄντων, καὶ τῶν μετὰ τὸ τεσσαρεσκαιδέκατον Ἐζεκίου, τὰ μεταξὺ τούτων τῆς προφητείας ἔτη γίνεται τεσσαρακονταέξ· ἐν τούτοις δὲ καὶ ἡ τοῦ Ὡσηὲ γεγένηται προφητεία.

Visio quam vidit Esaias filius Amos. Existimabit fortasse aliquis, hunc Amos vel homonymum esse illi qui est ex duodecim numero, vel imo eumdem hominem. Sciendum vero est, Esaiæ patris nomen desinere in illud sigma, quod Hebræi appellant sin, quodque est veluti asperum sigma. Illum autem qui est ex numero duodecim, habere postremum elementum quod sade dicitur, quodque instar lenis sigmatis est. Habent Hebræi, præter hæc duo, tertium quoque sigma, dictum samchath, quod idem est ac si dicas sigma. — Regnante Ozia cœpit prophetare Esaias, pervenitque usque ad Ezechiam. Jam horum anni in quarto Regnorum libro hi sunt. Ozias, qui et Azarias, annis quinquaginta duobus. Post hunc Joatham annis sexdecim. Deinde Achaz annis item sexdecim. Postea Ezechias filius ejus annis viginti novem. Quoniam igitur Esaiæ prophetia fieri adhuc dicitur anno quartodecimo Ezechiæ, omissa etiam Oziæ parte illa annorum quæ incognita est, et illis quoque Ezechiæ annis qui post quartum decimum fuere, prophetiæ hoc intermedio tempore factæ sunt anni quadraginta sex. Intra hoc autem spatium Oseæ quoque exstitit prophetia.

Adhuc unum de hoc codice adnotandum superest. Post Eusebianas prophetarum Vitas, quas supra memoravimus, sequuntur aliæ eorumdem ampliores, ut item diximus, eadem manu vetere, iisdemque

[1] II Paral. XXVI seq.

(*a*) Vel legit hunc Græcum textum Hieronymus, vel certe cum eo consentit, *Comment. in Esaiam* sub initio: *Amos pater Esaiæ, non ut plerique autumant, tertius duodecim prophetarum est, sed alius; diversisque apud Hebræos scribuntur litteris. Iste primam et extremam litteram habet* ALEPH *et* SADE; *ille* AIN *et* SAMECH.

(*b*) Cod. prima manu, Ζαχαρίας, mox ibi emendatum Ἀζαρίας. Reapse S. Hieronymus loc. cit.: *Ozias ipse est qui et Azarias, duplici nomine.*

Digitized by Google

litterarum formis, cum titulo : Ὀνόματα προφητῶν, καὶ πόθεν εἰσὶ, καὶ ποῦ ἀπέθανον, καὶ πῶς καὶ ποῦ κεῖνται· *Nomina prophetarum, et ipsorum patriæ, et ubinam mortui, et quomodo et quo loco sepulti fuerint.* Mirum porro est quod neque Curterius neque Montfauconius ullam hujus scripti mentionem fecerint (diversa enim sunt lemmata illa quæ manu recentiore scripta Montfauconius neglecta a Curterio dicit). Cæteroqui legenti mihi haud ægre innotuit, has esse illas prophetarum Vitas, quarum cinnus quidam peractus fuit in libris editis ; tum videlicet Epiphanii in editione Petaviana Gr. Lat. t. II, tum in *Chronico paschali* ed. Paris., p. 146 seqq. : quanquam Græcus textus et in *Chronico* valde est mendosus, et in Epiphanio non parum variat. Denique hæ Vitæ sub Dorothei Tyrii nomine exstant in Lugdunensi *Patrum Bibliotheca*, t. III, p. 422, Latine tantummodo. Cæteroqui frustra propemodum ait Cavæus Græcum Dorothei textum esse ineditum, quandoquidem in *paschali Chronico* pene totus legitur. Nunc propter codicis Vaticani antiquitatem ac bonitatem, haud scio an scripti hujus nova editio meliorque aliquando molienda sit. Exemplo gustuique sit narratio miraculorum Elisæi, quæ deest in *Chronico* p. 161, ubi brevis ejusdem Vita legitur, prout in codice nostro est, sed reliqua non item, quæ sunt in codice fol. 10, 11, sic : Τὰ δὲ σημεῖα ἃ ἐποίησεν, εἰσὶ ταῦτα. Ἐπάταξε καὶ αὐτὸς τὸν Ἰορδάνην τῇ μηλωτῇ τῇ Ἠλιοῦ, καὶ διῃρέθη τὸ ὕδωρ, καὶ διέβη καὶ αὐτὸς ξηρῷ τῷ ποδί. Τὰ ὕδατα ἐν Ἰεριχὼ πονηρὰ ἦν καὶ ἄγονα· καὶ ἀκούσας παρὰ τῶν τῆς πόλεως, ἐπεκαλέσατο τὸν Θεὸν, καὶ εἶπεν· « Ἴαμαι τὰ ὕδατα ταῦτα, καὶ οὐκ ἔσται ἔτι ἐκεῖθεν θάνατος καὶ ἀτεκνούμενη· » καὶ ἰάθησαν τὰ ὕδατα ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. Παίδων ἀτακτούντων κατ' αὐτοῦ κατηράσατο ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐξελθοῦσαι δύο ἄρκτοι ἐνέρρηξαν ἐξ αὐτῶν μθ'. Γυνὴ προφήτου τελευτήσαντος ὀχλουμένη παρὰ δανειστῶν, καὶ μὴ ἔχουσα ἀποδοῦναι, προσῆλθε τῷ Ἐλισαίῳ, καὶ ἐνετείλατο αὐτῇ συναγαγεῖν ἀγγία καινὰ ὅσα δύναται, καὶ τὸ ἔχον ὀλιγοστὸν ἔλαιον ἐκκενοῦν εἰς αὐτὰ ἕως ἀποσχῇ τὰ ἀγγία, καὶ τοῦτο ποιήσασα ἐπλήρωσε τὰ ἀγγία, καὶ ἀποδέδωκε τοῖς δανεισταῖς, καὶ τὸ περισσεῦον ἔσχεν εἰς διατροφὴν τῶν παίδων. Εἰς Σουμᾶν ἀπελθὼν ἔμεινε παρά τινι γυναικὶ, καὶ μὴ ποιοῦσαν αὐτὴν παιδίον, ἐπιθυμοῦσαν δὲ σχεῖν, εὐξάμενος πεποίηκε συλλαβεῖν καὶ τεκεῖν· εἶτα ἀποθανόντα τὸν παῖδα, εὐξάμενος πάλιν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν. Εἰς Γάλγαλα ἐλθὼν κατήχθη παρὰ τοῖς υἱοῖς τῶν προφητῶν, καὶ ἐψεθέντος προσφαγίου, καὶ θανατικῆς βοτάνης συνεψεθείσης τῷ προσφαγίῳ, καὶ παρ' ὀλίγον κινδυνευόντων πάντων, πεποίηκεν ἀβλαβὲς καὶ ἡδὺ τὸ βρῶμα. Τῶν υἱῶν τῶν προφητῶν κοπτόντων ξύλα παρὰ τὸν Ἰορδάνην, ἐξέπεσε τὸ δρέπανον καὶ κατεποντίσθη· ὁ δὲ Ἐλισαῖος εὐχόμενος πεποίηκεν ἐπιπολάσαι τὸ δρέπανον. Ναμᾶν ὁ Σύρος δι' αὐτοῦ ἐκαθαρίσθη [2] ἀπὸ τῆς λέπρας Τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἐλισαῖος λεγόμενον Γιεζεὶ, ἀπελθόντα κρυφᾷ παρὰ γνώμην αὐτοῦ πρὸς Ναμᾶν καὶ αἰτήσαντα ἀργύριον, ὕστερον ἐλθόντα καὶ ἀρνούμενον ἤλεγξε καὶ κατηράσατο αὐτὸν, καὶ γέγονε λεπρός· βασιλέως Συρίας πολεμοῦντος τὸν Ἰσραὴλ, ἠσφαλίζετο τὸν βασιλέα Ἰσραὴλ ἀπαγγέλλων αὐτῷ τὰς σκέψεις τοῦ ἐχθροῦ· τοῦτο μαθὼν ὁ βασιλεὺς Συρίας πέμπει δύναμιν ἀγαγεῖν τὸν προφήτην· ὁ δὲ εὐξάμενος πεποίηκεν αὐτοὺς παταχθῆναι ἀορασίᾳ, καὶ ἀπήγαγεν εἰς Σαμάρειαν παρὰ τοὺς ἐχθροὺς, ἀβλαβεῖς τε αὐτοὺς φυλάξας διέσωσε καὶ ἔθρεψε· τοῦτο μαθὼν ὁ βασιλεὺς Συρίας ἐπαύσατο τοῦ πολεμεῖν. Μετὰ θάνατον Ἐλισαίου ἀποθανών τις καὶ θαπτόμενος ἐρρίφη ἐπὶ τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ, καὶ μόνον ὡς ἥψατο τῶν ὀστῶν τοῦ Ἐλισαίου, ὁ νεκρὸς εὐθὺς ἀνέζησεν.

[2] **Cod.**, ἐκαθερίσθη.

Digitized by Google

ΗCΑΪΑC ΠΡΟΦΗΤΗC

ΛΕΤΕΛΗΦΘΗΟΗCΑΪΑCΕΑΠΟΑΝΤΙΓΡΑΦΟΥ·
ΤΟΥΑΒΒΑΔΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥΤΟΥΚΟΙΝΟΒΙΑΡΧΟΥ
ΕΝΩΚΑΘΥΠΕΤΑΚΤΟΤΑΥΤΑ
ΛΕΤΕΛΗΦΘΗΟΗCΑΪΑCΕΚΤΩΝΚΑΤΑΤΑCΕΚΑΟ
CΕΙCΕΞΑΠΛΩΝΑΝΤΕΒΛΗΘΗΑ·ΕΚΑΙΠΡΟC
ΕΤΕΡΟΝΕΞΑΠΛΟΥΝΕΧΟΝΤΗΝΠΑΡΑCΗΜΕΙ
ΩCΙΝΤΑΥΤΗΝΔΙΟΡΘΩΝΤΑΙΑΚΡΙΒΩCΠΑ
CΑΙΑΪΕΚΑΘΟCΕΙCΑΝΤΕΒΛΗΘΗCΑΝΓΑΡΠΡΟCΤC
ΤΡΑΠΛΟΥΝΗCΑΪΑΝΕΤΙΔΕΚΑΙΠΡΟCΕΞΑΠΛΟΥ
ΠΡΟCΤΟΥΤΟΙCΚΑΙΤΑΑΠΟΤΗCΑΡΧΗCΕΩCΤΟΥ
ΟΡΑΜΑΤΟCΤΥΡΟΥΑΚΡΙΒΕCΤΕΡΟΝΑΔΙΟΡΘΩΤΑΙ
ΕΥΠΟΡΗCΑΝΤΕCΓΑΡΤΩΝΜΕΧΡΙΤΕΛΟΥCΤΟΥ
ΟΡΑΜΑΤΟCΤΥΡΟΥΤΟΜΩΝΕΞΗΓΗΤΙΚΩΝ
ΕΙCΤΟΝΗΗCΑΪΑΝΩΡΙΓΕΝΟΥCΚΑΙΑΚΡΙΒΩC
ΕΠΙCΤΗCΑΝΤΕCΤΗΕΝΝΟΙΑΚΑΘΗΝΕΞΗΓΗ
CΑΤΟCΚΑCΤΗΝΛΕΞΙΝΚΑΘΩCΟΙΟΝΤΕCΗΝ
ΚΑΙΤΑΝΑΜΦΙΒΟΛΟΝΚΑΤΑΤΗΝΕΚΕΙΝΟΥ
ΕΝΝΟΙΑΝΑΙΩΡΘΩCΑΜΕΘΑΠΡΟCΤΟΥΤΟΙCCΥ
ΝΕΚΡΙΘΗΗΤΩΝΕΒΔΟΜΗΚΟΝΤΑΕΚΑΟCΙC
ΚΑΙΠΡΟCΤΑΥΤΟΕΥCΕΒΕΙΟΥΕΙCΤΟΝΗCΑΪΑΝ
ΕΙΡΗΜΕΝΑΕΝΟΪCΑΙΕΦΩΝΟΥΝΤΗCΕΞΗ
ΓΗCΕΩCΤΗΝΕΝΝΟΙΑΝΖΗΤΗCΑΝΤΕCΚΑΙ
ΠΡΟCΑΥΤΗΝΔΙΩΡΘΩCΑΜΕΝΟΙ.

ΙΕΖΕΚΙΗΛ

ΛΕΤΕΛΗΦΘΗΔΕΑΠΟΑΝΤΙΓΡΑΦΟΥΤΟΥ
ΑΒΒΑΔΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥΤΟΥΚΟΙΝΟΒΙΑΡΧΟΥΕΝΩ
ΚΑΘΥΠΕΤΑΚΤΟΤΑΥΤΑ ΛΕΤΕΛΗΦΘΗΑ
ΠΟΤΩΝΚΑΤΑΤΑCΕΚΑΟCΕΙCΕΞΑΠΛΩΝΚΑΙ
ΔΙΟΡΘΩΘΗΑΠΟΤΩΝΩΡΙΓΕΝΟΥCΑΥΤΟΥΤΕ
ΤΡΑΠΛΩΝΑΤΙΝΑΚΑΙΑΥΤΟΥΧΕΙΡΙΔΙΟΡΘΩ
ΤΟΚΑΙΕCΧΟΛΙΟΓΡΑΦΗΤΟΘΕΝΕΥCΕΒΙΟCΕΩ
ΓΑΡΕCΧΟΛΙΑΠΑΡΕΦΗΚΑ·ΠΑΜΦΙΛΟCΚΑΙΕΥCΕ
ΒΕΙΟCΔΙΟΡΘΩCΑΝΤΟ

Digitized by Google

DE NOMINIBUS HEBRAICIS.

Vide Patrologiæ Latinæ tom. XXIII, *Operum S. Hieronymi tom.* III, *col.* 121-190.

QUÆSTIONES EVANGELICÆ

(Angelo Mai, *Biblioth. nova Patrum*, IV, p. 217.)

EDITORIS MONITUM.

Cur Eusebius, rei Christianæ defensor acerrimus, opus hoc scribendum susceperit, causam facile est divinare, quia multæ occurrunt reapse apud evangelistas varietates, quibus ethnici vel hæretici abutebantur, ut divinorum librorum veritatem negarent. Hinc tot harmoniæ evangelicæ jam inde a Tatiani Syri temporibus usque ad nostra constructæ. Ipse Eusebius sub initiis quoque Historiæ *suæ* Ecclesiasticæ *lib.* I, 7, *necessario demonstrandam putavit Evangeliorum inter se consensionem, quod et fecit, citato etiam Africani exemplo in litteris ad Aristidem de evangelistarum in narranda Christi genealogia consensu. Jam quale fuerit hoc Eusebii de Evangeliorum diaphonia seu discrepantia (concilianda) opus, docet authentico testimonio auctor in præfatiuncula ad Marinum.* « *Ambiguarum quæstionum ac solutionum, quæ circa divinorum Evangeliorum initia occurrunt, cum jam duos scripserim libros, venio nunc, mediis prætermissis ad extrema quæ semper apud omnes controversa fuerunt.* » *Priores autem duo libri scripti erant ad Stephanum; ut codex Vaticanus demonstrat, tertius ad Marinum. Ergo Eusebius quæstiones tantummodo circa initium et finem Evangeliorum obortas tractaverat, mediis cunctis omissis; quas deinde omnes operosissima lucubratione de consensu evangelistarum complexus est sanctus Augustinus, qui dicti operis libris* II, III *et* IV, *difficultates plurimas per totum evangelistarum contextum pro suo ingenii acumine enucleavit. Et quidem, quod jure miror (quodque spem quodammodo alit, superesse alicubi opus Eusebii fortasse integrum, cujus nonnisi compendium hic exhibemus), Latinus Latinius Opp. t. II, p. 116, sic ad Andream Masium scribebat:* « *Sirletus (cardinalis) scire te vult, in Sicilia inventos esse libros tres Eusebii Cæsariensis de Evangeliorum diaphonia, qui ut ipse sperat brevi in lucem edentur.* » *Tres ergo jam tum dicebantur hi Eusebii libri, ut apud nos postea in prologo ad Marinum apparuit. Nec vero quisquam codicem nostrum ex Sicilia allatum Romam putet; est enim is unus de Palatinis Heidelbergensibus, ut ejus inscriptio demonstrat, necnon Silburgii impressus Græcæ illius bibliothecæ catalogus, qui ante captam Heidelbergam translatosque illos Romam codices confectus fuit. Quod si Silburgius non tres dicit libros, sed duos, id brevi hallucinatione accidit, quia nempe duas tantum operis sectiones videbat in codice, ad Stephanum et ad Marinum, cujus postremæ proœmium non legit.*

Mihi in codice Vat. Palat. CXX pulcherrimo, sæculi ferme X, *trium prædictorum librorum epitome comperta est, ut diserte inscribitur* Ἐκλογὴ ἐν συντόμῳ, *etc., prout ex codice in titulum libri mei ad verbum transtuli: in aliis vero Vaticanis catenarum codicibus partes etiam integri operis nactus sum, quas post epitomen recitabo. Nunc operis per se certissimi testes nihilominus veteres producere æquum est.* 1. *Namque Eusebius* Demonstr. Evang. *lib.* VII, 3, *ait:* Τίνι δὲ λόγῳ τὸν Ἰωσὴφ γενεαλογοῦσιν οἱ ἱεροὶ εὐαγγελισταὶ, καίπερ μὴ ὄντος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ἐξ ἁγίου Πνεύματος καὶ τῆς ἁγίας Παρθένου, ὅπως τε καὶ αὕτη ἡ τοῦ Κυρίου Μήτηρ ἀπὸ γένους καὶ σπέρματος ἀποδείκνυται εἶναι Δαβὶδ, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὴν γενεαλογίαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν *ζητημάτων καὶ λύσεων* διειληφότες, ἐπ' ἐκεῖνα τοὺς φιλομαθεῖς ἀποπέμπομεν. « *Cur Josephi genus sacri evangelistæ describant, quamvis Servator noster ex ea natus non sit, sed de Spiritu sancto et sancta Virgine; quove modo ipsa Domini Mater de genere ac semine Davidis fuisse ostendatur; in primo quæstionum et solutionum de Servatoris nostri prosapia explicavimus. Illuc igitur rei studiosos amandamus.* » *Porro titulum hunc* ζητημάτων καὶ λύσεων, *quæstionum et solutionum, genuinum esse Eusebianum, docet hic auctor, et codicis nostri Palatini inscriptio confirmat. Alii itaque auctores, v. gr. sanctus Hieronymus, ut mox dicemus, liberius locuti sunt, cum paulo aliter, ut fit, sensus tantummodo ratione habita, inscripserunt: quæ varietas in titulo quoque* Chronicorum *Eusebii jam diu observata fuit.* 2. *Sanctus ergo Hieronymus* De script. illustr. *cap.* 81, *ait:* « *Eusebius Cæsariensis edidit de Evangeliorum diaphonia.* » 3. *Rursus idem Hieronymus in* Comm. ad Matth. I, 16: « *Super hoc et Africanus temporum scriptor, et Eusebius Cæsariensis in libris* Διαφωνίας Εὐαγγελίων *plenius disputarunt.* »

Digitized by Google

Porro Sophronius, Hieronymi interpres, Suidas, Honorius Augustodunensis, Trithemius, aliique, nonnisi prædicta testimonia repetiverunt. 4. Ebediesu in librorum Syrorum catalogo, sic : « Eusebius Cæsariensis composuit librum solutionis contradictionum Evangelii. » Reapse in Vat. Syr. codice CIII, p. 302, excerpta aliquot ex illo opere fiunt, cum titulo : « Eusebii Cæsariensis ex libro quæstionum in Evangelium. « 5. Nicephorus quoque Callistus Hist. I, 11, *opus hoc Eusebii satis innuit dicens:* Περὶ τὴν δοκοῦσαν διαφωνίαν οὐκ ὀλίγοι βίβλους ὅλας ἐξέδωκαν· « *Circa apparentem dissonantiam non pauci libros integros ediderunt. » 6. Eusebii hoc opus de evangelistarum discrepantia permulti codices memorant, præsertim catenarum, cum alibi, tum etiam in bibliotheca Vaticana, ut legens comperi. Ecce enim et Combefisius ex catena codicis Gallicani, Latinum a se redditum edidit in* Bibl. concion. *t. VIII, p. 15, latum fragmentum, quod Græce apud nos recurrit. Atque hæc librorum ad Stephanum testimonia sunt. 7. Libro autem ad Marinum testimonium dant Anastasius Sinaita in quæstionibus,* 8, 148, 153, *Macarius Chrysocephalus in* Florilegio ; *chronographi Georgius Hamartolus, Joannes Siculus, et Cedrenus quos infra laudabimus. Item auctor scholiorum ad I Reg. cap.* II, *cant. Annæ in Sixtina Gr. editione; tum catenæ, Possini quidem in Marcum p.* 545-364, *Corderii autem in Joannem p.* 436-8. *Sanctus Ambrosius, etsi Eusebium nominatim non appellat, ejus tamen opere latissime utitur in* Commentario ad Lucam IX. *Utrum sanctus Augustinus, qui suo quodam peculiari modo ingenioque loquitur, ad Eusebium nostrum respexerit, non definio; nam modo congruit, modo dissidet, quod tali in opere fieri necesse est.* 9. *Sanctus Hieronymus in* Comm. ad Matth., *sub initio et fine, ex Eusebianis quæstionibus haurit, et quidem ex illis ad Marinum abundanter in epistola* 120, *capp.* 3, 4, 5, 6, 7, 9. *Cæteroqui Græcos præsertim biblicarum quæstionum auctores, quorum longus catalogus contexi potest, Eusebium præ oculis habuisse, quis dubitet?*

ΕΚΛΟΓΗ ΕΝ ΣΥΝΤΟΜΩ

ΕΚ ΤΩΝ ΣΥΝΤΕΘΕΝΤΩΝ

ΥΠΟ ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΠΡΟΣ ΣΤΕΦΑΝΟΝ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΙΣ

ΖΗΤΗΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΛΥΣΕΩΝ.

—

EPITOME SELECTA

EX COMPOSITIS

AB EUSEBIO AD STEPHANUM

CIRCA EVANGELIA

QUÆSTIONIBUS AC SOLUTIONIBUS.

—

I.

Cur evangelistæ Josephi, non autem Mariæ, genus ascribant.

Qui fit, ut Christum evangelistæ tanquam a Davide genus ducentem narrent? Prorsus propter Josephum Davidis prosapia genitum. Atqui non abs Josepho Christus est, sed a sancto Spiritu et Maria, ut ait Scriptura. Oportuisset igitur Mariæ genus enarrari, siquidem Christi stemma non Josephi contexebatur, ad quem Christi humana natura nihil pertinet, quia genitus ab eo non fuit. Jam vero si Jesus a Josepho non oritur sed a Maria

A'.

Διὰ τί τὸν Ἰωσὴφ, ἀλλ' οὐ τὴν Μαρίαν, οἱ εὐαγγελισταὶ γενεαλογοῦσιν.

Πόθεν τὸν Χριστὸν ὡς υἱὸν Δαβὶδ γενεαλογοῦσι; πάντως ὅτι διὰ τὸν Ἰωσὴφ τὸν ἐκ Δαβὶδ γεγονότα· ἀλλ' οὐκ ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας, ὥς φησιν ἡ Γραφή· ἐχρῆν τοίνυν τὴν Μαρίαν γενεαλογεῖν, εἴπερ τὸν Χριστὸν γενεαλογεῖν ἐβούλοντο, ἀλλ' οὐ τὸν Ἰωσὴφ, ᾧ μηδὲν προσῆκων τυγχάνει κατὰ σάρκα ὁ Χριστὸς, μὴ ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένος· εἰ δὲ μὴ ἐξ αὐτοῦ τυγχάνει ὤν, ἀλλ' ἐκ μόνης τῆς Μαρίας, οὐκ ἂν εἴη ἐκ τοῦ Δαβὶδ, ἐπεὶ ἡ

Digitized by Google

τὴν Μαρίαν οὐδεὶς λόγος ἀποδείκνυσιν ἀπὸ Δαβὶδ γενομένην· μάτην ἄρα τὸν Χριστὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ θρυλλοῦσι, μήτε τοῦ Ἰωσὴφ ὄντα υἱόν, μήτε τῆς Μαρίας ἀπὸ Δαβὶδ γενεαλογουμένης· τοιαῦτα μέν τινα τὸ πρῶτον τῶν ἠπορημένων περιεῖχε· λύσις δ' ἂν εἴη αὐτῷ ἥδε.

α'. Τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πράξεων, τὰ μὲν σιωπᾶσθαι ἀναγκαῖον ἦν τοῖς τότε, τὰ δὲ εἰς πολλῶν ἀκοὰς διεδίδοτο, ὅσα πρὸς ὠφέλειαν ἤμελλε συμβάλλεσθαι τοῖς ἀκροωμένοις· οἷον ὡς ἐπὶ παραδείγματος τριακοστὸν ἄγων τῆς τοῦ σώματος ἡλικίας ἔτος, πάρεισιν ἐπὶ τὸ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ βάπτισμα· καὶ ἐντεῦθεν ἀπάρχεται τῆς διδασκαλίας καὶ τῶν τεραστίων ἔργων· τίνα δὲ τὰ πρὸ τοῦ βαπτίσματος ἐντὸς ὅλων ἐτῶν τριάκοντα πραχθέντα αὐτῷ, οὐδεμία ἱστορία δηλοῖ, οὐδ' ἔστιν ἀπό τινος θείας Γραφῆς τὸν πρὸ τούτου καταμαθεῖν αὐτοῦ βίον. Ἀλλὰ καὶ ἐξ οὗπερ εἰς πάντας ἐγνώσθη, τὰ μὲν εἰς ἀκοὰς πάντων ἐκήρυττε, τὰ δὲ μόνους τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἐμυσταγώγει· καὶ ποτὲ μὲν παραδοξοποιῶν παρῄνει μηδενὶ λέγειν, ποτὲ δὲ ἄνευ τῆς τοιᾶσδε παραινέσεως τὰ θαυμάσια κατειργάζετο. Ἐν δὴ οὖν μάλιστα τῶν σεσιγῆσθαι δεδογμένων, τὸ κατὰ τὴν γένεσιν αὐτοῦ θαῦμα ἦν· οὐδενὸς τῶν καθ' ὃν ἐνηνθρώπησε χρόνον, ὀλίγων ἐκτὸς τούτου γνῶσιν κεκτημένου.

β'. Φησὶ δέ που ὁ ἅγιος ἀνὴρ (Ἰγνάτιος ὄνομα αὐτῷ), τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας δεύτερος γεγονὼς μετὰ τοὺς ἀποστόλους ἐπίσκοπος, ὡς ἄρα καὶ τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἔλαθεν ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ ἡ τοῦ Σωτῆρος ἐξ αὐτῆς γένεσις· λέγει δ' οὕτως· « Καὶ ἔλαθε τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ ὁ τοκετὸς αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ Χριστοῦ· τρία μυστήρια κραυγῆς, ἅτινα ἐν ἡσυχίᾳ Θεοῦ ἐπράχθη. » Ἔστι δὲ καὶ λογισμῷ λαβεῖν, ὅτι μὴ πάντων ἦν τῶν ἐν σαρκὶ βιούντων τὸν Χριστὸν Θεοῦ καὶ σὺν ἀνθρώποις ἀναστραφέντα οἷα κοινὸν ἄνθρωπον ὁρώντων, τὸ δύνασθαι πιστεύειν ἐξ ἀπειρογάμου κόρης αὐτὸν δίχα πατρὸς γεγονέναι οὐδ' εἰς πολλοὺς ἐκφέρειν, ὅτι μὴ ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ ἡ Μαρία συλλαβοῦσα τὸν Ἰησοῦν ἐγέννα, λυσιτελὲς ἦν· ἦ γὰρ ἂν καὶ δίκην κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον ἡ παρθένος ὑπέσχεν, ὡς πρὸ ὥρας γάμου διαφθαρεῖσα τὴν παρθενίαν· διόπερ εἰκότως ἐπισημαίνεται ἀκριβῶς φήσασα ἡ Γραφή, « Πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα· » μονονουχὶ διδάσκουσα ὅτι μὴ πρὸ γάμου συνείληφε, μηδὲ πρὸ τοῦ παρὰ τὸν ἄνδρα ἐλθεῖν· μετὰ δὲ τὸ συναφθῆναι τὸν Ἰωσὴφ καὶ παρ' αὐτῷ γενέσθαι, παρὰ πᾶσί τε γυναῖκα αὐτοῦ χρηματίσαι, συνόντων ἀλλήλοις, καὶ τῆς γαμικῆς ὁμιλίας ἅπτεσθαι ἤδη γοῦν μελλόντων, αὐτῆς ὡς εἰπεῖν ὥρας πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίου. Καὶ τοῦτό γε παγχρησίμως εἰς τὸ λαθεῖν τοὺς πολλοὺς

tantummodo, is ne a Davide quidem est : quandoquidem Mariam nulla historia Davide oriundam demonstrat. Temere igitur evangelistæ Christum Davidis genere ortum celebrant, cum neque is Josephi sit filius, neque Mariam in familia Davidis fuisse docuerint. Hujuscemodi erat quæstio prima, quæ sic dissolvitur.

1. Res Jesu Christi Servatoris nostri partim clam habere oportebat illorum temporum hominibus : partim vero ad communem notitiam efferebantur, quæcunque audientibus utilitatem erant allaturæ. Veluti Jesus, ut aliquid exempli causa dicam, mortalis ætatis tricesimum annum agens stitit se publice ad Joannis baptisma, atque hinc fecit initium magisterii sui ac prodigiorum : quid tamen citra tricesimum annum gesserit, nulla historia docet; neque ex ulla divinæ auctoritatis Scriptura superiorem vitam ejus discere licet. Sed enim postquam etiam nemini ignotus erat, alia quidem audientibus omnibus prædicabat; aliis autem, tanquam mysteriis, discipulos tantummodo suos initiabat : ac modo prodigia ab se edita divulgari nolebat, modo sine ullo ejusmodi vetito miracula faciebat. Jam in iis, quæ silentio premere placuit, miraculum ejus nativitatis erat, ita ut illorum, qui mortali ejus vitæ interfuerunt, nemo, paucis exceptis, rei conscius fuerit.

2. Dicit autem vir sanctus, nomine Ignatius, qui Antiochenæ Ecclesiæ secundus fuit post apostolos episcopus, ipsum sæculi principem latuisse Mariæ virginitatem, ac Servatoris ex ea nativitatem. Sic enim ait (1) : « Latuit principem hujus sæculi virginitas Mariæ, ejusque partus, itemque Christi mors : mysteria tria clamosa, quæ tamen sub divino silentio peracta fuerunt. » Jam ipso mentis ratiocinio intelligere licet, haud fieri potuisse, ut mortales omnes, qui Dei unctum inter homines communi hominis forma versantem cernebant, natum crederent e puella nuptiarum ignara, patre nullo. Neque porro expediebat, ut multi compertum haberent, Mariam haud ex Josepho conceptum peperisse Jesum : prorsus enim pœnæ fuisset obnoxia de Mosaicæ legis mandato virgo, ceu si ante nuptiarum tempus virginitatem violavisset. Quamobrem merito animadversum est, vigilanter admodum Scripturam dicere : « Antequam ipsi convenirent, inventa est in utero habens; » tanquam si aperte diceret, eam ante nuptias non concepisse, neque prius quam ad virum accederet : sed postquam cum Josepho conjugata fuit, atque apud eum diversari cœpit (2), et ab omnibus conjux ejus appellari : cum una habitarent, ac nuptiali consuetudine jam usuri viderentur, ipsa propemodum hora antequam convenirent, inventam esse in

(1) Epist. Ignatii ad Ephesios cap. XIX, ubi videsis doctissimi Cotelerii adnotationem, apud quem Usserius verba hæc eadem recitat ex Andrea Hierosol. Cretensi episcopo, nisi quod pro κραυγῆς scribitur ibi φρικτά, quæ deterior lectio est, quia non opponitur vocabulo κραυγῆς.

(2) De hac communi SS. Patrum opinione Combefisius *Bibl. conc.* t. I, p. 22, contra Suaresium et Raynaldum. Nicephorus quoque Callistus *Hist.* I, 8, cum Eusebio consentit.

Digitized by Google

utero habentem de sancto Spiritu. Atque hæc per- A commode ob vitandam vulgi notitiam curata sunt. Nam si Mariæ a parentibus nondum digressæ, gravidæ fieri contigisset; quia necesse erat rem palam famigerari, nempe quod ipsa haud ex publice noto viro suo concepisset, protinus supplicium ex forma juris [1] subiisset : si minus, certe stupri macula non vacasset : neque enim ipsa sibi testis esse poterat, neque ad fidem faciendam eorum quæ sibi acciderant erat idonea : nec quisquam sibi aut angeli visum persuaderi passus esset, aut illi narranti credidisset quæ eidem a Gabriele dicta fuerant : neque eam jam prægnantem domi suæ Josephus recepisset, quem justitiæ publicum testimonium ornabat. Bene igitur non apud ipsos parentes, sed apud Josephum gravida facta est, ac maritali ut Scriptura testatur, in utero habens inventa est.

ὠκονόμητο· εἰ γὰρ δὴ παρὰ τοῖς αὐτῆς γονεῦσιν οὖσαν ἔτι συνέβη κατὰ γαστρὸς λαβεῖν, κἂν εἰκὸς ἦν βοηθῆναι τὸ πρᾶγμα ὅτι μὴ ἐκ προδήλου ἀνδρὸς ἐκυοφορήθη, θᾶττον δ' ἂν καὶ ἀνῄρητο κατὰ τὸν νόμον· ἢ εἰ μὴ τοῦτο, αἰσχρᾶς δ' οὖν οὐκ ἂν ἠλευθέρωτο ὕβρεως· οὐ γὰρ δήπου μάρτυς αὐτὴ ἑαυτῆς καὶ τῶν περὶ αὐτῇ πεπραγμένων ἀξιόπιστος ἦν· οὐδ' ἂν ἐπείσθη τις ἢ ἀγγέλου ἐπιφάνειαν, καὶ τὰ πρὸς αὐτὴν εἰρημένα πρὸς τοῦ Γαβριὴλ αὐτῇ διηγουμένῃ, οὐδ' ἂν κύουσαν ἤδη προσήκατο εἰς τὸν ἑαυτοῦ οἶκον Ἰωσήφ, ἀνὴρ δίκαιος εἶναι μεμαρτυρημένος· διόπερ εἰκότως οὐ παρὰ τοῖς αὐτῆς γονεῦσιν, ἀλλ' ἤδη παρ' αὐτῷ γενομένη ἐγκύμων σὺν αὐτῷ γενομένη, παρ' αὐτὴν ὡς εἰπεῖν τὴν τοῦ γάμου τάξιν· πρὸ γὰρ τοῦ συνελθεῖν αὐτοὺς, ὡς ἡ Γραφὴ μαρτυρεῖ, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα.

propemodum more : antequam enim convenirent,

3. Cui porro inventa est, nisi Josepho? Cur autem et quomodo res Josepho comperta fuerit, Scriptura docet dum ait, a sancto Spiritu patefactam esse Josepho justo homini; qui ob hanc ipsam justitiam suam nil mirum est si a divino Spiritu adjutus, conjugis mox futuræ conceptiones intellexit, atque a maritali congressu abstinuit. Hinc igitur re cognita territus voluit occulte dimittere Mariam : quæ acciderant majora existimans, quam ut ipse cum ea posthinc versaretur. Atque hæc causa fuit, quamobrem justus cum esset, haud æquum judicavit eam diffamare : maluit autem occulte eamdem dimittere. Profecto is, nisi sibi persuasisset, eam de sancto Spiritu concepisse; cum probe simul sciret eamdem a se viro uterum non gerere; qui tandem fieri poterat, ut non, pro suæ justitiæ munere, ante nuptias corruptam publice ediceret, atque ob id magistratibus idoneis judicandam traderet ac diffamandam? Alioqui quomodo justus esset, qui de re impia tegenda celandaque satageret? Certe Josephum ita se gerentem, ab evangelista justum appellari, non erat consentaneum. Sed enim quia ipse diviniorem Virginis de sancto Spiritu conceptum novit; et quia eamdem augustiorem existimavit, quam ut sibi diutius liceret cum illa habitare; recte idcirco evangelista dicit, a Josepho captum esse consilium clam sponsam dimittendi neque diffamatam a se neque objectam vulgi sermonibus. Bene igitur ab evangelista dici videtur, quod eam diffamare noluerit. Non enim ait nolens eam infamare, sed « diffamare; » quorum vocabulorum multa est differentia. Sicut enim non idem significat scribere et proscribere, putare et imputare, rogare et abrogare; sic neque diffamare et infamare : namque infamare facit ut cogitemus de publica hominis malefici patefactione ac delatione; diffamare autem patefaciendi tantummodo notionem habet.

γ'. Τίνι δ' ἄρα εὑρέθη, ἀλλ' ἢ τῷ Ἰωσήφ; πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον εὔρηται τοῦτο τῷ Ἰωσήφ, ὁ λόγος διδάξει φάς, ἐκ Πνεύματος ἁγίου γνωστὸν γέγονεν οὕτω καὶ τῷ Ἰωσήφ· δίκαιος γὰρ ἦν· δίκαιος δὲ τυγχάνων, οὐ θαυμαστὸν εἰ καὶ θείου Πνεύματος ἠξίωτο πρὸς τὸ συνεῖναι μὲν τῆς μελλούσης γαμετῆς κύησιν, ἐπισχεῖν δὲ τὴν κατὰ ἄνδρα κοινωνίαν. Αὐτίκα συνεὶς καὶ καταπλαγεὶς ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν· μεῖζονα ἢ κατὰ τὴν σὺν αὐτῷ διατριβὴν τὰ πεπραγμένα εἶναι λογισάμενος. Καὶ τοῦτο ἄρα ἦν τὸ αἴτιον, δι' ὃ, δίκαιος ὤν, οὐκ ἔκρινε μὲν δίκαιον εἶναι δειγματίσαι αὐτήν, ἐβουλήθη δὲ λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν· καὶ μὴν εἰ μὴ ἐξ ἁγίου Πνεύματος πέπειστο αὐτὴν συνειληφέναι, ἀκριβῶς εἰδὼς ὅτι μηδὲ ἐξ αὐτοῦ τὸ κατὰ γαστρὸς ἔφερε, τί δῆτα δίκαιος ὢν ὁ ἀνὴρ, οὐκ εἰς πάντας ἐξάγων τὴν διαφθαρεῖσαν πρὸ γάμου τὴν ὥραν, τοῖς τὰ τοιαῦτα κρίνειν παρεδίδου δράσασαν δειγματίσαι; πῶς δὲ δίκαιος ὁ τὴν παράνομον πρᾶξιν ἐπισκιάζειν καὶ ἐπικρύπτειν προθυμούμενος; ἀλλ' οὐκ εἰκὸς τὸν εὐαγγελιστὴν δίκαιον αὐτὸν ἐπὶ τούτοις φάναι, ἀλλὰ γὰρ συναισθόμενον διὰ ἁγίου Πνεύματος τὴν θειοτέραν τῆς Παρθένου (2') γεγονέναι κύησιν, καὶ κρείττονα τῆς σὺν αὐτῷ διατριβῆς ἡγησάμενον εἶναι τὴν οἰκονομίαν, εἰκότως φησὶν αὐτὸν διανενοῆσθαι λάθρα ἀπολῦσαι αὐτὴν μὴ δειγματισθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ, μηδὲ τοῖς πολλοῖς φανερὰν γενομένην· εὖ γοῦν καὶ τὸ μὴ θέλων αὐτὴν δειγματίσαι εἰρῆσθαι δοκεῖ ὑπὸ τοῦ εὐαγγελιστοῦ· οὐ γὰρ ἔφησε μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἀλλὰ μὴ δειγματίσαι (3) θέλων· πολλῆς οὔσης ἐν τούτοις διαφορᾶς· ὡς γὰρ οὐ ταυτὸν σημαίνει τὸ γράψαι καὶ παραγράψαι, καὶ τὸ λογίσασθαι καὶ παραλογίσασθαι, καὶ ψηφίσαι καὶ παραψηφίσαι· οὕτως οὐδὲ τὸ δειγματίσαι καὶ παραδειγματίσαι· τὸ μὲν γὰρ παραδειγματίσαι, τὴν ἐπὶ κακῶς πράξαντι εἰς πάντας φανέρωσίν τε καὶ διαβολὴν ὑποβάλλει νοεῖν· τὸ δὲ δειγματίσαι, τὸ φανερὸν ἁπλῶς ποιῆσαι.

[1] Deut. XXII, 23.

(2') *Τὴν θειοτέραν τῆς Παρθένου.* Legendum videtur esse, leviter immutato verborum ordine, θειοτέραν τὴν τῆς Παρθένου. Edit.

(3) En Eusebius diserte affirmat lectionem δειγματίσαι, quam habet etiam antiquissimus omnium codex biblicus Vaticanus, nec non palimpsestus Dublinensis. Apud Sabaterium consonant cod. Cantabrig. *præpalare*, S. Augustinus, *divulgare*, Vigilius Taps., *detegere*.

Digitized by Google

δ'. Ἐπειδὴ δὲ τούτου γενομένου, εἰ καὶ λάθρα αὐτὴν ἀπολελύκει, μεῖζον ἦν τὸ πρᾶγμα, ἢ κατὰ τὸ λαθεῖν τοὺς πολλοὺς, εἰκότως ἐπιστὰς ὄναρ ὁ ἄγγελος ἔφη τῷ Ἰωσήφ· « Ἰωσὴφ Ἰωσὴφ υἱὸς Δαβὶδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου. » Καὶ θέα γε ὡς πρῶτον υἱὸν Δαβὶδ ἀνακαλεῖ, ἀναπέμπων ἐπὶ τὸν προπάτορα, διὰ τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ τοῖς πᾶσι προσδοκώμενον· ἐπεὶ διὰ τί μὴ υἱὸν αὐτὸν ἔφησεν Ἰακώβ; οὗτος γὰρ ἦν αὐτοῦ κατὰ σάρκα πατήρ, ὡς μαρτυρεῖ ὁ εὐαγγελιστής· « Ματθὰν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ· Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ· » νῦν δὲ παρεὶς τοῦ πατρὸς τὴν μνήμην, τοῦ προπάτορος ὑπομιμνήσκει· μονονουχὶ σημαίνων ὡς ἄρα ὁ ἐπηγγελμένος τῷ Δαβὶδ, οὗτος ἦν ὁ παραδόξως ὁ μὴ ἐξ αὐτοῦ, ἐκ Πνεύματος δὲ ἁγίου ὑπὸ τῆς Μαρίας κυούμενος· ἔπειτα δὲ αὐτῷ θαρσεῖν παρακελεύεται δι' ὃν εἶχεν φόβον· οὐχ ὁ τυχὼν γὰρ φόβος ἦν αὐτῷ συναισθομένῳ μὴ ἐξ ἀνδρὸς κεκυηκέναι τὴν Μαρίαν· κἄπειτα αὐτὸν διδάσκει οὐχ ὃ μὴ ἠγνόει, ἀλλὰ τοῦ καὶ πρότερον γιγνωσκομένου τὴν αἰτίαν· λέγει δ' οὖν· « Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου. »

4. Sed quia tamen fieri non poterat ut multos ea res lateret, etiamsi Mariam Josephus clam deseruisset, commode angelus per somnium huic oblatus ait : « Joseph Joseph filli Davidis, timeas accipere Mariam conjugem tuam : quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est [1]. » Et videsis ut a principio filium Davidis hunc appellat, scilicet eumdem revocans ad progenitorem ope illius quem a Davidis genere omnes exspectabant. Alioqui cur non eum Jacobi filium dixisset? Hic enim erat illius natura proximus pater, teste evangelista : « Matthanus autem genuit Jacobum; Jacobus autem genuit Josephum. » Nunc vero, prætermissa patris mentione, progenitorem commemorat; propemodum significans, qui Davidi promissus fuerat, hunc esse quem prodigiose et sine ullo Josephi officio, sed de Spiritu sancto Maria conceperat. Deinde eum jubet timorem, quo correptus erat, dimittere. Non enim in mediocri versabatur formidine, dum reputaret haud ex viro gravidam esse Mariam. Exin eumdem docet non quod non ignorabat, sed prægogniti causam. Ait igitur : « Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est. »

ε'. Τοιαύτη τις καὶ τοσαύτη γενέσθαι οἰκονομία ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν τὴν τῆς παρθένου κύησιν τοὺς ἀπίστους, ἐκ τῆς θείας ὑποφαίνεταί μοι Γραφῆς· καὶ γὰρ οὐκ ἂν ἐπιστεύθη ῥᾳδίως ὁ λόγος παρὰ τοῖς τοῦτο ἀκούουσιν, ἄνδρα τε αὐτὸν ἡμῖν ὁμοιοπαθῆ τὸ σῶμα, καὶ κατ' οὐδὲν τὴν θνητὴν φύσιν παραλλάττοντα θεωμένοις· τί γὰρ εἰ καὶ μετὰ ταῦτα παραδοξοποιῶν καὶ τὰς ἐνθέους εὐεργεσίας εἰς πολλοὺς ἐκτείνων ἐξέπληττε τοὺς ὁρῶντας; οὐχὶ δὲ καὶ Μωϋσῆς πολλὰ θαυματουργήσας, τῆς κοινῆς ὅμως γενέσεως οὐκ ἠμοίρει; Ἠλίας τε, καὶ Ἐλισσαῖος, καὶ ὁ καθεῖς τῶν προφητῶν; οὐδὲν οὖν πρὸς τὸ μὴ ἐξ ἀνδρὸς νομίζεσθαι τὸν Ἰησοῦν ἡ τῶν τεραστίων ἔργων ἐπίδειξις αὐτῷ συνεβάλλετο· αὐτίκα οἱ κατ' αὐτὸν οὐδ' ἄλλο τι περὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ φανταζόμενοι, καίπερ τὰ δρώμενα ὑπ' αὐτοῦ ὁρῶντες, ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους· « Πόθεν τούτῳ πᾶσα ἡ σοφία αὕτη καὶ αἱ δυνάμεις; οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; οὐχὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαρία; καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, Ἰάκωβος καὶ Ἰωσὴφ καὶ Σίμων καὶ Ἰούδας; καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ οὐχὶ πᾶσαι πρὸς ἡμᾶς εἰσι; » Καὶ ἄλλοτε πάλιν τῆς μητρὸς καὶ τῶν ἀδελφῶν ἑστώτων ἔξω καὶ ζητούντων λαλῆσαι αὐτῷ, εἶπέ τις αὐτῷ· « Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἑστήκασιν ἔξω, ἰδεῖν σε θέλοντες. » Καὶ τί θαυμαστὸν ὅτε καὶ οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι ἐρωτηθέντες, « Τίνα με, φησὶν, οἱ ἄνθρωποι λέγουσιν; » ἀπεκρίναντο, ὡς ἄρα οἱ μὲν Ἰωάννην αὐτὸν εἶναι ἡγοῦνται, οἱ δὲ Ἠλίαν, οἱ μὲν Ἱερεμίαν, οἱ δὲ ἕτερόν τινα τῶν προφητῶν· ἐρωτώμενοι δὲ τίνα ποτὲ καὶ αὐτοὶ δόξαν ἔχουσι περὶ αὐτοῦ, οἱ πάντες ἀπεσιώπησαν, ὡς οὐκ ἔχοντες εἰπεῖν· μόνου δὲ Πέτρου φήσαντος, ὡς ἄρα αὐτὸς εἴη ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἅτε μόνῳ αὐτῷ τοῦτο γνωσθέντι ἐπιφέρει λέγων· « Μακάριος εἶ, Σίμων βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ

5. Tale mihi tantumque agitatum consilium ex divinis litteris apparet, propter occultandum incredulis conceptum virginis. Neque enim facile crediturl erant, qui sermonem ejusmodi audirent de homine mira narrantem, quem æque ac nos infirmo corpore naturaque haud dissimili præditum viderent. Quid? etiamsi deinceps Jesus miracula edens, divinamque vim beneficam erga multos expromens, perculit cernentium animos; nonne Moyses, qui multa mira fecit, tamen communis nativitatis particeps fuit? itemque Elias atque Elisæus, atque prophetæ singuli? Nihil igitur proderat prodigiorum editio, quominus Jesus crederetur viro genitus. Reapse homines illius ætatis, nihil insolitum de nativitate ejus suspicantes, quanquam ejusdem facta aspiciebant, ita colloquebantur : « Unde huic omnis sapientia hæc et virtutes? nonne hic est fabri filius? nonne mater ejus dicitur Maria; et fratres ejus Jacobus et Josephus et Simon et Judas? itemque sorores ejus nonne omnes apud nos sunt? » Rursus alias matre ejus fratribusque extra concionem stantibus, cum eoque loqui volentibus, ait quidam : « En parens tua fratresque tui foris adsunt, teque visere cupiunt [2]. » Nec mirum; siquidem etiam discipuli atque apostoli rogati ab eo quem se esse homines dicerent, responderunt : « Aliis eum videri Joannem, aliis Eliam, aliis Jeremiam, aliis alium de prophetis [3]. » Rursusque rogati quem et ipsi se esse putarent, silebant cuncti, nihil dicere habentes : unusque Petrus ait, eum esse Christum Dei viventis Filium. Quippe et huic uni, tanquam rei conscio, respondit Jesus : « Beatus es, Simon bar-Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est [4]. »

[1] Matth. I, 20. [2] Matth. XII, 47. [3] Matth. XVI, 13. [4] Matth. XVI, 17.

Digitized by Google

Testis item Maria, se cogitatu secreto apud se quæ gesta fuerant continuisse. Ait itaque Scriptura : « Maria autem conservabat omnia verba hæc conferens in corde suo [6]. »

6. Igitur demonstratum est, utiliter per id tempus conceptionem Jesu de sancto Spiritu apud vulgus fuisse celatam. Josephus autem in parentis locum assumptus est, ita ut merito tanquam pueri genitor in genealogia poneretur. Id nisi fiebat, nullo parente censeretur puer, cujus stemma ab illo non deduceretur : quæ res in impietatem multos pertraxisset, si ob rei veræ ignorantiam, de natalibus ejus haud honeste sentirent. Utiliter itaque et fabri filius, et appellatorum filiorum frater habitus est. Et quidem ipse Deus Verbum haud se hominem esse negabat : imo discipulis præcipiebat, ne cui dicerent eum se esse, quem prophetæ venturum cecinerant, unctum Dei [7] : neque enim fidem plerique erant arrogaturi, qui eum humili indutum specie videbant. Sic in illa etiam montana transfiguratione rursum mandavit discipulis ut visum nemini dicerent, donec Filius hominis a mortuis resurgeret [8]. Pronum quippe erat ut multi de coætaneis ne id quidem sibi persuaderi paterentur. Quod si hæc non putavit vulganda, multo magis oportuit natalia de virgine tunc in populo reticeri : quæ commodo deinde tempore omnem de eo veritatem erant ostensura. Tempus autem commodum futurum erat, cum ipse a mortuis resurgeret, et cum in cœlum assumeretur, et cum orbem terrarum fama ejus tanquam Dei Verbi pervaderet ; cum denique gentes vocarentur, ac divina illius oracula exitum nanciscerentur; rerum scilicet eventu præsagiis ejusdem ac prædictionibus fidem perspicuam adjiciente.

7. Atque apud nostræ quidem ætatis homines, qui rerum fidem a majoribus acceperunt, quique Christi conditionem plus quam mortalem fuisse sciunt, reliqua quoque merito in confesso sunt, nedum nativitatis mysterium : verumtamen inclyti evangelistæ necessario tunc Josephum in genealogia posuerunt, qui videlicet ab omnibus Jesu parens appellabatur. Quod si hac ratione neglecta, a matre genus ejus ordinavissent ; præter quam quod id indecorum erat, et divinarum Scripturarum simplicitate alienum, quia neminis antea per matrem genus descriptum fertur ; is cujus genealogia texebatur, incerto patre nescio quis terræque filius visus esset. Id autem, ut dixi, haud mediocri ignominiæ et criminationi obnoxium erat. Commode igitur dum Josephum prædictam ob causam a Davidis stirpe derivant, Mariam simul Davide oriundam comprobant, genere conjugis per sponsum demonstrato. Moysis quippe lege edicente, ut ne aliunde liceret nuptias sibi conciliare

καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ Μαρία βαθεῖ λογισμῷ παρ' ἑαυτῇ κατέχειν τὰ γεγενημένα· φησὶ γοῦν ἡ Γραφή· « Ἡ δὲ Μαρία πάντα συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. »

ς'. Οὐκοῦν ἀποδέδεικται ὅτι χρησίμως κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ἡ μὲν ἐξ ἁγίου Πνεύματος τοῦ Ἰησοῦ γένεσις παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀπεσιωπᾶτο, ὁ δὲ Ἰωσὴφ ἐν χώρᾳ πατρὸς παρελαμβάνετο· εἰκότως οὖν ὁ πατὴρ τοῦ παιδὸς ἐγενεαλογεῖτο· εἰ δὲ οὖν μὴ τοῦτο ἐγεγόνει, ἀπάτωρ ἂν ἐνομίσθη ὁ παῖς μὴ ἐκ πατρὸς γενεαλογούμενος· τοῦτο δὲ εἰς ἀσέβειαν ἤγαγεν ἂν τοὺς πολλοὺς, οἳ δι' ἄγνοιαν τῆς περὶ τὸ πρᾶγμα ἀληθείας ἐδυσφήμουν τὴν γένεσιν· χρησίμως οὖν καὶ τοῦ τέκτονος (υἱὸς) καὶ τῶν ὠνομασμένων τέκνων ἀδελφὸς ἐχρημάτιζεν· ἐπεὶ καὶ Θεὸς Λόγος ὤν, οὐκ ἀπηρνεῖτο ἑαυτὸν εἶναι ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ παρήγγελλε τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν, ὅτι αὐτὸς εἴη ὁ πάλαι πρὸς τῶν προφητῶν ἥξειν βούμενος ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ· οὐ γὰρ ἂν οὐδὲ ἐπίστευσαν οἱ πολλοὶ τῶν τότε θεωμένων αὐτὸν εὐτελὲς σχῆμα περιβεβλημένον· οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐν τῷ ὄρει μεταμορφώσεως ἐνετείλατο πάλιν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς λέγων· « Μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅραμα ἕως οὗ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ· » εἰκὸς γὰρ μηδὲ τοῦτο πιστεῦσαι τῶν τότε τοὺς πολλούς· εἰ δὲ ταῦτα μὴ εἰς φανερὸν ἦκειν ἔκρινεν, ἤ πού γε τὰ τῆς ἐκ παρθένου γενέσεως ἀποσιωπᾶσθαι τὸ τηνικαῦτα παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐχρῆν, εἰς ἐπιτήδειον καιρὸν τῆς περὶ αὐτοῦ ἀληθείας ἀναφανησόμενα· οὗτος δὲ ἦν ὁ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως αὐτοῦ, καὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως, τῆς τε εἰς πάντα τὸν κόσμον ὡς ἂν περὶ Λόγου Θεοῦ διαδραμούσης περὶ αὐτοῦ φήμης· ὅ τε τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως, καθ' ὃν καὶ αἱ θεῖαι αὐτοῦ φωναὶ τέλος ἐλάμβανον, τὰ τῶν προγνώσεων αὐτοῦ καὶ προῤῥήσεων διὰ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως ἐναργῶς πιστούμεναι.

ζ'. Τοῖς γοῦν καθ' ἡμᾶς ταῦτα παραδεξαμένοις καὶ τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον αὐτοῦ φύσιν ἐπεγνωκόσιν, εἰκότως τά τε λοιπὰ καὶ τὰ τῆς γενέσεως πιστὰ εἶναι ὁμολογεῖται· πλὴν ἀλλ' οἱ θαυμάσιοι εὐαγγελισταὶ ἀναγκαίως τότε παρὰ Ἰουδαίοις τὸν Ἰωσὴφ ἐγενεαλόγουν αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν παρὰ πᾶσι βούμενον τοῦ Ἰησοῦ πατέρα· εἰ γὰρ τοῦτο παρελθόντες, μητρόθεν αὐτὸν ἐγενεαλόγουν, πρὸς τῷ καὶ ἀπρεπὲς εἶναι τοῦτο, καὶ τῆς τῶν θείων Γραφῶν ἀληθείας ἀλλότριον, ὅτι μηδεὶς τὸ πρότερον ἐκ γυναικὸς γενεαλογηθεὶς ἱστορεῖται, ἔδοξεν ἂν ἀπάτωρ τις εἶναι καὶ δυσγενὴς ὁ γενεαλογούμενος· τοῦτο δὲ, ὡς ἔφην, οὐ μικρᾶς ἦν δυσφημίας ὁμοῦ καὶ κατηγορίας· διὸ χρησίμως τὸν Ἰωσὴφ ἀπὸ Δαβὶδ διὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αἰτίαν γενεαλογοῦντες, ἐν ταυτῷ καὶ τὴν Μαριὰμ ἐκ Δαβὶδ γεγονέναι συνίστων, διὰ τοῦ μνηστῆρος τὸ τῆς γαμετῆς ὑποφαίνοντες γένος· νόμου γὰρ Μωϋσέως διαγορεύοντος μὴ ἄλλοθεν ἐξεῖναι πρὸς γάμον λαμβάνειν, ἢ ἐκ τοῦ γένους τοῦ οἰκείου καὶ τῆς ἰδίας φυλῆς, ὡς ἂν μὴ περιστρέφοιτο τοῦ γένους ὁ κλῆρος ἀπὸ φυλῆς

[6] Luc. II, 21. [7] Matth. XVI, 20. [8] Matth. XVII, 9.

Digitized by Google

εἰς φυλήν, αὐτάρκης ἦν ἡ περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἀναγραφὴ καὶ τὴν γυναῖκα δηλῶσαι· νομικῶς γὰρ βιοὺς οὐδ' ἄλλοθεν ἐμνᾶτο τὴν γυναῖκα, ἢ πρῶτα μὲν ἐκ τῆς φυλῆς τῆς πατρικῆς αὐτοῦ, αὕτη δὲ ἦν ἡ τοῦ Ἰούδα· ἔπειτα ἐκ τοῦ δήμου καὶ τῆς αὐτῆς πατριᾶς, αὕτη δὲ ἦν ἡ τοῦ Δαβίδ· τοιαῦτα γὰρ ἦν τὰ τοῦ νόμου παραγγέλματα· ὅτε τοίνυν ὁ Ἰωσὴφ φυλῆς γεγονὼς ἀποδείκνυται Ἰούδα, κλήρου τε καὶ πατριᾶς Δαβίδ, πῶς οὐχ ἕπεται καὶ τῇ Μαρίᾳ ἐκ τῶν αὐτῶν ὁρᾶσθαι;

A quam ex genere proprio suaque tribu, ne videlicet generis hæreditas ex una in aliam tribum commoveretur; satis erat viri descriptio ad conjugem demonstrandam: nam qui ad legis normam viveret, haud aliam sibi uxorem copulavisset, nisi quæ primum esset ex ejus patria tribu, Judæ videlicet; deinde ex eadem gente familiaque, nempe Davidis. Illatenus enim lex jubebat. Si Josephus igitur de Judæ tribu deque Davidis gente et familia fuisse demonstratur, cur non sequitur ut Maria ex iisdem originibus prodire videatur?

η'. Εἰ δὲ λέγοιτο ὑπάρχειν συγγενὴς τῆς Ἐλισάβετ, αὐτῆς μὲν οὔσης ἐκ φυλῆς Ἰούδα, τῆς τε (3') Ἐλισάβετ ἐκ τῆς τοῦ Λευΐ, μὴ θαυμάσῃς· πᾶν γὰρ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἑνὸς ἦν γένους, αἵ τε φυλαὶ πᾶσαι ἀλλήλων συγγενεῖς· ἔνθεν καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος συγγενεῖς αὐτοῦ πάντας ὀνομάζει Ἰουδαίους, λέγων· « Ηὐχόμην γὰρ ἀνάθημα εἶναι ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα, οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλῖται· » καίτοι συγγενεῖς αὐτοῦ ἐτύγχανον μόνοι ἐκ φυλῆς Βενιαμίν· οὐκοῦν πάντας ἁπλῶς τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ἀδελφοὺς καὶ συγγενεῖς ἑαυτοῦ προσεῖπεν ὁ Παῦλος· οὕτω δ' οὖν καὶ τὴν Ἐλισάβετ συγγενίδα προσεῖπεν ὁ ἄγγελος τῇ Μαριάμ, διὰ τὸ ἄμφω Ἰσραηλίτιδας εἶναι· καὶ ἄλλως δὲ εἰκὸς ἀπὸ τόπου συγγενίδα τῆς Μαρίας κεκλῆσθαι τὴν Ἐλισάβετ, διὰ τὸ οἰκεῖν ἐπὶ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἀφ' ἧς ὡρμᾶτο ἡ Μαρία· μαρτυρεῖ γοῦν ὁ Λουκᾶς λέγων· « Ἀναστᾶσα δὲ Μαριὰμ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, ἐπορεύθη εἰς τὴν ὀρεινὴν μετὰ σπουδῆς εἰς πόλιν Ἰούδα, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον Ζαχαρίου καὶ ἠσπάσατο τὴν Ἐλισάβετ· » τοῦ γὰρ Μωϋσέως νόμου μὴ ἀφορίσαντος τῇ τῶν ἱερέων φυλῇ κλῆρον, ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς μερὶς αὐτῶν, διαταξαμένου δὲ μεταξὺ τῶν λοιπῶν φυλῶν οἰκεῖν αὐτοὺς, τοῦ τε Ζαχαρίου καὶ τῆς Ἐλισάβετ πόλιν φυλῆς Ἰούδα κατοικησάντων, ἀφ' ἧς ὡρμᾶτο Μαρία, εἰκὸς καὶ ταύτης ἕνεκεν τῆς αἰτίας συγγενεῖς αὐτὰς ἀνειρῆσθαι· οὐκ ἀπεικὸς δὲ καὶ τῆς ὁμοιοτροπίας χάριν, δι' ἧς ἄμφω τῆς σωτηρίου οἰκονομίας ἠξιώθησαν, ἡ μὲν τὸν Σωτῆρα, ἡ δὲ τὸν πρόδρομον τοῦ Σωτῆρος ὑποδεξάμεναι, ἑνός τε καὶ τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Πνεύματος μετασχοῦσαι· διὸ καὶ μάλιστα μιᾶς τῆς κατὰ Θεὸν συγγενείας μετεῖχον. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὕτως ἀπολυτέον.

8. Quod si eadem dicitur Elisabethæ cognata; cum tamen illa de tribu Judæ, Elisabetha de Levitica fuerit; ne mireris: universa quippe Judæorum gens uno genere censebatur, cunctæque tribus invicem cognatæ erant. Hinc etiam divus Apostolus Judæos omnes appellat cognatos suos, dum ait: « Optabam ego anathema esse pro fratribus meis, qui mihi secundum carneam naturam cognati sunt, Israelitis[9]. » Atqui cognati ejus soli revera erant Benjamitæ: et tamen omnes Israelitas fratrum nominibus et cognatorum Paulus indigitat. Sic ergo angelus Elisabetham dixit Mariæ cognatam, propterea quod ambæ Israelitides essent. Insuper ex ipso loco satis decuit Elisabetham appellari Mariæ cognatam, quia nimirum habitabat in Judæ tribu, unde genus traxit Maria. Rei testis Lucas, qui ait: « Exsurgens autem his diebus Maria abiit in montana cum festinatione, in urbem Judæ, et ingressa est domum Zachariæ, ac salutavit Elisabetham. » Etenim cum lex Mosaica sacerdotali tribui possessiones non assignavisset, quia Dominus Deus pars ejus est, mandavisset autem ut inter cæteras tribus incoleret; cumque Zacharias et Elisabetha quadam in urbe tribus Judæ habitarent, unde oriunda erat Maria; par fuit eas ob hanc causam cognatas appellari: neque id rursus immerito propter morum similitudinem, quorum gratia utraque mulier mysterio salutis digna fuit: et altera quidem Servatorem, altera Servatoris præcursorem sinibus suis receperunt, unius videlicet ejusdemque sancti Spiritus gratia potitæ. Atque hoc vel maxime nomine secundum Deum cognatæ fuerunt (4). Hæc præsentis dubitationis solutio est.

θ'. Εἰ δὲ κεφαλὴ τῆς γυναικὸς τυγχάνει ὁ ὢν ἀνήρ, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν, κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον, ἥ τε μεμνηστευμένη ἀνδρὶ διαμαρτοῦσα μοιχείας κατὰ τὸ αὐτὸ τιμωρίαν ὑπομένει, ὡς ἤδη τοῦ μνηστῆρος σῶμα γενομένη καὶ κεφαλὴν ἐπιγραψαμένη τὸν ἄνδρα, πῶς οὐχὶ τῆς κεφαλῆς γενεαλογουμένης, ἕπεται καὶ τὸ σῶμα τῇ κεφαλῇ συναριθμεῖσθαι; ὥστε καὶ τὴν Μαρίαν ἤδη

9. Quod si autem caput mulieris vir est, de Apostoli divi sententia[10], duoque sunt in carne una ex Mosaicæ legis regula[11]; et si nupta viro, quæ flagitium admiserit, adulterii pœnam ob id ipsum subit; ceu quæ jam sponsi corpus facta erat, sibique caput imposuerat virum; cur si capitis genealogia scribatur, corpus cum capite connumerari non sit consectaneum? Quamobrem Maria Josepho jam

[9] Rom. IX, 3. [10] Ephes. V, 23. [11] Gen. II, 24.

(3') *Τε*. Lege δέ. Edit.

(4) Quæstio hæc de cognatione Mariæ matris Domini cum Elisabetha, exstat sub ejusdem Eusebii nomine, vix paucis verbis variatis, præter codicem Vat. palatinum epitomæ, etiam in catenis Vaticanis Nicetæ cod. A. f. 22, et Macarii cod. E. f. 50. Sequens tamen quinque verborum clausula nonnisi in codice A. legitur.

Digitized by Google

nupta, merito in ejus genealogia intelligenda est; cum præsertim perspicue demonstratum sit non solum ex ejus tribu fuisse, verum etiam gente et familia. Præter quam quod etiam Gabriel in illo cum Maria colloquio vaticinans inter cætera ait: « Dabit illi Deus sedem Davidis patris ejus: » aperte docens, ejus qui ex ipsa nasciturus erat, Davidem esse progenitorem. Alioquin qui decuisset hæc ab angelo dici apud virginem, nisi eamdem de Davidis genere esse confiteretur? Neque sane feminæ alienæ a Davidis stirpe dictum fuisset, « dabit illi Deus sedem Davidis patris ejus. » Quem enim narras patrem, virgo respondisset (quæ quidem fatebatur se virum nescire, intellexerat autem fore ut de Spiritu sancto conciperet), nisi omnino is sermo apud Davidis filiam fieret? Hinc apte Lucas ait: « Ascendit autem Josephus de Galilæa ex urbe Nazareth in Judæam, ut nomen suum profiteretur in urbe Davidis cui nomen Bethlehem, propterea quod esset de domo familiaque Davidis cum Maria desponsata sibi prægnante. » Haud ergo ulterius cum perplexitate legemus hunc Evangelii locum, ceu si Maria ad profitendum tantummodo nomen venisset; sed ipsam quoque putabimus, haud secus quam Josephum, de domo familiaque Davidis esse, quam Scripturam ut ita interpretemur, argumentis iis utimur quæ hactenus protulimus. Ergo perspicue, ut opinor, demonstratum est, haud temere Josephi genealogiam ab inclytis apostolis fuisse narratam, et Mariam de genere Davidis vere derivari, itemque eum, qui ex ipsa natus est, Jesum Dei unctum.

συνημμένην τῷ Ἰωσὴφ, εἰκότως συναντιλαμβάνεσθαι τῆς γενεαλογίας ὅτε μάλιστα τῆς αὐτῆς αὐτῷ φυλῆς οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ δήμου καὶ πατριᾶς ἀποδέδεικται γενομένη· καὶ ἄλλως δὲ ἐν τῷ πρὸς αὐτὴν χρηματισμῷ θεσπίζων ὁ Γαβριὴλ μετὰ τῶν ἄλλων εἴρηκε· « Καὶ δώσει αὐτῷ ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· » σαφῶς διδάσκων ὅτι τοῦ ἐξ αὐτῆς γενησομένου προπάτωρ ἦν ὁ Δαβίδ· πῶς γὰρ ἄλλως εἰκὸς ἦν ταῦτα τῇ παρθένῳ φάναι τὸν ἄγγελον, ἢ συνομολογοῦντα ἐκ τοῦ Δαβὶδ εἶναι; οὐ γὰρ ἂν μὴ ἐκ Δαβὶδ τυγχανούσῃ εἰρήκει τὸ, « Δώσει αὐτῷ ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· » ποίου γὰρ πατρός; εἰκότως ἂν ἤρετο ἡ παρθένος, ὁμολογοῦσα μὲν ὅτι ἄνδρα οὐ γινώσκει, μαθοῦσα δὲ ὅτι ἐκ Πνεύματος ἁγίου συλλήψεται, εἰ μὴ ὅτι σαφὴς ἦν ὁ λόγος πρὸς θυγατέρα Δαβὶδ λεγόμενος· ἔνθεν εἰκότως φησὶν ὁ Λουκᾶς· « Ἀνέβη δὲ καὶ Ἰωσὴφ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ἐκ πόλεως Ναζαρὲθ εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀπογράψασθαι εἰς πόλιν Δαβὶδ ἥτις καλεῖται Βηθλεὲμ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ σὺν Μαρίᾳ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ οὔσῃ ἐγκύῳ. » Οὐκέτι γὰρ ἀμφιβόλως ἀναγνωσόμεθα τὴν παροῦσαν λέξιν, ὡς τῆς Μαρίας ἀπογράψασθαι μόνης συνελθούσης, ἀλλ' ὡς καὶ αὐτῆς σὺν τῷ Ἰωσὴφ ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ ὑπαρχούσης, τὰς ἀποδείξεις ἔχοντες τῆς τοιαύτης ἑρμηνείας τοῦ λόγου ἐκ τῶν προαποδεδομένων. Δεδεῖχθαι τοίνυν σαφῶς ἡγοῦμαι, ὅτι μὴ μάτην ὁ Ἰωσὴφ ἐγενεαλογεῖτο παρὰ τοῖς θαυμασίοις τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλοις, καὶ ὅπως ἡ Μαρία ἐκ σπέρματος οὖσα τοῦ Δαβὶδ συνίσταται, ὅ τε ἐξ αὐτῆς γεγεννημένος Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ.

II.

Cur alter evangelista superne ab Abrahamo exorsus deducat genealogiam; alter autem inferne subgrediatur; neque in Abrahamo sistat, sed ad Adamum ac Deum usque deveniat.

1. Quæstionum a te propositarum secunda hæc fuit. Genealogiam Matthæus ex Abrahamo derivat; Lucas autem contrariam huic viam insistens incipit abs Josepho, tenditque ad Adamum ac Deum. Atqui oportebat, siquidem hi consona invicem et consentanea scribebant, vel Lucam ascendentem in Abrahamo consistere; vel Matthæum haud ex Abrahamo genealogiam ordiri, sed ex Adamo in quem Lucas desivit. — Facilis est hujus quoque quæstionis explicatio, neque multo sermonis artificio indiget: uterque enim evangelista una via graditur. Nam et illos qui prorsum sursumque ascendunt, itemque illos qui adversum eadem via descendunt, haud quisquam diceret diverso tramite incedere. quia scilicet una ab utrisque, id est ab ascendentibus descendentibusque, via teritur. Eadem igitur ratio est in generis successionibus. Atque hic mos antiquitus Hebræis placuit, et in divinis Scripturis solemnis est. Ecce enim in Ruthæ quidem libro genus Davidis superne

Β'.

Διὰ τί ὁ μὲν ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἀρξάμενος κατάγει τὴν γενεαλογίαν· ὁ δὲ κάτωθεν ἄνεισι, κοὐκ ἐπὶ τὸν Ἀβραὰμ ἵσταται, ἀλλ' ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ καὶ τὸν Θεόν.

α'. Τὸ δεύτερον τῶν ὑπὸ σοῦ προταθέντων τοῦτο ἦν· ὁ μὲν Ματθαῖος ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ κατάγει τὴν γενεαλογίαν, ὁ δὲ Λουκᾶς τὴν ἐναντίαν τούτου βαδίσας, ἤρξατο μὲν ἀπὸ τοῦ Ἰωσὴφ, ἀνάγει δὲ ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ καὶ τὸν Θεόν· δέον, εἴγε σύμφωνα καὶ συνῳδὰ ἀλλήλοις ἔγραφον, ἢ τὸν Λουκᾶν ἀνιόντα μέχρι τοῦ Ἀβραὰμ στῆναι, ἢ τὸν Ματθαῖον μὴ ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ, εἰς ὃν κατέληξεν ὁ Λουκᾶς, ἀπάρξασθαι τῆς γενεαλογίας. — Ῥᾳδία δὲ καὶ τούτων ἡ λύσις, καὶ οὐδὲ πολλῆς κατασκευῆς δεομένη, μίαν ἀμφοτέροις ὁδὸν πορευθεῖσιν· ἐπεὶ καὶ τοὺς ἀνάντη καὶ ὀρθιον πορείαν ἀνιόντας, καὶ τοὺς ἔμπαλιν διὰ τῆς αὐτῆς κατιόντας, οὐκ ἄν τις ἑτέραν φαίη βαδίζειν, μιᾶς ἀμφοτέροις ἐγκειμένης, τοῖς τε ἀνιοῦσι καὶ τοῖς κατιοῦσι, τρίβου· τὸν αὐτὸν γοῦν τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς τῶν γενῶν διαδοχῆς πάρεστιν· οὗτος δὲ πόρρωθεν Ἑβραίοις φίλος ἦν ὁ τρόπος, καὶ τῶν θείων συνήθης Γραφῶν· αὐτίκα γοῦν ἐν μὲν τῇ βίβλῳ τῆς Ῥοὺθ Δαβὶδ ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ Ἰούδα γενεαλογεῖται διὰ τούτων (5)· « Καὶ αὗται αἱ γενέσεις

(5) Cod. A, f. 63, habet οὕτως pro διὰ τούτων.

Digitized by Google

Φαρὲς (ὁ δὲ ἦν Ἰούδα τοῦ ἀρχιφύλου παῖς)· Φαρὲς ἐγέννησε τὸν Ἐσρώμ· καὶ Ἐσρὼμ ἐγέννησε τὸν Ἀράμ· καὶ Ἀρὰμ ἐγέννησε τὸν Ἀμιναδάβ· καὶ Ἀμιναδὰβ ἐγέννησε τὸν Ναασσών· καὶ Ναασσὼν ἐγέννησε τὸν Σαλμών· καὶ Σαλμὼν ἐγέννησε τὸν Βοόζ· καὶ Βοὸζ ἐγέννησε τὸν Ὼβήδ· καὶ Ὼβὴδ ἐγέννησε τὸν Ἰεσσαί· καὶ Ἰεσσαὶ ἐγέννησε τὸν Δαβίδ. » Τοῦτον δ' οὖν αὐτὸν τέθειται καὶ ὁ Ματθαῖος τὸν τρόπον (6).

A a Juda evolvitur sic : « Hæ sunt generationes Phares (hic erat Judæ patriarchæ filius). Phares genuit Esronem; Esron genuit Aramum; Aramus genuit Aminadabum; Aminadabus genuit Nassonem; Nasson genuit Salmonem; Salmon genuit Boozum; Boozus genuit Obedum; Obedus genuit Jessæum; Jessæus genuit Davidem [12]. » Hanc igitur Matthæus quoque genealogiæ scribendæ rationem sectatus est.

β'. Ἡ δέ γε πρώτη τῶν Βασιλειῶν ἑξῆς διαδεξαμένη τῆς Ῥοὺθ τὴν γραφὴν, ἀπὸ τῶν κάτωθεν ἄνεισιν, ὥσπερ οὖν πεποίηκεν ὁ Λουκᾶς· τὸν γοῦν πατέρα τοῦ Σαμουὴλ τὸν Ἑλκανᾶ γενεαλογοῦσα ὧδέ φησι· « Καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος ἐξ Ἁρμαθαὶμ Σουφεὶρ ἐξ ὄρους Ἐφραΐμ· καὶ ὄνομα αὐτῷ Ἑλκανᾶ, υἱὸς Ἱερεμιὴλ, υἱοῦ Ἐλίου, υἱοῦ Θοοῦ, υἱοῦ Σοῦρ, Ἐφραταῖος. » Ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς Παραλειπομένοις (7) ποτὲ μὲν ἀπὸ τῶν πρώτων ἐπὶ τοὺς δευτέρους καθεξῆς πρόεισιν ὁ λόγος, τῇ τοῦ Ματθαίου γραφῇ παραπλησίως, ποτὲ δὲ ἐμφερῶς τῷ Λουκᾷ γενεαλογεῖ· ἄκουσον γοῦν καὶ τῶνδε· « Δαβὶδ, φησὶν, ἦν υἱὸς Σολομῶν, υἱὸς Σολομῶν Ῥοβοὰμ, Ἀβιὰ υἱὸς αὐτοῦ, Ἀσὰ υἱὸς αὐτοῦ, Ἰωσαφὰτ υἱὸς αὐτοῦ, Ἰωρὰμ υἱὸς αὐτοῦ, Ὀχοζίας υἱὸς αὐτοῦ, Ἰωὰς υἱὸς αὐτοῦ, Ἀμασίας υἱὸς αὐτοῦ· » καὶ οὕτω καθεξῆς κάτεισι μέχρι τοῦ Ἰεχονίου καὶ τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας, ὡς ὁ Ματθαῖος. Ὡς δὲ ὁ Λουκᾶς, ἡ αὐτὴ πάλιν ἄνεισι Γραφὴ τὸν Σαμουὴλ γενεαλογοῦσα· φησὶ γοῦν· « Σαμουὴλ υἱοῦ Ἑλκανᾶ, υἱοῦ Ἱεροβοὰμ (8), υἱοῦ Ἠλιὴλ, υἱοῦ Θοοῦ, υἱοῦ Σοὺρ (9). υἱοῦ Ἑλκανᾶ, υἱοῦ Ἰωὴλ, υἱοῦ Ἀζαρίου, υἱοῦ Σοφονίου, υἱοῦ Θαὰρ, υἱοῦ Ἀσεὶρ (10), υἱοῦ Ἀβιάσαρ, υἱοῦ Κορὲ, υἱοῦ Ἰσσαὰρ, υἱοῦ Καὰθ, υἱοῦ Λευΐ, υἱοῦ Ἰσραήλ· » καὶ ὅρα εἰ μὴ ἀντικρυς τὸν ὅμοιον τούτοις μεμίμηται τρόπον ὁ Λουκᾶς· μυρία δ' ἂν καὶ αὐτὸς εὕροις τοιαῦτα· ἀφ' ὧν λείπεται ὁμολογεῖν, μηδὲν ξενίζον πεποιηκέναι τοὺς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εὐαγγελιστάς· οὐκ ὀρθῶς γὰρ οἴεταί τις αὐτοὺς διαφωνεῖν· ἑκάτερος γὰρ οἰκείῳ λογισμῷ τὴν ἔνθεσιν πεποίηται τῆς γραφῆς, ὁ μὲν ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἀρξάμενος διὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ παρ' αὐτῷ λόγου, ὃν οὐ καιρὸς νῦν ἑρμηνεύειν· ὁ δὲ καὶ τὸν Ἀβραὰμ ὑπερβὰς ἐπί τε τὸν πρῶτον ἄνθρωπον ἀνελθών· καὶ μηδὲ μέχρι τούτου στὰς, τὸν πάντα δὲ λόγον ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀναρτήσας, διὰ τῆς ἐν Χριστῷ παλιγγενεσίας μυστήριον ἀναβιβάζει.

B 2. At primus Regum liber, qui Ruthæ historiam subsequitur, inferne ascendit, ut fit apud Lucam. Quippe Helcanæ, qui pater fuit Samuelis, genus recensens, ait : « fuit vir ex Armathem Suphir de monte Ephraimi; nomen ejus Helcana, filius Hieremielis, filii Eliæ, filii Thoi, filii Suri, Ephratæus [13]. » Sed et in Paralipomenis modo a superioribus ad posteros fluit sermo, ut fit apud Matthæum, modo æque ac apud Lucam prosapiæ scribuntur. Audi ergo et hæc : « Davidis, inquit prædictus liber, filius erat Salomon; hujus filius Roboamus; hujus filius Abia; hujus filius Osa; hujus filius Josaphatus; hujus filius Joramus; hujus filius Ochozias; hujus filius Joasus; hujus filius Amasias [14]. » Atque ita ex ordine descendit usque ad Jechoniam atque ad Babylonicam captivitatem, non secus atque Matthæus. Contra, uti Lucas, eadem rursus ascendit Scriptura dum Samuelis genus enarrat. Ait enim : « Samuelis filii Helcanæ, filii Hieroboami, filii Helielis, filii Thoi, filii Suri, filii Helcanæ, filii Johelis, filii Azariæ, filii Sophoniæ, filii Thaari, filii Asiri, filii Abiasaris, filii Coræ, filii Issaari, filii Caathi, filii Levini, filii Israelis [15]. » Porro vides ut plane hunc morem Lucas imitetur. Sexcenta ejusmodi exempla ipsemet invenies : unde sequitur ut fateamur, nihil insolitum fecisse Servatoris nostri evangelistas : neque merito quisquam putabit eos invicem dissidere. Uterque enim proprio calculo descriptionem instituit : alter ab Abrahamo initium capiens, ob sui sermonis peculiarem rationem, quam in præsenti non vacat exponere : alter ipsum Abrahamum prætergressus, ad primum usque hominem venit : neque in hoc sistit, sed suam omnem historiam cum Deo nectit, dum eam videlicet per regenerationis in Christo mysterium in sublime evehit.

C

D

Γ'.

Πῶς ὁ μὲν Ματθαῖος ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ καὶ Σολομῶνος διαδόχων ἐπὶ Ἰακὼβ καὶ Ἰωσὴφ τὰ γένη κατάγει· ὁ δὲ Λουκᾶς ἀπὸ Δαβὶδ καὶ Νάθαν παίδων ἐπὶ Ἠλὶ καὶ Ἰωσὴφ, ἐναντίως γενεαλογῶν τῷ Ματθαίῳ.

α'. Τὸ τρίτον τῶν προταθέντων καιρὸς ἐπισκέψασθαι· ἀτενὲς οὖν ταῖς λέξεσιν αὐταῖς ἐπερείσωμεν τὴν ἑαυτῶν διάνοιαν· ἴδωμεν δὲ τί φησιν ὁ Λουκᾶς· « Καὶ

III.

εἶτ' ὠφεληθεὶς ἐπὶ τούτοις, τὰ πάλαι ἑαυτοῦ κατορ-
θώματα, οὐκέτι ἑαυτῷ, τῷ Θεῷ δὲ προσγράφει λέγων·
« Κύριε, ἐν τῷ θελήματί σου παρέσχου τῷ κάλλει
μου δύναμιν. » Ὅτε γάρ, φησὶν, ἀπέστρεψας τὸ
πρόσωπόν σου καὶ ἐγενήθην τεταραγμένος, τότε
ἔγνων ὅτι καὶ πάλαι πρότερον τῷ σῷ θελήματι παρ-
έσχου τῷ κάλλει μου δύναμιν. Εἰ γὰρ ἦν τι κάλλος
ὑπάρχον περὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν πρὸ τῆς ἁμαρτίας,
τοῦτο αὐτὸ ἐκ σῆς χάριτος καὶ δωρεᾶς μοι προσῆν· C
ταῦτα δὲ μετὰ τὴν συναίσθησιν τῆς ἑαυτοῦ ἀσθε-
νείας ὁμολογεῖ.

γ'. Πλὴν ἐν τῷ ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν Νάθαν τὸν προ-
φήτην, ἡνίκα εἰσῆλθε πρὸς Βηρσαβεὲ, καὶ τὴν ἐν τῷ
πεντηκοστῷ ψαλμῷ εὐχὴν ἀναπέμπει λέγων· « Σοὶ

vicesimo nono psalmo sibi ait excidisse : « Ego dixi in abundantia mea, Non movebor in æternum [38]. » Namque animi elatio et talis elocutio, qua significabat nunquam se fore commovendum, sed firmum illibatumque mansurum in abundantia sua, arrogans erat atque superba, neque similis huic : « Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilavit qui custodit eam [39]. » Itaque divinis beneficiis affluens, magnisque virtutibus auctus, ausus erat dicere : « Non movebor in æternum. » Quare et protinus destitutus fuit ab auctore bonorum ejus Domino, adhæsitque illi spiritus alienus. Ait ergo in eodem psalmo : « Ego dixi in abundantia mea : Non movebor in æternum. Tu autem avertisti faciem tuam, et factus sum conturbatus. Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem [40-41]. » Nimirum docet, qui antea dixisset, non movebor in æternum, mox faciem avertente ob superbam ejus vocem Deo, in gravem incidisse perturbationem. Deinde his eruditus pristina sua recte facta haud jam sibi sed Deo tribuit, dicens : « Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. » Cum enim avertisti, inquit, faciem tuam, et ego factus sum conturbatus, tunc eumdem te esse agnovi, qui olim quoque voluntate tua præstiteras decori meo virtutem. Nam si quis fuit decor animæ meæ ante peccatum, is a tua gratia et munere dimanaverat. Hæc autem post suæ infirmitatis cognitionem fatetur.

3. Cæterum cum venit ad eum Nathanus propheta, quo tempore rem ipse habuerat cum Bersabea, piam illam vocem, quæ in quinquagesimo

[38] Psal. xxix, 7. [39] Psal. cxxvi, 1. [40-41] Psal. xxix, 7, 8.

(17) Anastasius Sinaita quæst. 9 perperam citat hunc locum ex opere Eusebii ad Marinum, cum reapse exstet in opere ad Stephanum. En autem Anastasii tractum, quo Eusebius ab eclogario nostro breviatus suppletur : Ὁ γὰρ Νάθαν διὰ τῆς εἰρημένης αὐτῷ πρὸς τὸν Δαβὶδ παραβολῆς διδάσκει, ὅτι κατὰ τὸν μέγαν πειρασμὸν συνέβη τῷ Δαβὶδ τὸ ἁμάρτημα· παρίστησι δὲ ὁ λόγος, ὅτι μὴ εἰς πρόσωπον ἑτέρων, μηδὲ ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ διηλέγχθη αὐτόν· ἀλλ' εἰσελθὼν, φησὶ, πρὸς αὐτόν· ὁ δὲ Δαβὶδ οὐ μόνον τοῖς καθ' ἑαυτὸν ἐξαγορεύει τὸ πλημμεληθὲν, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς μετέπειτα ἀνθρώπους, τὸν ψαλμὸν ἐπιγράψας εἰρῆσθαι αὐτῷ ἡνίκα εἰσῆλθε πρὸς Βηρσαβεὲ, καὶ ἐν τῷ ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν Νάθαν τὸν προφήτην· οἶμαι δὲ οὖν τούτῳ τῷ πονηρῷ πνεύματι ἐκδεδόσθαι αὐτὸν, διὰ μίαν ἐκείνην φωνὴν, ἣν ἔφη· « Ἐγὼ εἶπα ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου, οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα· » τοῦτο γὰρ μεγαφρονῆσαι, τοιοῦτον προεῖσθαι ῥῆμα ὅτι οὐκ ἂν σαλευθείη, μένοι δὲ ἄτρεπτος καὶ ἀπαθὴς ἐν τῇ εὐθηνίᾳ αὐτοῦ, ὑπέρογκον ἦν καὶ ὑπερήφανον, καὶ οὐχ ὅμοιον τῷ, « Ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, » καὶ τὰ ἑξῆς· ἀλλ' ὅ γε ἱερὸς Ἀπόστολος ταῦτα εἰδὼς, οὐκ ἐτόλμησε φάναι, « οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα· » πεφροντίκει δὲ λέγων, « μή πως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι· » καὶ παραινεῖ λέγων· « Μηδεὶς καυχάσθω ἐν ἀνθρώποις· ὁ δὲ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω· καὶ ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ· οὐ γὰρ ἑαυτὸν συνιστῶν, ἐκεῖνός ἐστι δόκιμος, ἀλλ' ὃν ὁ Κύριος συνίστησι· » καὶ πάλιν ἡ προφητεία, « Μὴ καυχᾶσθε καὶ μὴ λαλεῖτε ὑψηλὰ εἰς ὑπεροχὴν, μηδὲ ἐξελθέτω μεγαλορρημοσύνη ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν· » ἀλλὰ καὶ ὁ Σολομὼν φησι· « Μὴ καυχῶ τὰ εἰς αὔριον· οὐ γὰρ οἶδας τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα· » ὁ δέ γε Δαβὶδ ἐν ἀγαθῶν εὐθηνίᾳ τῶν παρὰ Θεῷ γενόμενος, καὶ ἐπὶ μέγα προκόψας ἀρετῆς, ἐτόλμησε φάναι, « οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα· » διὸ καὶ παραχρῆμα καταλείπεται ὑπὸ τοῦ συνεργοῦντος αὐτῷ τἀγαθὰ Κυρίου, καὶ συμπλέκεται αὐτῷ πνεῦμα πονηρόν· ὅθεν φησίν· « Ἐγὼ εἶπα ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου, οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα· ἀπέστρεψας δὲ τὸ πρόσωπόν σου, καὶ ἐγενήθην τεταραγμένος· » διδάσκων ὅτι πρότερον εἰπὼν, οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα, μετὰ ταῦτα ἀποστρέφοντος τοῦ Θεοῦ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ διὰ τὴν μεγαλορρήμονα φωνὴν, ὁμολογεῖ τεταράχθαι· εἶτα ὠφεληθεὶς ἐπὶ τούτοις, τὰ πάλαι κατορθώματα αὐτοῦ, οὐκέτι ἑαυτῷ ἀλλὰ τῷ Θεῷ ἐπιγράφει λέγων· « Κύριε, ἐν τῷ θελήματί σου παρέσχου τῷ κάλλει μου δύναμιν· ὅτε γὰρ ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου καὶ ἐγενήθην τεταραγμένος, » τότε ἔγνων ὅτι καὶ πάλαι τῷ σῷ θελήματι καὶ ἐκ τῆς σῆς χάριτος καὶ δωρεᾶς ὑπῆρχε περὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν τὸ κάλλος· διό φησιν, « ὑψώθεις δὲ ἐταπεινώθην καὶ ἐξηπορήθην· ἀλλ' ἀγαθόν μοι, ὅτι ἐταπείνωνάς με, ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου· » καὶ « ἔγνων, Κύριε, ὅτι δικαιοσύνη τὰ κρίματά σου, καὶ ἐν ἀληθείᾳ ἐταπείνωσάς με. »

Digitized by Google

psalmo est, emisit : « Tibi soli peccavi, et malum coram te feci. » Dum vero ait, tibi soli peccavi, non idcirco sic loquitur, quasi in solum Deum peccavisset : nam neque blasphemia neque perjurio neque simili impietate se obstrinxerat, ut quisquam merito existimaret ab eo adversus Deum fuisse peccatum. Verum, si plane loqui licet, magnopere peccaverat in Bersabeam, maxime in Uriam, in primis vero contra suam animam. Cur ergo hic ait, tibi soli peccavi? Nempe existimo eum intelligere : tibi soli notum fuit peccatum meum. Manifestius igitur addit : « et malum meum coram te feci. » Hominum quippe nullus mihi timor erat, nisi tuus ingruisset. Prosternens igitur humi faciem, haud ante surrecturum se ait, quam gratiam consequatur. Et comprecantur ei quicunque favent felicitati ejus, orantque ut voti compos fiat. Propterea dictum est in tricesimo primo psalmo supra centesimum : « Memento, Domine, David et omnis mansuetudinis ejus. Sicut juravit Domino, votum vovit Deo Jacob. Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei; si dabo somnum oculis meis et palpebris meis dormitationem, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob[12]. »

μόνῳ ἥμαρτον, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα· » λέγων δὲ, σοὶ μόνῳ ἥμαρτον, οὐ τοῦτό φησιν ὅτι εἰς τὸν Θεὸν ἥμαρτον μόνον· οὔτε γὰρ βλασφημίας, οὔτε ἐπιορκίας, οὔτε τοιαύτης τινὸς ἀσεβείας ὁ τρόπος αὐτοῦ τῆς ἁμαρτίας, ἵνα τις ὑπολάβοι αὐτὸν εἰς Θεὸν ἡμαρτηκέναι· ἀλλ' εἰ χρὴ εἰπεῖν, τὰ μέγαλα ἥμαρτεν εἰς τὴν Βηρσαβεὲ, τὰ μέγιστα δὲ καὶ εἰς τὸν Οὐρίαν, ὑπὲρ πάντα δὲ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν· πῶς οὖν ἐνταῦθά φησι, σοὶ μόνῳ ἥμαρτον; ἀλλ' οἶμαι τοῦτ' αὐτὸν λέγειν, ὅτι σοι μόνῳ ἔγνωσται τὸ ἁμάρτημά μου. Ἐπιφέρει γοῦν τὸ σαφέστερον ἐν τῷ· « Καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα. » Ἀνθρώπων γὰρ οὐδείς μοι φόβος ἦν, εἰ μὴ ὁ σὸς ἐπέκειτο φόβος. Ῥίψας γοῦν ἑαυτὸν ἐπὶ πρόσωπον, οὐ πρότερον ἀναστήσεσθαί φησιν, ἢ τυχεῖν τῆς ἀξιώσεως. Καὶ συνεύχονταί γε αὐτῷ πάντες οἱ ἀγαθῶν συνεργοὶ, παρακαλοῦντες εἰσακουσθῆναι αὐτόν· διὸ εἴρηται ἐν ἑκατοστῷ τριακοστῷ πρώτῳ ψαλμῷ· « Μνήσθητι, Κύριε, τοῦ Δαβὶδ καὶ πάσης τῆς πραότητος αὐτοῦ· ὡς ὤμοσε τῷ Κυρίῳ, ηὔξατο τῷ Θεῷ Ἰακώβ. Εἰ εἰσελεύσομαι εἰς σκήνωμα οἴκου μου, εἰ ἀναβήσομαι ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς μου, εἰ δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμὸν, ἕως οὗ εὕρω τόπον τῷ Κυρίῳ, σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ. »

4. Dum ille sic orat atque affirmat se non ante ascensurum in lectum strati sui, neque domum suam ingressurum, insuper se non daturum palpebris suis dormitationem, donec invenerit futurum Domini locum; demonstrat ei Dominus Bethlehemum. Propterea post ejus precem ii qui secum orant sancti angeli Dei addunt : « Ecce audivimus eam in Ephratha. » Porro Ephratha Bethlehemus est, uti narrat Moyses ubi ait : « Mortua est Rachel, et sepulta est in via quæ ducit Ephratham; ipsa est Bethlehemus[13]. » Sed et Michæas Ephratham ait esse Bethlehemum : « Et tu, Bethlehem domus Ephrathæ, nequaquam minima es in principibus Judæ[14]. » Deinde orat David non solum ut cognoscat Domini locum, sed etiam ubinam futurum sit tabernaculum ejus. Tabernaculum vero sunt exuviæ et corpus, quod sibi Dei Verbum ascivit. Et de loco quidem recte prænuntiaverunt dicentes : « Ecce audivimus eam in Ephratha[15]. » De tabernaculo autem mox subjiciunt : « Juravit Dominus Davidi veritatem, et non frustrabitur eam; de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. » Quibus verbis admonetur David, fore ut destinatum Domino tabernaculum fructus sit ex ejus stirpe gignendus

δ'. Οὕτως δὲ αὐτῷ εὐξαμένῳ καὶ διαβεβαιωσαμένῳ, ὅτι μὴ πρότερον ἀναβήσεται ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς αὐτοῦ, ὅτι τε οὐκ εἰσελεύσεται εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ἔτι οὐ δώσει τοῖς βλεφάροις αὐτοῦ νυσταγμὸν, ἕως οὗ εὕρῃ τὸν μέλλοντα τοῦ Κυρίου τόπον, δείκνυσιν ὁ Κύριος αὐτῷ τὴν Βηθλεέμ· διὸ μετὰ τὴν εὐχὴν συνευξάμενοι αὐτῷ ἱεροὶ ἄγγελοι Θεοῦ ἐπιλέγουσιν ἑξῆς· « Ἰδοὺ ἠκούσαμεν αὐτὴν ἐν Ἐφραθᾶ. » Ἐφραθὰ δέ ἐστιν ἡ Βηθλεὲμ, ὡς ἱστορεῖ Μωϋσῆς λέγων· « Ἀπέθανε δὲ Ῥαχὴλ, καὶ ἐτάφη ἐν ὁδῷ Ἐφραθᾶ· αὕτη ἐστὶ Βηθλεέμ. » Ἀλλὰ καὶ Μιχαίας φησὶ τὴν Ἐφραθὰ εἶναι Βηθλεὲμ, λέγων· « Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ οἶκος τοῦ Ἐφραθᾶ, οὐδαμῶς εἶ ἐλαχίστη ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα. » Εἶτα ἐπεύξατο ὁ Δαβὶδ οὐ μόνον τὸν τόπον γνῶναι τοῦ Κυρίου, ἀλλὰ καὶ τὸ σκήνωμα αὐτοῦ ὁπόθεν ἔσται· σκήνωμα δὲ τὸ σκῆνος καὶ τὸ σῶμα ὃ ἀνείληφεν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος τυγχάνει· εἰκότως περὶ μὲν τοῦ τόπου προαπήγγειλαν φήσαντες· « Ἰδοὺ ἠκούσαμεν αὐτὴν ἐν Ἐφραθᾶ. » Περὶ δὲ τοῦ σκηνώματος ἑξῆς ἐπιλέγουσιν αὐτῷ· « Ὤμοσε Κύριος τῷ Δαβὶδ ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσῃ αὐτήν· ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τὸν θρόνον σου. » Δι' ὧν διδάσκεται ὁ Δαβὶδ ὅτι τὸ μέλλον ἔσεσθαι τοῦ Κυρίου σκήνωμα, ὁ καρπὸς ἦν ὁ ἐκ κοιλίας αὐτοῦ γενησόμενος.

IX.

Cur Ruthæ meminerit evangelista.

1. Quidni divus Apostolus, qui alienigenarum gentium vocationem spiritu prævidebat per Evangelium suum futuram, quidni, inquam, alienigenæ feminæ meminisset? Alienigena sane erat Rutha,

Θ'

Διὰ τί τῆς Ῥοὺθ ἐμνημόνευσεν ὁ εὐαγγελιστής.

α'. Καὶ πῶς οὐκ ἔμελλεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, τὴν τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν κλῆσιν τῷ πνεύματι προθεωρῶν διὰ τοῦ οἰκείου Εὐαγγελίου γενησομένην, τῆς ἀλλοφύλου μνημονεύειν; ἀλλόφυλος γὰρ ἡ Ῥοὺθ καὶ

[12] Psal. cxxxi, 1-5. [13] Gen. xxxv, 19. [14] Matth. ii, 6. [15] Psal. cxxxi, 6.

Digitized by Google

ἐξ ἀλλοφύλων τῶν ἀπηγορευμένων παρὰ Μωϋσεῖ Μωαβιτῶν· « Μωαβῖται γὰρ, φησὶ, καὶ Ἀμμανῖται οὐκ εἰσελεύσονται εἰς Ἐκκλησίαν Κυρίου ἕως τρίτης καὶ τετάρτης γενεᾶς, καὶ ἕως εἰς τὸν αἰῶνα· » πλὴν ἀλλὰ καὶ κρεῖττον τοῦ νόμου γενομένη θεοφιλὴς, εἰσῆλθεν εἰς Ἐκκλησίαν Κυρίου· ἐπείπερ ὁ νόμος τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ· « Δικαίῳ δὲ νόμος οὐ κεῖται, ἀλλ' ἀνόμοις καὶ ἀνυποτάκτοις, ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς. » Ἡ δὲ Ῥοὺθ οὐ τοιαύτη, εἰ καὶ τὸ γένος ἀλλόφυλος ἦν, ὑπερβᾶσα δὲ τὸν διορισμὸν τοῦ νόμου, καὶ εἰσελήλυθεν εἰς τὴν Ἐκκλησίαν Κυρίου, καὶ τοῦ γένους ἐχρημάτισε τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ, καὶ ἐν προγόνοις ἀναληφθῆναι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν κατηξιώθη, διὰ τὴν τῶν τρόπων, ἀλλ' οὐ διὰ τὴν τοῦ σώματος εὐγένειαν· πᾶσί τε ἡμῖν τοῖς ἐξ ἐθνῶν ἀλλοφύλοις μέγιστον ὑπόδειγμα κατέστη, ὅτι δὴ ὅμοια πράξαντες αὐτῇ, τῶν ἴσων παρὰ τῷ Θεῷ τευξόμεθα.

β'. Εἰκότως οὖν τὴν τῶν ἀλλοφύλων κλῆσίν τε καὶ εἰσποίησιν μέλλων εὐαγγελίζεσθαι, τῇ γενεαλογίᾳ αὐτὴν τέθεικεν· ἡμᾶς τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἀλλοφύλους μονονουχὶ παιδεύων δι' αὐτῆς, ὅτι δὴ τὰ πάτρια καταλιπόντες, εἰκότως καὶ τὰ ἀκόλουθα εἰς ἡμᾶς πληρωθήσεται· οὐκέτι γὰρ ἐν ἀλλοφύλοις καταλεγησόμεθα, οὐδ' ἐξ ἀλλοφύλων χρηματίσομεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἀληθινοῦ Ἰσραὴλ καὶ τοῦ λαοῦ τοῦ κλήρου τοῦ Θεοῦ· ἀναγκαίως δὲ αὖ πάλιν ἐμνήσθη τῆς Ῥοὺθ, τὰ αἴτια διὰ τῆς κατ' αὐτὸν ἱστορίας διδάξας τίνα ἦν τὰ λύσαντα τὴν ἀπαγόρευσιν τοῦ νόμου τὴν φήσασαν; « Μωαβῖται οὐκ εἰσελεύσονται εἰς Ἐκκλησίαν Κυρίου. » Γέγονε γὰρ ἡ Μωαβῖτις ὡς Ῥαχὴλ καὶ ὡς Λεία, αἳ ᾠκοδόμησαν ἀμφότεραι τὸν οἶκον Ἰσραήλ· πῶς δὲ οὐχὶ χρήσιμος ἦν τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γενεαλογίᾳ ἡ μνήμη τῆς Ῥοὺθ, ἐφ' ἣν εἴρηται « καὶ τὸ ποιῆσαι δύναμιν ἐν Ἐφραθᾷ, ἔσται ὄνομα ἐν Βηθλεέμ; » προφητείας γὰρ ἀντικρυς ταύτας εἰκότως ἂν τις φαίη τυγχάνειν, τὸ ἐκ Βηθλεὲμ ὄνομα τὸ παρὰ τῷ Ματθαίῳ γενεαλογουμένῳ Ἰησοῦ Χριστῷ ἐξάκουστον εἰς πᾶν γένος ἀνθρώπων θεωρῶν, καὶ τὴν ἐν Ἐφραθᾷ γενομένην δύναμιν· δι' ἧς δυνάμεως πάντα τὰ ἔθνη τὸν ἐκ τῆς Ῥοὺθ γενεαλογούμενον Χριστὸν τοῦ Θεοῦ ἐπιγνόντα, δι' αὐτοῦ τῆς μὲν πατρῴας ἀπέστη, τῆς Ῥοὺθ παραπλησίως, τῷ δὲ Θεῷ τοῦ Ἰσραὴλ ἑαυτὰ ἐπιδέδωκεν, ὁμοίως αὐτῇ πάλιν· ὧν ἕνεκά μοι δοκεῖ οὐκ ἀσυλλόγιστος ἡ παράθεσις τῆς Ῥοὺθ ἐν τῇ τοῦ Ματθαίου παρειλῆφθαι γενεαλογίᾳ.

et quidem ex iis alienigenis quorum commercio Moyses interdixerat, nempe Moabitis. « Moabitæ, inquit, et Ammonitæ non intrabunt in Dei Ecclesiam usque ad tertiam et quartam generationem, imo in æternum[46]. » Sed tamen hæc ob religionem suam facta legi superior ingressa est in Ecclesiam Dei : quoniam lex eos qui sub lege sunt alloquitur : « Justo autem non est constituta lex, sed injustis et refractariis et impiis et peccatoribus[47]. » Rutha vero non erat ejusmodi, etiamsi gente alienigena : sed supergressa legis fines in Ecclesiam Dei introivit, et de genere habita est Israelitico, atque inter progenitores Servatoris nostri dignanter assumpta propter morum, non corporis, nobilitatem : nobisque omnibus genere ethnico natis maximum objectum est exemplum, fore ut si paria huic feminæ faciamus, parem gratiam a Deo referamus.

2. Recte igitur qui alienigenarum vocationem atque adoptionem nuntiaturus erat, hanc in genealogia mulierem posuit; nos ex alienigenis ortos quodammodo per eam erudiens fore ut, si patrios mores deseramus, jure optimo consentanea meritis bona consequamur : neque enim diutius alienigenis annumerabimur, neque his oriundi appellabimur, sed ex vero Israele ac populo qui est hæreditas Domini. Rursus necessario Ruthæ meminit evangelista, dum in historia sua causas tradit, quæ legis tollebant interdictum ejusmodi : « Moabitæ non intrabunt in Ecclesiam Dei. » Femina enim Moabitis ad conditionem transiit Rachelis et Liæ, quarum utraque ædificavit domum Israelis. Cur autem non decuisset genealogiam Servatoris nostri Jesu Christi mentio Ruthæ? de qua et illud dictum fuit « facere virtutem in Ephratha, erit nomen in Bethlehem[47*]. » Prophetias enim esse has perspicuas quispiam dicet; videlicet e Bethlehemo nomen Christi Jesu, cujus genealogiam texuit Matthæus, per universas gentes diffusum cernens, virtutemque in Ephratha patratam : ob quam virtutem omnes gentes Christum Dei a Ruthæ genere deductum agnoscentes, ejusdem causa a patriis ritibus æque ac Rutha recesserunt, seque Deo Israelis, item ut illa, tradiderunt. Quas ob res haud temere mihi videtur ad Christi genealogiam mentio Ruthæ adjecta.

Ι'.

Διὰ τί τὸν Ἰωακεὶμ Ἰεχονίαν ὀνομάζει ὁ εὐαγγελιστής.

α'. Διώνυμος οὗτος ἦν· ἀλλ' ἐπεὶ κατὰ τὸν προφήτην Ἱερεμίαν Ἰεχονίας ὀνομασθεὶς διακέκληται, δι' ὧν φησιν, « Ἠτιμώθη Ἰεχονίας ὡς σκεῦος οὗ οὐκ ἔστιν αὐτοῦ χρεία· διότι ἀπερρίφη αὐτὸς καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ· γῆ, γῆ, ἄκουε λόγον Κυρίου· γράψον τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐκκήρυκτον, ὅτι οὐ μὴ ἀναστῇ ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ καθήμενος ἐπὶ θρόνου Δαβὶδ, ἄρχων ἔτι ἐν τῷ Ἰούδᾳ· » καὶ ἐπειδὴ τούτων ἕνεκα συνέβη τὴν

X.

Cur Joacimum nomine Jechoniæ appellaverit evangelista.

1. Binominis hic erat. Sed quoniam apud Jeremiam prophetam is, qui Jechonias appellatur, maledicto appetitur his verbis : « Ludibrio habitus est Jechonias tanquam vas cujus non est usus. Quamobrem abjectus est ipse et genus ejus; terra, terra, audi sermonem Domini : Pone hunc virum proscriptum, quia non constituetur de genere ejus super thronum Davidis, qui diutius in Juda imperet[48]; »

[46] Deut. XXIII, 3; II Esdr XIII, 1. [47] I Tim. I, 9. [47*] Ruth IV, 11. [48] Jer. XXII, 28-30.

Digitized by Google

et quoniam horum causa prædicto regi contigit ut Babylonicam cum populo captivitatem subiret, merito inclytus evangelista, Redemptoris omnium Servatorisque scribens generationem, hujus quoque meminit contempti et projecti cum sua stirpe in Babylonicam terram, ideoque proscripti et captivi : hinc videlicet docens, qui ad prædicandam captivis libertatem missus fuerat a Patre, hunc esse Jesum Christum, de quo librum scribit, et ad quem spectat quod apud prophetam recitatur oraculum : « Spiritus Domini super me, eo quod unxit me : ad annuntiandum pauperibus misit me, prædicandamque captivis libertatem [49]. » De quo alio item loco ait propheta : « Ipse ædificabit urbem meam, atque a captivitate populum meum revocabit [50]. »

A εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίαν ἅμα τῷ λαῷ ὑποστῆναι τὸν εἰρημένον, εἰκότως ὁ θαυμάσιος εὐαγγελιστὴς τοῦ Λυτρωτοῦ καὶ Σωτῆρος ἁπάντων ὑπογράφων τὴν γένεσιν, καὶ τοῦδε ἐμνήσθη τοῦ ἠτιμωμένου τοῦ ἀπορριφέντος ἅμα τῷ σπέρματι εἰς τὴν Βαβυλωνίων γῆν, τοῦ ἐκκηρύκτου γενομένου, τοῦ αἰχμαλώτου· διδάσκων ὅτι κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν ἀπεσταλμένος ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, οὗτος ἦν Ἰησοῦς Χριστὸς, οὗ τὴν βίβλον ἀναγράφει, εἰς ὃν ἀναφέρεται τὸ φάσκον ἐν τῷ προφήτῃ λόγιον· « Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν· » περὶ οὗ καὶ ἐν ἑτέρῳ φησὶν ὁ αὐτὸς προφήτης· « Οὗτος οἰκοδομήσει τὴν πόλιν μου, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ μου ἐπιστρέψει. »

2. Tempestive igitur Jechoniæ et hujus animæ, atque iis qui similem illi passi fuerant ignominiam et animarum captivitatem, Redemptoris adventum nuntiat Matthæus, qui Filii Dei genealogiam, itemque aliorum sontium peccatorumque hominum, scribit. Unus enim idemque sermo est, qui Davidis crimen circa Uriæ uxorem, et Judæ fornicationem, et alienigenam seu Moabitidem Rutham, memorat. Idem sermo Jesum cum publicanis peccatoribusque viventem, et turpissima ab hominibus perpessum, et denique cum maleficis crucifixum exhibet. Erat vero is sermo quo dictum est : « Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi [51]. » Oportebat enim eum, qui futurus erat expiator veterum quorumvis criminum ac futurorum, quique animam positurus erat pro hominum animabus; hunc, inquam, oportebat ea mala omnia perpeti, et peccatorum impiorumque pœnas ipsum innocuum sustinere, donec oracula de eo dicta, et reliqua exitum haberent. De eodem quoque mirificus ait Isaias : « Hic nostra peccata perfert, et pro nobis petitur : ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, infirmatus est propter scelera nostra, livore ejus sanati nos omnes fuimus [52]. »

B β'. Κατὰ καιρὸν τοιγαροῦν αὐτῷ τε Ἰεχονίᾳ καὶ τῇ τούτου ψυχῇ, τοῖς τε τὴν ἴσην αὐτῷ πεπονθόσιν ἀτιμίαν τε καὶ ψυχῶν αἰχμαλωσίαν, τὴν τοῦ Λυτρωτοῦ παρουσίαν εὐαγγελίζεται Ματθαῖος ὁ τὴν γένεσιν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ δὴ τῶν ἄλλων ὑπαιτίων καὶ ἁμαρτωλῶν ἀνδρῶν καταγαγών· εἷς γὰρ ἦν καὶ ὁ αὐτὸς λόγος, δι' ὃν καὶ τῆς τοῦ Δαβὶδ περὶ τὴν τοῦ Οὐρίου γυναῖκα παρανομίας, τῆς τε τοῦ Ἰούδα πορνείας, τῆς τε ἀλλοφύλου καὶ Μωαβίτιδος Ῥοὺθ ἐμνήσθη· ὁ αὐτὸς δὲ τυγχάνει καθ' ὃν καὶ τελώναις καὶ ἁμαρτωλοῖς συμβιοῦντα, καὶ αἴσχιστά γε ὑπὸ ἀνθρώπων ὑπομένοντα, καὶ τέλος ἅμα τοῖς κακούργοις σταυρούμενον αὐτὸν εἰσάγει· ἦν δ' οὗτος ὁ λόγος καθ' ὃν εἴρηται· « Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. » Ἐχρῆν γὰρ τὸν μέλλοντα καθάρσιον γίνεσθαι τῶν πάλαι πώποτε πεπλημμεληκότων καὶ τῶν γε μετὰ ταῦτα γενησομένων, ἀντίψυχόν τε τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, διὰ πάντων τῶν εἰρημένων διελθεῖν καὶ τὰς κατὰ τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ἀσεβῶν τιμωρίας αὐτὸν ἀναμάρτητον ὄντα ὑπομεῖναι, ὡς ἂν πληρωθείη εἰς αὐτὸν τὰ θεσπίσματα, τά τε ἄλλα· καὶ δι' ὃν φησιν ὁ θαυμάσιος Ἡσαΐας· « Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αἴρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται· αὐτὸς ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν· τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἰάθημεν. »

3. Quod si propheta de Jechonia ait terræ : « Pone hunc virum proscriptum, quia non surget de genere ejus qui sedeat super thronum Davidis, regnetque in Juda [53] : » haud prorsus negat superfuturum hujus genus, sed neminem regnaturum affirmat de stirpe ejus in gente Judaica : quod revera ita se habuit. Itaque dicit : « Ludibrio habitus est Jechonias, ceu vas cujus nullus est usus. Quamobrem projectus est ipse et genus ejus in incognitam sibi regionem [54] : » quibus verbis perspicue Babylonicam terram designat. Jam vero qui ad libertatem captivis nuntiandam, et peccatorum catenas atque animarum olim morte devinctarum solvenda vincula missus fuit, is sane ad horum omnium salutem patrandam venit. Quare de ipso vaticinatur David : « Misit verbum suum et sanavit eos ab interitionibus suis. Confitemini Domino misericordias ejus et

γ'. Εἰ δὲ λέγοι ὁ προφήτης περὶ τοῦ Ἰεχονίᾳ τῇ γῇ, « Γράψον τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐκκήρυκτον, ὅτι οὐ μὴ ἀναστῇ ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ καθήμενος ἐπὶ θρόνου Δαβὶδ, ἄρχων ἔτι ἐν τῷ Ἰούδᾳ, » οὐ πάντως ἀναιρεῖ τὸ στήσεσθαι αὐτοῦ σπέρμα, ἀλλὰ τοῦ βασιλεῦσαι τῶν D Ἰουδαίων ἔθνους ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ· ὃ καὶ γέγονεν ἀληθές· λέγει γοῦν, « Ἠτιμώθη Ἰεχονίας ὡς σκεῦος οὗ οὐκ ἔστιν αὐτοῦ χρεία, διότι ἀπερρίφη αὐτὸς καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς γῆν ἣν οὐκ ᾔδει· » ἀντικρυς τὴν Βαβυλῶνος γῆν θεσπίζων· πλὴν ἀλλ' ὁ ἐλθὼν κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τὰς τῶν ἁμαρτιῶν σειρὰς, τῶν τε πάλαι ὑπὸ τὸν θάνατον πεπεδημένων ψυχῶν τούς τε δεσμοὺς λῦσαι ἀπεσταλμένος, ἐπὶ τὴν πάντων τούτων ἐλήλυθε σωτηρίαν· διό φησιν ὁ Δαβὶδ περὶ αὐτοῦ θεσπίζων· « Ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν· ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ καὶ θαυμάσια αὐτοῦ

[49] Isa. LXI, 1; Luc. IV, 18. [50] Isa. XLV, 13. [51] Joan. I, 29. [52] Isa. LIII, 4. [53] Jer. XXII, 30. [54] ibid. 28.

Digitized by Google

τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων· ὅτι συνέτριψε πύλας χαλκᾶς, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνέκλασε· καὶ ἀντελάβετο αὐτῶν ἐξ ὁδοῦ ἀνομίας αὐτῶν· ἐταπεινώθησαν, καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐκ σκότους καὶ σκιᾶς θανάτου, καὶ τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν διέρρηξε. » Ταῦτα γὰρ περὶ τῆς ἐκ τοῦ θανάτου διὰ Χριστοῦ γενομένης ἀπολυτρώσεως λέγεται, ὡς συνᾴδει καὶ τὸ φάσκον λόγιον· « Κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας. » Καὶ πάλιν· « Ἀφεῖλεν ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου. » Τηρητέον δὲ ὅτι μὴ διαπίπτει ὁ χρησμὸς ὁ φήσας, « Οὐ μὴ ἀναστῇ ἐκ σπέρματος Ἰεχονίου καθήμενος ἐπὶ θρόνου Δαβίδ, ἄρχων ἔτι ἐν τῷ Ἰούδᾳ· » ἐπεὶ μηδεὶς ἐκ τῆς τοῦ Ἰούδα φυλῆς μετὰ Ἰεχονίαν τῆς τοῦ Δαβὶδ βασιλείας κατέστη διάδοχος· μετὰ γοῦν τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος αἰχμαλωσίαν, ὑπὸ τοῖς ἀρχιερεῦσι διετέλεσε τὸ πᾶν ἔθνος ἀρχόμενον μέχρι τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίας· ἦσαν γοῦν κατ' αὐτὸν τετράρχαι οἱ περὶ τὸν Ἡρῴδην καὶ Φίλιππον, ἡγεμών τε Πιλᾶτος, καὶ ἐπὶ πᾶσι βασιλεύς.

A mirabilia ejus filiis hominum. Quia contrivit portas æreas, et vectes ferreos confregit. Et suscepit eos de via iniquitatis eorum. Humiliati sunt : sed eduxit eos de tenebris et umbra mortis, et vincula eorum disrupit [85]. » Hæc nimirum de redemptione a morte per Christum dicuntur; cui rei consonat aliud oraculum : « Devoravit mors prævalens [86]. » Rursusque : « Abstulit Deus omnem lacrymam ab omni facie [87]. » Porro animadvertendum est, non excidere vaticinium quod ait : « Non surget de genere Jechoniæ qui sedeat super thronum Davidis, qui ulterius in Juda imperet : » quia nemo reapse de tribu Judæ post Jechoniam Davidici regni fuit successor. Etenim post Babylonicam captivitatem subdita fuit pontificibus universa gens usque ad B Servatoris nostri Jesu Christi adventum : quo in terris versante, tetrarchæ erant Herodes atque Philippus, præses Pilatus, dominusque omnium Cæsar imperator.

ΙΑ'.

Διὰ τί ταῖς ἐν τῇ γενεαλογίᾳ κέχρηται ὑποδιαστολαῖς, μὴ ὁμοῦ συνάψας ἀπὸ Ἀβραὰμ ἐπὶ τὸν Χριστὸν γενεὰς τεσσαράκοντα δύο, διελὼν δὲ τὰς διαδοχὰς καθ' οὓς ἐξέθετο ἀφορισμούς.

Διὰ τὰς διαφόρους καταστάσεις τοῦ λαοῦ τὰς ἐκ τῆς ἱστορίας παρισταμένας· ἄλλη μὲν γὰρ ἦν ἡ ἀπὸ Ἀβραὰμ καὶ ἐπὶ Δαβίδ, καὶ πάλιν ἑτέρα ἡ ἀπὸ Δαβὶδ, ἥτε μέχρι τῆς αἰχμαλωσίας, ὡς πάλιν ἡ ἀπὸ ταύτης μέχρι τοῦ Χριστοῦ· ἀπὸ μὲν γὰρ Ἀβραὰμ ἐπὶ τὸν Δαβὶδ οὐ φαίνονται ὑπὸ βασιλέας πολιτευσάμενοι· C ἦρξαν δὲ τοῦ ἔθνους μετὰ Μωϋσέα καὶ Ἰησοῦν οἱ ἐπικληθέντες παρ' αὐτοῖς κριταί· καὶ ἦν τις ἴδιος τρόπος τῆς τούτων καταβάσεως· ἀλλ' οὐδὲ τὰ Ἱεροσόλυμά πως συνειστήκει, οὐδέ γε ὁ ἐν αὐτοῖς νεώς· διόπερ ἐπιστημόνως ὁ εὐαγγελιστὴς μὴ συγχέων τὴν ἱστορίαν, μέχρι Δαβὶδ ἔστη, τοὺς ἀπὸ Ἀβραὰμ ἰδίως κατεριθμήσας· εἶτ' οὖν πάλιν ἐπειδήπερ ἀπὸ Δαβὶδ καὶ μέχρι τῆς αἰχμαλωσίας οἰκείοις κέχρηνται βασιλεῦσι, τοῖς τε ἀπὸ Δαβὶδ ἄρξασι καὶ τοῖς ἐν τῇ διαστάσει τοῦ λαοῦ γενομένοις· τό τε ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ ἱερὸν ἐξ ἐκείνου καὶ μέχρι τῆς αἰχμαλωσίας διήρκεσεν, εἰκότως καὶ τούτους πάλιν ἰδίως ἀφορίσας, ὑφ' ἕνα συνήγαγεν ἀριθμόν·, ὥσπερ οὖν καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας μέχρι τοῦ Χριστοῦ, παρ' οἷς οὐκέτι μὲν ἡ τοῦ Δαβὶδ συνέστη βασιλεία, μεταπεπτώκει δὲ τὰ D τῆς ἡγεμονίας ἀπὸ τῆς τοῦ Ἰούδα φυλῆς ἐπὶ τὸ τῶν ἱερέων γένος, οἳ δὴ καὶ ἦρξαν αὐτῶν ἀπὸ τῶν Κύρου χρόνων καὶ ἐπὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ γένεσιν· ὅθεν καὶ τούτους ἰδίως ἀφορίσας, καθ' ἑαυτοὺς ἠρίθμησεν· οὐκ ἀσυλλογίστως ἄρα τὰς τρεῖς πεποίηται διαστολὰς διὰ τὰς ἀποδοθείσας αἰτίας.

XI

Cur evangelista utatur distinctionibus in genealogia, haud simul contexens generationes ab Abrahamo ad Christum quadraginta duas, sed dividens successiones per ea quæ scribit segmenta.

Hoc facit propter diversas populi constitutiones, quæ ex historia exploratæ sunt. Alia quippe fuit constitutio ab Abrahamo ad Davidem, rursusque alia a Davide usque ad captivitatem; quam subsequitur tertia usque ad Christum. Namque ab Abrahamo ad Davidem constat Hebræis non fuisse reges, sed genti post Moysem et Josuam imperavisse eos, quos judices appellabant : et erat quidam peculiaris mos horum successionis. Sed neque fortasse Hierosolyma adhuc erant ædificata, neque certe ibidem templum. Quare sapienter evangelista sine historiæ perturbatione in Davide substitit, dum Abrahami posteros separatim enumeraret. Deinde rursus, quoniam a Davide usque ad captivitatem Hebræi propriis usi sunt regibus, partim Davidis successoribus, partim iis qui populi segregatæ parti imperitaverunt; quo tractu temporis Hierosolymis templum a conditu suo usque ad captivitatem perseveravit; merito evangelista hos quoque separans sub peculiari classe conclusit. Jam vero quia post captivitatem usque ad Christum nullum jam erat Davidis regnum, sed a Judæ tribu in genus sacerdotale principatus deciderat, quæ dominatio a Cyri temporibus ad Christi nativitatem mansit; idcirco et hos successores separata in classe recensuit. Atque hæ causæ fuerunt, propter quas haud temere evangelista tres fecit distinctiones.

ΙΒ'.

Διὰ τί ἀπὸ τῶν Δαβὶδ χρόνων ἐπὶ Ἰεχονίαν καὶ τὴν εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίαν ἑπτὰ καὶ δέκα βασιλευσάντων, δεκατέσσαρας εἶναί φησι γενεὰς ὁ εὐαγγελιστής.

α'. Εἰ μὲν διαδοχὰς ἀναγράφειν αὐτῷ προὔκειτο

XII.

Cur cum a Davidis temporibus usque ad Jechoniam seu ad Babylonicam captivitatem septemdecim reges fuerint, generationes quatuordecim dicat evangelista.

1. Si successiones scribere propositum Matthæo

[85] Psal. cvi, 20, 21, 14, 16 17. [86] Isa. xxv, 8. [87] ibid.

Digitized by Google

fuisset, speciose hunc aliquis reprehenderet, ceu qui regum seriem abrupisset. Constanti enim affirmatione in Regum libris et in Paralipomenis post Joramum Josaphati filium tres continenter regnant, Ochozias, Joasus et Amesias : quibus succedunt Ozias, Joathamus et Achazus. Nihilominus, prætermissis evangelista tribus prioribus, Joramo Josaphati filio statim subnectit Oziam, Jothamum atque Achazum, intermedios illos præteriens. Id si, inquam, fecisset cum regum seriem texere decrevisset, scriptura ejus mendosa quodammodo videretur. Nunc revera haud successiones sed generationes enumerare sibi proposuit : hoc enim significat sermo dicentis : « Omnes itaque generationes ab Abrahamo usque ad Davidem, generationes quatuordecim : rursusque a Davide usque ad Jechoniam seu ad Babylonicam transmigrationem, generationes quatuordecim » non successiones quatuordecim; merito igitur omni reprehensione carebit. Jam quia Matthæus successionum nomine non est usus; regum autem historia et Paralipomena successiones narrant non generationes, nulla in horum comparatione pugna apparet.

2. Age vero generationis nomine appellare non licet hominis ætatem, quoniam sæpe accidit aliis quidem breviter vivere celeriterque exstingui ætate infantili; aliis usque ad pueritiam venire; aliis ad juventam; aliis ad virilem ætatem ; aliis denique ad extremam usque senectam vitam producere. Quam vero æstimare licet generationem? siquidem alius vivit usque ad decimum annum, alius ad vicesimum, alius ad quinquagesimum, alius usque ad septuagesimum; alius denique vel centesimum superavisse annum non apud veteres solum, verum etiam apud nos conspicitur. Cur igitur existimant hominis vitam appellandam esse generationem? Sed neque tempus usque ad prolem primo susceptam sic appellare licet : namque alii ante ætatis annum vigesimum nubentes gignunt : alii ne post trigesimum quidem ætatis annum : et coætaneos quoque videas, alios quidem in prima genitura adhuc consistentes, alios jam in quartam progressos; ita ut quinquagesimo anno alii nepotes videant, alii vero ne septuaginta quidem annorum spatio prolem ullam nanciscantur. Quo pacto igitur numerandæ essent generationes, a macrobiis an ab oligochroniis? a mature, an a sero gignentibus? ab iis qui in prima genitura versantur, an ab iis quibus jam plures liberi sunt? Quibus ita perpensis divus evangelista, haud successiones scribere studens, sed generationes secundum rationem sibi exploratam enumerans, successionum historiam neglexit; tot vero homines ad genealogiam assumpsit, quot ei sufficiebant ad quatuordecim generationes explendas. Sic ejus veridicus sermo est, neque omnino contrarius historiarum traditioni.

καὶ εὐλόγως τις ἐμέμψατο ὡς παρεκθεμένῳ τὴν τῶν βασιλέων διαδοχήν· ἐν γὰρ ταῖς Βασιλείαις καὶ ἐν τοῖς Παραλειπομένοις (17*) συμφώνως μετὰ Ἰωρὰμ τὸν τοῦ Ἰωσαφὰτ, τριῶν ἐφεξῆς βασιλευσάντων Ὀχοζία καὶ Ἰωὰς καὶ Ἀμεσία, εἶτα μετ' αὐτοὺς Ὀζία καὶ Ἰωάθαμ καὶ Ἄχαζ, παρελθὼν τοὺς προτέρους τοὺς τρεῖς ὁ εὐαγγελιστὴς, μετὰ Ἰωρὰμ τὸν τοῦ Ἰωσαφὰτ ἑξῆς συνάπτει τὸν Ὀζίαν καὶ τὸν Ἰωάθαμ καὶ τὸν Ἄχαζ, τοὺς εἰρημένους μεταξὺ παρελθών· τοῦτο δ' εἰ πεποιήκει σκοπὸν θέμενος τὴν τῶν βασιλέων διαδοχὴν ἐκθέσθαι, χρῆν ὡς ἡμαρτημένην ἐκθέσθαι τὴν παρ' αὐτῷ γραφήν· ἐπειδὴ δὲ οὐ διαδοχὰς, ἀλλὰ γενεὰς ἀριθμῆσαι προὔθετο, τοῦτο γὰρ ὁ λόγος αὐτῷ βούλεται φήσαντι « Πᾶσαι οὖν αἱ γενεαὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ μέχρι Δαβὶδ, γενεαὶ δεκατέσσαρες· καὶ πάλιν ἀπὸ Δαβὶδ μέχρι Ἰεχονίου καὶ τῆς μετοικησίας Βαβυλῶνος, γενεαὶ δεκατέσσαρες » ἀλλ' οὐ διαδοχαὶ δεκατέσσαρες, εἰκότως πάσης ἀπολύοιτ' ἂν κατηγορίας· ἐπεὶ διὰ τί μὴ διαδοχὰς ὠνόμασε, τῆς δὲ ἐν ταῖς Βασιλείαις καὶ Παραλειπομένοις ἱστορίας διαδοχὰς ἀλλ' οὐ γενεὰς ἱστορούσης, οὐκ ἂν γένοιτο ἐναντίωμα ἐκ τῆς ἀμφοτέρων παραθέσεως.

β'. Γενεὰν γὰρ χρόνον ἀνθρώπου ζωῆς οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ὀνομάζειν, ἐπεὶ συμβαίνει πολλάκις τοὺς μὲν ἐπὶ βραχὺ βιῶναι, καὶ θᾶττον ἀποσβεσθῆναι κατὰ τὴν τοῦ παιδὸς ἡλικίαν, τοὺς δὲ μέχρι τοῦ μειρακίου φθάσαι, τοὺς δὲ ἐπὶ τὸν νεανίαν προελθεῖν, τοὺς δὲ ἐπὶ τὸν ἄνδρα, τοὺς δὲ καὶ ἐπ' ἔσχατον γῆρας παρατεῖναι τὴν ζωήν· ποίαν οὖν τις ἀριθμήσει γενεάν; εἰ ὁ μὲν φέρει μέχρι δεκάτου ἔτους, ὁ δὲ μέχρις εἰκοστοῦ, ὁ δὲ μέχρις πεντηκοστοῦ, ἄλλος δὲ μέχρις ἑβδομηκοστοῦ, ὁ δὲ καὶ τὰ ἑκατὸν ὑπερβάς οὐ μόνον ἐπὶ τῶν παλαιῶν ἀλλὰ καὶ καθ' ἡμᾶς ὁρᾶται· πῶς οὖν οἰόνται τὴν ἀνθρώπου ζωὴν γενεὰν ὀνομάζειν; ἀλλ' οὐδὲ μέχρι τῆς παιδοποιΐας· οἱ μὲν γὰρ πρὸ τῶν εἴκοσι ἐτῶν γήμαντες πεπαιδοποίηνται, οἱ δὲ οὐδὲ ὑπὲρ τὰ τριάκοντα γενόμενοι· καὶ τῶν ἰσηλίκων δὲ ἴδοις ἂν τοὺς μὲν ἐπὶ πρώτους υἱοὺς στάντας, τοὺς δὲ ἐπὶ τετραγωνίαν ἐλάσαντας· ὥστε ἐν πεντήκοντα ἔτεσι, τοὺς μὲν ἐκγόνους θεάσασθαι, ἑτέρους δὲ ἐν ἑβδομήκοντα μηδενὸς ἀξιωθῆναι παιδός· πῶς οὖν ἀριθμητέον τὰς γενεάς; πότερον ἐκ τῶν μακροβίων ἢ τῶν ὀλιγοβίων; καὶ ἐκ τῶν ταχὺ πεπαιδοποιημένων, ἢ τῶν βραδέων; καὶ ἐκ τῶν ἐπὶ πρώτοις υἱοῖς σαλευσάντων, ἢ ἐκ τῶν ἐπὶ πλείοσι διαδοχαῖς; ὧν οὕτως ἐξητασμένων ὁ θεῖος εὐαγγελιστὴς οὐ διαδοχὰς προθέμενος εἰπεῖν, γενεὰς δὲ, καθ' οὓς αὐτὸς ἠπίστατο λόγους (18) ἀπαριθμούμενος, τῆς μὲν ἐν ταῖς ἱστορίαις διαδοχῆς ἧττον πεφρόντικε, τοσούτους ἀναλαμβάνει εἰς τὴν γενεαλογίαν, ὅσοι ἀπήρκουν αὐτῷ εἰς ἐκπλήρωσιν τῶν δεκατεσσάρων γενεῶν· οὕτως τε αὐτῷ ὑγιὴς ἀποσώζεται ὁ λόγος, καὶ οὐδαμῶς ἐναντίος τῇ τῶν ἱστοριῶν γραφῇ.

(17*) Cod. fem. genere. Sic ante, et infra.

(18) Matthæum putat Eusebius *generationis* vocabulo certum quemdam ac solemnem intelligere annorum numerum. Profecto de temporali γενεᾶς spatio controversia inter veteres satis nota est, quam ego ipse attigi in adnotationibus ad nov. fragmenta Dionysii Italic. cap 13, n. 4, Script. vet. t. II, p. 474.

Digitized by Google

ΙΓ'. XIII.

Διὰ τί τῶν μετὰ Ἰεχονίαν ἐπὶ τὸν Ἰωσὴφ γενεαλογουμένων δύο καὶ δέκα ὄντων, ὁ εὐαγγελιστὴς δεκατέσσαρας πάλιν εἶναί φησιν.

α'. Διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν· οὐ γὰρ διαδοχάς, γενεὰς δέ, ὡς ἔφην, ἀναγράφειν ἐβούλετο· συμβαίνει δὲ πολλάκις ἐν μακροβίοις καὶ πολυέτεσι, τὰς μὲν γεγονέναι τῶν ἀνδρῶν τὰς διαδοχάς, τὸν δὲ τῶν γενεῶν ἀριθμὸν ἀποδεδόσθαι πλήρη· ᾧ δὴ οὖν λόγῳ ἐν τοῖς ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ καὶ ἐπὶ τὴν αἰχμαλωσίαν πλείοσιν οὖσι τὸν ἀριθμὸν τοῖς ἐν τῇ διαδοχῇ φερομένοις, ὀλιγώτεραι ἀπεδόθησαν αἱ γενεαί· ἐν γὰρ διαδοχαῖς ἀνδρῶν ἑπτὰ καὶ δέκα, γενεαὶ εἴρηνται δεκατέσσαρες· κατὰ τὸν αὐτὸν λογισμὸν καὶ νῦν ἐπ' ἀνδρῶν διαδοχαῖς δώδεκα, αἱ δεκατέσσαρες ἂν ἐπληροῦντο γενεαί, μακροβίων B ὡς εἰκὸς πολυχρονίων αὐτῶν δὴ τῶν δώδεκα γεγενημένων, καὶ ἀρκούντων εἰς ἀναπλήρωσιν τῶν δεκατεσσάρων γενεῶν. Μία μὲν ἀπόδοσις τοῦ ζητηθέντος ἥδε.

β'. Καθ' ἑτέραν δὲ διάνοιαν εὕροις ἂν ἀκριβώσας κατὰ τὴν ἱστορίαν δεκατέσσαρας ὠνομασμένους καὶ ἐν τῇ παρούσῃ διαδοχῇ, εἰ πρὸς τοῖς δώδεκα συναριθμήσειας αὐτὸν Ἰησοῦν Χριστὸν υἱὸν τοῦ Ἰωσὴφ χρηματίσαντα· προσθείης τε τούτοις καὶ τὸν Ἰεχονίαν τὸν ἐν Βαβυλῶνι γεγενημένον, οὐχὶ τὸν πρὸ τῆς μετοικησίας ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ βασιλεύσαντα· δύο γὰρ ὁμώνυμοι γεγόνασιν Ἰωακεὶμ μετὰ Ἰωσίαν, ὁ γε αὐτοῦ τοῦ Ἰωσίου υἱός, ὃς μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσεν ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὁ τούτου παῖς ἕτερος C Ἰωακεὶμ· οὗτοι δὲ καὶ Ἰεχονίαι ἐχρημάτισαν, ἐξελληνισθέντος αὐτοῖς τοῦ ὀνόματος. Ὁ τοίνυν πρῶτος Ἰωακεὶμ ὁ καὶ Ἰεχονίας υἱὸς ὢν Ἰωσίου, ταῖς πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας συγκαταλεγέσθω γενεαῖς· ὁ δὲ τούτου παῖς ὁ δεύτερος Ἰωακεὶμ καὶ αὐτὸς Ἰεχονίας, υἱὸς ὢν τοῦ πρώτου Ἰωακεὶμ, τοῦ δὲ Ἰωσίου ἔκγονος, ἐν τοῖς μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν καὶ εἰς τὸν Χριστὸν γενεαλογουμένοις ἀριθμούμενος, τέλειον ἀποδείη ἂν τὸν τῶν δεκατεσσάρων γενεῶν ἀριθμόν (19).

γ'. Περὶ δὲ τοῦ δύο γεγονέναι Ἰωακεὶμ, μαρτυρήσει ἡ τῶν Βασιλειῶν Γραφὴ, τοῦτον ἔχουσα τὸν τρόπον· « Καὶ ἐβασίλευσε Φαραὼ Νεχαὼ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τὸν Ἐλιακεὶμ υἱὸν Ἰωσία βασιλέως Ἰούδα, ἀντὶ Ἰωσία τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· καὶ ἐπέστρεψε τὸ ὄνομα D αὐτοῦ Ἰωακεὶμ. » Οἷς ἑξῆς ἐπιλέγει· « Υἱὸς εἰκοσιπέντε ἐτῶν Ἰωακεὶμ ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν· καὶ ἕνδεκα ἔτη ἐβασίλευσεν ἐν Ἱερουσαλήμ· » οἷς μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει· « Καὶ τὰ λοιπὰ τῶν λόγων Ἰωακεὶμ, καὶ πάντα ὅσα ἐποίησεν, οὐκ ἰδοὺ γεγραμμένα ἐπὶ βιβλίῳ λόγων τῶν ἡμερῶν τοῖς βασιλεῦσιν Ἰούδα; καὶ ἐκοιμήθη Ἰωακεὶμ μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ, καὶ ἐβασίλευσεν Ἰωακεὶμ υἱὸς αὐτοῦ ἀντ' αὐτοῦ· υἱὸς ὀκτὼ καὶ δέκα ἐτῶν Ἰωακεὶμ ἐν τῷ βασιλεύειν αὐ-

[88] IV Reg. XXIII, 34.

Cur cum a Jechonia ad Josephum duodecim in genealogia sint, evangelista quatuordecim rursus dicat.

1. Rei causa eadem est: non enim successiones sed generationes, ut dixi, conscribere volebat. Sæpe vero contingit, ut in macrobiis atque longævis, quicunque fuerit succedentium numerus, nihilominus ipse generationum numerus plenus habeatur. Quam ob rem sicuti in classe patrumfamilias a Davide ad captivitatem, cum paulo major succedentium numerus esset, pauciores tamen ab evangelista proditæ sunt generationes; namque in XVII virorum successionibus generationes XIV dictæ sunt; eodem nunc quoque consilio in hominum successionibus XII, expletæ dicuntur generationes XIV, quia videlicet XII illi, ut credere par est, macrobii fuerunt atque longævi, ita ut sufficerint ad XIV implendas generationes. Ad quæstionem hæc prima responsio est.

2. Sed enim alia quoque ratione inita invenies, si diligenter historiam consideraveris, quatuordecim in hac ipsa historia appellatos, si, præter duodecim, numeraveris Jesum Christum ipsum Josephi filium existimatum, hisque adjunxeris etiam Jechoniam, illum scilicet qui Babylonem translatus fuit, non alterum qui ante Babylonicam captivitatem Hierosolymis imperavit. Duo quippe fuerunt homonymi; Joacimus videlicet post Josiam, qui fuit ejusdem Josiæ filius et Hierosolymis regni successor; rursum alter Joacimus prædicti homonymi filius. Hi Jechoniæ quoque appellati fuerunt, nomine eorum ad Græcam formam inclinato. Prior itaque Joacimus, idemque Jechonias, filius Josiæ, in generationibus ante captivitatem concludatur. Hujus autem filius, alter Joacimus, idemque pariter Jechonias, prioris Joacimi filius, Josiæ nepos, si cum iis recenseatur qui inter captivitatem et Christum fuerunt, plenus exsistet quatuordecim generationum numerus.

3. Porro duos fuisse Joacimos, Regnorum testatur Scriptura his verbis: « Regemque constituit Pharao Nechao Eliacimum Josiæ filium pro Josia patre ejus, vertitque nomen ejus Joacimum [88]. » Quibus deinde addit: « Filius viginti quinque annorum erat Joacimus, et annis undecim regnavit Hierosolymis. » Rursus deinceps prædicta historia: « Reliqua autem sermonum Joacimi et omnia quæ fecit, nonne ecce scripta sunt in libro sermonum dierum regum Judæ? Et dormivit Joacimus cum patribus suis: regnavitque Joacimus filius ejus pro eo. Filius octodecim annorum erat Joacimus cum regnare cœpit, tribusque mensibus regnavit Hierosolymis. Nomen matris ejus Estha. Et fecit malum coram

(19) Tractus hic refertur etiam in Nicetæ catena cod. Vat. A, f. 67, hoc initio: Εἰ γὰρ καὶ δώδεκα δοκοῦσιν εἶναι οἱ ἐν τῇ τρίτῃ διαδοχῇ γενεαλογούμενοι, ἀλλ' εὕροις ἂν ἀκριβώσας, etc., ut apud hanc nostram epitomen sequitur.

Digitized by Google

Domino, juxta omnia quæ fecerat pater ejus. Tempore illo venit Nabuchodonosorus rex Babylonis contra Hierosolyma, et urbs fuit obsessa. Accessitque Nabuchodonosorus rex Babylonis ad civitatem, serviquæ ejus oppugnabant eam. Egressusque est Joacimus rex Judæ ad regem Babylonis, ipse et servi ejus et mater et optimates et eunuchi. Translataque sunt bellicæ regni vires Hierosolymis Babylonem captivæ [58]. » Alter igitur hic est Joacimus, qui Babylonem deportatus fuit. Is idem erat, quem Jechoniam Jeremias appellat, Josiæ nepos non filius. Idcirco is merito connumerabitur in tertia classe generationum quatuordecim, quæ a Jechonia ad Christum excurrunt: interim dum pater ejus, Josia genitus, cum suo parente in superioribus generationibus numeratur. Atque ita nobis etiam postremarum quatuordecim generationum integer conficitur numerus.

A τόν· καὶ τρίμηνον ἐβασίλευσεν ἐν Ἰερουσαλήμ· καὶ ὄνομα τῇ μητρὶ αὐτοῦ Ἐσθά· καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐν ὀφθαλμοῖς Κυρίου κατὰ πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἀνέβη Ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς Βαβυλῶνος εἰς Ἰερουσαλήμ· καὶ ἦλθεν ἡ πόλις ἐν περιοχῇ· καὶ εἰσῆλθεν ὁ βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἐν τῇ πόλει, καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ ἐπολιόρκουν αὐτήν· καὶ ἐξῆλθεν Ἰωακεὶμ βασιλεὺς Ἰούδα ἐπὶ βασιλέα Βαβυλῶνος, αὐτὸς καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ, καὶ ἡ μήτηρ, καὶ εὐνοῦχοι αὐτοῦ· καὶ τοὺς ἰσχυροὺς τῆς γῆς ἀπήγαγεν ἀποικεσίαν ἐξ Ἰερουσαλὴμ εἰς Βαβυλῶνα.» Οὗτος δὴ οὖν ὁ δεύτερος Ἰωακεὶμ εἰς Βαβυλῶνα ἀπαχθείς, οὗτος ἦν αὐτὸς ὁ πρὸς τοῦ Ἱερεμίου Ἰεχονίας ὠνομασμένος, ἔχγονος τυγχάνων τοῦ Ἰωσία, ἀλλ' οὐχ υἱός· διὸ εἰκότως ἂν συναριθμοῖτο ἐν τῇ τρίτῃ γενεαλογίᾳ τῶν ἀπὸ Ἰεχονίᾳ μέχρι τοῦ Χριστοῦ γενεῶν δεκατεσσάρων· τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὃς ἦν τοῦ Ἰωσία παῖς, σὺν τῷ πατρὶ ἐν ταῖς ἀνωτέρω γενεαῖς καταριθμουμένου· καὶ οὕτως ἡμῖν καὶ ὁ τῶν ὑστάτων δεκατεσσάρων γενεῶν ἀριθμὸς συνίσταται πλήρης.

B

XIV.

Cur fabri filius servator noster maluerit quam nobilis alicujus illustrisque viri videri.

Non ad suum divinum regnum ostentandum venit; ideoque nec gloriose nec pompatice nobis adfuit. Porro iter illi in cœlum fuit ejusmodi, ut vitam hominum expiaret, dum se ex hominum grege Agnum Dei morti devotum et piacularem pro nobis omnibus traderet. Quamobrem ut sine ullo impedimento ad hunc finem tenderet, plurimam prodigiorum suorum partem celandam tenebrisque operiendam curabat, modo vetans quominus res gestæ suæ in vulgi notitiam efferrentur, modo loca deserta sequens atque in montibus commorationes. Quin etiam divinam suam transfigurationem ne cunctis quidem discipulis suis, sed tribus tantum ostendit; hisque adeo mandavit, ne cui visum dicerent, donec Filius hominis a mortuis resurgeret. Neque pro nobis ea passus esset, quæ scripta sunt, si magnifici regis specie divinoque cum comitatu aut exercitu adventavisset, simul divina prodigia edens, seque universa natura potiorem demonstrans. Recte igitur, secundum Apostolum, « se ipsum exinanivit, formam servi accipiens [59], » pauperisque Josephi non recusavit filius videri. Sic enim veridica apparet sententia de illo loquens: « cum esset dives, propter nos egenus factus est, ut illius inopia nos divites fieremus [60]. »

C

D

ΙΔ'.

Διὰ τί τοῦ τέκτονος υἱὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἐχρημάτισεν, ἀλλ' οὐ τινὸς ἐπισήμου καὶ ἐνδόξου ἀνδρός.

Οὐ τὴν ἔνθεον αὐτοῦ βασιλείαν ἐπιδείξων ἐλήλυθεν ἐπεὶ μηδὲ φανητικῶς καὶ ἐπιδεικτικῶς ἡμῖν παρῆν· ἡ δὲ ὁδὸς αὐτῷ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀφίξεως ἐπὶ τοῦτο ἐγίνετο, ἐφ' ᾧ τε τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον περικαθάροιτο, τὸν ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀγέλης ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ ἀντίψυχον καὶ καθάρσιον ὑπὲρ πάντων ἡμῶν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπιδούς· ἵν' οὖν ἀπαραποδίστως εἰς τέλος ἀχθείη τοῦτο, τὰ πλεῖστα τῶν αὐτοῦ θαυμάτων ἀπέκρυπτέ τε καὶ ἐπεσκίαζε, ποτὲ μὲν παραινῶν μὴ εἰς πάντας ἐκφέρειν τὰ ὑπ' αὐτοῦ πραττόμενα, ποτὲ δὲ τὰς ἐρημίας διώκων καὶ τὰς ἐν τοῖς δρεσι διατριβάς· καὶ τὴν ἔνθεον αὐτοῦ μεταμόρφωσιν οὐδὲ τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς ἅπασιν, μόνοις δὲ τρισὶν, ἐπεδείκνυτο· αὐτοῖς τε τούτοις παρεκελεύετο μηδενὶ φάναι τὸ ὅραμα, ἕως ἂν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἐγερθῇ· οὐκ ἂν δὲ ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν τὰ ἀναγεγραμμένα, εἰ σά τις ἔνδοξος βασιλεὺς μετὰ δορυφορίας ἐνθέου καὶ παρατάξεως ἐπῆει· ὁμοῦ καὶ τὰς ἐνθέους ἐνεργῶν παραδοξοποιΐας, ὁμοῦ καὶ κρεῖττονα ἑαυτὸν ἐπιδεικνὺς πάσης φύσεως· εἰκότως οὖν κατὰ τὸν Ἀπόστολον, « ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών· » καὶ τοῦ πένητος Ἰωσὴφ υἱὸς οὐκ ἀπηνήνατο χρηματίσαι· ἵνα καὶ οὕτως ἐπαληθεύσῃ τὸ φάσκον περὶ αὐτοῦ λόγιον· « Ὅτι πλούσιος ὤν, δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσεν, ἵνα ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. »

XV.

Quonam pacto dicatur Jesus super Davidis thronum sedisse.

1. Multifariam intelligitur Davidis thronus. Uno quidem modo, veluti si quis significari dicat illum,

ΙΕ'.

Πῶς ἐπὶ τὸν θρόνον λέγεται Δαβὶδ κεκαθικέναι (20).

α'. Διαφόρως νοεῖται ὁ θρόνος Δαβὶδ· καθ' ἕνα μὲν τρόπον, καθ' ὃν εἴποι ἄν τις δηλοῦσθαι τὸν ἐφ' ᾧ

[58] IV Reg. XXIV, 5-14. [59] Philip. II, 7. [60] II Cor. VIII, 9.

(20) Cum hac XV quæstione conferatur ipse Eusebius *Demonstr. evang.* lib. VII, p. 333.

Digitized by Google

ἐκαθέζετο βασιλεύων, τάχα που ἐξ ἐλέφαντος καὶ ξύλων πεποιημένον, χρυσῷ τε καὶ λίθοις βασιλικοῖς κεκοσμημένον· καθ' ἕτερον δὲ καθ' ὃν τὴν ἀρχὴν αὐτὴν καὶ τὴν κατὰ παντὸς τοῦ ἔθνους ἡγεμονίαν, θρόνον βασιλείας εἰώθαμεν ἀποκαλεῖν· τρίτος ἂν παρὰ τοὺς εἰρημένους λεχθείη τρόπος, καθ' ὃν ὁ ἐπηγγελμένος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῷ Δαβὶδ θρόνος ὀνομασθείη ἂν αὐτοῦ, οὐκ ἐφ' ὃν αὐτὸς ἐκαθέσθη, ἀλλ' ὃν διὰ τῶν πρὸς αὐτὸν θεοπρεπῶν οἱ θεῖοι λόγοι περιέχουσι· γέγραπται γὰρ ἐν ὀγδοηκοστῷ ὀγδόῳ ψαλμῷ· « Ὡς ὤμοσα Δαβὶδ τῷ δούλῳ μου, ἕως τοῦ αἰῶνος ἑτοιμάσω τὸ σπέρμα σου· καὶ οἰκοδομήσω εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν τὸν θρόνον σου. » Καὶ πάλιν· « Καὶ θήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ. » Καὶ πάλιν· « Ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου, εἰ τῷ Δαβὶδ ψεύσομαι, τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μένει, καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον μου, καὶ ὡς ἡ σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ὁ μάρτυς ἐν οὐρανῷ πιστός. »

A in quo rex residet, ebore pinta lignisque compactum, auroque et regiis lapidibus exornatum. Alio modo, quo imperium ipsum atque universi populi ducatum, thronum regni solemus vocare. Tertius, præter prædictos, modus est, quo ille a Deo Davidi promissus thronus, dici potest thronus ejus, non in quo ipse sederit, sed quem per cœlestia ad eum vaticinia divinæ litteræ continent. Scriptum est enim in octogesimo octavo psalmo : « Juravi David servo meo : Usque in sæculum præparabo semen tuum ; et thronum tuum ædificabo in generationem et generationem. » Et rursus : « Ponamque in sæculum sæculi semen ejus, et thronum ejus sicut dies cœli. » Et denuo : « Semel juravi in sancto meo, si David mentiar ; semen ejus manet in æternum. Thronus ejus tanquam sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in æternum ; et testis in cœlo fidelis. »

β'. Ἐπεὶ τοίνυν θρόνον ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς τὸν αἰῶνα διαμένοντα δώσειν ἐπήγγελτο διὰ τῶν εἰρημένων ὁ Θεὸς τῷ Δαβὶδ, πολλὴ μέν τις ἦν διὰ ταῦτα τῷ παντὶ Ἰουδαίων ἔθνει προσδοκία περὶ τοῦ δηλωθέντος θρόνου· βραχὺν δὲ χρόνον τοῦ Δαβὶδ ἡγησαμένου, καὶ Σολομῶνος μετ' αὐτὸν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν διαδόχων τῆς αὐτῶν βασιλείας εἰς Ἰεχονίαν καὶ τὴν εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίαν καταστρεψάντων, ὡς ἐξ ἐκείνου λελύσθαι τὸν θρόνον τῆς βασιλείας Δαβὶδ, ἐδόκει τὰ τῆς τῶν θείων χρησμῶν ἐπαγγελίας μὴ συνίστασθαι· τοῦτο οὖν αὐτὸ τῷ θείῳ Πνεύματι πάλιν ὁ αὐτὸς ψαλμὸς προαγορεύει ἐξῆς τοῖς προπαρατεθεῖσι λέγων· « Ποῦ εἰσι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα, Κύριε, ἃ ὤμοσας τῷ Δαβὶδ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου ; » Καὶ τήν γε καθαίρεσιν τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καὶ τῆς διαδοχῆς αὐτοῦ, τοῦ θρόνου τε τὴν καταστροφὴν διαῤῥήδην ὑποσημαίνει πάλιν ἑξῆς διὰ τούτων· « Σὺ δὲ ἀπώσω καὶ ἐξουδένωσας, Κύριε· ἀνεβάλου τὸν Χριστόν σου, κατέστρεψας τὴν διαθήκην τοῦ δούλου σου, ἐβεβήλωσας εἰς τὴν γῆν τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ· » καὶ ἐπιφέρει· « τὸν θρόνον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν κατέῤῥηξας. »

2. Igitur quia thronum, tanquam dies cœli et tanquam solem et lunam, in sæcula duraturum promiserat Davidi verbis prædictis Deus, propterea multa erat in universa Judæorum gente significati throni exspectatio. Cumque brevi tempore principatum gessisset David, et post hunc Salomon, et reges horum successores in Jechonia ac Babylonica captivitate cessavissent, ita ut post id tempus regius Davidis thronus subversus fuerit ; videbantur non sibi constare divinorum oraculorum promissiones. Quamobrem eodem divino Spiritu rursum prædictus psalmus, præter ante dicta, sic loquitur : « Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine, quas jurasti Davidi in veritate tua ? » Tum etiam regni ejus ac successionis excidium thronique eversionem aperte innuit in sequentibus : « Tu vero repulisti et despexisti, Domine ; distulisti Christum tuum ; evertisti testamentum servi tui ; profanasti in terra sanctuarium ejus ; » additque : « et thronum ejus in terram collisisti. »

γ'. Ταῦτα πάντα κατὰ τὸ αὐτὸ συνάγει τὸ Πνεῦμα, μονονουχὶ βουλόμενον ἡμᾶς διδάξαι, ὅτι οὐ περὶ τῆς βασιλείας τῆς αἰσθητῆς, οὐδὲ περὶ τοῦ θρόνου τοῦ σωματικώτερον νοουμένου αἱ πρὸς Δαβὶδ ἦσαν ἐπαγγελίαι· αἱ μὲν γὰρ περί τινος αἰωνίου θρόνου, ἀπεικαζομένου ἡλίῳ καὶ οὐρανῷ, διαμένοντός τε εἰς αἰῶνα, προεθέσπιζον· ἡ δέ γε τοῦ Δαβὶδ βασιλεία ἡ αἰσθητὴ, χρόνῳ λέλυτο οὐκ εἰς μακρόν· εἰκότως τοιγαροῦν τοῦ θρόνου τῆς αἰσθητῆς βασιλείας Δαβὶδ τὴν καθαίρεσιν ὑπογράψας, καὶ εἰπὼν, τὸν θρόνον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν κατέῤῥηξας, περὶ τοῦ διὰ τῶν θείων χρησμῶν ἐπηγγελμένου αἰωνίου καὶ οὐρανίου θρόνου ἐξῆς τὴν εὐχὴν ποιεῖται λέγων· « Ποῦ εἰσι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα, Κύριε, ἃ ὤμοσας τῷ Δαβὶδ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου ; » μονονουχὶ τὰς ἐκβάσεις τῶν μεθ' ὅρκου διαβεβαιώσεως ἐπηγγελμένων αὐτῷ τέλους τυχεῖν ἀξιῶν.

3. Hæc omnia summatim colligit divinus Spiritus, propemodum docere nos volens, haud visibile regnum Davidi fuisse promissum neque thronum corporaliter intelligendum. Illæ quippe promissiones thronum quemdam æternum vaticinantur soli et lunæ cœloque similem, quique perpetuus maneat. Atqui Davidis visibile regnum brevi tempore deletum est. Quamobrem jure cum mox dixisset, thronum Davidici regni visibilis fuisse subversum, « thronum ejus in terram collisisti ; » tum vero throni ejus gratia, quem divina oracula æternum cœlestemque aiunt, preces addit : « Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine, quas jurasti Davidi in veritate tua ? » quibus verbis petere videtur ut promissiones sacramento firmatæ exitum nanciscantur.

Digitized by Google

4. Hic uimirum thronus ille est, quem se daturum Davidi Deus juravit, tanquam dies cœli et veluti solem in conspectu Dei, is est qui dicitur sicut luna perfecta in æternum, et quem gens universa firmari exoptabat. Atque hunc magnus angelus Gabriel Virgini significat datum ei iri qui ex ipsa nasceretur. Quare sic illam alloquitur : « Et vocabis nomen ejus Jesum : hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur : et dabit illi Dominus Deus sedem Davidis patris ejus. » Mox quem thronum intelligat pandit : « Et regnabit in domo Jacob in æternum ; et regni ejus non erit finis : » quæ Gabrielis dicta oraculis consonant. Olim quidem Davidi sedes æterni regni ac cœlestis promissa fuit; nunc angelus cum qui de Virgine gignendus erat occupaturum ait Davidis thronum; nuntiatum scilicet, neque tamen datum (21) : is autem cœlestis erat et sine fine mansurus. Erat igitur hic exitus maximi vaticinii Davidi editi omnique populo exspectati quodque Gabriel testatur in Servatore nostro Jesu Christo veridicum evasisse « regnabit in æternum, et regni ejus non erit finis. » Quare et ipse Servator ac Dominus noster cum rogaretur, num ipse esset rex Judæorum, respondit : « Regnum meum non est de hoc mundo [41]. » Nihil enim mortale aut temporale conferebat ei regni sedes : sed ipse erat in universo hominum cœtu lucis instar splendens, veluti sol et sicut luna perfecta in æternum, intellectuales animas per suam divinam cœlestemque doctrinam illustrans.

utrumque evangelistam, dicendum foret eamdem sæpe in eumdem locum venisse, quam scilicet attrahebat admiratio rei gestæ et successus gaudium. Prima igitur illuc profecta, primaque rerum, quas Joannes narrat, spectatrix, festinanter redibat ad apostolos; principio quidem sepulcri apertionem nuntians: deinde, quanquam resurrectionem viderat, angebatur nihilominus suspicione ne quis potius Jesu corpus e monumento abstulisset, quod nesciebat quonam esset translatum. Exin secundo ibat cum apostolis ad monumentum. Postquam hi domum reversi sunt, sola rursus in loco relicta, flens ibi subsistebat. Deinde in monumentum introspiciens duos angelos vidit: denique ipsum oculis ejus oblatum Servatorem: quam ibi cum fletu hærentem, et ex humanæ infirmitatis atque humilitatis instinctu furto ablatum corpus credentem, atque indigna de ipso sentientem, Jesus primo mulierem appellat, increpans atque exprobrans femineam animi ægritudinem: unde ait, *mulier, quid ploras?* Deinde addit, *Maria;* ut illa nomine admonita ad mentem revocaretur, atque ut antiquarum sponsionum tum ipsi tum reliquis discipulis de Christi resurrectione factarum recordaretur. Illa animo ex aberratione recepto, vique vocis ac verborum agnita *Rabboni* inquit; qua voce significatur *magister.*

2. Mox ad illum adhuc ut magistrum, non ut Deum, accedere properat: qua ille prohibita et deterrita ait, *Noli me tangere.* Nam quæ humana adhuc sapiebat, non erat digna divinitatem ejus attingere: neque par erat illam, quæ adhuc flebat, et Jesum inferne in monumentis sepulcrisque quærebat, atque humiliter et infirme de illo sentiebat, haud, inquam, æquum erat contactus ejus compotem fieri. Quamobrem Jesus causam quoque rei aperit, nondum se ascendisse (quantum ad eam attineret) ad Patrem dicens; quoniam ipsa rei gestæ fidem nondum adhibebat, seque mortuum jacere putabat: ideoque ait, *Noli me tangere,* cum talis sis, talemque de me opinionem geras: tibi enim Deus nondum credor, sed terrestris adhuc habeor. Sic is plorantem, et quæ hortulanum ipsum credebat, his verbis, *Noli me tangere* rejecit increpitans: unde et mulierem eamdem vocitavit, aitque, *Quid ploras?* nam lugere viventem, imo ipsam vitam, extremæ erat inscitiæ: qua super re non pepercit objurgationi. Tum in sequentibus divinam illi sui notitiam impertivit: quæ his verbis magnopere erudita, denuo deseruit monumentum, secundo videlicet. Exin narratis Mariæ alteri, quæ vidisse eam narrat Joannes, illuc cum eadem reversa est, tertio videlicet: ac tum eorum, quæ memorat Matthæus, spectatrix fuit; haud jam sola, sed cum altera Maria: neque jam introspiciens in sepulcrum, uti narrabat Joannes; neque jam duos angelos, sed unum lapidi insidentem cernens.

3. Post hæc denuo videt, comite altera Maria, ipsum Servatorem, secundo videlicet: neque jam

Digitized by Google

audit, *Noli me tangere;* imo gaudere, nedum flere, ab ipso jubetur : quin etiam hunc tangere sinitur, quem jam ut Deum venerabatur. Ait ergo his feminis Jesus, *Gaudete.* Illæ vero accedentes tenuerunt pedes ejus et adoraverunt. Et vera igitur narrant sacra Evangelia, et nulla in parte inter se pugnant : quanquam eamdem Mariam Magdalenam introducunt et non tangentem primo Servatorem, dum flebat, eratque incredula, et eum tangentem postquam gaudere jussa est. Jam priora esse existimanda quæ sunt apud Joannem iis quæ apud Matthæum, in disputatis retro secundum quamdam explicationem comprobavimus, dum ostenderemus, ubi dicitur apud Matthæum *sero Sabbatorum*, non vespertinam horam significari ab evangelista, sed tempus illucescens in unam Sabbatorum. Erat autem hoc tempus posterius illo, de quo Joannes loquitur. Atque hæc dicta sunto, si quis omnino eamdem Mariam apud utrumque evangelistam Joannem atque Matthæum esse contendat.

4. Sin vero concedatur non eamdem esse, sed aliam quæ sero Sabbatorum, comite alia Maria, venit ad monumentum ; aliam quæ apud Joannem mane una Sabbatorum, dum adhuc tenebræ essent, sola ad idem monumentum accessit ; omnis ambiguitas dissipabitur. Nimirum priores, quæ sero Sabbatorum venerunt, propter suam sedulitatem atque credulitatem, jussas esse a Christo gaudere, eumque adoravisse, ejusque pedes tenere dignas fuisse. Illam vero apud Joannem Mariam, diversam a superioribus, serius, mane videlicet, supervenisse. Eamdem hanc esse apud Marcum, de qua septem dæmonia ejecta fuerant : quæque vehementer animo perterrita fuerit, et paulo incredulior ; ideoque manserat ibi flens, et suspicans ne forte Servatoris corpus de sepulcro fuisset sublatum, atque in alias terras abactum. Atque adeo perturbatus fuerat illi animus, ut ne angelos quidem intra sepulcrum visos magnopere suspexerit, neque ipsum oculis oblatum Servatorem agnoverit, sed potius hortulanum esse putaverit.

IV.

De sepulcro et de repugnantia apparente.

Quomodo apud Matthæum Maria Magdalena simul cum altera Maria extra monumentum viderit unum angelum insidentem lapidi monumenti. Et quomodo, secundum Joannem, intra monumentum angelos duos spectaverit sedentes Maria Magdalena, secundum autem Lucam, duo viri astiterint mulieribus. Denique secundum Marcum juvenis in dextro residens monumenti latere visus sit Mariæ Magdalenæ et Mariæ Jacobi et Salomæ.

1. Priora sunt quæ narrat Matthæus : quare et duæ Mariæ viderunt angelum qui nuper illuc venerat lapidemque revolverat. Sequuntur illa apud

A ἀκούει, *Μή μου ἅπτου*, τοὐναντίον δὲ χαίρειν ἀντὶ τοῦ κλαίειν ὑπ' αὐτοῦ κελεύεται· ἀλλὰ καὶ ἅπτεσθαι αὐτοῦ συγχωρεῖται, ἐπεὶ καὶ προσκυνεῖ αὐτὸν ὡς θεόν· λέγει γοῦν αὐταῖς ὁ Ἰησοῦς, *Χαίρετε*· αἱ δὲ προσελθοῦσαι, ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ· καὶ οὕτως ἅμα ἀληθεύει τὰ ἱερὰ Εὐαγγέλια, κατ' οὐδένα λόγον διαφωνοῦντα· τὴν αὐτὴν δὲ Μαρίαν τὴν Μαγδαληνὴν εἰσάγοντα καὶ μὴ ἁπτομένην πρότερον τοῦ Σωτῆρος, ὅτε ἔκλαιε καὶ ἠπίστει· καὶ ἁπτομένην αὐτοῦ, ὅτε χαίρειν ἐκελεύετο· πρῶτα δὲ ἡγεῖσθαι τὰ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ δηλούμενα τῶν παρὰ τῷ Ματθαίῳ φερομένων, καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν γεγυμνασμένων ἡμῖν κατὰ μίαν τῶν ἐκδοχῶν παρεστήσαμεν, διασαφήσαντες ὅπως εἴρηται παρὰ τῷ Ματθαίῳ τὸ *ὀψὲ Σαββάτων*, οὐ τὴν ἑσπερινὴν ὥραν δη-
B λοῦντος τοῦ εὐαγγελιστοῦ, ἀλλὰ τὸν ἐπιφαύσκοντα εἰς μίαν Σαββάτων· ἦν δ' οὗτος δεύτερος τοῦ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ δεδηλωμένου. Καὶ ταῦτα μὲν εἰρήσθω, εἴπερ τις ἐξ ἅπαντος τὴν αὐτὴν εἶναι Μαρίαν παρ' ἀμφοτέροις τοῖς εὐαγγελισταῖς Ἰωάννῃ τε καὶ Ματθαίῳ διϊσχυρίζοιτο.

δ'. Εἰ δὲ συγχωρηθείη τὸ μὴ τὴν αὐτὴν εἶναι, ἑτέραν δὲ τὴν ὀψὲ Σαββάτων κατὰ τὸν Ματθαῖον μετὰ τῆς ἄλλης Μαρίας ἀπαντήσασαν, καὶ ἄλλην τὴν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ πρωΐ τῇ μιᾷ τῶν Σαββάτων, ἔτι οὔσης σκοτίας, μόνην ἐλθοῦσαν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, πᾶσα λυθείη ἂν ἀμφιβολία· τὸ τὰς μὲν πρώτας ὀψὲ Σαββάτων ἀφικομένας, ἅτε σπουδαιοτέρας καὶ πιστοτέρας ὑπαρχούσας, καὶ τὸ χαίρειν παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἀκοῦσαι, καὶ
C προσκυνῆσαι, καὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ κρατῆσαι καταξιωθῆναι· τὴν δὲ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ Μαρίαν ἑτέραν οὖσαν παρ' ἐκείνας βράδιον μὲν ἀπηντηκέναι καὶ πρωΐ· ταύτην δ' αὐτὴν εἶναι κατὰ τὸν Μάρκον ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια· σφόδρα δὲ τὴν ψυχὴν τεθορυβῆσθαι καὶ ἀπιστοτέραν εἶναι ὡς ἑστῶσαν κλαίειν, καὶ ὑπολαμβάνειν ὑφαιρεῖσθαι τοῦ μνημείου τὸ σῶμα τοῦ Σωτῆρος, καὶ ἐν ἑτέρᾳ μετενηνέχθαι γῇ· οὕτω δὲ συγκέχυτο ἡ ψυχὴ αὐτῇ, ὡς μηδὲ τοὺς δύο ἀγγέλους τοὺς εἴσω τοῦ μνήματος ὀφθέντας αὐτῇ καταπλαγῆναι, μηδὲ αὐτὸν γνωρίσαι ὀφθέντα αὐτῇ τὸν Σωτῆρα, νομίσαι δὲ αὐτὸν εἶναι τὸν κηπουρόν (36-37).

Δ'.

Περὶ τοῦ τάφου καὶ τῆς δοκούσης διαφωνίας.

D Πῶς παρὰ τῷ Ματθαίῳ ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία μετὰ τῆς ἄλλης Μαρίας ἔξω τοῦ μνήματος ἑώρακεν τὸν ἕνα ἄγγελον ἐπικαθήμενον τῷ λίθῳ τοῦ μνήματος· καὶ πῶς κατὰ τὸν Ἰωάννην εἴσω τοῦ μνήματος ἀγγέλους δύο θεωρεῖ καθημένους ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία· κατὰ δὲ τὸν Λουκᾶν δύο ἄνδρες ἐπέστησαν ταῖς γυναιξίν· κατὰ δὲ τὸν Μάρκον νεανίσκος ἦν αὐταῖς ὁ ὁρώμενος καθήμενος ἐν τοῖς δεξιοῖς τοῦ μνημείου τῇ Μαγδαληνῇ Μαρίᾳ καὶ Μαρίᾳ Ἰακώβου καὶ Σαλώμῃ.

α'. Τὰ μὲν παρὰ τῷ Ματθαίῳ προηγοῦνται· ὅθεν καὶ αἱ δύο Μαρίαι ἄρτι τὸν ἄγγελον ἐπιστάντα καὶ τὸν λίθον ἀποκυλίσαντα ἐθεάσαντο· τὰ δὲ παρὰ τῷ

(36-37) Quæstionem de Maria ad Domini pedes procidente exscribit vel imitatur Hieronymus epist. 59, 4, nec non Photius epist. 137.

Digitized by Google

Ἰωάννῃ ὕστερον γίνεται, δύο ἀγγέλων εἴσω τοῦ μνήμα- A
τος ὀφθέντων, ἑτέρων δὲ ὄντων παρὰ τὸν ἔξω φανέν-
τα καὶ ἐπὶ τὸν λίθον καθεζόμενον, ὡς Ματθαῖος λέγει·
τὸ δὲ παρὰ τῷ Λουκᾷ λεγόμενον, ὅτι δύο ἄνδρες ἐν
ἐσθῆτι ἀστραπτούσῃ ὀφθέντες· ἔτι δὲ καὶ ὁ παρὰ Μάρ-
κῳ νεανίσκος λευκὴν περιβεβλημένος στολήν, δεξιός
τε ἀλλ' οὐκ ἀριστερὸς ὁρώμενος, ὁ τὰ φαιδρὰ καὶ δε-
ξιὰ ταῖς γυναιξὶν εὐαγγελιζόμενος, ἕτεροι ἀλλήλων ἂν
εἶεν καὶ αὐτοί, καὶ τῶν ἄλλων τῶν παρὰ τοῖς πρώ-
τοις εὐαγγελισταῖς λεγομένων· διὸ οὐδὲ ἀγγέλους
αὐτοὺς οὗτοι ὠνόμασαν· ὁ δὲ Μάρκος καὶ ὁ Λουκᾶς
οὐδὲ τὰ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ καὶ Ματθαίῳ ἐμνημόνευσαν,
λέγω δὴ τῶν τοῦ Σωτῆρος ὀπτασιῶν (38)· ἀλλὰ τοῖς
κρείττοσιν Ματθαίῳ καὶ Ἰωάννῃ τὰ κρείττονα (39)
κατέλιπον εἰπεῖν· αὐτοὶ τὰ δεύτερα εἰπόντες, καὶ
ἀναπληροῦντες τὰ ἐκείνοις σεσιγημένα. B

β'. Ἔστιν οὖν εἰπεῖν οὕτως, ὅτι τεσσάρων ὄντων
τῶν εὐαγγελιστῶν, ἰσάριθμοι τούτοις καὶ παρ' αὐτῶν
ἀναγραφεῖσαι φαίνονται ὀπτασίαι· οἵ τε καιροὶ τέσ-
σαρες, καὶ οἱ καθ' ἕκαστον καιρὸν ὀφθέντες ἰδιαζόν-
τως· ὁμοίως δὲ καὶ αἱ θεώμεναι (40) τῶν γυναικῶν
διάφοροι, καὶ οἱ παρὰ τῶν ὀφθέντων λόγοι λεγόμενοι
πρὸς αὐτὰς παραλλάττοντες· πῶς οὖν ἐστι τοῦτο;
Πρῶτος οὖν καιρός ἐστιν ὁ παρὰ τῷ Ματθαίῳ *ὀψὲ*
Σαββάτων, ὅπου ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία μετὰ τῆς ἄλ-
λης ἔξω τοῦ μνήματος, ὅτε καὶ ἐγένετο σεισμὸς, ἕνα
εἶδον λέγοντα οὕτως, « Μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς· οἶδα γὰρ
ὅτι Ἰησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον ζητεῖτε· οὐκ ἔστιν ὧδε·
ἠγέρθη γάρ· δεῦτε, ἴδετε. » Τέταρτος δὲ καὶ τελευ-
ταῖος ὁ παρὰ τῷ Μάρκῳ ἡλίου ἀνατείλαντος φανεὶς ὁ
C

(38) In duobus Eusebianis capitibus a Combefisio, ut jam dixi, editis, sicuti permulta ex his ad Marinum scriptis desiderantur, ita quædam diversa sunt, quædam vero explicatiora videntur. Hoc autem loco sic habet editio : Τοῖς κρείττοσιν, ἢ καθ' ἑαυτοὺς Ματθαίῳ καὶ Ἰωάννῃ, ἅτε δὴ ἀποστόλοις, τὰ κρείττονα γράφειν καὶ ἱστορεῖν παρακεχωρηκότες, αὐτοὶ δὲ τὰ δεύτερα διηγούμενοι, ἀντανεπλήρουν τὰ παρ' ἐκείνοις σεσιγημένα, ἃ δὲ δεύτερα ἦν καὶ μακρῷ λειπόμενα τῆς τῶν προτέρων ἱστορίας· οὕτω τοῦ ἁγίου Πνεύματος διανείμαντος τὰς πρεπούσας ἑκάστῳ καὶ καταλλήλους διηγήσεις. Αἱ γοῦν παρὰ τῷ Λουκᾷ ὄρθριοι βαθέος ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἐλθοῦσαι γυναῖκες φέρουσαι ἃ ἡτοίμασαν ἀρώματα, ἕτεραι δὲ εἶεν τῶν παρὰ τῷ Ματθαίῳ καὶ Ἰωάννῃ· οὐ γὰρ ἂν ἔχοι λόγον τὰς τοσαῦτα προθεασαμένας Μαρίας ἄρτι πρῶτον ἀρώματα φέρειν, ὡς μήπω τὴν ἀνάστασιν μεμαθηκυίας· διὸ εἰποιμεν ἂν ἑτέρας εἶναι τὰς παρὰ τῷ Λουκᾷ δηλουμένας τῶν πρώτων· τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς ὁ εὐαγγελιστὴς ἱστορεῖ λέγων· « Καὶ ἡμέρα ἦν παρασκευὴ καὶ Σάββατον ἐπέφωσκε· κατακολουθήσασαι δὲ γυναῖκες, αἵτινες ἦσαν συνεληλυθυῖαι αὐτῷ ἐκ τῆς Γαλιλαίας, » καὶ τὰ ἑξῆς· ἰδοὺ δείκνυσιν ὅτι ἕτεραι ἦσαν αὗται. Διὸ καὶ οἱ ὀφθέντες ἕτεροι ὑπῆρχον παρὰ τοὺς ἔμπροσθεν δεδηλωμένους· οὔτε γὰρ εἴσω τοῦ μνημείου ἦσαν κατὰ τὸν Ἰωάννην, οὔτε ἐπὶ τὸν λίθον καθεζόμενοι, ὡς ὁ παρὰ Ματθαίῳ ἄγγελος· ἄλλως τε δὲ οὐδὲ ἀγγέλους αὐτοὺς ὠνόμασεν ὁ Λουκᾶς, δύο δὲ ἄνδρας, πλὴν ἐν ἐσθῆτι ἀστραπτούσῃ, διὰ τῆς ἑορτῆς σύμβολα· καὶ οἱ λόγοι δὲ αὐτῶν οἱ πρὸς τὰς γυναῖκας ἰδιάζουσι· καὶ γυναῖκες δὲ πλείους ἦσαν, ἀλλ' οὐχ ἡ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ μόνη· οὐδὲ αἱ παρὰ τῷ Ματθαίῳ δύο Μαρίαι. Περὶ δὲ τῆς μιᾶς Μαρίας τῆς παρὰ τῷ Ἰωάννῃ περὶ τὸν ὄρθρον, ἔτι σκοτίας οὔσης, ἐπιστάσης τῷ μνήματι, καὶ ἰδούσης τὸν λίθον ἠρμένον ἐκ τοῦ μνημείου, ἤντινα καὶ Μαγδαληνὴν ὁ εὐαγγελιστὴς ὀνομάζει, ὑπόνοιά τις ὑπεισέρχεται ἄλλην τινὰ Μαγδαλην εἶναι, μηδὲν τῶν ταῖς δυσὶ Μαρίαις ἐωραμένων γινώσκουσαν. εἰ δὲ μία καὶ ἡ αὐτή ἐστιν ἡ παρ' ἀμφοτέροις τοῖς εὐαγγελισταῖς μνημονευομένη, προηγεῖσθαι ἀνάγκη τὴν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ ἱστορίαν, τῆς παρὰ τῷ Ματθαίῳ· καὶ τὴν αὐτὴν Μαγδαληνὴν τὸ πρῶτον μόνην ἐλθοῦσαν, τοὺς δύο ἀγγέλους εἴσω τοῦ μνήματος καθεζομένους ἰδεῖν· μετὰ δὲ ταῦτα δεύτερον ἐπιστᾶσαν τῷ αὐτῷ τόπῳ μετὰ τῆς ἄλλης Μαρίας τὸν ἐπικαθήμενον τῷ λίθῳ ἄγγελον ἐωρακέναι· τούτων δὲ τῶν δυοῖν ἐκδοχῶν τὴν προτέραν ἀληθεστέραν εἶναι ἡγοῦμαι· ἑτέρας οὔσης τῆς παρὰ τῷ Ἰωάννῃ Μαρίας παρὰ τὰς παρὰ τῷ Ματθαίῳ, κἂν τὸ ἐπίθετον αὐτῇ τῆς Μαγδαληνῆς ἐπιγράφηται, δύο γεγονυιῶν ὡς εἰκὸς τῶν ἀπὸ τῆς αὐτῆς Μαγδαληνῆς· τούτου γὰρ δοθέντος πᾶσα ἀμφισβήτησις λυθήσεται, ἑτέρων μὲν παρὰ τῷ Ματθαίῳ μνημονευομένων γυναικῶν, ἑτέρας δὲ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, καὶ ἑτέρου ὄντος καὶ τοῦ ἀγγέλου τοῦ ἐπὶ τὸν λίθον καθεζομένου, καὶ ἑτέρων τῶν δύο ἀγγέλων τῶν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ εἴσω τοῦ μνήματος ὀφθέντων, ἑτέρου δὲ καὶ τοῦ χρόνου, ἑτέρων δὲ καὶ τῶν λόγων, τοῦ τε ἀγγέλου τοῦ ἐπὶ τοῦ λίθου καθεζομένου, καὶ τῶν ἀγγέλων τῶν εἴσω τοῦ μνήματος θεωρηθέντων. Κατὰ δὲ τὸν Μάρκον λίαν πρωῒ τῇ μιᾷ τῶν Σαββάτων ἀπέρχονται ἐπὶ τὸ μνῆμα, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου· ἰδοὺ ἄλλαι πάλιν αὗται καὶ ἐν ἑτέρῳ καιρῷ, αἳ ἔλεγον πρὸς ἑαυτάς, τίς ἡμῖν ἀποκυλίσει τὸν λίθον; καὶ ὅτι εἶδον νεανίσκον καθήμενον, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Λουκᾶ, ἄνδρες ἀλλ' οὐκ ἄγγελοι· οὕτω καὶ νῦν οὐκ ἄγγελος ὠνόμασται, οὐδὲ ἀνὴρ, ἀλλὰ νεανίσκος· ὥστε καὶ ταύτην ἀφωρισμένην εἶναι τὴν διήγησιν, καὶ τὸν ὀφθέντα ἕτερον, καὶ τὰς ἀφικομένας ἄλλας, καὶ τὸν καιρὸν ὁμοίως ἄλλον, τὸν μετὰ ἡλίου ἀνατολάς. Eadem rursus narratio in Vaticanis quoque codicibus aliquantulum variat, pro breviatorum scilicet aut excerpentium arbitrio.

(39) Κρείττονα est ex alio cod. Vat.

(40) Cod. οἱ θεώμενοι.

Joannem, nempe duo angeli intra monumentum visi, ab eo diversi qui extra conspectus fuerat lapidi insidens, uti narrat Matthæus. Quod autem apud Lucam dicuntur duo viri in splendida veste visi; insuper ille juvenis apud Marcum stola candida amictus, et in dextra potius quam læva parte visus, qui læta ac fausta mulieribus nuntiavit; hi, inquam, diversi inter se angeli erant, aliique ab iis qui apud priores evangelistas commemorantur: quare Lucas et Marcus ne angelos quidem diserte hos vocant: imo iidem evangelistæ ne illa quidem recitant quæ Joannes atque Matthæus, visiones dico Servatoris; sed potioribus se Matthæo atque Joanni potiora dicere permittunt; ipsi secunda narrant, supplentque si quid ab illis silentio premitur.

2. Itaque dicendum est, uti quatuor evangelistæ sunt, sic pari numero esse visiones apud eos descriptas; item tempora quatuor, nec non eos qui per singula tempora singillatim apparuerunt; similiter et feminas, quæ viderunt, fuisse diversas; itemque sermones eorum, qui visi sunt, discrepantes. Hæc, inquam, quomodo se habent? Primum tempus est Matthæi illud *sero Sabbatorum*, cum Maria Magdalena non sine una comite extra monumentum (quo item tempore terræ motus accidit) unum vidit sibi dicentem: « Nolite timere; scio enim a vobis Jesum qui crucifixus est quæri; non est hic; surrexit; venite et videte. » Quartum extremumque tempus est Marci illud, cum, orto jam

Digitized by Google

sole, a juvene oblato mulieribus Mariæ Magdalenæ et Mariæ Jacobi et Salomæ, quæ cum aromatibus venerant, hæ ipsæ audierunt : « Nolite expavescere; Jesum quæritis Nazarenum crucifixum. » Medii autem sunt angeli illi, qui apud Joannem et Lucam apparent per intervalla singillatim. Apparuit enim sero Sabbatorum angelus unus extra monumentum; post quem ipse Servator. Mane autem jam adulto, alii duo apud Lucam viri appellati, haud intra monumentum visi. Extremus omnium ille juvenis ; et ante hunc, nec non ante viros a Luca memoratos, duo illi intra monumentum.

3. Lucas ait una Sabbatorum mane perspicuo tulisse aromata mulieres duas, quæ secutæ fuerant Jesum, Galilæa oriundas, quæque deduxerant ejus funus et venerant ad monumentum. Hæ duos angelos viderunt sibi dicentes : « Cur quæritis viventem inter mortuos? non est hic, sed surrexit. Recordamini quæ vobis dixit dum vobiscum versaretur, quod nempe oporteret Filium hominis pati; » et reliqua.

4. Joannes ait una Sabbatorum Mariam Magdalenam solam accessisse ad monumentum cum adhuc tenebræ essent ; vidisse lapidem sublatum ; venisse ad Simonem atque Joannem, quibus ait : « Tulerunt Dominum de monumento, et nescio ubi posuerunt eum. Venit ergo Petrus atque Joannes ad monumentum ; » et reliqua. Deinde Magdalenam flentem exhibet evangelista; quam semet inclinantem vidisse ait duos angelos sedentes, unum ad caput, alterum ad pedes, sibique dicentes : « Mulier, quid ploras? » quæ ait : « Tulerunt Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum. » Mox conversa retrorsum vidit Jesum stantem, neque tamen sciebat eum esse Jesum. Dicit autem ei Jesus : « Mulier, cur ploras? quem quæris? »

5. Ambigunt nonnulli quonam pacto tres dies noctesque tres absolutæ fuerint, uti prædixit Christus, ante faciendam resurrectionem. Porro respondere sic licet. Alii a tempore, quo Jesus proditus fuit, numerant : alii parasceven in duo dividunt, quia nox fuit rursusque dies, quia scilicet illa die sol obscuratus, denuo reluxit. Exin est Sabbati dies integra, ejusque nox. Alii supputant parasceven totam, diem noctemque; Sabbatum item totum ejusque noctem ; Dominicæ autem diei initium, loco integræ diei metiuntur, qua incipiente Christus surrexit. Atque ita tres dies dicunt. Certe et in mortuis ac in recens natis pueris ita solemus totam diem metiri, sive nativitas contigerit hora decima, sive die exordiente. Sic etiam mortuis tertia die et nona et quadragesima inferias legitimas ferimus, haud tota tertia cum sua nocte, neque tota nona cum sua item nocte, neque tota quadragesima similiter cum sua nocte, sed initiis mortalium dierum spectatis, justa absolvimus, idque tempus pro die integra habemus atque metimur.

A νεανίσκος ὁ ὀφθεὶς ταῖς γυναιξὶν τῇ Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ καὶ τῇ Μαρίᾳ Ἰακώβου καὶ Σαλώμῃ, αἱ μετ' ἀρωμάτων ἐλθοῦσαι ἤκουσαν, « Μὴ ἐκθαμβεῖσθε, Ἰησοῦν ζητεῖτε τὸν Ναζαρηνὸν τὸν ἐσταυρωμένον. » Μέσοι δὲ οἱ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ καὶ τῷ Λουκᾷ καὶ ὀφθέντες κατὰ καιρὸν ἰδιάζοντες· ἐφάνη μὲν γὰρ ὀψὲ Σαββάτων ἄγγελος εἷς ἐκτὸς τοῦ μνήματος· μεθ' οὗ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτήρ· ὄρθρου δὲ βαθέος, ἕτεροι οἱ κατὰ τὸν Λουκᾶν δύο ἄνδρες ὠνομασμένοι οὐκ εἴσω τοῦ μνήματος ὀφθέντες· ὕστερος ἁπάντων ὁ νεανίσκος, καὶ πρὸ τούτου καὶ τῶν παρὰ τῷ Λουκᾷ οἱ δύο εἴσω τοῦ μνήματος.

γ'. Ὅτι ὁ Λουκᾶς μιᾷ λέγει τῶν Σαββάτων, ὄρθρου βαθέος, φέρειν ἀρώματα γυναῖκας δύο τὰς ἀκολουθησάσας αὐτῷ, αἵτινες ἦσαν ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας συν- B ακολουθήσασαι, ὅτε ἔθαπτον αὐτὸν ἐλθοῦσαι ἐπὶ τὸ μνῆμα· αἵτινες δύο ἀγγέλους εἶδον, οἳ καὶ εἶπον, « Τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλ' ἠγέρθη· μνήσθητε ὡς ἐλάλησεν ὑμῖν ἔτι ὢν σὺν ὑμῖν λέγων, ὅτι δεῖ παθεῖν τὸν Υἱὸν ἀνθρώπου, » καὶ τὰ ἑξῆς.

δ'. Ὅτι Ἰωάννης λέγει τῇ μιᾷ τῶν Σαββάτων Μαρίαν τὴν Μαγδαληνὴν μόνην ἔρχεσθαι πρὸς τὸ μνῆμα, σκοτίας ἔτι οὔσης, καὶ βλέπει τὸν λίθον ἠρμένον καὶ ἔρχεται πρὸς Σίμωνα καὶ πρὸς Ἰωάννην καὶ λέγει, « Ἦραν τὸν Κύριον ἀπὸ τοῦ μνημείου καὶ οὐκ οἶδα ποῦ ἔθηκαν αὐτόν· ἦλθεν οὖν Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἐπὶ τὸ μνημεῖον, » καὶ τὰ ἑξῆς. Εἶτα εἰσάγει κλαίουσαν τὴν Μαγδαληνὴν, καὶ παρακύψασαν ἰδεῖν λέγει δύο ἀγγέλους καθεζομένους, ἕνα πρὸς τῇ κεφαλῇ, καὶ C ἕνα πρὸς τοῖς ποσίν· καὶ λέγουσιν αὐτῇ, « Γύναι, τί κλαίεις; » ἡ δὲ εἶπεν, « Ἦραν τὸν Κύριόν μου καὶ οὐκ οἶδα ποῦ ἔθηκαν αὐτόν. » Εἶτα ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ εἶδεν τὸν Ἰησοῦν ἑστῶτα· καὶ οὐκ ᾔδει ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν· ὁ δὲ Ἰησοῦς λέγει, « Γύναι, τί κλαίεις; τίνα ζητεῖς; »

ε'. Ὅτι ἀποροῦσί τινες ὡς τρεῖς ἡμέραι καὶ τρεῖς νύκτες πληροῦνται, καθὼς εἶπεν Χριστὸς, αἱ τῆς ἀναστάσεως· καὶ ἔστιν εἰπεῖν (41)· οἱ μὲν ἀπὸ τῆς προδοσίας· οἱ δὲ τὴν Παρασκευὴν εἰς δύο ποιοῦσιν, ἐπεὶ νὺξ γέγονεν καὶ πάλιν ἡμέρα· ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἡλίου σκοτισθέντος καὶ πάλιν ἀναφλεχθέντος· εἶτα ἡ τοῦ Σαββάτου ἡμέρα ὅλη καὶ ἡ νὺξ αὐτῆς. Οἱ δὲ ἡμέραν μὲν τὴν Παρασκευὴν ὅλην καὶ τὴν νύκτα αὐ- D τῆς, Σάββατον ὅλον καὶ τὴν νύκτα αὐτοῦ· τῆς δὲ Κυριακῆς τὴν ἀρχὴν εἰς ἡμέραν μετροῦσιν ὅλην· ὡς ἀρξαμένης ἤδη τότε ὁ Χριστὸς ἠγέρθη· οὕτω τρεῖς ἡμέρας λέγουσιν. Ἐπεὶ καὶ ἐπὶ νεκρῶν καὶ ἐπὶ τῶν ἀρτιγενῶν παίδων οὕτως μετρεῖν ἔθος ὅλην ἡμέραν, ὅτε τὴν ἀπὸ τῆς δεκάτης ὥρας ἀρξαμένην γέννησιν μετροῦμεν, ἢ τὴν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς ἡμέρας ἀρξαμένην γέννησιν· ὁμοίως καὶ ἐπὶ νεκρῶν τὴν τρίτην ἡμέραν καὶ τὴν ἐνάτην καὶ τὴν τεσσαρακοστὴν τὰ νενομισμένα ποιοῦντες· οὐχ ὅλην τὴν τρίτην μετὰ τῆς νυκτὸς αὐτῆς· οὐδὲ ὅλην τὴν ἐνάτην μετὰ τῆς οἰκείας νυκτὸς αὐτῆς· οὐδὲ τὴν τεσσαρακοστὴν ὁμοίως ὅλην μετὰ νυκτὸς αὐτῆς· ἀλλὰ τὰς ἀρχὰς τῶν τελευταίων ἡμερῶν ὁρῶντες ἐκτελοῦμεν τὰ πραττόμενα, ὅλην ἡμέραν ταύτην καὶ μετροῦντες καὶ λογιζόμενοι.

Digitized by Google

ς'. Ἀλλ' ἐπει Χριστός φησιν, τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς ἔσομαι, ἔστι δὲ οὕτως εἰπεῖν (41)· ἆρα εἰ χρεώστην ἐπαγγειλάμενον τῷ οἰκείῳ δανειστῇ μετὰ τρεῖς ἡμέρας πληρώσειν τὸ χρέος, πρὸ τῆς προθεσμίας πληρώσαντα θεασάμενοι, ὡς ψευσάμενον κρινοῦμεν, ἢ ὡς πλέον ἀληθεύσαντα; Καὶ ἄλλως· εἰ θᾶττον ἢ (42) εἶπεν, ἀνέστη, πλέων ἡ δύναμις, καὶ ἔγκλημα οὐκ ἔχει· τὸ δὲ βράδιον, ὑποψίας γέμει καὶ ψεῦδος λογίζεται γιγνόμενον· ψεῦδος μὲν, ὅτι παρῆλθεν ὁ λεχθεὶς ὅρος· ὕποπτον δὲ, ὅτι τῶν φυλάκων ἀναχωρησάντων, κλοπὴ τὸ πρᾶγμα ἐνομίσθη ἄν.

A 6. Sed quoniam Christus dixerat [42], tribus diebus tribusque noctibus se in corde terræ futurum, lubet ita disserere : si quis ære alieno obstrictus creditori suo recepisset, se post tres dies soluturum ; hunc, inquam, si ante condictam diem æs illud dissolvere videremus, mendacemne an multo veraciorem judicaremus? Præterea, si Christus ocius, quam spoponderat, resurrexit, major hinc virtus elucescit, nedum locus reprehensioni est. Suspicio contra atque mendacium ex tarditate consequebantur : mendacium, quia condictus terminus fuisset elapsus; suspicio, quia, recedentibus custodibus, ea res furti fuisset insimulata.

EXPLICIT EPITOME.

LECTORI

Hactenus edidimus continuam atque illibatam Eusebiani operis priscam et præclaram Epitomen, prout ea est in pulcherrimo codice Palatino Vat. CCXX, a f. 61 usque ad 96, ubi opus reapse concluditur, relictis deinceps paginis puris. Fuerunt autem, ut vidimus, quæstiones XX; *scilicet ad Stephanum* XVI, *ad Marinum* IV. *Quanquam vero variis ex fontibus nobis suppetebant utriusque partis supplementa, noluimus ea cum Epitome admiscere, ne scripti per se concinni et perfecti seriem quodammodo his insertis perturbaremus. Nunc tamen supplementa quæ invenimus tum quæstionum ad Stephanum tum etiam ad Marinum subtexenda sunt. Et primum lautæ aliquot partes ex magna ms. catena Nicetæ ad Lucam in codice A, seu Vat.* 1611, *quas non ex Epitome sed ex integro opere decerptas fuisse apparet; quanquam ipse quoque Nicetas videtur interdum, ut fit in catenis, Eusebium diminuere; cujus rei indicium est, quod aliquando in Epitome sunt aliquot particulæ, quas Nicetas subtrahit : etsi alioqui in laudatis a Niceta partibus, Eusebius plerumque integer est, et ubique plenior. Nunc igitur priore loco supplementa quæstionum ad Stephanum.*

—

EUSEBII CÆSARIENSIS

EX INTEGRIORE OPERE QUÆSTIONUM EVANGELICARUM PARTES

in Nicetæ Catena ms. ad Lucam.

—

α'. (43) Περὶ δὲ τοῦ τὸν Ματθαῖον ἄνωθεν κατάγειν τὰς διαδοχὰς, τὸν δὲ Λουκᾶν ἀνάπαλιν πεποιηκέναι, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὁδὸν πορευθέντας, οὐδὲν ἐπιμέμφεσθαι δεῖ· ἐπεὶ καὶ τοὺς ἀνάντη καὶ ὄρθιον πορείαν ἀνιόντας, καὶ τοὺς ἔμπαλιν διὰ τῆς αὐτῆς κατιόντας, οὐκ ἄν τις ἑτέραν φαίη βαδίζειν, μιᾶς ἀμφοτέροις κειμένης τοῖς τε ἀνιοῦσι καὶ τοῖς κατιοῦσι τρίβου. Τὸν αὐτὸν γοῦν τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς τῶν γενῶν διαδοχῆς πάρεστιν, ὅτῳ φίλον ἐπ' ἐξουσίας διὰ τῶν αὐτῶν, τοῖς μὲν κάτωθεν ἐπὶ τοὺς πρόσω ἀνιέναι, τοῖς δὲ ἀπὸ τῶν ἄνωθεν προπατόρων ἀρξαμένοις, ἐπὶ τοὺς ὑστάτους καταλήγειν· οὗτος δὲ καὶ πόρρωθεν Ἑβραίοις φίλος ἦν ὁ τρόπος, etc., *ut in impressa a nobis epitome, col.* 891, *lin.* 4 *a fine, usque ad* τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εὐαγγελιστάς, *col.* 893, *lin.* 37. Εἰδ' ὅτι

B 1. Quod Matthæus superne successiones deducat, Lucas vero contrario ordine utatur, quandoquidem eadem via uterque graditur, nullus est reprehensioni locus. Nam et illos qui prorsum sursumque ascendunt, et illos qui adversum eadem via descendunt, haud quisquam diceret diverso tramite incedere : quia scilicet una ab utrisque, id est ab ascendentibus descendentibusque, via teritur. Pari ergo modo etiam in recensendis generis successionibus, pro cujusque libito vel ab imis sursum tendere, vel a superis capto initio progenitoribus in postremos desinere licet. Atque hic mos antiquitus Hebræis placuit, etc. Quod si, quia nec Lucas ascendens substitit in Abrahamo, nec Matthæus ab Adamo inœpit, in quem Lucas desivit;

[42] Matth. XII, 40.

(41) Expilavit hanc Eusebii quæstionem Isidorus Pelusiota ep. 2, 212, tacito auctoris nomine; ideoque ejusdem solutio jamdiu nota erat.

(42) Deest in codice particula ἤ, quæ tamen hic omitti non debuit.

(43) Cod. A, f. 63. Confer quæst. II.

Digitized by Google

Idcirco dissonos inter se evangelistas aliquis dicat, non recte judicat. Uterque enim evangelista proprio calculo descriptionem exposuit ; aliter quidem ex Abrahamo incipiens, alter ipsum Abrahamum supergradiens , ad primum usque hominem ascendit; neque in hoc ipso consistens, historiæ suæ seriem cum Deo connectit. Quænam porro in his repugnantia est? si Matthæo quidem visum utile est, ob scripturæ suæ institutum, ex Abrahamo et deinceps genealogiam deducere : Lucæ autem placuit, propter regenerationis in Christo mysterium, sursum provehere hominem lavacro regeneratum ultra cujuslibet generationis fines. Observa enim, eum toto suo sermone vocabulum generationis reticere, sed Jesum retrocedendo subvehere, donec non in homine aliquo sistit, sed in ipso omnium Deo, cui illum utpote Filium Patri copulat.

2. Age vero ut ita etiam loquentis coarguamus imperitiam, atque ut nemo veritatis ignoratione deinceps scandalum patiatur, genuinam actæ rei historiam exponam. In primis vero objectam nobis propositionem considerare opus est. Matthæus quidem ex Abrahamo ad Davidem, atque ita ad Salomonem ejusque successores usque ad Jacobum, unde ortus Josephus Christi putatus pater, descendit. Lucas autem Josephum haud ex Jacobo ait ortum, ut Matthæus ; sed ex Heli ascendens, ad cæteros pergit, quorum nullum Matthæus commemorat. Atque ita obliquam veluti decurrens viam, nequaquam ad Salomonem devenit Davidis filium, sed ad Nathanum qui æque fuit Davidis filius. Atqui oportuisset, si unam uterque evangelista genealogiam texebat, vel Lucam eamdem cum Matthæo seriem contexere, vel Matthæum eadem, quæ habet Lucas, nomina recitare. Hi vero adeo invicem non conspirant, ut alter Jacobi filium dicat Josephum ac Salomonis Davide geniti : alter autem non Jacobi, sed Heli ac Nathani Davide item geniti : quo scribendi instituto magnopere inter se dissidere videntur. — Quomodo igitur objectæ propositioni occurrendum est? Agesis, animæ aperientes oculum, vocabulis ipsis accurate mentem intendamus, et quid dicat Lucas inspiciamus. « Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius Josephi, qui fuit Heli, qui fuit Melchi. » Sed enim Matthæus, haud usus est dictione *putabatur*, etc. Atque hæc prima est responsio.

3. Alius quoque fortasse latet profundus atque arcanus in prædictis sensus. Matthæus enim manifeste carnalem narrans Christi originem, et Josephum volens vere Davide oriundum ostendere, orationis suæ ingressum qualem oportuit facit, dicens, *Liber generationis Jesu Christi*, et reliqua, consequenterque totam deinde historiam ponit post progenitorum catalogum, Magos videlicet, Herodis

A μὴ μέχρι τοῦ Ἀβραὰμ καὶ ὁ Λουκᾶς ἀνιὼν ἔστη, μηδὲ ὁ Ματθαῖος ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἤρξατο ἐφ' ὃν κατέληξεν ὁ Λουκᾶς, διαφωνεῖν τις αὐτοὺς λέγοι, οὐκ ὀρθῶς οἴεται· ἑκάτερος γὰρ αὐτῶν οἰκείῳ λογισμῷ τὴν ἔκθεσιν πεποίηται τῆς γραφῆς, ὁ μὲν ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ ἀρξάμενος, ὁ δὲ καὶ τὸν Ἀβραὰμ ὑπερβάς, ἐπί τε τὸν πρῶτον ἄνθρωπον ἀνελθών· καὶ μηδὲ μέχρι τούτου στάς, τὸν πάντα δὲ λόγον ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀναρτήσας· ποία γὰρ ἐν τούτοις μάχη; Εἰ τῷ μὲν χρήσιμος ἐφάνη ἡ ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ καὶ ἐπὶ τοὺς ἑξῆς γενεαλογία, διὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ παρ' αὐτῷ λόγου, ὁ δὲ διὰ τὸ τῆς ἐν Χριστῷ παλιγγενεσίας μυστήριον, ἀναβιβάζει τὸν διὰ λουτροῦ γεγεννημένον, ἐπέκεινα ἁπάσης γενέσεως· τήρει γὰρ ὅτι δι' ὅλου τοῦ λόγου σεσιώπηκε τὸ τῆς γενέσεως ὄνομα, ἄγει τε αὐτὸν ἀνάγων, καὶ ἵστησιν οὐκ ἐπί τινα ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐπὶ τὸν πάντων Θεόν, μονονουχὶ προσάγων, ἅτε δὴ Υἱὸν γενόμενον τῷ Πατρί.

B β'. (44) Ἵνα οὖν καὶ τοῦτο εἰρηκότος τὴν ἀμαθίαν ἐλέγξωμεν, παύσωμεν δὲ τοῦ μηδένα ὑπ' ἀγνοίας ὁμοίας σκανδαλισθῆναι, τὴν ἀλήθειαν τῶν γεγονότων ἱστορίαν ἐκθήσομαι· πρότερον δὲ τὴν προταθεῖσαν ἡμῖν πρότασιν καιρός ἐστι ἐπισκέψασθαι· ὁ μὲν Ματθαῖος ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἐπὶ τὸν Δαυὶδ, καὶ οὕτως ἐπὶ τὸν Σολομῶνα καὶ τοὺς τούτου διαδόχους μέχρι τοῦ Ἰακὼβ, ἐξ οὗ Ἰωσὴφ ὁ τοῦ Χριστοῦ χρηματίσας πατήρ, κάτεισιν· ὁ δὲ Λουκᾶς τὸν Ἰωσὴφ οὐκ ἀπὸ τοῦ Ἰακὼβ εἶναί φησιν ὡς Ματθαῖος, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Ἡλεί· εἶτα ἀπὸ τοῦ Ἡλεὶ ἀνιὼν ἐφ' ἕτερους χωρεῖ, ὧν οὐδὲ ὅλος ἐμνημόνευσεν ὁ Ματθαῖος· καὶ C οὕτως πλαγίαν τινὰ δρομὼν, ἔρχεται οὐκ ἐπὶ τὸν Σολομῶνα τὸν τοῦ Δαυὶδ, ἀλλ' ἐπὶ Νάθαν τὸν καὶ αὐτὸν τοῦ Δαυὶδ· ὀφείλων, εἰ δὴ περὶ τῆς αὐτῆς γενεαλογίας ὁ λόγος ἦν αὐτοῖς, διὰ τῶν αὐτῶν τῷ Ματθαίῳ ἀνελθεῖν, ἢ τὸν Ματθαῖον δι' ὧν ὁ Λουκᾶς χωρῆσαι ὀνομάτων· εἰ δὲ οὕτως οὐ συνηνέχθησαν ἀλλήλοις, ὡς τὸν ἕνα εἰπεῖν τοῦ Ἰακὼβ τὸν Ἰωσὴφ εἶναι υἱὸν καὶ Σολομῶνος υἱοῦ Δαυὶδ· τὸν δὲ ἕτερον, μὴ τοῦ Ἰακὼβ, ἀλλὰ τοῦ Ἡλεὶ καὶ Νάθαν υἱοῦ Δαυὶδ· δι' ὧν ἐοίκασι πολλὴν διαφωνίαν πρὸς ἀλλήλους περιέχειν. — Τί δὴ οὖν εἰς τὸ προταθὲν τοῦτο *πρόβλημα* εἴποι ἄν τις ; φέρε τῆς ψυχῆς διανοίξαντες τὸ ὄμμα, ἀτενῶς ταῖς λέξεσιν αὐτοῖς ἐπερείσωμεν τὴν διάνοιαν, ἴδωμέν τε τί φησιν ὁ Λουκᾶς. « Καὶ αὐτὸς ὁ D Ἰησοῦς ἦν ἀρχόμενος ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ὢν υἱὸς ὡς ἐνομίζετο τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ἡλεὶ, τοῦ Μελχί· » ἀλλ' οὐχ ὅ γε Ματθαῖος ἐχρήσατο τῇ ὡς ἐνομίζετο φωνῇ, etc., *ut in epitome*, *col.* 896, *lin.* 4, *usque ad* αὕτη μὲν οὖν ἡ πρώτη ἀπόδοσις.

γ'. (45) Εἴη δ' ἄν τις καὶ ἄλλος βαθὺς καὶ ἀπόῤῥητος ἐν τοῖς προκειμένοις λόγος. Ματθαῖος μὲν γὰρ ὁμολογουμένως τὴν ἔνσαρκον γένεσιν ἱστορῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸν Ἰωσὴφ ἀποδεῖξαι βουλόμενος ἀληθῶς ἐκ Δαυὶδ, ὅθεν ἐχρῆν τῇ εἰσβολῇ κέχρηται τοῦ λόγου, φήσας, *Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ*, καὶ τὰ ἑξῆς· ἀκολούθως τε τὴν ὅλην ἑξῆς ἱστορίαν τίθησι μετὰ τὸν τῶν προπατόρων κατάλογον, τοὺς Μάγους

(44) Cod. A, f. 64. Quæst. III.

(45) Ibid.

Digitized by Google

τὴν Ἡρώδου μανίαν, τὴν εἰς Αἴγυπτον Ἰησοῦ φυγήν, τὴν ἐκεῖθεν ἐπάνοδον, τὸν Ἀρχέλαον· καὶ ὡς μετὰ ταῦτα ἤδη λοιπὸν εἰς ἄνδρας Ἰωάννης προβὰς μετὰ τριακοστὸν ἔτος τῆς Ἰησοῦ γενέσεως, ἐπὶ τῆς ἐρήμου κηρύσσει βάπτισμα μετανοίας, πάρεισί τε μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ Ἰορδάνῃ βαπτισθησόμενος ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου· καὶ δὴ συνόρα ἐν τούτοις ὕφος καὶ ἀκολουθίαν ἱστορικῆς διηγήσεως ἣν ὁ Ματθαῖος ἐκτίθεται, Σύρος ἀνὴρ, τελώνης τὸν βίον, τὴν φωνὴν Ἑβραῖος.

δ'. Ὁ δὲ Λουκᾶς τὸ μὲν γένος ἀπὸ τῆς βοωμένης Ἀντιοχείας ἦν, ἐν ᾗ δὴ οἱ πάντες λογιώτατοι τοὺς Ἴωνας προγόνους αὐχοῦσιν (46)· οὐ μὴν ἀλλὰ πρὸς τῷ κατὰ φύσιν Ἑλληνικῷ τῶν ἀνδρῶν, ἐπήγετό τι πλέον ὁ Λουκᾶς ἐν λόγοις, ἅτε ἰατρικῆς ἔμπειρος ὢν ἐπιστήμης. Ὅμως δὴ ὁ τοιοῦτος τῆς τοῦ κατ' αὐτὸν Εὐαγγελίου γραφῆς ἀρχόμενος, τὰ μὲν κατὰ τὸν Ζαχαρίαν καὶ τὴν Ἐλισάβετ ἱστορεῖ πρῶτα. Εἶτα τὴν πρὸς τὴν Μαρίαν τοῦ Γαβριὴλ ἐπιφάνειαν ἐπισυνάψας, τὰς παραδόξους γενέσεις ἐξῆς τίθησιν, οὐδεμιᾶς μνησθεὶς γενεαλογίας τοῦ Ἰωσήφ· ἔπειτα δωδέκατον ἔτος ἀναγράφων τοῦ Ἰησοῦ, οὔπω καὶ νῦν γενεαλογίας μνημονεύει. Μετὰ δὲ τοὺς Αὐγούστου χρόνους, Τιβερίου διαδεξαμένου τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν, κατὰ τὸ πεντεκαιδέκατον αὐτοῦ ἔτος, φησὶ τὸν Ἰωάννην ἐπὶ τῆς ἐρήμου κηρῦξαι μετανοίας βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· διδασκαλίας τε αὐτοῦ τίθησι, καὶ ἐπὶ τούτοις ἅπασιν, Ἰησοῦ, φησὶ, βαπτισθέντος καὶ προσευξαμένου ἐγένετο ἀνοιγῆναι τὸν οὐρανὸν, καὶ καταβῆναι τὸ Πνεῦμα ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ φωνὴν ἐκεῖθεν ἐνεχθῆναι· « Σὺ εἶ ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα. » Ἔνθα γενόμενος, ὥσπερ ἐξ ὕπνου διανήψας, τῆς γενεαλογίας ἀκαίρως, ὡς ἂν οἰηθείη τις, μνημονεύει λέγων, « Καὶ αὐτὸς ἦν ἀρχόμενος ὁ Ἰησοῦς ὡς ἐτῶν τριάκοντα, ὢν υἱὸς ὡς ἐνομίζετο τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ἡλεὶ, τοῦ Μελχὶ (47), » καὶ τῶν λοιπῶν.

furorem, Jesu in Ægyptum fugam, indidem reditum, denique Archelaum. Et quomodo post hæc in publicum hominum conspectum prodiens Joannes, tricesimo ætatis Jesu anno, pœnitentiæ baptismum in deserto prædicaverit, atque inter alios illuc Jesus quoque venerit, ut abs Joanne in Jordane baptizaretur. Vides ergo in his contextum, et historicæ narrationis sequelam, quam Matthæus exponit, vir Syrus, professione vitæ publicanus, lingua Hebræus.

4. At Lucas celebri Antiochia genus trahebat, qua in urbe eruditissimi quique abs Ionibus se progenitos esse gloriantur. Sed præter insitum civibus hellenismum, aliquando magis profecerat in litteris Lucas, quia medicæ artis peritus erat. Et tamen talis cum esset, Evangelii scripturam ordiens, res primum Zachariæ et Elisabetæ narrat. Deinde Gabrielis ad Mariam apparitione subnexa, miras illas nativitates deinde ponit, nulla Josephi genealogiæ facta mentione. Postea duodecimum Jesu annum scribens, nondum ullam genealogiam memorat. Post Augusti vero tempora, Tiberio Romanorum imperium tenente, quinto decimo hujus anno, dicit Joannem in deserto prædicavisse pœnitentiæ baptismum in peccatorum remissionem: concionesque ejus exponit; et post hæc omnia, Jesu, inquit, baptizato et oranto cœlum aperiri contigit, et Spiritum columbæ specie descendere, atque illinc vocem deferri: « Tu es Filius meus dilectus, in quo mihi complacui. » Porro huc provectus, tanquam somno evigilans, genealogiæ intempestive, ut aliquis existimabit, mentionem infert: « Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, filius ut putabatur Josephi, qui fuit Heli, qui fuit Melchi, » et reliquorum.

ε'. Τίς τοιγαροῦν ἐν τούτοις οὐκ ἂν ἀπορήσειεν; εἰ Ματθαῖος μὲν λόγου σύνταξιν ἐπιστημόνως φαίνεται πεποιημένος, κατὰ καιρόν τε χρησάμενος τῇ γενεαλογίᾳ, Λουκᾶς δὲ εἰς τοσοῦτον ἥλαυνεν ἀπορίας, ὡς ὅτε μὲν ἐχρῆν κατὰ χώραν τὴν γενεαλογίαν ἐντάξαι, τηνικαῦτα παραλιπεῖν αὐτὴν, ἱστορίαν τε τοσαύτην ἐκθέμενον τὴν ἀπὸ τῆς γενέσεως τοῦ Χριστοῦ μέχρι τριάκοντα ἐτῶν, μηδένα καιρὸν ἐπιτήδειον συνιδεῖν τῆς κατ' αὐτὸν γενεαλογίας· νῦν δὲ ὅτε τριακονταέτης γεγονὼς πάρεισιν ἐπὶ τὸ Ἰωάννου βάπτισμα, παρὰ πάντα λόγον καὶ παρὰ καιρὸν, ὥσπερ τινὰ παρενθήκην εἰσάγει τῆς γραφῆς τὴν γενεαλογίαν. Ἀλλ' εἴ τίς γε αὐτῷ τοιαῦτα ἐμέμψατο, οὐκ ἂν ἠπόρησεν ἀποκρίσεως ὁ θεῖος εὐαγγελιστής· εἶπε δ' ἂν ὡς εἰκὸς θεΐά τινα καὶ σοφὰ καὶ τοῦ ἐν αὐτῷ θείου Πνεύματος ἐπάξια. Ἐγὼ δὲ ἡγοῦμαι αὐτὸν καὶ τὴν κατὰ σάρκα γένεσιν τοῦ Ἰησοῦ γενεαλογεῖν ἐθέλοντα, νῦν τοῦτο πεποιηκέναι· τοῦτο γὰρ εἰ κατὰ γνώμην ἔπραττεν, οὐκ ἠγνόει, ὅτε ἐχρῆν ταύτην ἐκθέσθαι. Ἐπειδὴ δὲ νῦν τῆς διὰ λουτροῦ ἀναγεννήσεως μέμνηται, Υἱὸν αὐτὸν εἰσάγων Θεοῦ, βούλεται ὡς ἐν ὑποδείγματι πα-

5. Quis ergo hoc loco non sit perplexus? siquidem Matthæum narrationis suæ compositionem scite fecisse apparet; Lucam autem tanta incogitantia fuisse, ut cum suo loco genealogiam collocare deberet, eam tunc prætermiserit: et cum tantam historiæ partem scripsisset, nempe a Christi nativitate usque ad tricesimum ejus annum, nullum inserendæ genealogiæ idoneum tempus agnoverit: sed nunc demum cum triginta jam annos natus ad Joannis baptismum accedit Christus, præter omnem rationem ac tempus, tanquam scripti insertum quoddam genealogiam inducat. Verumenimvero si quis illum sic reprehenderet, haud responsum suum desiderari pateretur divus evangelista; sed divina quædam, ut par est, et scita, et inhabitante divino Spiritu digna eloqueretur. Ego autem existimo ipsum Jesu carnalem quoque originem describere volentem, ita se gessisse. Et quia hoc ei propositum erat, haud ignorabat, generationem hujusmodi exponi oportere. Sed quoniam nunc de regeneratione per lavacrum

(46) Sic demonstrat Eusebius totam Antiochenorum litteraturam Græcam fuisse.

(47) Ita codex, prætermissis Matath et Levi.

Digitized by Google

loquitur, Jesumque ut Dei Filium exhibet ; idcirco hoc veluti exemplo demonstrare studet, quemlibet hominem in Deo regeneratum, etiamsi vere filius hominum habeatur ob carnem qua indutus est, non tamen cum sua natura in carnis genitoribus sistere, neque non ultra corporis procreatores excurrere : verum etiamsi filius hominis videatur ob corporis generationem, nihilominus haud alienum a Dei adoptione censeri. Existimo igitur ipsum tempestive et genealogiam scripsisse, et additamento dictionis *ut putabatur* usum. Consentaneum quippe erat, postquam de cœlo testimonium ad Jesum venerat: Tu es Filius meus dilectus, in te mihi complacui; jam inquam haud decebat, hominum filium, æque ac cæteros, ipsum appellare; sed additamentum adjicere opus fuit *ut putabatur*. Nam Dei quidem proclamatus fuit naturaliter filius, quidem putabatur, sed non erat naturaliter filius.

A ραστῆσαι ὅτι δὴ πᾶς ὁ ἐν Θεῷ ἀναγεννώμενος, κἂν ἀληθῶς υἱὸς ἀνθρώπων εἶναι νομίζοιτο δι' ἣν περίκειται σάρκα, ἀλλ' οὐχ ἱσταταί γε αὐτῷ τὰ τῆς γενέσεως εἰς τοὺς κατὰ σάρκα γονεῖς, οὐδὲ μέχρι τῶν τοῦ σώματος προπατόρων φθάνει· ἀλλ' εἰ καὶ νομίζοιτο ἀνθρώπων εἶναι υἱὸς διὰ τὴν τοῦ σώματος γένεσιν, ὅμως δ' οὖν οὐκ ἀλλότριος τῆς τοῦ Θεοῦ υἱοθεσίας καθέστηκε. Διὸ ἡγοῦμαι αὐτὸν κατὰ καιρὸν καὶ τῇ γενεαλογίᾳ κεχρῆσθαι, καὶ τῇ προσθήκῃ τῆς ὡς *ἐνομίζετο* φωνῆς. Καὶ γὰρ ἀκόλουθον ἦν, τῆς ἐξ οὐρανῶν μαρτυρίας φησάσης πρὸς τὸν Ἰησοῦν, Σὺ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν σοὶ εὐδόκησα, μηκέτι καὶ ἀνθρώπων ὁμοίως αὐτὸν ἀναγορεῦσαι υἱὸν, μετὰ δὲ τῆς ὡς *ἐνομίζετο* προσθήκης· Θεοῦ μὲν γὰρ ἀνεκηρύχθη υἱὸς εἶναι φύσει, ἀλλ' οὐχ ὡς *ἐνομίζετο*· τοῦ δὲ Ἰωσὴφ ἐνομίζετο, ἀλλ' οὐ φύσει υἱὸς ἦν.

non autem *ut putabatur* : secus autem Josephi

6. Quæ cum ita se habeant, videor mihi sic rationem reddidisse, cur Matthæus scripturam suam exordiens, ante Mariæ conceptum, et ante carnalem Jesu generationem, tempestive in sua historia carnalem genealogiam præposuerit. Propterea generationes quoque deorsum ducit, descensum a meliore statu innuens illius de quo agit : etenim incarnatum Dei Verbum reapse descendit, quia cum in forma Dei esset exinanivit semetipsum formam servi accipiens. At vero Lucas, siquidem, æque ac Matthæus, Verbi in carne adventum demonstraturus fuisset, ipse quoque omnino generis historiam scripsisset circa conceptionis aut certe nativitatis tempus; ordinatimque a senioribus exordiens, ad postremos descendisset. Sed quia haud secundum Matthæi mentem narrationem suam explicuit, merito tempus illud transcendens, ad baptismi regenerationem contendit : atque hoc loco contrariam exponit generationum successionem : subgradiens simul a postremis ad primos, simulque vitans commemoratorum a Matthæo reorum peccatorumque virorum mentionem : quandoquidem regeneratus in Deo, fit alienus a carnali origine, et a peccatoribus secundum carnem patribus, postquam Dei filius est effectus, et omnium qui secundum Deum inculpate vixerunt. Sic Abrahamo quoque dictum fuit : « Tu vero abibis ad patres tuos. » Quibus verbis haud carnales parentes sed illi qui secundum Deum pietate ei similes fuerunt, quasi ænigmate denotantur.

B ς'. Ὧν οὕτως ἐχόντων, δοκῶ μοι καὶ οὕτως τὸν λογισμὸν ἀποδεδωκέναι, καθ' ὃν ὁ μὲν Ματθαῖος ἀρχόμενος τῆς ἑαυτοῦ γραφῆς, πρὸ τῆς συλλήψεως τῆς Μαρίας, καὶ πρὸ τῆς ἐνσάρκου γενέσεως τοῦ Ἰησοῦ, κατὰ καιρὸν ὡς ἐν ἱστορίᾳ προτάττει τὴν κατὰ σάρκα γενεαλογίαν· διὸ καὶ τὰ γένη κατάγει, κάθοδον ἀπὸ τῶν κρειττόνων αἰνιττόμενος τοῦ δηλουμένου· σαρκούμενος γὰρ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ κατῆλθεν, ὅτι δὴ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων ἐκένωσεν ἑαυτὸν μορφὴν δούλου λαβών· ὁ δὲ Λουκᾶς, εἰ μὲν ὁμοίως τῷ Ματθαίῳ τὴν ἔνσαρκον ἔμελλεν αὐτοῦ παρουσίαν δηλοῦν, πάντως ἂν ἐχρήσατο καὶ αὐτὸς τῇ τοῦ γένους ἱστορίᾳ, κατὰ τὸν τῆς συλλήψεως ἢ τῆς ἀποτέξεως καιρόν· καὶ ἀκολούθως ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἀρξάμενος, κατῆλθεν ἐπὶ τοὺς τελευταίους· ἐπεὶ δὲ οὐ κατὰ τὴν αὐτὴν τῷ C Ματθαίῳ διάνοιαν ἐξέθετο τὴν διήγησιν, εἰκότως τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ καιρὸν ὑπερβάς, ἐπὶ τὴν ἀναγέννησιν τὴν διὰ λουτροῦ παραγίνεται· καὶ ἐνταῦθα τὴν ἐναντίαν ἐκτίθεται τῶν γενῶν διαδοχήν, ὁμοῦ καὶ ἀνάγων ἀπὸ τῶν ὑστάτων ἐπὶ τὰ πρῶτα, ὁμοῦ καὶ τὴν μνήμην τῶν παρὰ τῷ Ματθαίῳ ὑπαιτίων καὶ ἁμαρτωλῶν ἀνδρῶν ἀποσειόμενος, ἐπειδήπερ ὁ παρὰ τῷ Θεῷ ἀναγεγεννημένος, ἀλλότριος καθίσταται τῆς ἐνσάρκου γενέσεως καὶ τῶν κατὰ σάρκα ἁμαρτωλῶν πατέρων, Υἱὸς ἀποφαινόμενος Θεοῦ, καὶ πάντων τῶν κατὰ Θεὸν ἀνεπιλήπτως βεβιωκότων· οὕτω καὶ τῷ Ἀβραὰμ εἴρητο· « Σὺ δὲ ἀπελεύσῃ πρὸς τοὺς πατέρας σου· » οὐ τοὺς κατὰ σάρκα, τοὺς δὲ ἐν Θεῷ διὰ τὴν εὐσεβείας ὁμοιοτροπίαν αἰνιττομένου τοῦ λόγου.

7. Merito ergo Lucas, utpote qui regenerationem narrat, haud eadem qua Matthæus via incedit. Quamobrem neque Salomonis neque Uriæ uxoris, neque Thamaræ, neque Ruthæ, neque Jechoniæ, neque his interjectorum haud absque criminatione virorum facit recensionem, sed per alios inculpatos graditur; et quidem a propheta Nathano regeneratum suum derivat. Et ille quidem apud Matthæum secundum carnem genitus, filius erat Abrahami, ex hoc videlicet deducta genealogia, quia primo Abrahamo facta fuit promissio gentium benedictio-

D ζ'. Εἰκότως τοιγαροῦν ὁ Λουκᾶς, ἅτε τὴν ἀναγέννησιν ἱστορῶν, οὐ τὴν αὐτὴν ὁδεύει τῷ Ματθαίῳ· οὔτε οὖν τοῦ Σολομῶνος καὶ τῆς Οὐρίου, οὐ τῆς Θάμαρ, οὐ τῆς Ῥούθ, οὐ τοῦ Ἰεχονίου καὶ τῶν μεταξὺ διαβεβλημένων ἀνδρῶν τὴν παράθεσιν πεποίηται, ἀλλὰ δι' ἑτέρων ἀνεπιλήπτων ἄνεισι, καὶ δὲ καὶ ἐκ τοῦ προφήτου Νάθαν τὸν ἀναγεγεννημένον εἰσάγει. Καὶ ὁ μὲν παρὰ τῷ Ματθαίῳ κατὰ σάρκα γεγεννημένος, υἱὸς ἦν Ἀβραὰμ, ἐντεῦθεν γενεαλογούμενος, ἐπειδήπερ τῷ Ἀβραὰμ πρώτῳ ἡ ἐπαγγελία δέδοτο τῆς τῶν ἐθνῶν εὐλογίας, οὐκ ἄλλως ἢ διὰ τοῦ ἐκ σπέρμα-

Digitized by Google

τος αὐτοῦ προελευσομένου γενησομένη. Ὁ δὲ ἐν Θεῷ ἀναγεγεννημένος, ἑτέρους πατέρας τοὺς κατὰ Θεὸν ἐπιγραψάμενος, οὐδ' αὐτοὺς ἀληθῶς ἐσχηκώς, ἀλλ' ὡς ἐνομίζετο διὰ τὴν τῶν ἠθῶν ὁμοιοτροπίαν, ἄνεισιν ἐπὶ τὸν ἀληθῆ Πατέρα μετὰ πάντας χρηματίσας Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' οὗτος μὲν ἐν ἀπορρήτοις ἡμῖν ἀποδόσθω ὁ λόγος. Ἵνα δὲ μή τις ἡμᾶς εὑρεσιλογεῖν ὑπολάβοι, καὶ ἱστορίᾳ χρήσομαι παλαιοτάτῃ παρ' ἧς ἔστι τὴν λύσιν εὑρεῖν τῆς νενομισμένης παρ' ἀμφοτέροις τοῖς εὐαγγελισταῖς διαφωνίας. Τῆς δὲ ἱστορίας γέγονε συγγραφεὺς Ἀφρικανὸς, ἀνὴρ λόγιος καὶ τοῖς ἀπὸ τῆς ἔξωθεν παιδείας ὁρμωμένοις ἐπιφανής· οὗ πρὸς ἄλλοις πολλοῖς καὶ καλοῖς λόγοις, καὶ ἐπιστολὴ φέρεται πρὸς Ἀριστείδην περὶ τῆς νενομισμένης τῶν εὐαγγελιστῶν περὶ τὴν Χριστοῦ γενεαλογίαν διαφωνίας· ἔχει δ' οὕτως.

A nis, quæ haud aliter quam per semen ex eo proventurum eventura erat. At ille in Deo regeneratus, alios sibi patres secundum Deum inscribens, haud equidem veros patres, sed ita putatos propter morum similitudinem, ad verum Patrem post omnes sursum tendit, Filius Dei exsistens. Atque hactenus de arcano a nobis sensu dictum sit. Ne vero nos quisquam hæc proprio ingenio excogitare putet, antiquissimam historiam proferam, apud quam comperire est solutionem putatæ inter duos evangelistas dissonantiæ. Historiæ hujus auctor Africanus est, vir eruditus, et inter extera doctrina imbutos illustris, cujus præter cæteros multos egregios libros, epistola quoque habetur ad Aristidem de putata evangelistarum circa Christi geneaB logiam dissonantia, quæ ita se habet.

ΑΦΡΙΚΑΝΟΥ (48).

η'. Οὐκ ἀκριβῶς μέντοι τινὲς λέγουσιν, ὅτι δικαίως γέγονεν ἡ διάφορος αὕτη τῶν ὀνομάτων καταρίθμησίς τε καὶ ἐπιμιξία, τῶν τε ἱερατικῶν, ὡς οἴονται, καὶ τῶν βασιλικῶν, ἵνα δειχθῇ δικαίως ὁ Χριστὸς ἱερεύς τε καὶ βασιλεὺς γενόμενος· ὥσπερ τινὸς ἀπειθοῦντος ἢ ἑτέραν ἐσχηκότος ἐλπίδα, ὅτι ὁ Χριστὸς ἀρχιερεύς ἐστι Πατρὸς, τὰς ἡμετέρας πρὸς αὐτὸν εὐχὰς ἀναφέρων, καὶ βασιλεὺς ὑπερκόσμιος, οὓς ἠλευθέρωσε νέμων τῷ Πνεύματι, συνεργὸς εἰς τὴν διακόσμησιν τῶν ὅλων γενόμενος. Καὶ τοῦτο ἡμῖν προσήγγειλεν οὐχ ὁ κατάλογος τῶν φυλῶν, οὐχ ἡ μίξις τῶν ἀναγράπτων γενῶν, ἀλλὰ πατριάρχαι καὶ προφῆται. Μὴ οὖν κατίωμεν εἰς τοσαύτην θεοσεβείας σμικρολογίαν, ἵνα τῇ ἐναλλαγῇ τῶν ὀνομάτων, τὴν Χριστοῦ βασιλείαν καὶ ἱερωσύνην συνιστῶμεν· ἐπεὶ τῇ Ἰούδα φυλῇ τῇ βασιλικῇ, ἡ τοῦ Λευὶ φυλὴ ἱερατικὴ συνεζύγη, τοῦ Ναασσὼν ἀδελφὴν τὴν Ἐλισάβετ Ἀαρὼν ἀξαμένου, καὶ πάλιν Ἐλεάζαρ τὴν θυγατέρα Φατιήλ, καὶ ἐνθένδε παιδοποιησαμένων. Ἐψεύσαντο οὖν οἱ εὐαγγελισταὶ, συνιστάντες οὐκ ἀλήθειαν, ἀλλ' εἰκαζόμενον ἔπαινον· καὶ διὰ τοῦτο ὁ μὲν διὰ Σολομῶνος ἀπὸ Δαυὶδ ἐγενεαλόγησεν τὸν Ἰακὼβ τὸν τρῶ Ἰωσὴφ πατέρα· ὁ δὲ Νάθαν τοῦ Δαυὶδ, τὸν Ἡλεὶ τὸν τοῦ Ἰωσὴφ ὁμοίως ἄλλων πατέρα· καίτοι ἀγνοεῖν αὐτοὺς οὐκ ἐχρῆν, ὡς ἑκατέρα τῶν κατηριθμημένων τάξις, τὸ τοῦ Δαυὶδ ἐστι γένος, ἡ τοῦ Ἰούδα φυλὴ βασιλική. Εἰ γὰρ προφήτης ὁ Νάθαν, ἀλλ' οὖν καὶ Σολομὼν, ὅ τε τούτων πατὴρ ἑκατέρου· ἐκ πολλῶν δὲ φυλῶν ἐγίνοντο προφῆται, ἱερεῖς δὲ ἐξ οὐδεμιᾶς (49) τῶν δώδεκα φυλῶν, μόνοι δὲ Λευῖται. Μάτην αὐτοῖς ἄρα πέπλασται τὸ ἐψευσμένον· μηδὲ κρατοίη τοιοῦτος ὁ λόγος ἐν Ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ [κατὰ] ἀκριβοῦς ἀληθείας, ὅτι ψεῦδος σύγκειται εἰς αἶνον καὶ δοξολογίαν Χριστοῦ· τίς γὰρ οὐκ οἶδε κἀκεῖνον τὸν ἱερώτατον τοῦ Ἀποστόλου λόγον κηρύσσοντος καὶ διαγγέλλοντος τὴν ἀνάστασιν τοῦ Σωτῆ-

C

D

AFRICANI.

8. Haud accurate quidam aiunt, provide factam esse differentem hanc nominum enumerationem et permistionem sacerdotalium, ut putant, et regalium virorum, ut ostenderetur merito Christus rex simul atque sacerdos : quasi aliquis de hoc dubitet, aut aliam spem habeat, nempe quin Christus æternus sit apud Patrem pontifex, preces nostras ei offerens : rex autem supermundialis, quos liberavit pascens Spiritu, cooperator effectus in omnium rerum ordinatione. Idque nobis exploratum fecit non tribuum catalogus, neque perscriptarum generationum mistio, sed patriarchæ atque prophetæ. Caveamus igitur a minuto hujusmodi religionis artificio, ut nominum permutatione Christi regnum ac sacerdotium comprobare velimus. Nam et alioqui regali Judæ tribui sacerdotalis Levi tribus facta erat affinis, ex quo Naassonis sororem Elisabetam duxit Aaron uxorem [66], rursusque Eleazar Phatihelis filiam [66], prole inde suscepta. Ergo evangelistæ mentiti sunt, dum non veritatem asserunt, sed simulatam laudem : cujus rei causa, alter quidem per Salomonem a Davide Jacobi stirpem traxit, qui fuit Josephi pater : alter autem a Nathano Davidis filio Helim deduxit Josephi pariter, sed alia ratione, patrem. Atqui eos ignorare non oportebat, utrumque numeratorum hominum ordinem, genus esse Davidis, Judæ nempe regiam tribum. Etiamsi enim propheta Nathanus fuit, et quidem etiam Salomon, et horum utriusque parens (David) : ex multis sane tribubus exstitere prophetæ ; sed tamen sacerdotes nulli fuerunt ex nulla duodecim tribuum, sed soli Levitæ. Frustra igitur composita ab illis fuit hæc falsitas ; neque prævalebit hujusmodi sermo in Christi Ecclesia contra accuratam veritatem, nempe ut mendacium consarcinetur ad

[66] Exod. VI, 23. [66] ibid. 25.

(48) Diximus col. 899, adn. 12, Africani epistolam, quam Eusebius *Hist. eccl.* I, 7, acephalam dederat, a nostra epitome feliciter partim sarciri. Nunc isto in fragmento integriore ac primitivo prædictæ epistolæ prior pars omnino cumulatur. Hujus ergo ad Africani epistolam præclari additamenti meminisse oportet eos, qui novas aliquando editiones curabunt. Etenim in Veneti quoque Gallandii diligentissimi hominis *Bibliotheca Patrum* t. II, p. 358, acephala est hæc epistola, quia caput ejus adhuc linteis codicum obvolutum erat.

(49) In epitome codex habet omnino οὐ δεῖνες, sed veram nunc vides lectionem ἐξ οὐδεμιᾶς.

Digitized by Google

Christi laudem atque prædicationem. Quis vero et illa nescit sacratissima Apostoli verba resurrectionem Servatoris nostri prædicantis atque nuntiantis, reique veritatem magno cum pavore affirmantis dum ait [66] : Si Christum resurrexisse quidam negant, nos autem asserimus atque credimus, speramus ac prædicamus, falsi testes Dei sumus, quod suscitaverit Christum, quem non suscitavit. Quod si adeo hic qui Deum Patrem honorat, ne mendax videatur, timet, quia rem miram narrat ; cur non merito timeat quisquis falso sermone veritatem vult stabilire, non veram sententiam concinnans ? Nam si generationes abluderent, nihilque germani seminis ad Josephum conferretur, sed ea res ad fulcimen tantummodo nasciturі dicta esset, nempe quod rex atque sacerdos foret is qui venturus erat, deficiente probatione, totoque orationis ornatu in futilem hymnum desinente, nullam hinc laudem Deo accedere exploratum fit, quia totum mendacium est ; sed damnationem potius dicenti conflari, quia quod nihil est, aliquid esse jactavit.

ρος ἡμῶν, καὶ διϊσχυριζομένου τὴν ἀλήθειαν, μεγάλῃ φόβῳ λέγοντος, ὅτι εἰ Χριστὸν λέγουσί τινες μὴ ἐγηγέρθαι, ἡμεῖς δὲ τοῦτο καὶ φαμὲν καὶ πεπιστεύκαμεν, καὶ αὐτὸ καὶ ἐλπίζομεν καὶ κηρύσσομεν, καταψευδομαρτυροῦμεν τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἤγειρε τὸν Χριστὸν ὃν οὐκ ἤγειρεν· εἰ δὲ οὕτως ὁ δοξολογῶν Θεὸν Πατέρα, δέδοικε μὴ ψευδολόγος δοκοίη, ἔργον παράδοξον διηγούμενος, πῶς οὐκ ἂν δικαίως φοβηθείη, ὅτι διὰ ψευδολογίας ἀληθείας σύστασιν πορίζομενος, δόξαν οὐκ ἀληθῆ συντιθείς ; Εἰ γὰρ τὰ γένη διάφορα, καὶ μηδὲν καταφέρει γνήσιον σπέρμα ἐπὶ τὸν Ἰωσήφ, εἴρηται δὲ μόνον εἰς σύστασιν τοῦ γεννηθησομένου, ὅτι βασιλεὺς καὶ ἱερεὺς ἔσται ὁ ἐσόμενος, ἀποδείξεως μὴ προσούσης, ἀλλὰ τῆς τῶν λόγων σεμνότητος εἰς ὕμνου ἀδρανῆ φερομένης, δῆλον ὡς τοῦ Θεοῦ μὲν ὁ ἔπαινος οὐχ ἅπτεται, ψεῦδος ὢν· κρίσις δὲ τῷ εἰρηκότι, τὸ οὐκ ὄν, ὡς ὂν κομπάσαντι (50).

[66] I Cor. xv, 12-15.

9. Davidem Matthæus quoque ante alios in ordine posuit in sua genealogia, quia Davidi primo solique firmo jurejurando prædixerat Deus fore ut ex illo nasceretur secundum carnem Christus. Scriptum est igitur : « Juravit Dominus Davidi veritatem, et non frustrabitur eam : de fructu ventris tui ponam super thronum tuum [67]. » Et rursus : « Juravi Davidi servo meo, usque in æternum parabo semen tuum [68]. » Et in Paralipomenis : « Cumque completi fuerint dies tui, ut dormias cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, eritque filius de ventre tuo, et stabiliam regnum ejus : ipse mihi ædificabit domum, et erigam thronum ejus usque in sempiternum. Ego ero illi Pater, et ipse mihi filii instar [69]. » Similia his in secundo quoque Regnorum libro scribuntur [70]. Sed ea quidem ad Salomonem trahi queunt ; verum hæc quæ in manibus sunt, nihil prorsus ad Salomonem attinere, sic licet cognoscere. Multis post Salomonis obitum annis prophetans Isaias, hæc de futuro ex Davidis semine vaticinabatur : « Egredietur virga de radice Jessæ (fuit hic Davidis parens), et flos de radice ejus ascendet. Et erit radix Jessæ, et qui consurgit ad imperandum gentibus : in ipso gentes sperabunt [71]. » De promisso autem Davidi throno tale oraculum est : « Parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis, cujus principatus super humerum ejus : vocaturque nomen ejus magni consilii Angelus. Magnus est principatus ejus, et pacis ejus non est terminus : super solium Davidis et regnum ejus, ut id constituat [72]. » In suprascriptis itaque dicitur quidem ex radice Jessæ et ex Davide surrecturus aliquis, non tam ad regnandum

ἡμέρᾳ τῆς Παρασκευῆς παρεκάθηντο ἀντικρὺ τοῦ
μνήματος· διὸ καὶ θᾶττον ὁρῶσι πρῶτον μὲν τὸν τῶν
ἀγαθῶν ἄγγελον, εἶτα καὶ αὐτὸν τὸν τῆς ζωῆς ἀρχη-
γόν. Ἡ δὲ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, καὶ αὕτη τὸ μὲν πρῶ-
τον τοὺς ἀγγέλους, μετὰ δὲ τούτους καὶ αὐτὸν τὸν
Σωτῆρα θεωρεῖ· οὐ μὴν ἀρώματα ἔφερον αὗται, οὐδὲ
περὶ ταύτην κατεγίνοντο τὴν σπουδήν. Αἱ δὲ ἀπὸ τῆς C
Γαλιλαίας ἀκολουθήσασαι αὐτῷ γυναῖκες, πολλαὶ οὖσαι
κατὰ τὸν Λουκᾶν, τῇ μὲν Παρασκευῇ ὑποστρέψασαι,
ἡτοίμασαν τὰ ἀρώματα, ἅτε δὴ μηδὲν μηδέπω προ-
μαθοῦσαι περὶ της ἀναστάσεως. Διὸ ταύταις μὲν δύο
ἄνδρες ἐν ἐσθῆτι ἀστραπτούσῃ φαίνονται καὶ τὴν ἀνά-
στασιν εὐαγγελίζονται. Οὐκέτι δὲ αὐταῖς ὁ Σωτὴρ
ὤφθη, ὥσπερ οὖν τῇ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ καὶ ταῖς παρὰ
τῷ Ματθαίῳ· ὥστε ἰδιάζουσαν ἡγεῖσθαι προσήκει
τὴν ἱστορίαν. Κατὰ δὲ τὸν Μάρκον λίαν πρωῒ τῇ μιᾷ
τῶν Σαββάτων ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἀνατείλαντος
τοῦ ἡλίου ἄλλαι πάλιν αὗται, καὶ ἐν ἑτέρῳ καιρῷ
πάλιν, αἳ καὶ ἔλεγον πρὸς ἑαυτὰς, « Τίς ἀποκυλίσει
ἡμῖν τὸν λίθον; » καὶ ἔρχονται, καὶ εὑρίσκουσιν ἀπο-
κεκυλισμένον, καὶ εἰσελθοῦσαι εἶδον νεανίσκον· ἔνθα
πάλιν ἐπὶ τοῦ Λουκᾶ ἄνδρες ἀλλ' οὐκ ἄγγελοι, οὕτω D
ὡς καὶ νῦν οὐκ ἄγγελος ὠνόμασται, ἀλλὰ νεανίσκος·
ὥστε καὶ ταύτην ἀφωρισμένην εἶναι τὴν διήγησιν,
καὶ τὸν ὀφθέντα ἕτερον, καὶ τὰς ἀφικομένας ἄλλας,
καὶ τὸν καιρὸν ὁμοίως τὸν μετὰ ἡλίου ἀνατολάς· ὃς
εἰ μὲν καὶ παρὰ τῷ Λουκᾷ τερήτητο, εὐλόγως ἂν τις
τοὺς παρ' αὐτῷ δύο ἄνδρας ἀπῄτει, καὶ τοὺς αὐτοὺς
λόγους. Εἰ δ' ὁ Λουκᾶς τὸν πρὸ ἡλίου ἀνατολῆς καιρὸν προῦλαβεν, εἰκότως καὶ τοὺς τότε ὀφθέντας δύο ἄν-
δρας, ἀλλ' οὐ τὸν νεανίσκον ἱστορεῖ.

mentum venerunt mulieres, parata ferentes aromata, diversæ ab iis erunt quæ apud Matthæum ac Joannem memorantur. Neque enim rationabile est, Marias quæ talia ante viderant, nunc primum aromata deferre, quasi nondum resurrectionem novissent. Manifeste videlicet his quæ dicit denotat, quod et visi angeli diversi fuerint ab antea spectatis; et locus ubi sunt visi, item diversus; neque enim intra monumentum erant, ut Joannes docuit; neque lapidi insidentes, ut ille apud Matthæum angelus: neque angelos diserte appellavit eos Lucas, sed duos viros, quanquam ipsos quoque in veste fulgente, ob solemnitatis indicium: item horum sermones ad mulieres sunt peculiares: et mulieres plures numero sunt, quam duæ apud Matthæum Mariæ, sed illæ omnino quæ Jesum comitatæ fuerant ex Galilæa. Et hæ quidem segniores, neque par studium præ se ferentes illis quæ noctu perseveraverant apud sepulcrum assiduæ. Contestatur vero Matthæus Magdalenæ et alteri Mariæ vigorem multum atque constantiam, dicens post Servatoris passionem sic: « Erat autem ibi Maria Magdalene, et altera Maria, sedentes contra sepulcrum. » Sed hæ quidem ipsa die Parasceves sedebant coram sepulcro: ideoque et celerius vident boni eventus nuntium, deinde ipsum vitæ auctorem. Illa vero apud Joannem, et ipsa quoque primo videt angelos, et postea Servatorem ipsum: neque hæ tamen aromata ferebant, neque ob eam rem curandam iverant. Sed illæ demum quæ ex Galilæa Jesum subsecutæ fuerant, multæque apud Lucam feruntur, die Parasceves de loco reversæ, paraverunt aromata, quippe quæ nullum resurrectionis indicium cognoverant. Idcirco his duo viri in veste fulgente astant, nuntiantque resurrectionem. Nondum his tamen Servator apparuit, sicut illi apparuerat apud Joannem, et illis apud Matthæum; ita ut peculiarem hanc oporteat historiam existimare. Denique secundum Marcum valde mane una Sabbatorum veniunt ad monumentum orto jam sole. Aliæ pariter hæ sunt, alioque pariter tempore; quæ et dicebant ad invicem: « Quis revolvet nobis lapidem? » veniuntque, et revolutum comperiunt, et ingressæ juvenem vident; ita ut hæc etiam diversæ rei narratio sit, et alius qui visus est, et aliæ quæ venerunt, et similiter diei tempus post solis ortum: quæ temporis notatio si eadem apud Lucam fieret, recte lector a Marco requireret et viros duos, et eosdem sermones. Nunc cum Lucas diei horam ante solis ortum præoccuparit, merito et illos qui visi sunt duos viros dicit, non autem unum juvenem narrat.

Z'.

(66) Τεττάρων δὲ ὄντων τῶν εὐαγγελιστῶν, ἰσάριθμοι τούτων καὶ αἱ πρὸς αὐτῶν ἀναγραφεῖσαι φαίνονται ὀπταδίαι· οἵ τε καιροὶ τέσσαρες, καὶ οἱ καθ'

VII.

Jam quia quatuor evangelistæ sunt, pari numero comperimus apud ipsos scriptas visiones; tempora item quatuor; et illi item qui singulis temporibus

(66) Cod. A, f. 313.

Digitized by Google

apparuerunt, singulares sunt : diversæ quoque videntes mulieres, et apparentium ipsis sermones variant. Primum fuit tempus quod scribit Matthæus, sero Sabbatorum dicens. Quartum et ultimum apud Marcum orto jam sole decurrens. Media sunt tempora apud Joannem atque Lucam. Propterea et visi angeli peculiares sunt. Nam sero Sabbatorum, angelus unus ex monumento, post quem et ipse Servator. Mane autem dum tenebræ adhuc essent, intra monumentum angeli duo; post quos denuo Servator. Valde mane vero alii secundum Lucam duo viri nominati, haud intra monumentum conspecti. Demum postremus omnium juvenis qui venientibus orto sole mulieribus se obtulit. Si ergo unum cuncti idemque tempus scripsissent, eumdemque designassent locum, neque tamen easdem apparitiones exposuissent, merito fortasse aliquis censuram exerceret. Sed cum tempora distinxerint, et unicuique tempori locum proprium accommodaverint, sequitur ut diversas quoque apparitiones descripserint. Sicut contra, si unam cuncti apparitionem commemorassent, unumque dixissent angelum, aut duo concorditer angelos, vel item duos viros, aut juvenem unum; tum deinde tempora variassent, nec unum denotassent locum, ita quoque reprehensioni locus esset. Nunc sermo præcipuus et invariabilis manet, diversis temporibus locisque variantes visiones sistens, et harum spectatrices, item diversas, duas illas priores diversas a secunda, tertiasque similiter a quartis differentes. Nimirum post juvenis cum postremis mulieribus colloquium, quarum nomina non ponuntur, pergit dicere Marcus : « Quo audito fugerunt, et nemini quidquam dixerunt, timebant enim. » Hæ nempe fuerunt ejusmodi, pavidæ ac nimis formidolosæ, in tantum ut ne juveni quidem auscultarint dicenti eis : « Ite et dicite discipulis ejus et Petro : Ecce præcedit vos in Galilæam. » His enim auditis sermonibus, contrarium fecerunt. At illæ apud Lucam, de monumento reversæ, nuntiaverunt hæc omnia undecim. Similiter et apud Joannem mulier venit ad discipulos, rerum quas viderat nuntia. Solæ illæ apud Marcum postremæ supervenientes, vereque serotinæ, ita ut post ortum illuc pervenerint, neque Servatorem videre dignæ fuerunt, neque unum fulgentem angelum, neque duos intra monumentum, neque illos quos viros dicit Lucas : quemdam tantummodo juvenem aspexerunt candida stola coopertum, congruam exiguæ ipsarum menti visionem consecutæ : et hunc albatum festi causa spectantes, tamen admiratæ sunt; sic enim de his Marcus testatur; quanquam in prioribus nulla stuporis mentio est. Age vero, Magdalenam constanter in loco perseverantem, credibile est non priores tantum apparitiones vidisse angelorum qui sibi uni occurrerant, sed et illum apud Marcum reliquis mulieribus conspectum juvenem. Idem dicas licet etiam de historia apud Lucam, qui post multarum mulierum adventum, et post duo-

A ἕκαστον καιρὸν ὀφθέντες, ἰδιάζοντες· ὁμοίως δὲ καὶ αἱ θεώμεναι, διάφοροι· καὶ οἱ τῶν ὀφθέντων αὐτοῖς λόγοι, διαλλάττοντες. Πρῶτος μὲν γὰρ ἦν καιρὸς ὁ παρὰ τῷ Ματθαίῳ ὀψὲ Σαββάτων λεγόμενος· τέταρτος δὲ καὶ τελευταῖος ὁ παρὰ τῷ Μάρκῳ ἡλίου ἀνατείλαντος ἱστορηθείς· μέσοι δὲ ὅ τε παρὰ τῷ Ἰωάννῃ καὶ ὁ παρὰ τῷ Λουκᾷ· διὸ καὶ οἱ ὀφθέντες κατὰ καιρὸν ἰδιάζοντες. Ὀψὲ μὲν γὰρ Σαββάτων ἄγγελος εἷς ἐκ τοῦ μνήματος· μεθ' ὃν καὶ αὐτὸς ὁ Σωτήρ· πρωῒ δὲ ἔτι σκοτίας οὔσης, εἴσω τοῦ μνήματος ἄγγελοι δύο· μεθ' οὓς πάλιν ὁ αὐτὸς Σωτήρ. Ὄρθρου δὲ βαθέος ἕτεροι κατὰ τὸν Λουκᾶν δύο ἄνδρες ὠνομασμένοι οὐκ εἴσω τοῦ μνήματος ὀφθέντες. Εἶθ' ὕστερον ἁπάντων ὁ νεανίσκος, ὁ ταῖς ἡλίου ἀνατείλαντος ἀφικομέναις τεθεαμένος. Εἰ μὲν οὖν ἕνα καιρὸν εἰρηκότες οἱ B πάντες καὶ τὸν αὐτὸν ἀναγράψαντες τόπον, οὐ τὰς αὐτὰς ἐπιφανείας ἐδήλουν, κἂν εὐλόγως ἂν τις ἐμέμψατο. Εἰ δ' ἀφώρισαν τοὺς χρόνους, ἑνιαυτόν τε καθ' ἕκαστον χρόνον, καὶ τόπον ἰδιάζοντα, ἀκολούθως δὲ διαφόρους καὶ τὰς ὀπτασίας ἀνέγραψαν. Ὡς εἴπερ ἦσαν μιᾶς μὲν οἱ πάντες ἐπιφανείας μνημονεύσαντες, καὶ ἕνα φάντες ἄγγελον ὦφθαι ἢ δύο συμφώνως ἀγγέλους εἰρηκότες, ἢ αὖ πάλιν δύο ἄνδρας ἢ νεανίσκον ἕνα· εἶτα τοὺς καιροὺς διήλλαττον, ἢ μὴ τοὺς αὐτοὺς ἐδήλουν τόπους, ἦν ἂν καὶ οὕτω μέμψασθαι. Νῦν δ' ὁ λόγος ἀκριβὴς μένει καὶ ἀδιάβλητος ἐπὶ καιροῖς διαφόροις καὶ τόποις ἐναλλαττούσας τὰς ὀπτασίας εἰσάγων, καὶ τὰς τούτων θεωρούς πάλιν διαφόρους, ἑτέρας μὲν τὰς δύο πρώτας, παρὰ τὴν δευτέραν· καὶ τὰς τρίτας ὡσαύτως ἑτέρας τῶν τετάρτων. Αὐτίκα δ' οὖν μετὰ C τὴν τοῦ νεανίσκου πρὸς τὰς τελευταίας γυναῖκας ὁμιλίαν, ὧν τὰ ὀνόματα οὐκ ἐμφέρονται, ἐπιλέγει ὁ Μάρκος· « Καὶ ἀκούσασαι ἔφυγον, καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον, ἐφοβοῦντο γάρ· » αὗται μὲν οὖν τοιαῦται καὶ ἔμφοβοι, καὶ λίαν δειλαί, ὡς μηδὲ πεισθῆναι τῷ νεανίσκῳ φάντι πρὸς αὐτάς· « Ὑπάγετε καὶ εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ καὶ τῷ Πέτρῳ, Ἰδοὺ προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν· » τούτων γὰρ ἀκούσασαι τῶν λόγων, τοὐναντίον διεπράξαντο· αἱ δὲ παρὰ τῷ Λουκᾷ ἀποστρέψασαι ἀπὸ τοῦ μνήματος ἀπήγγειλαν ταῦτα πάντα τοῖς ἕνδεκα. Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ ἔρχεται πρὸς τοὺς μαθητὰς ἀπαγγέλλουσα ἃ ἑώρακε. Μόναι δὲ αἱ παρὰ τῷ Μάρκῳ πασῶν ὕσταται ἐλθοῦσαι, καὶ ἀληθῶς ὀψισθεῖσαι, ὡς μετὰ ἀνατολὴν ἡλίου D ἐπιστῆναι, οὔτε τὸν Σωτῆρα θεάσασθαι καταξιοῦνται, οὔτε τὸν ἄγγελον τὸν ἐξαστράπτοντα, οὔτε τοὺς δύο τοὺς εἴσω τοῦ μνήματος, οὔτε τοὺς δύο τοὺς παρὰ τῷ Λουκᾷ ἄνδρας· ψιλὸν δέ τινα νεανίσκον εἶδον περιβεβλημένον στολὴν λευκὴν, ἀναλόγως τῇ τῆς διανοίας αὐτῶν σμικρότητι τὴν ὀπτασίαν ἰδοῦσαι· καὶ τοῦτον δὲ λευχείμονα τῆς ἑορτῆς χάριν θεασάμεναι, ὅμως ἐθαυμάσθησαν· τοῦτο γὰρ ἐμαρτύρησεν αὐταῖς ὁ Μάρκος· καίτοιγε ἐπὶ τῶν προτέρων μεδαμοῦ τοῦ θάμβους ὠνομασμένου. Τὴν Μαγδαληνὴν δὲ σχολάζουσαν καὶ προσκαρτεροῦσαν, εἰκὸς οὐ μόνον τὰς πρώτας ὄψεις τεθεᾶσθαι τῶν αὐτῇ μόνῃ ὀφθέντων, ἀλλὰ καὶ τὸν παρὰ τῷ Μάρκῳ ταῖς λοιπαῖς γυναιξὶν ἑωραμένον νεανίσκον. Ταὐτὸν δ' ἂν εἴποις

Digitized by Google

καὶ ἐπὶ τῆς κατὰ τὸν Λουκᾶν ἱστορίας, ὃς μετὰ τὴν ἄφιξιν τῶν πολλῶν γυναικῶν, καὶ μετὰ τὴν θέαν τῶν ὀφθέντων αὐταῖς δύο ἀνδρῶν διηγεῖται λέγων· « Καὶ ἀποστρέψασαι ἀπὸ τοῦ μνημείου ἀπήγγειλαν ταῦτα πάντα τοῖς ἕνδεκα· » οἷς ἐπιφέρει, « Ἦσαν δὲ ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία, » καὶ τὰ ἑξῆς. Οὐκ ἀπεικὸς μὲν γὰρ ἦν, καὶ νῦν πάλιν τὴν Μαγδαληνὴν πάλαι προαφιγμένην καὶ παραμείνασαν εὐτόνως παρὰ τῷ μνήματι εὑρῆσθαι, ὅτε πολλαὶ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας συνελθοῦσαι γυναῖκες ἀπήντων ἐπὶ τὸν τάφον φέρουσαι τὰ ἀρώματα, ὥστε καὶ αὐτὴν ἅμα ταῖς λοιπαῖς τοὺς δύο ἄνδρας τεθεᾶσθαι, καὶ τῶν λόγων αὐτῶν ἀκηκοέναι· εἶτα σὺν ταῖς πολλαῖς ἐπανελθεῖν καὶ διηγεῖσθαι τοῖς ἕνδεκα. Δύναται δὲ καὶ ἄλλως ὁ λόγος, τὰ μὲν πρῶτα ταῖς ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας γυναιξὶν ἀπονεῖμαι, λέγω δὴ τὴν εἰς τὸ μνῆμα ἄφιξιν, καὶ τὴν τῶν ἀρωμάτων κομιδήν, τήν τε γενομένην αὐταῖς τῶν δύο ἀνδρῶν ἐπιφάνειαν, καὶ τοὺς τούτων πρὸς αὐτὰς λόγους· τὴν μὲν οὖν ἀπαγγελίαν τὴν πρὸς τοὺς ἕνδεκα μηκέτι παρ' αὐτῶν μόνον γεγενῆσθαι, ἀλλ' ὁμοῦ παρὰ πασῶν, ἑκάστης ἃ τεθέατο διηγημένης· ἐν αἷς πάλιν τὴν Μαγδαληνὴν εἶναι μετὰ τῶν λοιπῶν καὶ αὐτὴν τοῖς μαθηταῖς ἀπαγγέλλουσαν τὰ ἰδίως μόνῃ αὐτῇ ἑωραμένα.

rum virorum ipsis oblatorum visionem, pergit dicere, quod regressæ de monumento, hæc omnia renuntiaverint discipulis undecim. Post quæ ait : « Erant autem Maria Magdalene, » et reliqua. Quippe haud est inverisimile, nunc iterum Magdalenam (quæ antea prima iverat, fortiterque illic perseveraverat) apud monumentum fuisse compertam, cum illæ plures ex Galilæa convenientes mulieres ad sepulcrum venerunt aromata ferentes, ita ut ipsa quoque cum cæteris duos viros viderit, eorumque verba audiverit ; et deinde cum illis regressa rem undecim enarraverit. Verumtamen et aliter proponi explanatio potest : nempe ut res priores mulieribus Galilæis tribuamus, adventum dico ad sepulcrum, et aromatum advectionem, et oblatam ipsis duorum virorum visionem, et horum ad ipsas sermones. At nuntium discipulis undecim delatum nequaquam ab his feminis solis fuisse, sed a cunctis simul, dum unaquæque ea quæ viderat referret ; quas inter, credendum est Magdalenam fuisse, cum reliquis et ipsam discipulis nuntiantem ea quæ solitatim et singulariter viderat.

Η'.

(67) Ἐγὼ δὲ κἀκεῖνο ζητῶ, πῶς παρὰ μὲν τῷ Μάρκῳ εἴρηται, ὡς ἄρα διαγενομένου τοῦ Σαββάτου ἡτοίμασαν ἀρώματα, παρὰ δὲ τῷ Λουκᾷ πρὸ τοῦ Σαββάτου τοῦτ' ἔπραξαν ἐν αὐτῇ τῇ Παρασκευῇ.

Καὶ τοῦτο δὲ τοῖς προτέροις συμπεπλεγμένον ζητήμασι, τῆς ὁμοίας ἐκείνοις τύχοι ἂν ἑρμηνείας· ἀποδεικνύντων δὲ ἡμῶν μὴ εἶναι τὰς αὐτὰς, ἀλλ' ἑτέρας μὲν τὰς πρὸ τοῦ Σαββάτου ἐν αὐτῇ τῇ Παρασκευῇ, καθ' ἣν πέπονθεν ὁ Σωτὴρ, περὶ τὴν κηδείαν ἀσχοληθείσας, ἑτέρας δὲ τὰς μετὰ τὸ Σάββατον· σαφῶς γὰρ ταύτας Λουκᾶς μεμαρτύρηκε κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τοῦ πάθους ταῦτα πεποιηκέναι, οὐδαμῶς ὀνόματος γυναικῶν μνημονεύσας, ἀλλ' ἁπλῶς γυναῖκας εἰπὼν τὰς συνελθούσας αὐτῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας· ὁ δὲ Μάρκος ὀνομαστὶ τρεῖς μόνας ἀνέγραψε καθ' ἑαυτὰς πρόνοιαν πεποιημένας τῶν ἀρωμάτων, οὐ τῇ Παρασκευῇ, ἀλλὰ μετὰ διαγενέσθαι τὸ Σάββατον· ἑτέρας δὲ εἶναι ταύτας παρὰ τὰς παρὰ τῷ Λουκᾷ, καὶ τὰ ἑξῆς ἐπαγόμενα δείκνυσιν. Αὗται μὲν οὖν γυναῖκες παρὰ τῷ Μάρκῳ τὸν νεανίσκον ὁρῶσι καθήμενον ἐν τοῖς δεξιοῖς, ὃς καί φησιν αὐταῖς· « Μὴ φοβεῖσθε· Ἰησοῦν ζητεῖτε τὸν Ναζαρηνόν· ἠγέρθη, οὐκ ἔστιν ὧδε. » Ταῖς δὲ παρὰ τῷ Λουκᾷ δύο ἄνδρες ἐπέστησαν ἐν ἐσθῆτι ἀστραπτούσῃ, καὶ ἑτέρας προφέρονται φωνὰς λέγοντες· « Τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; » καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ αἱ μὲν παρὰ τῷ Μάρκῳ ἀκούσασαι τοῖς μαθηταῖς ἐπαγγεῖλαι τὰ παρηγγελμένα· οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον· αἱ δὲ παρὰ τῷ Λουκᾷ πορευθεῖσαι ἀπήγγειλαν τοῖς ἕνδεκα· ὡς διὰ τούτων ἁπάντων συνάγεσθαι, μὴ τὰς αὐτὰς εἶναι· διὸ μηδὲ ὑφ' ἕνα καιρὸν πεπρᾶχθαι τὰ ἀναγεγραμμένα.

VIII.

Ego vero et illud quæro, quomodo apud Marcum dictum sit, quod cum Sabbatum transiisset, aromata paraverint ; apud Lucam vero ante Sabbatum id agant, ipsa Parasceves die.

Hæc quoque superioribus implicita quæstionibus, parem illis explanationem sortietur. Etenim nos demonstravimus, haud easdem esse, sed alias, quæ ante Sabbatum ipsa Parasceves die; qua Dominus passus est, ad eam curam incubuerunt ; alias vero, quæ post Sabbatum : perspicue enim has Lucas testatur ipsa die Passionis id egisse, nullius mulieris memorato nomine, sed simpliciter mulieribus memoratis, quæ cum Jesu venerant de Galilæa. Marcus autem tres solas nominatim scripsit, aromatum simul curam gerentes, haud die Parasceves, sed jam Sabbato præterlapso. Has porro diversas esse ab illis Lucæ, sequentia quoque demonstrant. Hæ nimirum apud Marcum mulieres juvenem vident in dextra parte sedentem, qui et illis ait : « Nolite timere; Jesum quæritis Nazarenum ; surrexit, non est hic. » Illis autem apud Lucam duo viri astiterunt in veste fulgente, et alia verba dicunt : « Cur quæritis viventem inter mortuos ? » et reliqua. Et illæ apud Marcum monitæ mandata nuntiare discipulis, nemini quidquam dixerunt. At illæ Lucæ profectæ nuntiaverunt discipulis undecim. Quare ex his omnibus colligitur, haud easdem fuisse mulieres, ideoque nec uno tempore ea quæ in scriptis sunt, esse peracta.

(67) Cod. A, f. 313, b.

Digitized by Google

IX.

Hæc illis loquentibus stetit Jesus in medio eorum, dixitque eis : « Pax vobis. » Hinc ambiget aliquis, quomodo undecim discipulis simul congregatis, interveniens Dominus, secundum Lucam atque Joannem id concorditer affirmantes, nequaquam ab utroque paria facere et dicere scriptum fuerit.

Quod eamdem visionem ambo evangelistæ scribant una eademque et hora et die oblatam, in primis comprobandum est. Quod tibi exploratum fiet, si diligenter Scripturam consideraveris. Nam cum Joannes antea dixisset : « Una vero Sabbatorum venit Maria Magdalena annuntians discipulis, se vidisse Dominum, et hæc sibi dixisse; » deinde subnectit dicens : « Cum sero esset die illa, congregatis discipulis, venit Jesus, stetitque in medio, et dixit eis : Pax vobis. » Quamobrem ex his manifeste constat, eadem Dominica resurrectionis die, vespertino tempore acta esse quæ Joannes scribit. Item apud Lucam idem dies et hora invenietur. Ait enim ipse : « Una autem Sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum mulieres. » Deinde quod visis angelis reversæ nuntiaverint discipulis quæ viderant. Petrus autem festinanter ad monumentum occurrit, et linteamina videt. Atque hæc valde diluculo contigerunt, resurrectionis die. Dicit mox continenter Scriptura : « Et ecce duo ex ipsis ibant ipsa die in castellum. » Erant autem Cleopas cum socio : quibuscum Jesus Emmauntem ingressus, accipiens panem benedixit; quo illis porrecto, disparuit. » Deinde subdit : « Et surgentes eadem hora regressi sunt in Hierusalem, et invenerunt congregatos undecim. » Postea colloquentibus illis, stetit Jesus in medio eorum, et dixit eis : « Pax vobis, » et reliqua. Demonstratum est itaque etiam a Luca, eamdem fuisse diem; eamdemque item horam fuisse inde comprobatur, quod Cleopas cum socio una die et Emmaunte fuerit, et indidem Hierosolyma redierit, serotino prorsus tempore. Exin factam apparitionem.

Quoniam itaque eadem apud utrumque evangelistam fit apparitio, age videamus quomodo alia dicatur loqui Servator et agere apud Lucam, alia apud Joannem. Æque igitur apud ambos dictum est, medium stantem inter eos Jesum dixisse : « Pax vobis. » Singulatim vero apud Lucam additur existimasse eos spiritum se videre, et reliqua. Etiamsi vero hæc apud Joannem non dicuntur, rursus tamen sequentia apud utrumque consonant. Apud Joannem quidem post verba « Pax vobis, » additur : « Et hoc dicto, ostendit eis manus ac latus suum. » Non tamen ponitur apud Joannem causa, quæ jam a Luca dicta fuerat. Erat autem hæc, quod ipsi existimarent se spiritum videre. Atqui dum manus latusque

Θ'.

(68) « Ταῦτα δὲ αὐτῶν λαλούντων αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἔστη ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ λέγει αὐτοῖς. Εἰρήνη ὑμῖν. » Ἐνταῦθά τις ἀπορήσειε πῶς τοῖς ἑνδεκα μαθηταῖς ὁμοῦ συνηγμένοις μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐπιστὰς ὁ Κύριος κατὰ τὸν Λουκᾶν καὶ κατὰ Ἰωάννην συμφώνως ταῦτα ἀπομνημονεύσαντας, οὐκέτι παρ' ἀμφοτέροις ταὐτὰ πράττων οὐδὲ φάσκων ἀναγέγραπται.

Ὅτι τὴν αὐτὴν ὀπτασίαν οἱ δύο συνέγραψαν εὐαγγελισταὶ κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὥραν τε καὶ ἡμέραν γενομένην, παραστῆσαι δεῖ πρότερον· τοῦτο δ' ἂν γένοιτο φανερὸν ἐπιτηρήσαντί σοι ἀκριβῶς τὴν Γραφήν. Ὁ μὲν γὰρ Ἰωάννης προειπὼν, « Τῇ δὲ μιᾷ τῶν Σαββάτων ἔρχεται Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ ἀπαγγέλλουσα τοῖς μαθηταῖς ὅτι ἑώρακε τὸν Κύριον καὶ ταῦτα εἶπεν αὐτῇ, » ἐξῆς ἐπισυνάπτει λέγων· « Οὔσης ὀψίας ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ συνηγμένων τῶν μαθητῶν, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον καὶ εἶπεν, Εἰρήνη ὑμῖν. » Ὥστ' εἶναι σαφὲς ἐκ τούτων ὅτι κατ' αὐτὴν τὴν Κυριακὴν ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως ὀψίας ἦν πεπραγμένα τὰ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ· καὶ κατὰ τὸν Λουκᾶν ἡ αὐτὴ ἡμέρα καὶ ὥρα εὑρεθήσεται· λέγει γοῦν καὶ αὐτός· « Τῇ δὲ μιᾷ τῶν Σαββάτων ὄρθρου βαθέος, ἐπὶ τὸ μνῆμα ἦλθον αἱ γυναῖκες. » Εἶθ' ἑξῆς, ὅτι ἰδοῦσαι ἀγγέλους, ἐπανῆλθον καὶ ἀπήγγειλαν τοῖς μαθηταῖς ἃ τεθέαντο. Πέτρος δὲ σπεύσας ἐπὶ τὸ μνῆμα ἀπαντᾷ, καὶ τὰ ὀθόνια θεωρεῖ· καὶ ταῦτα μὲν ὄρθρου βαθέος ἐγένετο, τῇ ἀναστασίμῳ ἡμέρᾳ. Λέγει δὲ ἑξῆς ἐπισυνάπτουσα ἡ Γραφή· « Καὶ ἰδοὺ δύο ἐξ αὐτῶν ἐν αὐτῇ ἡμέρᾳ ἦσαν πορευόμενοι εἰς κώμην. » Οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ περὶ τὸν Κλεόπαν· οἷς συνεισελθὼν εἰς τὴν Ἐμμαοῦν, λαβὼν ἄρτον εὐλόγησε, καὶ ἐπιδιδοὺς αὐτοῖς, ἀφανὴς ἐγένετο. Εἶτ' ἐπιλέγει· « Καὶ ἀναστάντες ὑπέστρεψαν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ εὗρον ἠθροισμένους τοὺς ἕνδεκα. » Εἶτα ὁμιλούντων αὐτῶν ἔστη ὁ Ἰησοῦς ἐν μέσῳ, καὶ λέγει αὐτοῖς, « Εἰρήνη ὑμῖν, » καὶ τὰ ἑξῆς. Δέδεικται τοίνυν καὶ ἀπὸ τοῦ Λουκᾶ, ὡς ἡ αὐτὴ ἐτύγχανεν ἡμέρα, καὶ ἡ αὐτὴ δὲ ὥρα συνίσταται ἀπὸ τοῦ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τοὺς περὶ Κλεόπαν εἰς τὴν Ἐμμαοῦν γενέσθαι, κἀκεῖθεν ἐπανεληλυθέναι εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἤδη που πάντως ἑσπέρας καταλαβούσης· εἶτα τὴν ἐπιφάνειαν γεγονέναι.

Ἐπειδὴ τοίνυν ἡ αὐτὴ παρ' ἀμφοτέροις πέφηνεν ὀπτασία, φέρε ἴδωμεν ὅπως ἕτερα μὲν παρὰ τῷ Λουκᾷ εἴρηται πράξας καὶ λαλήσας ὁ Σωτὴρ, ἕτερα δὲ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ. Ὁμοίως μὲν οὖν παρ' ἀμφοτέροις λέλεκται, ὡς ἄρα μέσος αὐτῶν στὰς εἶπεν αὐτοῖς, « Εἰρήνη ὑμῖν. » Ἀφωρισμένως δὲ παρὰ τῷ Λουκᾷ πρόσκειται ὅτι ἐδόκουν πνεῦμα θεωρεῖν, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀλλ' εἰ καὶ μὴ τοσαῦτα εἴρηται παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, ἀλλὰ τὰ ἑξῆς πάλιν παρ' ἀμφοτέροις συνᾴδει. Παρὰ μὲν γὰρ τῷ Ἰωάννῃ μετὰ τὸ, « Εἰρήνη ὑμῖν, » ἐπιλέγεται, « Καὶ τοῦτο εἰπὼν ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ. » Οὐ φέρεται δὲ ἡ αἰτία παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, ὡς ἂν ἤδη λελεγμένη παρὰ τῷ Λουκᾷ· ἦν δὲ αὕτη τὸ νομίζειν αὐτοὺς πνεῦμα θεωρεῖν· ὅτι

(68) Cod. A, f. 316, b.

Digitized by Google

γε μὴν ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ μαρτυρήσας ὁ Ἰωάννης, σύμφωνος ἂν εἴη τῷ καὶ τὴν αἰτίαν παραθεμένῳ. Τούτοις ἑξῆς, ὁ μὲν Λουκᾶς φησιν, « Ἔτι δὲ ἀπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς καὶ θαυμαζόντων, εἶπεν αὐτοῖς, Ἔχετέ τι βρώσιμον ἐνθάδε; Οἱ δὲ ἀπέδωκαν αὐτῷ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος. » Ταῦτα δὲ Ἰωάννης οὐ συνέγραψεν. Ἔνθα γενομένοις ἐπιστῆσαι προσήκει τὸν νοῦν, ὡς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς, τὰς σεμνοτέρας καὶ θειοτέρας πράξεις τε καὶ διδασκαλίας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διὰ τοῦ Ἰωάννου τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπεμνημόνευσε, τὰ δὲ ἀνθρωπινώτερα διὰ τῶν λοιπῶν συνέγραψεν, ὅ δὴ καὶ νῦν πεποίηκεν. Ὡς γὰρ ἐνόμισαν οἱ μαθηταὶ ἰδόντες τὸν Σωτῆρα, μὴ αὐτὸν θεωρεῖν ἀλλὰ πνεῦμα, καὶ ὡς ἠπίστουν αὐτῷ, καὶ μετὰ τὸ δεῖξαι αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας ἀναγκαίως, ἔτι ἀπιστούντων αὐτῶν, αἰτήσας τι βρώσιμον, ἔφαγεν ἐνώπιον αὐτῶν. Ταῦτα δὲ σωματικώτερα ὄντα, καὶ πολλὴν ἀπιστίαν τῶν ἀποστόλων κατηγοροῦντα, αὐτοῦ τε τοῦ Σωτῆρος συμπεριφοράν, πείθοντος αὐτοὺς καὶ σαφῶς παριστῶντος ὡς ἄρα αὐτὸς εἴη, τῷ Λουκᾷ ὡς ἂν ὑποδεεστέρῳ (69) γράφειν τὸ Πνεῦμα ὑπέβαλε· τὰ δὲ κρείττονα καὶ δυνάμεως ἐνθέου παραστατικὰ διὰ τοῦ Ἰωάννου παρίστη, γράφοντος καὶ αὐτοῦ ἑξῆς ταῦτα, « Ἐχάρησαν οὖν οἱ μαθηταὶ ἰδόντες τὸν Κύριον· » εἶπεν οὖν αὐτοῖς πάλιν, « Εἰρήνη ὑμῖν· καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ Πατήρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς· καὶ τοῦτο εἰπὼν ἐνεφύσησε, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἔχοι δ' ἂν ἀκολουθίαν ὁ παρ' ἀμφοτέροις λόγος, εἰ τὰ παρὰ τῷ Λουκᾷ πρῶτα πεπράχθαι λογισαίμεθα, εἶθ' οὕτως μετ' ἐκεῖνα συνάψομεν τὰ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ. Ἔτι μὲν γὰρ ἀπιστούντων αὐτῶν καὶ τροφὴν ᾔτει, καὶ μὴ ἀρκεσθεὶς τῇ βρώσει τοῦ ἰχθύος, καὶ λόγους αὐτοὺς στηρίζει, τῆς προτέρας αὐτοὺς ὑπομιμνήσκων διδασκαλίας κατὰ τὸν Λουκᾶν. Ὅτε δὲ λοιπὸν πεισθέντες ἐπληροφορήθησαν αὐτὸν εἶναι ἀληθῶς, καὶ λοιπὸν χαρᾶς ἦσαν μεστοί, τότε δευτέραν αὐτοῖς εἰρήνην ἑτέραν καὶ κρείττονα παρὰ τὴν προτέραν δίδωσι, καὶ παρακελεύεται ἑτοίμους εἶναι εἰς τὴν ἀποστολήν, μονονουχὶ ὁμοίους αὐτῷ καὶ αὐτοὺς ἔσεσθαι διὰ τοῦ ὁμοίου ἔργου ἐπαγγειλάμενος. Εἶθ' ἑξῆς καὶ ἀκολούθως ἐμπνεῖ αὐτοῖς τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὡς ἂν δεομένοις τούτου εἰς τὴν ἑξῆς ἐπιφερομένην ἐπαγγελίαν· αὕτη δὲ ἦν τὸ δύνασθαι ἀφιέναι ἁμαρτίας διὰ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος δυνάμεως. Καὶ οὕτως ἐξ ἀμφοτέρων τῶν εὐαγγελιστῶν εἷς κοινωνὸς ἀπαρτισθήσεται λόγος, τῶν μὲν παρὰ τῷ Λουκᾷ λελεγμένων, σιωπηθέντων παρὰ τῷ Ἰωάννῃ· τῶν δὲ ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου γραφῇ παραδοθέντων, σιγῇ ταμιευθέντων παρὰ τῷ Λουκᾷ· καὶ πρώτων μὲν τῶν παρὰ τῷ Λουκᾷ λελεγμένων, ἑξῆς δὲ ἐκείνοις συναπτομένων τῶν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ· οὕτω τε ἕνα νοῦν καὶ μίαν διάνοιαν σωζόντων τῶν παρ' ἀμφοτέροις. Ταῦτα μὲν ταύτῃ.

A suum ostendisse Jesum testatur Joannes, consonat utique illi qui rei causam attulit. Post hæc, Lucas quidem ait, adhuc non credentibus illis præ gaudio et mirantibus, dixisse illis : « Habetis hic aliquid quod manducetur? » illos autem partem assi piscis ei obtulisse. Hæc Joannes omisit. Ad hunc locum progressi mentem debemus intendere, ut etiam alibi, augustiores ac diviniores actus Servatoris nostri atque doctrinas Spiritum sanctum per Joannem memorare solere; humaniores autem per reliquos evangelistas scripsisse; quod et hoc loco reapse fecit. Quia enim discipuli, conspecto Servatore, putabant non ipsum sed spiritum se videre, et quia nondum ei credebant, etiamsi manus pedesque ostenderat, necessario propter eorum pervicacem B incredulitatem, postulatam escam coram illis manducavit. Hæc magis corporalia cum sint, gravemque apostolorum incredulitatem accusent, et ipsius Servatoris indulgentiam arguant, persuadentis eis ac demonstrantis se esse, Lucæ utpote secundi ordinis homini scribenda Spiritus commisit : sed nobiliora et divinam virtutem comprobantia, per Joannem exhibuit, qui et ipse mox scribit : « Gavisi sunt ergo discipuli, viso Domino. » Dixit ergo eis iterum : « Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Et cum hæc dixisset, insufflavit, » et reliqua. Habebit autem nexum utriusque evangelistæ oratio, si quæ dicit Lucas, prius acta reputemus; mox narrata abs Joanne copulemus. Adhuc enim illis non credentibus, escam postulavit; neque pi- C scis esu contentus, sermones suos confirmat, priorem eis quæ est apud Lucam doctrinam refricans. Postquam vero credentes, ipsum vere esse sibi persuaserant, jamque gaudio diffluerent, tunc secundo eis pacem, meliorem scilicet prima impertitus est, atque ut apostolatui parati essent mandavit, similes propemodum sui futuros ob operis similitudinem spondens. Mox consentanee Spiritum sanctum in eos inspiravit, utpote illius indigos ad mox dicendam denuntiationem. Hæc autem erat, posse illos peccata dimittere per sancti Spiritus virtutem. Atque ita ex ambobus evangelistis unus communis perficietur sermo; dum dicta apud Lucam, tacentur apud Joannem; vicissimque in Joannis scriptura traduntur, quæ silentio Lucas premit : D primo loco, ut diximus, quæ sunt Lucæ collocatis; deinde quæ Joannes ait, subnexis; eamdem mentem sensumque, quæ sunt apud utrumque, servantibus. Atque hæc ita se habent.

Γ'.

(70) Πῶς δὲ παρὰ μὲν τῷ Ματθαίῳ ἄγγελος ὀφθεὶς ταῖς γυναιξὶ παρήγγειλεν ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὅτι, Ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε, ὁμοίως

X.

Quomodo apud Matthæum quidem angelus visus mulieribus mandavit nuntiare discipulis Jesum resurrexisse, illosque præcessurum in Galilæam, ibique fore conspicuum, similiter apud Marcum

(69) Minoris ordinis Lucas et Marcus, quatenus hi non fuerunt Domini Jesu spectatores et auditores.

(70) Cod. A, f. 516, b.

Digitized by Google

que a juvene, quem in dextra parte sedentem viderunt, hæc mulieribus dicta fuere. Apud Lucam vero in ipsa urbe Jerusalem congregatis discipulis undecim, et de resurrectionis negotio invicem referentibus, stetit Jesus in medio eorum, eosdemque allocutus est, assique piscis partem coram ipsis comedit. Apud Joannem denique in ipsa item Jerusalem, non semel, sed etiam iterum apparuit undecim, primo quidem ipsa resurrectionis die, sero; deinde post dies octo. Quomodo ergo secundum Lucam atque Joannem toties eo a discipulis in ipsa Jerusalem viso, secundum Marcum atque Matthæum mandatum iisdem per mulieres fuit, ut in Galilæam abirent, utpote illic eum visuris, non autem in urbe Jerusalem spectaturis?

Præterea, si undecim solos Servatoris discipulos Evangeliorum scriptura agnosceret, sic quoque diceret nulla re hunc sermonem deficere, si eatenus mulierum sermonibus non credentes discipulos suos confirmans, semel et iterum ipsis in urbe Jerusalem latentibus apparuit: at in Galilæa nequaquam occulte, neque semel aut iterum, neque ob metum a Judæis conclusos, multa cum fiducia apparitione sua deitatisque ostensione dignatus est, semet viventem ostendens post passionem, multis cum signis, per quadraginta dies conspicuus et loquens de regno Dei atque conversans; ut in Actibus apostolorum Lucas ait. Atque hæc prima esto solutio. Quoniam vero apostolorum selecti quidem et summates numerum duodecim explebant; alius autem præter hos ordo erat discipulorum septuaginta, de quibus dicit Lucas in Evangelio: « Post hæc elegit Dominus et alios septuaginta [92-93]; » extra quem numerum erant alii complures Servatori adhærentes, quos innuit etiam sacer Apostolus, dicens: « Deinde visus est plus quam quingentis fratribus [94], » qui et ipsi discipulorum nomine honestati fuerant, quibus fieri non poterat, ut simul omnibus congregatis semet in urbe Jerusalem ostenderet Dominus post resurrectionem: ideo recte evangelistæ duo Lucas et Joannes solis undecim apparuisse ipsum in urbe Jerusalem scribunt. Reliqui vero duo, non undecim proficisci in Galilæam, sed omnino cunctis fratribus aiunt fuisse mandatum ab ipso Servatore et ab angelo antea viso, indefinite, inquam, et absolute mandatum omnibus aiunt. Cæteroqui melior verior que est prior solutio. Multoties igitur ac multimodis apparuit discipulis Jesus post resurrectionem. Atque alii aiunt Christum promisisse has visiones, alii vero et præstitisse. Quandoque etiam in rei alicujus narratione, si quid prior historicus prætermisit, id alter supplet.

A δὲ καὶ παρὰ τῷ Μάρκῳ ὁ νεανίσκος, ὃν εἶδον καθήμενον ἐν τοῖς δεξιοῖς, ταῦτα εἶπε ταῖς γυναιξί. Παρὰ δὲ τῷ Λουκᾷ ἐν αὐτῇ τῇ Ἱερουσαλὴμ, ἠθροισμένων κατὰ τὸ αὐτὸ τῶν μαθητῶν τῶν ἑνδεκα, καὶ τὰ περὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ ἀλλήλοις ὑφηγουμένων, ἔστη μέσος αὐτὸς, καὶ προσδιαλέγεται, καὶ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος ἐνώπιον αὐτῶν ἔφαγε. Καὶ κατὰ τὸν Ἰωάννην δὲ ἐν αὐτῇ τῇ Ἱερουσαλὴμ πάλιν, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δεύτερον ὤφθη τοῖς ἕνδεκα, πρῶτον μὲν καὶ αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως, ὀψίας· εἶτα μεθ' ἡμέρας ὀκτώ. Πῶς οὖν κατὰ τὸν Λουκᾶν καὶ τὸν Ἰωάννην τοσαυτάκις ὀφθέντος αὐτοῦ τοῖς μαθηταῖς ἐν αὐτῇ τῇ Ἱερουσαλὴμ, κατὰ τὸν Μάρκον καὶ τὸν Ματθαῖον κελεύονται οἱ αὐτοὶ διὰ τῶν γυναικῶν εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἀπελθεῖν, ὡς ἐκεῖ αὐτὸν ὀψόμενοι, ἀλλ' οὐ μέλλοντες B αὐτὸν θεᾶσθαι ἐν τῇ Ἱερουσαλήμ;

(71) Ἔτι εἰ μὲν τοὺς ἕνδεκα μόνους μαθητὰς τοῦ Σωτῆρος ἡ τῶν Εὐαγγελίων ἠπίστατο γραφὴ, καὶ οὕτως εἶπεν ἄν τις μηδὲν τὸν λόγον λείπειν, εἰ τέως μὲν ἀπιστοῦντας ταῖς τῶν γυναικῶν ἐπαγγελίαις τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς θεραπεύων, ἅπαξ καὶ δεύτερον αὐτοῖς λαθραίως κρυπταζομένοις ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐφάνη· ἐν γε μὴν τῇ Γαλιλαίᾳ οὐκέτ' ἐπικεκρυμμένως, οὐδὲ ἅπαξ οὐδὲ δεύτερον, ἀλλ' οὐδ' ἐγκεκλεισμένοις διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, σὺν πολλῇ δὲ τῇ παῤῥησίᾳ τὴν Θεοφάνειαν αὐτοῦ, καὶ τῆς θεότητος τὴν ἔνδειξιν ἐποιεῖτο, παριστῶν αὐτοῖς ἑαυτὸν ζῶντα μετὰ τὸ παθεῖν, ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις, δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενός τε καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ C Θεοῦ, καὶ συναυλιζόμενος, ὡς φησιν ὁ Λουκᾶς ἐν ταῖς Πράξεσι· καὶ αὕτη μὲν πρώτη λύσις. Ἐπεὶ δὲ τῶν μαθητῶν οἱ μὲν ἔκκριτοι καὶ πρῶτοι τὸν τῶν δώδεκα συνεπλήρουν χορὸν, δεύτερον δὲ παρὰ τούτους ἐτύγχανε τάγμα τὸ τῶν ἑβδομήκοντα, περὶ ὧν φησι Λουκᾶς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· « Μετὰ δὲ ταῦτα ἀνέδειξεν ὁ Κύριος καὶ ἑτέρους ἑβδομήκοντα· » τούτων δὲ ἐκτὸς, ὑπῆρχον καὶ ἕτεροι πλείους γνώριμοι τοῦ Σωτῆρος, οὓς καὶ ἔφησεν ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος λέγων· « Ἔπειτα ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς, » καὶ αὐτοὶ δὲ οὗτοι τοῦ τῶν μαθητῶν ὀνόματος ἠξιωμένοι ἦσαν, οἷς οὐχ οἷόν τε ἦν ὁμοῦ πᾶσι κατὰ ταυτὸ συνηθροισμένοις ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ ὀφθῆναι αὐτὸν μετὰ τὴν ἀνάστασιν, εἰκότως δύο μὲν τῶν εὐαγγελιστῶν, ὅ τε Λουκᾶς καὶ ὁ Ἰωάννης, μόνοις τοῖς ἕνδεκα ὠρθαι αὐτὸν τὴν ἀναγράφουσιν ἐν τῇ Ἱερουσαλήμ. Δύο δὲ τούτων D οἱ λοιποὶ οὐ τοῖς ἕνδεκα μόνον σπεύδειν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἀλλ' ἁπλῶς τοῖς μαθηταῖς ἅπασι καὶ ἀδελφαῖς ἔφασαν παρακελεύσασθαι αὐτόν τε τὸν Σωτῆρα καὶ τὸν προφανέντα αὐτοῦ ἄγγελον, ἀορίστως καὶ ἁπλῶς τοὺς πάντας δηλώσαντες. Ἀμείνων δὲ καὶ ἀληθεστέρα ἡ πρώτη λύσις· πλείους τοίνυν αἱ ὀπτασίαι καὶ διάφοροι γεγένηνται τοῖς μαθηταῖς μετὰ τὴν ἀνάστασιν. Καὶ οἱ μὲν τάσδε εἰρηκέναι αὐτόν φασιν, οἱ δὲ τάσδε καὶ πεπραχέναι· ἔστι δὲ ὅτε καὶ περὶ τοῦ κεφαλαίου λέγοντες, ἀναπληροῖ τὰ ὑπὸ τοῦ προτέρου ἐλλειφθέντα ὁ δεύτερος.

[92-93] Luc. x, 1. [94] I Cor. xv, 6.

71 Cod. A, f. 317.

Digitized by Google

ΙΑ'.

(72) Φαίη δ' ἄν τις, πῶς ὁ μὲν Ματθαῖος πορευθέντας τοὺς ἕνδεκα εἰς τὸ ὄρος τῆς Γαλιλαίας ἑωρακέναι φησὶ τὸν Ἰησοῦν, ὁ δὲ Ἰωάννης μετὰ τὰς δύο ὀπτασίας τὰς ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ τὸ τρίτον ὤφθαι αὐτὸν οὐκ ἐν τῷ ὄρει τῆς Γαλιλαίας, ἀλλὰ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας ἱστορεῖ;

Τρίτον μὲν ἀληθῶς τοῦτο σύμφημι καὶ αὐτὸς τὸν Σωτῆρα ὤφθαι τοῖς μαθηταῖς, τὸ μὲν πρῶτον κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως, καθ' ἣν Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ πρωΐας αὐτὸν ἑώρακε· ταύτην δὲ τὴν πρώτην ὀπτασίαν καὶ Λουκᾶς ἱστορεῖ. Δεύτερον δὲ μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ, δηλαδὴ τῇ ἑτέρᾳ Κυριακῇ, καθ' ἣν αὖθις ἐπιφανεὶς ὁ Σωτὴρ τὸν Θωμᾶν τῆς ἀπιστίας θεραπεύει, δείξας αὐτῷ τὴν πλευρὰν καὶ τὰς χεῖρας. Ἐπεὶ δὲ κεκελευσμένοι ἦσαν ἐπὶ τὴν Γαλιλαίαν ὁμοῦ ἁπάντων, ἔπραττόν τε μετὰ τῶν λοιπῶν οἱ ἕνδεκα τὸ κελευσθὲν, καὶ ὁ καθεῖς αὐτῶν ἐπισυνήγετο, μήπω τῶν ἕνδεκα ἠθροισμένων, ἀλλ' ἔτι μελλόντων, τὸ τρίτον παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, οὐ τοῖς ἕνδεκα φαίνεται, ἀλλὰ μόνοις ἑπτὰ τοῖς ὑπὸ Ἰωάννου δεδηλωμένοις· οὗτοι δὲ ἦσαν Πέτρος καὶ Θωμᾶς καὶ Ναθαναὴλ, δύο τε οἱ υἱοὶ Ζεβεδαίου, καὶ ἄλλοι ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δύο· τοῦτο δὴ οὖν τρίτον τούτοις ἀληθῶς ὤφθη, οὔπω ἕνδεκα συνηγμένων. Διόπερ ἀκριβῶς οὐκ ἀποκλείων καὶ τοὺς λοιποὺς ὁ Ἰωάννης τῆς τοῦ Σωτῆρος ὀπτασίας, ἐπεσημήνατο, μετὰ τὴν πρώτην καὶ δευτέραν ὀπτασίαν, τὴν τρίτην μόνοις τοῖς κατωνομασμένοις περιορᾶσθαι αὐτὸν ἐπὶ τῆς θαλάσσης τῆς Γαλιλαίας. Οὐκ ἀπεικὸς δὲ μετὰ ταῦτα καὶ τέταρτον καὶ πέμπτον, καὶ ἄλλοτε καὶ πολλάκις ὤφθαι αὐτόν· διὸ οὐδὲ περιγράφει ὁ Ἰωάννης πάσας τοῦ Σωτῆρος τὰς πράξεις· προϊὼν δὲ ἐξῆς φησι, Καὶ ἄλλα πολλὰ ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς· μετὰ γοῦν τὸ ὤφθαι αὐτὸν τοῦτο τρίτον τοῖς εἰρημένοις ἑπτὰ, τετάρτην ὀπτασίαν οὐκ ἂν ἁμάρτοις τὴν παρὰ τῷ Ματθαίῳ φήσας εἶναι, ἣν ἐν τῷ ὄρει τοῖς ἕνδεκα πεποιῆσθαι ἀνέγραψε. Καὶ μετὰ τούτους οὐκ ἂν σφαλείης ὁμοῦ κατὰ ταυτὸν συνηγμένοις ἅμα τοῖς ἕνδεκα καὶ τοῖς ἑβδομήκοντα αὐτὸν ὤφθαι εἰπών. Ὁ δὲ Παῦλος καὶ ἔτι τούτων πλείοσιν ἑωρᾶσθαι τὸν Σωτῆρα μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἱστορεῖ, τοῦτο παρ' ἑτέρων μαθών· « Ὤφθη γὰρ, φησὶ, Κεφᾷ, εἶτα τοῖς δώδεκα (73), ἔπειτα πεντακοσίοις, ἔπειτα Ἰακώβῳ, ἔπειτα τοῖς ἀποστόλοις πᾶσιν, ἔσχατον δὲ πάντων, φησὶ, κἀμοί. » Ὁρᾷς ὁσάκις καὶ ὅσοις ὤφθη μετὰ τὴν ἀνάστασιν; Οὕτω καὶ τοῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ κρυπτομένοις ὤφθη· καὶ πρὸ αὐτῶν τοῖς περὶ Κλεόπαν ἀπιοῦσιν ἐπὶ Ἐμμαοῦν· καὶ πρό γε πάντων, ἀνδρῶν μὲν Σίμωνι, γυναικῶν δὲ τῇ Μαγδαληνῇ. Ἔνθεν ὁ Λουκᾶς ἐν ταῖς Πράξεσιν, ἐπεὶ πολλάκις ἑαυτὸν ἐδείκνυ τοῖς μαθηταῖς, ἐπιτηρεῖ λέγων, ὡς ἄρα δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς καὶ συναυλιζόμενος, τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ παρεδίδου μαθήματα, παρῄνει τε ὁρμᾶν εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ, κἀκεῖ κηρύττειν Ἰουδαίοις πρώτοις τὸν λόγον· μηδὲ πρότερον ἀναχωρεῖν τῆς πόλεως, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, περὶ ἧς μικρὸν ὕστερον διαληψόμεθα (74).

[58] 1 Cor. xv, 5-8.

(72) Cod. A. f. 317.

(73) Ita cod.

XI.

Dicet etiam aliquis, quomodo Matthæus profectos undecim in Galilææ montem dicat vidisse Jesum, Joannes autem post duas intra Jerusalem apparitiones, tertio visum esse Jesum non in Galilææ monte, sed apud mare Galilææ narret?

Tertio Servatorem apparuisse vere discipulis, ego quoque confitebor; primo, ipsa resurrectionis die, cum mane illum Maria Magdalene vidit. Atque hanc primam visionem Lucas quoque narrat. Secundo, post dies octo, nimirum altera die Dominica, qua iterum apparens Servator incredulitatem Thomæ sanavit, ostenso ei latere ac manibus. Quia vero jussi fuerant in Galilæam simul proficisci, fecerantque discipuli undecim mandatum cum reliquis; dum singuli colliguntur, nondum undecim congregatis, sed adhuc exspectatis, tertio Jesus apud mare Galilææ, haud cunctis undecim, sed iis septem tantummodo apparuit quos Joannes commemorat: hique erant Petrus ac Thomas, et Nathanael, et filii duo Zebedæi, aliique præterea discipuli duo. Tertio itaque his revera apparuit, nondum undecim congregatis. Quapropter haud omnino excludens reliquos a Servatoris visione Joannes, post primam alteramque visionem, tertiam adnotavit prædictis tantummodo oblatam juxta mare Galilææ. Nihilque obstat quominus posthinc, quarto etiam et quinto, et sæpius semet spectandum dederit: ideoque Joannes nullo termino Servatoris actus circumscribit: imo pergens porro ait alia quoque multa Jesum fecisse. Post hanc ergo prædictis septem discipulis tertiam apparitionem, haud a veritate abludes si quartam dicas illam quam undecim in monte præbitam Matthæus scriptum reliquit. Post hos vero, absque errore affirmabis a cunctis una congregatis, undecim videlicet et aliis septuaginta Jesum fuisse conspectum. Imo Paulus a multo pluribus visum Servatorem post resurrectionem narrat, quam rem ab aliis auditu acceperat. « Visus est, inquit, Cephæ, deinde duodecim, postea quingentis, tum Jacobo, exin apostolis cunctis, novissime autem omnium etiam mihi [58]. » Viden, quot hominibus et quoties post resurrectionem apparuerit? Sic etiam latentibus intra Jerusalem apparuit; et ante hos Cleopæ socioque Emmauntem euntibus; et primo virorum quidem Simoni, feminarum autem Magdalenæ. Hinc Lucas in Actibus, quoniam sæpe Jesus se discipulis manifestaverat, considerate dicit: « Per dies quadraginta apparens eis atque conversans, regni Dei disciplinam tradebat; monuitque ut Jerusalem pergerent, ibique prædicarent Judæis ante omnes doctrinam; neque urbe abscederent, sed exspectarent promissionem Patris, » de qua nos paulo post disseremus.

(74) Nempe, inferius n. 9, 10, ubi Christi sermones et dona ante ascensionem.

Digitized by Google

SUPPLEMENTA MINORA.

I. *Ex chronicis ineditis Georgii Hamartoli et Joannis Siculi* (75).

1. Eusebius in opere *ad Marinum* sic ait : « Duo constituta sunt in Christi Ecclesia vitarum genera ; unum quidem eximium, et communem hominum consuetudinem excedens, quod neque nuptiis neque liberis operam dat, neque opum retinet possessionem, totoque, ut ita dicam, cœlo a communi et vulgari sæcularium hominum more differt, atque unice Dei famulatui vacat, eximio cœlestium rerum amore impulsum. Reapse qui hoc vitæ genus sectantur, velut jam mortui, mortificatam vitam et tantum corpore præditam in terra circumferentes, spiritu autem jam in cœlum translato, cœlicolarum instar humanas res spectant, cum sint ipsi pro communi salute Deo consecrati, neque cruentis victimis vel libamentis aut adipibus, sed rectis religionis veræ dogmatibus animique habitu et operibus verbisque rectis purificati : quibus rebus Deum sibi conciliantes, pro se et cæteris sacerdotio funguntur. Atque hoc perfectum primariumque est Christianæ vitæ genus. Alterum porro vitæ genus deterius est, atque humana fragilitate laborans, idque omnino cum superiore comparari nequit : siquidem et modestis indulget nuptiis liberorumque procreationi, et rei familiaris cum æquitate curam gerit, et militibus officia imperat, et agriculturam, mercaturam ac cætera publica negotia non sine pietate exercet. Hi cæteroquin homines certa habent religiosi cultus et eruditionis tempora, et divinorum eloquiorum auditioni vacant : atque his secundus attributus est pietatis gradus, qui congruam huic vitæ utilitatem præbet. »

α'. Εὐσέβιος ἐν τοῖς *πρὸς Μαρῖνον* τοιάδε φησί· « Καὶ γὰρ ἡ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησία δύο βίους νομοθετεῖ καὶ τρόπους· τὸν μὲν ὑπερφυῆ καὶ τῆς κοινῆς ἀνθρωπίνης πολιτείας ἐπέκεινα, οὐ γάμους, οὐ παιδοποιίας, οὐ περιουσίας ὕπαρξιν παραδεχόμενον, ἀλλ' ὅλον δι' ὅλου τῆς κοινῆς καὶ συνήθους τῶν βιωτικῶν ἀνθρώπων ἀγωγῆς παρηλλαγμένον καὶ μόνῃ τῇ τοῦ Θεοῦ θεραπείᾳ προσῳκειωμένον, καθ' ὑπερβολὴν ἔρωτος οὐρανίου. Οἱ γὰρ τόνδε μετιόντες τὸν τρόπον τεθνάναι δοκοῦντες, τὸν θνητὸν βίον καὶ αὐτὸ μόνον τὸ σῶμα περιφέροντες ἐπὶ γῆς, φρονήματι δὲ τὴν ψυχὴν εἰς οὐρανοὺς μετενηνεγμένοι, οἷά τινες οὐράνιοι, τὸν τῶν ἀνθρώπων ἐφορῶσι βίον, ὑπὲρ τοῦ παντὸς γένους ἀφιερωμένοι τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ· οὐ βουθυσίαις καὶ αἵμασιν, οὐδὲ σπονδαῖς καὶ κνίσαις, ἀλλὰ δόγμασιν ὀρθοῖς ἀληθοῦς εὐσεβείας καὶ ψυχῆς διαθέσει κεκαθαρμένης, καὶ προσέτι τοῖς κατ' ἀρετὴν ἔργοις τε καὶ λόγοις· οἷς τὸ Θεῖον ἐξιλεούμενοι, τὴν ὑπὲρ αὐτῶν καὶ τῶν ὁμογενῶν ἀποτελοῦσιν ἱερουργίαν· καὶ ὁ μὲν ἐντελὴς καὶ πρῶτος τῆς κατὰ Χριστιανισμὸν πολιτείας τρόπος, τοσόσδε καθέστηκεν. Ὁ δὲ δεύτερος καὶ ὑποδεεστέρως, ἀνθρωπινώτερος, καὶ τῷ πρώτῳ λίαν ἀσύγκριτος· ὃς καὶ γάμοις συγκατιέναι σώφροσι καὶ παιδοποιίαις, οἰκονομίας τε τῆς κατὰ τὸ δίκαιον ἐπιμελεῖσθαι, καὶ στρατευομένοις, καὶ τὰ πρακτέα ὑποτίθεσθαι, ἀγρῶν τε καὶ ἐμπορίας, καὶ τῆς ἄλλης πολιτικωτέρας ἀγωγῆς, μετὰ τοῦ θεοσεβοῦς φροντίζειν. Οἷς καὶ ἀσκήσεων καιροί, μαθητείας τε καὶ τῶν θείων λογίων ἀκροάσεως ἡμέραι ἀφωρίσθησαν, καὶ δεύτερος εὐσεβείας ἀπενεμήθη βαθμὸς, κατάλληλον τῷ τοιῷδε βίῳ παρέχων τὴν ὠφέλειαν (76). »

II. *Ex Græco scholiaste ad Marcum apud Rich. Simonium in* Historia critica interpretum Novi Testamenti *cap.* 6.

2. Propheticum dictum hoc Malachiæ est, non Isaiæ. Mendum ergo librarii est, ut ait Eusebius Cæsariensis in libro *Ad Marinum* de apparente in Evangeliis dissonantia circa resurrectionem.

β'. Τοῦτο τὸ προφητικὸν ῥητὸν Μαλαχίου ἐστὶν, οὐχ Ἡσαΐου (77)· γραφέως τοίνυν ἐστὶ σφάλμα, ὡς φησιν Εὐσέβιος ὁ Καισαρείας ἐν τῷ *Πρὸς Μαρῖνον* περὶ τῆς δοκούσης ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις περὶ τῆς ἀναστάσεως διαφωνίας.

(75) Perpetuus admirator Eusebii Georgius certe fuit; nam et ejus *Chronicon* non semel citat, et quidem cum insigni laude auctoris, v. gr., cod. Vat. f. 19, 40 b, 124 b : Ὁ πολυμαθὴς καὶ πολυΐστωρ Εὐσέβιος διακριβεστάτην τῶν χρόνων ἀναγραφὴν ποιησάμενος. Item : ὁ πολυμαθής, etc., ἐν τοῖς *Χρονικοῖς κανόσι*.

(76) Habent fragmentum hoc brevius Suidas voc. *Εὐσέβιος*, et Cedrenus ed. Paris. p. 201.

(77) Sermo est de prophetico loco apud Matth. III, et Marc. I, *Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus.* Eusebium vero nostrum legisse se declarat Hieronymus in *Comm. ad Matth.* : *Cum testimonium de Malachia Isaiaque contextum sit, quanti Porphyrius quomodo velut ab uno Isaia exemplum putemus assumptum? Cui ecclesiastici viri plenissime responderunt. Nos autem nomen Isaiæ putamus additum scriptorum vitio.* Eamdem quæstionem versat Hieronymus epist. 57, 9.

Digitized by Google

III. *Ex Possini* Catena in Marcum, *p.* 343, *ubi de Cyrenæo crucem Domini bajulante.*

γ'. Οὐ γὰρ ἦν ἄξιός τις ἐν τῇ πόλει Ἰουδαίων, ὡς φησιν Εὐσέβιος κεφαλαίῳ ιγ' (78) *Πρὸς Μαρῖνον*, τὸ κατὰ τοῦ διαβόλου τρόπαιον, τὸν σταυρὸν βαστάσαι· ἀλλ' ὁ ἐξ ἀγροῦ, ὃς μηδὲν ἐπικεκοινώνηκε τῇ κατὰ Χριστοῦ μιαιφονίᾳ (79). A

3. Neque enim Judæorum quisquam in urbe dignus erat, ut ait Eusebius capite 13 *ad Marinum*, qui trophæum de diabolo, crucem scilicet, ferret. Quare delectus ille est qui ex agro veniebat, neque ullo modo in Christi necem conspiraverat.

IV. *Ex Corderii* Catena in Joannem, *pag.* 436.

δ'. Εὐσέβιος ὁ Καισαρεὺς, ὁ Παμφίλου προσαγορευόμενος, ἐν *ταῖς πρὸς Μαρῖνον* ἐπὶ τοῦ (80) Σωτηρίου (81) πάθους καὶ τῆς ἀναστάσεως *Ζητήσεσι* καὶ ἐπιλύσεσι, καὶ ταῦτα προῦθηκεν εἰς ἐξέτασιν, τὸ τὸν μὲν θεῖον εὐαγγελιστὴν Μάρκον εἰπεῖν ὥραν εἶναι τρίτην καθ' ἣν ἐσταυρώθη Χριστὸς ὁ Θεὸς καὶ Σωτὴρ ἡμῶν· τὸν δὲ θεολογικώτατον Ἰωάννην κατὰ τὴν ἕκτην ὥραν (82) γράψαι προκαθεσθῆναι τὸν Πιλάτον ἐπὶ τοῦ βήματος ἐν τῷ λιθοστρώτῳ τῷ καλουμένῳ, καὶ ἀνακρίνειν τὸν Ἰησοῦν· καί φησι γραφικὸν εἶναι τοῦτο σφάλμα, παροραθὲν παρὰ τῶν ἐξ ἀρχῆς ἀπογραψαμένων τὰ Εὐαγγέλια· τοῦ μὲν γὰρ γάμμα στοιχεῖου τὴν τρίτην ὥραν σημαίνοντος, τοῦ δὲ ἐπισήμου τὴν ἕκτην, καὶ πολλὴν ἐμφέρειαν ἐχόντων πρὸς ἀλλήλους τούτων τῶν χαρακτήρων, κατὰ πλάνην τὸ γάμμα στοιχεῖον τὸ τῆς τρίτης ὥρας δηλωτικὸν, κυρτωθείσης τῆς ἀποτεταμμένης εἰς μῆκος εὐθείας, εἰς τὴν τοῦ ἐπισήμου μεταχωρῆσαι σημασίαν, τοῦ τῆς ἕκτης ὥρας δηλωτικοῦ· τῶν γὰρ τριῶν εὐαγγελιστῶν, τοῦ τε Ματθαίου καὶ Μάρκου, καὶ τοῦ Λουκᾶ συμφώνως λεγόντων, ὡς ἀπὸ ἕκτης ὥρας σκότος ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐνάτης (83), πρόδηλον ὡς ὁ Κύριος καὶ Θεὸς Ἰησοῦς πρὸ τῆς ἕκτης ὥρας (84), πρὸ τοῦ γενέσθαι τὸ σκότος, ἐσταύρωτο, δηλαδὴ κατὰ τὴν τρίτην ὥραν, ὡς ὁ Μάρκος ἱστόρησε· καὶ τοῦ Ἰωάννου τὸν ὅμοιον τρόπον τὴν ὥραν τρίτην εἶναι ἐπισημηναμένου, καὶ τῶν ἀπογραψαμένων τὸ γάμμα μεταθέντων εἰς τὸ ἐπίσημον. B C

4. Eusebius Cæsariensis, qui Pamphili appellatur, in *Quæstionibus ad Marinum* de Servatoris passione ac resurrectione, hoc quoque expendit, quod divus scilicet evangelista Marcus ait, hora tertia Christum Deum ac Servatorem cruci fuisse suffixum; theologus autem summus Joannes hora sexta ait Pilatum sedisse pro tribunali in loco qui appellabatur lithostrotos ad dicendam adversus Jesum sententiam. Porro Eusebius contendit, amanuensis id esse erratum, quod ii qui principio Evangelia exscripserunt haud senserint. Nam cum littera gamma (Γ) *tertiam* significet horam; episemon (ϛ) autem *sextam*; cumque hi characteres permultam habeant inter se similitudinem, mendose elementum gamma, quo demonstratur hora tertia (curvata, quæ porrigebatur in extensum, recta,) ad episemi figuram redactum fuit, quod sextam indicat horam. Sane quum evangelistæ tres, Matthæus, Marcus atque Lucas concorditer affirment, ab hora sexta tenebras factas esse in universa terra usque ad nonam, patet omnino, Dominum ac Deum Jesum ante horam sextam, priusquam scilicet fierent tenebræ, in crucem esse sublatum, nempe circa horam tertiam, ut Marcus narrat. Quare et Joannes æque tertiam horam prodidit; quanquam postea amanuenses gamma in episemon commutaverunt.

V. *Ex Possini* Catena in Marcum, *p.* 364.

ε'. Ἐφάνη πρῶτον Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ· ταύτην Εὐσέβιος ἐν τοῖς *Πρὸς Μαρῖνον* ἑτέραν λέγει Μαρίαν παρὰ τὴν θεασαμένην τὸν νεανίσκον· ἢ καὶ ἀμφότεραι ἐκ τῆς Μαγδαληνῆς ἦσαν.

5. Apparuit primo Mariæ Magdalenæ. Hanc Eusebius in opere *Ad Marinum* diversam esse ait Mariam ab illa quæ juvenem vidit. Vel etiam ambæ Magdalo oriundæ erant.

(78) Notandus est vigilanter lectori hic numerus, quo docemur quodammodo (nisi est mendum κεφαλ. ιγ' pro Καισαρεύς) quanta pars operis Eusebiani *ad Marinum* nobis desit ante illas postremas de resurrectione quæstiones. Certe Eusebium hoc libro *ad Marinum* complexum fuisse quæstiones non solum circa resurrectionem, verum etiam circa passionem, perspicue cognoscimus ex sequente Corderianæ Catenæ loco. Nisi forte suspicari placet, Eusebii istud de Cyrenæo dictum obiter potius occurrisse in postrema quavis quæstione. Neque sane intelligere licet eo numero Marci capitulum, quod quidem in vetere stichometria est CCVIII, in nova divisione est XV. Certe ubi in nostra hac editione dicit Eusebius in libri exordio ἠρώτας δὲ πρῶτον, cavebit admodum eruditus lector ne intelligat primam fuisse libri *ad Marinum* quæstionem illam quæ sequitur *De sero Sabbatorum*. Breviator quippe, resecata, ut videtur, ingenti priore parte, ad postrema operis capita properavit. D

(79) Eusebii hunc locum exprimit Ambrosius in *Comm. ad Luc.* lib. X, 107: *Non Judæus est qui crucem portat, sed alienigena atque peregrinus.*

(80) Tam editio, quam codex Vat. habent ἐπὶ ταῖς τοῦ.

(81) Vocabulum Σωτήριος apud Eusebium nostrum non tam adjectivo sensu *salutaris*, quam substantivo obliquo *Servatoris*, plerumque esse intelligendum, plurimis in locis patet. Id facit etiam Ambrosius apud nos p. 304, qui ait *Domini Salutaris*, pro *Domini Salvatoris*.

(82) Quæstionem hanc de tertia et sexta hora legebam etiam in codice quodam Vaticano, olim card. Sirleti; unde aliquam emendationem accersivi; quanquam ne hic ipse quidem codex sine ullo mendo est. Eadem quæstio legitur in Parisiacis quoque codicibus, teste Harlesio in Fabricii *Bibliotheca*, t. VII, p. 402.

(83) Male cod., ἀναστάσεως pro ἐνάτης.

(84) Deest in cod. ὥρας.

Digitized by Google

VI. *Ex Joh. Xiphilino patriarcha, in homilia inedita quam habuit in dominica de mulieribus aromata ferentibus, Cod. Vat. p. 160.*

6. Eusebius vero Cæsariensis ait, Mariam quidem Magdalenem, et Mariam Jacobi unguenta paravisse; neque tamen easdem esse quæ mane venerunt orto jam sole, sed anonymas alias : multæ enim ex Galilæa cum Servatore ascenderant. Quamobrem hæ neque noctu illuc adfuerunt, sed mane; eædemque mandato audito ut discipulis Petroque rem nuntiarent, fugerunt nemini quidquam dicturæ, quia extimuerant. Proinde etiam quia post solis ortum advenerant, videre Servatorem haud dignæ fuerunt. Neque demum fieri potuit, ut Magdalene post tot tantasque visiones, sole orto, adhuc dubitaret, nesciens quisnam lapidem foret revoluturus.

A ς'. Εὐσέβιός φησιν ὁ Καισαρείας, ὡς Μαρία μὲν ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία ἡ Ἰακώβου ἡτοίμασαν ἀρώματα· οὐκ αὐταὶ δέ εἰσιν αἱ πρωῒ ἐλθοῦσαι ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, ἀλλ' ἄλλαι ἀνώνυμοι· πολλαὶ γὰρ ἦσαν αἱ συναναβᾶσαι τῷ Σωτῆρι ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας· ὅθεν οὐδὲ νύκτα παραγίνονται, ἀλλὰ πρωΐ· καὶ ἀκούσασαι ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς καὶ τῷ Πέτρῳ, ἔφυγον, καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον· ἐφοβοῦντο γάρ· ὡς γὰρ μετὰ ἀνατολὴν ἡλίου ἐπιστᾶσαι οὐδὲ τὸν Σωτῆρα θεάσασθαι καταξιοῦνται· οὐδὲ οἷόν τε ἦν τὴν Μαγδαληνὴν μετὰ τοσαύτας θέας, ἡλίου ἀνατείλαντος, ἀπορεῖν καὶ ἀγνοεῖν τίς ἀποκυλίσει τὸν λίθον

VII. *Ex Anastasio Sinaita, quæst.* CLIII.

7. *Eusebii ex opere ad Marinum.* Tres igitur omnino Marias passioni Christi cum feminis aliis præsentes deprehendimus; primam Deiparam, secundam hujus sororem Mariam Cleopæ, tertiam Magdalenem. Quidam vero interpretes aiunt duas esse Magdalenas, unam quæ sero Sabbatorum apud Matthæum, alteram quæ apud Joannem mane ad monumentum venit; eamdem hanc esse, de qua et Marcus loquitur, et de qua dæmonia septem ejecta fuerant. Namque aliam, inquit Eusebius, non hanc, Magdalenem præ oculis habens Marcus ait : « Cum autem surrexisset, mane una Sabbatorum apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua septem dæmonia ejecerat. » Atque hæc videtur quæ audiit, Ne me tangas, non quæ apud Matthæum. Nam ut verissimum sit illam quoque Magdalo fuisse oriundam, C haud tamen paria probra de ea narrat Scriptura. Quod si unam eamdemque Magdalenem quis dicat, adhuc tamen veridica sunt sacra Evangelia, neque ullo modo inter se discrepant; siquidem eamdem exhibent Mariam Magdalenem et non tangentem primo Jesum cum erat incredula, et deinde tangentem statim ac jussa est gaudere cum alia Maria. Quippe illum postremo ut Deum adoravit, non hominis instar habuit, velut initio cum flebat eratque incredula.

B ζ'. *Εὐσεβίου ἐκ τῶν πρὸς Μαρῖνον* (85). Τρεῖς γοῦν τὰς πάσας Μαρίας τῷ πάθει τοῦ Χριστοῦ μετὰ τῶν ἄλλων γυναικῶν εὑρίσκομεν· πρώτην μὲν Θεοτόκον, δευτέραν δὲ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς Μαρίαν τὴν τοῦ Κλεοπᾶ, καὶ τρίτην τὴν Μαγδαληνήν· τινὲς δέ φασιν ἐξ αὐτῶν δύο εἶναι Μαγδαληνάς· μίαν μὲν, τὴν ὀψὲ Σαββάτων παρὰ τῷ Ματθαίῳ, ἑτέραν δὲ τὴν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ πρωΐας ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἐλθοῦσαν, ταύτην δὲ εἶναι τὴν καὶ Μάρκῳ δηλουμένην, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια· ὡς γὰρ οὗτος καὶ ἑτέρας, φησὶν, οὐ τοιαύτης Μαγδαληνῆς, ἐτήρησεν ὁ Μάρκος τοῦτο εἰπών· « Ἀναστὰς δὲ πρωῒ τῇ μιᾷ τῶν Σαββάτων ἐφάνη Μαρίᾳ πρῶτον τῇ Μαγδαληνῇ, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια. » Καὶ ταύτην ἴσως εἶναι τὴν ἀκούσασαν, Μή μου ἅπτου, ἀλλ' οὐ τὴν παρὰ τῷ Ματθαίῳ. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα κἀκείνη ἀπὸ τῆς Μαγδαληνῆς ὡρμᾶτο, ἀλλ' οὐ τὰ ὅμοια καὶ αὐτῆς ἡ θεία κατηγορεῖ Γραφή· εἰ δὲ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν Μαγδαληνὴν (86) φήσειέν τις, καὶ οὕτως ἀληθεύοι ἂν τὰ ἱερὰ Εὐαγγέλια, κατ' οὐδένα λόγον διαφωνοῦντα· τὴν αὐτὴν δὲ Μαρίαν τὴν Μαγδαληνὴν εἰσάγοντα· μὴ ἁπτομένην πρότερον τοῦ Κυρίου, ὅτε ἔκλαιε καὶ ἠπίστει· καὶ ἁπτομένην αὐτοῦ, ὅτε χαίρειν μετὰ τῆς ἄλλης Μαρίας ὑπ' αὐτοῦ κελεύεται· ἐπειδὴ γὰρ ὡς Θεὸν αὐτὸν προσεκύνησεν ἔσχατον, καὶ οὐχ ὡς ἄνθρωπον, ὡς πρότερον ὅτε ἔκλαιε καὶ ἠπίστει.

VIII. *Ex eodem Anastasio.*

8. *Eusebii ex opere ad Marinum.* Jam quod ambigitur, quomodo Matthæus visum narret discipulis Dominum in Galilææ monte, Joannes autem circa D mare Tiberiadis, aio equidem, haud semel et iterum, sed multoties Jesum esse conspectum. Quare minime errabis si quartam visionem esse illam putaveris, quæ apud Matthæum fit. Hanc quippe haud circa mare Galilææ spectantibus eum, sed in monte discipulis undecim contigisse scribit Matthæus : « Undecim autem discipuli perrexerunt in montem, prout condixerat illis Jesus, quem ibi conspectum adoraverunt. » Post hæc sine errore

η'. *Εὐσεβίου ἐκ τῶν πρὸς Μαρῖνον.* Περὶ δὲ τοῦ ἐπαπορεῖν πάλιν, πῶς παρὰ τῷ Ματθαίῳ εἰς τὴν Γαλιλαίαν ὤφθαι τὸν Κύριον τοῖς μαθηταῖς ἐν τῷ ὄρει, παρὰ δὲ τῷ Ἰωάννῃ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Τιβεριάδος, ἐροῦμεν ὅτι οὐ μόνον ἅπαξ καὶ δὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις ὤφθαι αὐτόν. Διὸ τετάρτην ὀπτασίαν οὐχ ἁμάρτοις τὴν παρὰ τῷ Ματθαίῳ φήσας εἶναι, ἣν οὐ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, οὐδὲ τοῖς ὀπτανομένοις, ἀλλ' ἐν τῷ ὄρει τοῖς ἕνδεκα πεποιῆσθαι ἀνέγραψεν ὁ Ματθαῖος, εἰπών· « Οἱ δὲ ἕνδεκα μαθηταὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὸ ὄρος, οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἰδόντες αὐτὸν προσεκύνησαν. » Καὶ μετὰ τοῦτο οὐκ

(85) Hanc quoque quæstiunculam cum codice Columnensi, nunc Vaticano, utiliter contuli.

(86) Deest in codice Columnensi Μαγδαληνήν.

Digitized by Google

ἀν σφαλείης εἰπὼν ὁμοῦ κατ' αὐτὸ συνηγμένοις αὐτοῖς τοῖς ἕνδεκα μαθηταῖς ἅμα καὶ τοῖς ἑβδομήκοντα ὤφθαι αὐτόν. Ὁ δὲ Ἀπόστολος καὶ ἔτι τούτων πλείοσιν ἐωρᾶσθαι τὸν Κύριον μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἱστορεῖ, λέγων· « Ὅτι ἐγήγερται τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς Γραφάς, καὶ ὤφθη Κηφᾷ, ἔπειτα τοῖς δώδεκα, ἔπειτα ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ. » Ὁρᾷς ὁσάκις καὶ ὅσοις ὤφθη μετὰ τὴν ἀνάστασιν; Οὕτω καὶ τοῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ κρυπτομένοις διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, καὶ πρό γε πάντων ἀνδρῶν Σίμωνι τῷ Πέτρῳ, γυναικῶν δὲ ταῖς ἀμφὶ τὴν Μαγδαληνήν· ὅθεν καὶ ὁ Λουκᾶς φησι· « Δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος καὶ συναυλιζόμενος αὐτοῖς, τὰ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ παρεδίδου μαθήματα. »

A dices, iisdem undecim discipulis congregatis, necnon aliis septuaginta, Jesum apparuisse. Imo Apostolus multo adhuc pluribus visum esse Dominum post resurrectionem his verbis narrat : « Quia surrexit tertia die secundum Scripturas, visusque Petro est, tum duodecim, deinde plus quingentis fratribus simul[96]. » Viden, quoties et quot hominibus post resurrectionem conspectus fuerit? Sic enim apparuit latitantibus intra Hierosolymam propter metum a Judæis; et primo virorum Simoni Petro, feminarum autem Magdalenæ. Quare et Lucas ait : « Per dies quadraginta apparens eis, cum iisque conversans doctrinam de regno Dei tradidit. »

IX. *Ex eodem Anastasio, quæst.* 148.

θ'. *Εὐσεβίου ἐκ τοῦ πρὸς Μαρῖνον* (87). Καὶ τὸ μὲν ὑπὸ Χριστοῦ ἐμπνευσθὲν Πνεῦμα ἅγιον ταῖς ἀποστόλοις, λυτικὸν καὶ συγχωρητικὸν ἦν (88) πάσης ἁμαρτίας· τὸ δὲ ἐπηγγελμένον τὸ βαπτισθήσεσθαι αὐτοὺς ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, καὶ μεταιχεῖν δυνάμεως ἐνεργημάτων, ἐνεργητικῆς μὲν τῶν μελλόντων δι' αὐτῶν ἀποτελεῖσθαι θαυμάτων, ἑστατικῆς δὲ καὶ καρτερικῆς τῶν μελλόντων αὐτοῖς ἐπανίστασθαι κινδύνων. Πρὸ γὰρ ταύτης τῆς δυνάμεως κηρύττειν αὐτοὺς τοῖς ἔθνεσιν οὐκ ἐβούλετο, ἀλλ' ἐκδέχεσθαι καὶ περιμένειν αὐτὴν ἐξ ὕψους μεταιχεῖν. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ Ἀπόστολος τὸ χάρισμα ἰδίως ἀφορίζων τῶν λοιπῶν ἐνεργειῶν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐδίδασκε λέγων· « Ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων. » Καὶ ἡ προφητεία φησί· « Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. » Ἧς δυνάμεως ὅτε μήπω μετεῖχον, ἠρνήσαντο αὐτὸν οἱ πάντες καὶ ἐσκανδαλίσθησαν κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους· ὅτε δὲ μετέσχον αὐτῆς, πάντες ταῖς ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίαις τε καὶ ὁμολογίαις διέπρεψαν· ἀνακαινίζων γὰρ τὸν ἄνθρωπον ὁ Κύριος, καὶ ἣν ἀπώλεσε χάριν ἐκ τοῦ ἐμφυσήματος τοῦ Θεοῦ, ταύτην πάλιν ἀποδιδοὺς, ἐνεφύσησεν εἰς τὰ πρόσωπα τῶν μαθητῶν λέγων, « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. »

B 9. *Eusebii ex opere ad Marinum.* Spiritus sanctus a Christo in apostolos per flatum immissus, peccati omnis solvendi dimittendique vim habebat. Jam promissio, fore ut baptizarentur sancto Spiritu, significabat compotes eos futuros facultatis rerum gerendarum, cujus ope patraturi erant miracula, vimque etiam recepturi atque constantiam adversus ea quæ instabant pericula. Ante enim hanc acceptam virtutem noluit eos gentibus prædicare, sed præstolari jussit atque manere, donec eam ex alto reciperent. Donum hoc etiam Apostolus satis a reliquis sancti Spiritus operationibus discernere se significat dum ait : « Alii operationes virtutum[97]. » Tum prophetia dicit : « Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa[98]. » Qua C virtute cum nondum erant potiti, negaverunt eum omnes, et scandalo passionis tempore lapsi sunt : illa autem impetrata, cuncti protinus confessionibus testimoniisque pro Christo editis inclaruerunt. Renovat enim hominem Deus, ita ut quam gratiam homo amiserat, Dei olim inspiratione collatam, eidem hanc rursus Deus attribuerit, in faciem discipulorum inspirans his verbis : « Accipite Spiritum sanctum. »

X. *Ex Macarii Chrysocephali* (89) Florilegio, *apud Villoisonum*, Anecdot. *t. II, p.* 74.

ι'. Εὐσέβιος δὲ ὁ Παμφίλου ἐν τῇ *πρὸς Μαρῖνον* ἐπιστολῇ (90) οὕτως ἐξηγεῖται τὸ προτεθὲν, ὅτι διαιρέσεις χαρισμάτων εἰσὶ κατὰ τὸν Ἀπόστολον, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα. Καὶ πάλιν· ἑκάστῳ δίδοται ἡ φανέρωσις πρὸς τὸ συμφέρον· « Ὧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα· ἑτέρῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι, ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα (91) δυνάμεων, ἄλλῳ δὲ προφητεῖαι, ἄλλῳ δὲ διακρίσεις πνευμάτων, ἑτέρῳ δὲ

10. Eusebius Pamphili in epistola *ad Marinum* quæstionem sic explicat, quod nempe divisiones gratiarum sunt, ut ait Apostolus, idem autem Spi- D ritus. Rursusque, quod unicuique lumen, prout opus fuerit, attribuitur : « Alii quidem sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum; alii fides in eodem Spiritu, alii prodigiorum virtus, alii prophetiæ, alii discretiones spirituum, alii linguarum multitudo : quæ tamen omnia operatur unus

[96] I Cor. xv, 4. [97] I Cor. xii, 10. [98] Psal. lxvii, 12.

(87) Verba *ἐκ τοῦ πρὸς Μαρῖνον* desunt in codice Columnensi.

(88) Deest ἦν in codice. Sed tamen cætera pleraque meliora sunt in codice quam in Gretseriana Anastasii editione, quæ plurimis heu mendis! laborat.

(89) Est hic idem Macarius Chrysocephalus, qui mihi S. Cyrilli fragmenta *Commentariorum ad Lucam* non contemnenda obtulit. Ejusdem Macarii locos dogmaticos protuli identidem in meis ad Nicephorum scholiis.

(90) Xiphilinus in Dominica Thomæ, cod. Vat. p. 149, recitat hoc ipsum Eusebii fragmentum.

(91) Xiph., ἐνεργήματι.

Digitized by Google

idemque Spiritus, dividens singulis prout vult [92]. » Demonstrat enim Apostolus unius ejusdemque Spiritus multas esse virtutes, diversorum operum effectrices. Cogita igitur utrum nunc Christus singularem aliquam gratiam discipulis contulerit, haud quidem ad mortuos suscitandos prodigiaque efficienda, sed ad dimittenda peccata. Sunt enim, ut diximus, diversa Spiritus dona. Quamobrem nunc addidit : « Quorum remiseritis peccata, remittuntur, » etc., quibus verbis ostendit a se hoc genus gratiarum nunc illis esse collatum. Post ejusdem vero ascensionem, Spiritus superveniens miraculorum quoque et omnimodæ gratiæ vim virtutemque ipsis attulit. Quare nunc sine articulo (Πνεῦμα pro τὸ Πνεῦμα) ait : « Accipite Spiritum sanctum ; » significans partem se quamdam efficacis Spiritus attribuere. De ipso autem Spiritu ait : « Accipietis virtutem supervenientis in vos Spiritus [1]. »

A γένη γλωσσῶν · πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ ἓν μὲν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. » Σαφῶς γὰρ διὰ τοῦ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος, πολλὰς εἶναι παρέστησε δυνάμεις, διαφόρων πραγμάτων ἐνεργητικάς. Ὅρα τοίνυν μήπως ἐνταῦθα ἐξουσίαν τινὰ μερικὴν καὶ χάριν πνευματικὴν δέδωκεν αὐτοῖς · οὐχ ὥστε νεκροὺς ἐγείρειν, καὶ δυνάμεις ποιεῖν, ἀλλ' ὥστε ἀφιέναι ἁμαρτήματα · διάφορα γὰρ τὰ χαρίσματα τοῦ Πνεύματος. Διὸ καὶ συνάπτει λέγων, « Ἂν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς, » καὶ τὰ ἑξῆς · δεικνὺς ὅτι τοῦτο τὸ εἶδος τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων αὐτοῖς ἐδωρήσατο. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάληψιν, αὐτὸ τὸ Πνεῦμα κατελθὸν, καὶ τῶν σημείων καὶ παντὸς ἑτέρου χαρίσματος τὰς δυνάμεις δὴ (92) καὶ ἐνεργείας αὐτοῖς ἐχορήγησε. Διὰ τοῦτο B ἐνταῦθα μὲν ἄνευ ἄρθρου εἶπε, « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον, » δηλῶν ὅτι μερικήν τινα τοῦ Πνεύματος ἐνέργειαν δίδωσιν αὐτοῖς · περὶ (93) δὲ ἐκείνου φησί · « Λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς (94). »

Deinde prosequitur apud Xiphilinum Eusebius iisdem verbis quibus in præcedente fragmento apud Anastasium; nempe πρὸ γὰρ ταύτης τῆς δυνάμεως *etc. usque ad* καὶ ὁμολογίαις διέπρεψαν.

I Cor. XII, 8-11. Act. I, 8.

(92) Deest δή apud Xiphilinum.
(93) Xiphilinus παρά.
(94) Hactenus supplementa posuimus ex iis tantummodo locis in quibus opus Eusebii nominatim *ad Marinum* laudatur. Cæteroquin quanta pars Eusebianarum quæstionum tum ad Stephanum, tum ad Marinum in Commentario S. Ambrosii ad Lucæ Evangelium supersit, item quanta in Hieronymi ad Matthæum Commentario occurrat, in subsequentibus paginis, partim saltem, demonstrabimus. Legendus quoque Augustinus *De consensu evangelistarum*, et in *Quæstionibus Evangelicis;* item anonymum C opus *Quæstionum Veteris et Novi Testamenti;* necnon seu falsus Chrysostomus seu Titus Bostrensis; tum Hesychius Hierosolymitanus ac Joannes Thessalonicensis, in *Quæstionibus* æque *Evangelicis;* qui auctores omnes Eusebiano a fonte multifariam et affatim hausisse videntur. Sed enim nos multo plures Eusebianarum quæstionum credibiliter expilatores, vel certe imitatores, in præfatione recensuimus. Porro ab his veterum lucubrationibus medii quoque et infimi ævi interpretes solutiones suas prout libitum fuit derivaverunt.

Digitized by Google

EUSEBII PAMPHILI

EPISCOPI CÆSARIENSIS

ECLOGÆ PROPHETICÆ.

E codice manuscripto bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis nunc primum edidit Thomas GAISFORD, *S. T. P., ædis Christi decanus necnon linguæ Græcæ professor regius.*

Oxonii, e typographeo Academico, 1842, in-8.

—

BARTHOLOMÆO KOPITARIO THOMAS GAISFORD S

Redit ad te, vir egregie, quem te procurante ex manuscripto inclytæ bibliothecæ Cæsareæ codice fideliter descriptum accepi, libellus Eusebianus, litterarum formulis Academiæ nostræ luculenter impressus. Qui cum ab antiquarum rerum ac præsertim theologiæ studiosis diu multumque desideratus fuerit, non mediocri lætitia efferri me fateor, cui per benevolentiam tuam contigerit ex pluteorum tenebris tam insigne veteris ævi monumentum protrahere posse. Cæterum in edendo hanc mihi legem præscripsi, ut lectionem apographi ubique presse sequerer, nisi in interpunctione, et in spiritibus et accentibus, qui admodum negligenter positi sunt; neque aperta quædam librarii vitia, cuivis facile corrigenda, servanda duxi: quorum si pauca, eaque levissima, tacite sustulerim, in plerisque emendandis ita versatus sum, ut quæ resecunda erant uncinis quadratis circumdarem, quæ addenda vel mutanda, lunulis. Sed neque interpretationem Latinam neque adnotationis quid addidi (a): non enim volui nimiam operis moram injicere: in margine tamen (præter numeros foliorum codicis ms. ad sinistram collocatos) sacræ Scripturæ paucorumque aliorum scriptorum ab Eusebio citatorum loca apposui, ne in iisdem rimandis et conferendis lector ingratum laborem consumeret, aut, per desidiam hoc neglecto, mentem auctoris minus recte aliquoties perciperet. Vale.

Dabam ex æde Christi d. Maii 31 1842.

(a) Interpretationem latinam adornandam curavimus, EDIT. PATR.

EX P. LAMBECII COMMENTARIIS *DE BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI.*

(Lib. III, t. p. III, p. 201 ed. Kollar.)

—

Codex LV, Græcus, membranaceus, antiquissimus, optimæ notæ, in-folio, constatque foliis 249 et ab A. Busbeckio olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo hæc :

A fol. 1, usque ad fol. 61. Eusebii Pamphili Cæsareæ in Palæstina episcopi *Libri quatuor Eclogarum propheticarum de Christo*, Arianismo infecti, et hactenus inediti.

In quem locum commentatus est hoc modo Kollarius :

De ineditis hactenus quatuor hisce Eusebii Pamphili libris copiosius alibi egit Lambecius; quæ omnia nunc colligere, et sacrarum litterarum gratia in examen vocare satagam. Sub finem tomi tertii *Apparatus sui sacri* vulgaverat olim Possevinus catalogum quorumdam manuscriptorum nostrorum, cujus exstantiora errata emendatum ibat Lambecius *Comment.* lib. I, p. 211. « In eodem Possevini catalogo littera G, inter cætera leguntur sequentia : *Græcus codex mutilus totus enarrationes habens in aliquot capita Genesis.* » Quæ Lambecius virgula censoria feriens, codice illo Eusebii Pamphili *Eclogarum propheticarum* libros contineri pulchre ostendit : ob quod indicium laudem profecto commeritus fuisset non vulgarem, si, gnavi et eruditi critici munere functus, invictis argumentis assertum suum astruxisset, quibus tum

Digitized by Google

maxime opus est, cum de anepigraphis perditisque operibus, percelebri cuidam scriptori tribuendis, agitur. Verum enimvero Lambecius libros hosce Eusebii Pamphili esse ait ob stylum et methodum tractati argumenti : familiare, ut videtur, eruditis sæculi sui argumentum, quod tamen jam pridem recentioribus nostris cœpit esse suspectum, qua de re legi meretur J. C. Mylius in *Bibliotheca anon. et pseudon.*, parte prima schediasmatis, p. 30 et 38. — Sed argumenti hujus sui infirmitatem persensit ipsemet Lambecius, quam etiam ob causam in append. lib. VIII additamentum, melioribus rationibus fultum, hujus loci gratia scripsit. In hocce additamento duabus novis rationibus sententiam suam comprobare studet, et prima quidem illi ab ipsomet Eusebio petitur, quod nimirum is libros *Eclogarum propheticarum* de Christo pro opere suo designaverit *Hist. eccles.* I, c. 2, in quem locum satis feliciter incidisse Lambecium res ipsa fatetur, qui tamen haudquaquam eviceral *Eclogas* Eusebii *propheticas de Christo* in hoc, de quo agitur, Cæsariano codice haberi : cum testibus XLVII et XLVIII codicibus non solum Eusebium Ἀποδείξεις *evangelicas* hac methodo scripsisse constet. Ad alteram rationem quod attinet, ea profecto priori etiam infirmior est ; ex illis enim, quæ operis hujusce producit verbis, nihil aliud conjicias, quam gravem quampiam auctoris ævo excitatam persecutionem, nequaquam vero illam quæ an. 302 sub impp. Diocletiano et Maximiano Herculio in Christianos detonuit, Eusebio coævam : quas etiam aliasque persimiles ob causas non defuerunt viri docti, qui opus hoc nostrum Eusebio Pamphili ob nominis celebritatem subditum substitutumque esse dicerent. Oudinus certe *Commentarii* sui t. I, col. 314, scribere non dubitavit : « At, inquit, nullus dubito, quin opera ista Eusebio, ob nominis famam celeberrimo, substituta sint : neque, si vera fuissent, Lambecius ab evulgandis abstinuisset, qui minoris longe momenti fragmenta suis curi scrupulo inseruit. » Hæc ille : in cujus errore me quoque compluscules annis hæsisse ingenue fateor. Sed enim verissima est illa Xenophanis sententia,

Οὔ τοι ἀπ' ἀρχῆς πάντα θεοὶ θνητοῖς ὑπέδειξαν,
Ἀλλὰ χρόνῳ ζητοῦντες ἐφευρίσκουσιν ἄμεινον.

Nam cum die quadam codicem hunc volvo iterum revolvoque, ex vili palliolo magnum agnovi Eusebium. Res ita accidit. Codex de quo nunc agimus, theca olim carens, foliis utrinque suis tegebatur. Primum, ab edaci tempore multoque usu lacerum ac pene deletum, pro theca codicis a Lambecio fuit habitum, et eam etiam ob causam in recensione omissum neglectumque : igitur cum ἀμηχανῶν Eusebium in Eusebio quæro, similitudinem manus, qua reliquus codex scriptus est, in primo illo folio animadverto, fugientium litterarum vestigia lego, ac denique comperio prœmium *Eclogarum* Eusebii, principio et fine mutilum, eodem folio contineri. Sic enim ibi inter cætera ipsemet Eusebius, Ἴστέον δ' ὡς πρὸ—ἡγοῦμαι. (*Vid. hujus ed. col.* 1024. *Pergit Kullarius :*) Hactenus prœmii pericope : ex quibus cum alia, tum vel maxime duo facillime deducuntur : nimirum, et Eusebium Pamphili auctorem hujusce prœmii esse, et *Eclogas* de Christo, præsenti codice contentas, nemini alii quam eidem Eusebio, posse tribui. Enimvero Eusebium prœmii auctorem esse, clare elucet ex illis, quibus indicat, prius se, quam ad scribendum præsens opus animum appulit, Χρονικοὺς Κανόνας scripsisse, et ea quidem mente, ut Moysis æque atque aliorum, qui post eum fuere, prophetarum vetustatem vindicaret. Quinam vero hi Χρονικοὶ Κανόνες sint, facile intelligitur : nimirum illi ipsi, quos Scaliger in *Thesauro temporum* tomo primo vulgavit Amstelodami an. 1658 : quippe in illius operis prœmio idem hoc Eusebii propositum legitur; ex quo lectoris gratia pluscula huc transcribere placet, sed Latine tantum, quia Hieronymo interprete : — « Moysem, inquit, gentis Hebrææ, qui primus omnium prophetarum ante adventum Domini Salvatoris divinas leges litteris explicavit, Inachi fuisse temporibus eruditissimi viri tradiderunt, ex nostris Clemens et Africanus, et Tatianus; ex Judæis Josephus et Justus, veteris historiæ monumenta replicantes. Porro Inachus quingentis annis Trojanum bellum anteced.t. Ex ethnicis vero impius ille Porphyrius in quarto operis sui libro, quod adversum nos casso labore contexuit, post Moysem Semiramim fuisse affirmat, quæ apud Assyrios CL ante Inachum regnavit annos. Itaque juxta eum DCCC pene et L annis Trojano bello Moyses senior invenitur. Cum hæc ita se habeant, necessarium duxi veritatem diligentius persequi : et ob id in priori libro quasi quamdam materiam futuro operi omnium regum mihi tempora prænotavi, Chaldæorum, Assyriorum, Medorum, Persarum, Lydorum, Hebræorum, Ægyptiorum, Macedonum, Latinorum, qui postea Romani nuncupati sunt; in præsenti autem, stylo eadem tempora contra se invicem ponens, et singularum gentium annos dinumerans, ut quid coætaneum cuique fuit, ita curioso ordine coaptavi. Neque me fugit in Hebræis codicibus dissonantes ætatum annos inveniri, plusque vel minus, prout interpretibus visum est, lectitari : sequendumque illud potius, quod exemplariorum multitudo in fidem traxit. Verum utcunque quis volet computet, et reperiet Inachi temporibus, quem primum Argis regnasse aiunt, patriarcham Hebræorum fuisse Israelem : a quo duodecim Judæorum tribus Israelis vocabulum sortitæ sunt : Semiramim autem et Abraham contemporales fuisse manifestum est. Namque Moyses, junior licet supra dictis sit, ab omnibus tamen, quos Græci antiquissimos putant, senior deprehenditur : Homero scilicet et Hesiodo, Trojanoque bello, ac multo superius Hercule, Musæo, Lino, Chirone, Orpheo, Castore, Polluce, Æsculapio, Libero, Mercurio, Apolline, cæterisque diis gentium, as-

Digitized by Google

crisque vel vatibus, ipsius quoque Jovis gestis, quem Græcia in arce divinitatis collocavit. Hos, inquam, omnes, quos enumeravimus, etiam post Cecropem Diphyem, primum Atticæ regem, fuisse convincimus: Cecropem autem præsens historia Moysi coætaneum ostendet, et antecedere Trojanum bellum annis trecentis quinquaginta. Quod ne cui dubium videatur, frequens ratio sic probabit, » etc. Hactenus Eusebius; ex quibus manifestum evadit, eumdem illum et procemii nostri, *Eclogis propheticis* præfixi, et *Χρονικῶν Κανόνων* auctorem esse: quod procemium cum pro *Eclogis*, et una eademque manu, qua illæ in codice scriptum sit, non dubito, quin lectores mei una mecum pro vero compertoque habituri sint, has quoque *Eclogas* nostras ejusdem Eusebii Pamphili genuinum opus esse. Porro autem κριτικώτατος Scaliger in procemio ad *Thesaurum* suum ridet Hieronymum, quod, inquit, Græca Eusebii non assecutus, Eusebium *Chronicorum* suorum ἐπιτομήν conscripsisse arbitratus sit. Is locus legitur in prologo *Historiæ ecclesiasticæ* Eusebii: Ἤδη μὲν οὖν τούτων καὶ πρότερον, ἐν οἷς διετυπώσαμεν *Χρονικοῖς Κανόσιν*, ἐπιτομὴν κατεστησάμην· πληρεστάτην δ' οὖν ὅμως αὐτῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος ὡρμήθην τὴν ἀφήγησιν ποιεῖσθαι. Quæ Rufinus Latine convertit sic: *Quamvis jam de his ipsis nonnulla etiam in* Chronicis (*id est in eo opere quod de temporum ratione conscripsimus*) *breviter succincteque perstrinxerim, plenius tamen in præsenti opere singulorum narrationem aperire tentabimus.* Ad quæ Scaliger: « Recte, inquit, Rufinus: nisi quod ἐπὶ τοῦ παρόντος vertendum erat *impræsentiarum*, vel *nunc*. » Hæc ille: at mea quidem sententia, rectius Græca Eusebii assecutus est Hieronymus, quam vel Rufinus, vel ὁ πάνυ Scaliger: nam in procemio nostro clare diserteque ait Eusebius, *Χρονικοὺς* συντάξαντες *Κανόνας*, ἐπιτομήν τε τούτοις παντοδαπῆς ἱστορίας Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων ἀντιπαραθέντες, κ. τ. λ., se *Chronicos Canones* scripsisse, eisdemque compendium variæ historiæ tam Græcorum quam et aliarum gentium ex adverso posuisse: trium enim hic diversorum operum suorum meminit Eusebius: primi, *Παντοδαπῆς ἱστορίας*· alterius *Χρονικῶν Κανόνων*· tertii, *Ἐπιτομῆς παντοδαπῆς ἱστορίας*. Primum separatim edidit Eusebius, duo reliqua conjunctim, ut vel hodie solent vulgari: quam etiam ob causam emendandæ mihi videatur epigraphæ a Scaligero editæ, ac primum quidem Eusebii opus titulum, ut videtur, ferre deberet, *Παντοδαπῆς ἱστορίας* (cujus, aut persimilis epigraphes Gellius quoque meminit in præfatione ad *Noctes Atticas*.) aut, ut in exemplari suo legit Hieronymus, *Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου Χρονογραφία*. Alterum vero, *Χρονικοὶ Κανόνες σὺν ἐπιτομῇ παντοδαπῆς ἱστορίας*. Sed hæc illi discutienda relinquimus qui ad edenda Eusebii opera animum appulerit.

ECLOGÆ PROPHETICÆ.

LIBER PRIMUS.

. . . . . A . . . . . .

(1) λόγου τε καὶ βίου διεξοδευθεῖσα τὰς περὶ τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μαρτυρίας, δι' ἐναργῶν καὶ πιστῶν, καὶ ἀληθῶν ἀποδείξεών τε καὶ συλλογισμῶν ἐπιστοῦτο, βραχείαις κομιδῇ ταῖς ἀπὸ τῶν παρὰ τε Ἰουδαίοις καὶ ἡμῖν πεπιστευμένων θείων Γραφῶν ἐπὶ τέλει χρησαμένη μαρτυρίαις· ἐπεὶ μὴ δὲ ἄλλος ἦρει λόγος τοῖς ἔτι πάντη ταῖς θείαις ἀπιστοῦσιν Γραφαῖς δαψιλεῖς ἐξ αὐτῶν παρατίθεσθαι τὰς συστάσεις. Τά γε μὴν ἐν χερσὶν τοῖς ἐκ τῆς ἐκείνων ἀποδείξεως οἷα δὴ θείαις ἤδη καὶ θεοπνεύστοις πιστεύειν ὀφείλουσι ταῖς ἱεραῖς Γραφαῖς τὸ λεῖπον ἐκείναις ἀποπληροῦντα ἐπεπόνητο, Συναγωγὴν περιέχοντα συλλήδδην . . . . . περὶ τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προφητείαν, ἃς ἀπὸ π . . . . . τ . σ . παλαιᾶ Διαθήκης ὑφ' ἓν συναγαγεῖν ἔδοξεν· δ . . . . . τερον· πῇ δὲ καὶ δι' ὑπονοιῶν τὰ περὶ αὐτοῦ προειρ . . . . ον αὐτὸν καὶ τὰς κατ' αὐτὸν οἰκονομίας. Οὐχὶ ἓξ καὶ εἰσ . . . . μόζομε ἃ πέρας εἰληφότα δείκνυται. Τὰς δὲ τοιαύτα . . . . . ἀρχούσας· καὶ σποράδην οὐ μόνον προφητεία

Sermone et vita accurate discussa de Domino et Salvatore nostro Jesu Christo testimonia, per claras, fidelesque et veras demonstrationes et ratiocinationes confirmabatur, brevibus diligenter Scripturarum divinarum, quæ apud Judæos et apud nos creduntur, postremo usa testimoniis; cum quidem non alia esset ratio, divinarum adhuc omnino Scripturarum incredulis largam ex iis materiam conferendi. Quæ igitur in manu erant, iis qui propter horum demonstrationem vel divinis, vel divinitus afflatis credere debent sanctis Scripturis, quæ illis desunt complentia, elaborata erant, Synagogam uno verbo comprehendentia . . . . . de Domino et Salvatore nostro B Jesu Christo prophetiam, quas a . . . . . vetera Testamenti in unum contrahere visum est; . . . . . allegorice de illo præ . . . . . eum atque per eum dispositiones. Non autem et in . . . . . quæ accepisse exitum ostenduntur. Talia vero . . . . . dirigentes, atque huc et illuc non tantum prophetia . . . .

Digitized by Google

. . . . . quæ in historiis continentur. Non pau- A
cis . . . . . acta fore utiles; cum non facile, sed quasi ex . . . . . Scripturarum coram omnibus recitationis omnes subjacere in os et in memoriam ferre volentibus.

Sciendum est nos, priusquam hoc propositum aggrederemur, *Chronicos Canones* scripsisse, eisque compendium variæ historiæ tam Græcorum quam et aliarum gentium ex adverso posuisse, ad Moysis atque aliorum, qui post eum fuere, prophetarum vetustatem vindicandam. His quasi supplementum quæ nobis in manu erant passim colligentes, priore absoluto ad præsens opus rerum natura adducti sumus. Quod quis cite sapientis apis naturali industriæ comparaverit, ad quam nos remittit sacer sermo in Proverbiis dicens : « Vade ad apem, B et vide quam operosa sit, quamque egregium conficiat opus ; ejus laborem reges et privati ad sanitatem comedunt; grata est omnibus, atque inclyta, etsi viribus debilis, sapientiam colere prædicatur [1]. » Quemadmodum enim hæc opifex sapientiam colere fertur, florentium germinum colligens utilia, et his omnibus collectis atque elaboratis, regibus et privatis salutares, ut ait Scriptura, præstat labores suos, idem etiam istas de Christo propheticas nobis Eclogas, quæ sunt florilegium e pratis Dei spiritalibus, comprehensuras esse existimo, quippe ceræ opificium, pulchre elaboratum sinceris verbis tradentes sententias vero in iis reconditas sicut dulcem ac saluberrimum apis sapientis fructum in secreto interiore loco condens. C Quis enim fidelium non fateretur ab omni corporis voluptate et utilitate incomparabili differre præcellentia salutares de Verbo Dei collationes, ad intelligentiam orthodoxiæ idoneas, in iis quæ vere utilia et salubria sunt! Hanc amplecti necesse est non tantum dignitate præcellentes, qui reges vocantur, sed et subjectos, et primum nunc divino attendentes verbo. Quibus diverse idoneum fore existimo mentis habitum, ut pernoscere possint veritatem eorum verborum, de quibus eruditi sunt [2]; tunc maxime simplici sinceraque fide firmam consequente fiduciam, cum ratiocinatione et demonstratione fundamenta stabilita sint, certissimam rerum creditarum intelligentiam et scien- D
tiam ad . . . . . igitur causa, dico autem . . . . . necesse esse prodest . . . . . , ut in proœmii modo interpretationem brevi . . . . . maxime brevissimam proponere de . . . . . quidem argumentum illis qui credere quasi divinis . . . . . prædicant Scripturis; non igitur . . . . . Jesum quasi ipsum quem prophetaverunt. In dubio . . . . . eos, scilicet Judæos, necnon electos . . . . . , et refutationes eorum quæ magis etiam mythica possent dicere, exsolvere conati divinas voces. Erit quoque brevis et moderata

[1] Prov. VI, 8. [2] Luc. I, 4.

. . . . ουσα . . ἱστορίαις ἐναποκειμένας· οὐκ ὀλίγοις . . . αχθεῖσα ἔσεσθαι χρησίμους· ἐπεὶ μὴ ῥᾴδιον ἀλλ' ὡς ἐκ τῆς . . τάδην τῶν Γραφῶν συναναγνώσεως τὰς πάσας ὑποπίπτειν τοῖς ἀνὰ στόμα καὶ διὰ μνήμης φέρειν αὐτὰς βουλομένοις.

Ἰστέον δ' ὡς πρὸ τῆς παρούσης ὑποθέσεως *Χρονικοὺς* συντάξαντες *Κανόνας*, ἐπιτομήν τε τούτοις παντοδαπῆς ἱστορίας Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων ἀντιπαραθέντες, τὴν Μωϋσέως καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ προφητῶν ἀρχαιότητα δι' αὐτῶν παρεστήσαμεν· οἷς τὴν μετὰ χεῖρας σποράδην ἀκόλουθον ὑπολαμβάνοντες, εἰκότως μετ' ἐκείνην ἐπὶ τὴν παροῦσαν ἐληλύθαμεν πραγματείαν· ἣν καὶ χαριέντως ἄν τις τῷ τῆς σοφῆς μελίττης ἀπεικάσειεν φυσικῷ σπουδάσματι, πρὸς ἣν ἀναπέμπων ἡμᾶς ὁ ἐν Παροιμίαις ἱερὸς λόγος φησίν, « Ἢ πορεύθητι πρὸς τὴν μέλιτταν, καὶ ἴδε πῶς ἐργάτις ἐστὶ, τήν τε ἐργασίαν ὡς σεμνὴν ἐμπορεύεται· ἧς τοὺς πόνους βασιλεῖς καὶ ἰδιῶται πρὸς ὑγείαν προσφέρονται· ποθεινή τε ἐστὶν πᾶσιν καὶ ἐπίδοξος, καίπερ οὖσα τῇ ῥώμῃ ἀσθενής, τὴν σοφίαν τιμήσασα προήχθη. » Ὃν γὰρ ἡ ἐργάτις ἐκείνη τρόπον τὴν σοφίαν τιμῆσαι μαρτυρουμένη, τῶν εὐθαλῶν βλαστῶν ἀναλεγομένη τὰ πρόσφορα, ἐκ τῆς ἁπάντων ἐπισυναγωγῆς τε καὶ ἐργασίας βασιλεῦσι καὶ ἰδιώταις ὑγιεινούς, ᾗ φησιν ἡ Γραφὴ, παρέχεται τοὺς ἑαυτῆς πόνους, ταυτόν τι καὶ τὰς περὶ τοῦ Χριστοῦ *Προφητικὰς* ἡμῖν *Ἐκλογὰς*, ἀπάνθισμα τῶν τοῦ Θεοῦ λογικῶν λειμώνων τυγχανούσας, περιέξειν ἡγοῦμαι. τὴν μὲν τῶν κηρῶν εὔπλαστον δημιουργίαν ἐν ψιλαῖς ταῖς λέξεσιν ἀποσωζούσας, τὰ δ' ἐν αὐτῷ τεθησαυρισμένα νοήματα καταλλήλῳ τῷ γλυκεῖ καὶ ὑγιεινοτάτῳ τῆς σοφῆς ἐν ἐκείνης γεννήματι εἴσω που ἐν ἀπορρήτοις ταμιευόμενος. Τίς γὰρ δὴ τῶν πιστῶν οὐκ ἂν ὁμολογήσαι πάσης διὰ σωμάτων ἡδονῆς τε καὶ ὠφελείας ἀσυγκρίτῳ διαφέρειν ὑπεροχῇ τὰς σωτηρίους περὶ τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ παραθέσεις, (f. 2) ἐπιτηδείους πρὸς ἀνάληψιν ὑπαρχούσας τῆς κατὰ ἀλήθειαν ὠφελίμου καὶ ὑγιεινῆς ὀρθοδοξίας; Ἣν περιέπειν ἀναγκαῖον οὐ μόνους τοὺς τὴν ἕξιν προδεδηκότας βασιλεῖς ὀνομαζομένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑποδεδηκότας καὶ πρῶτον ἄρτι τῷ θείῳ προσιόντας λόγῳ· οἷς καὶ διαφερόντως ἐπιτηδείαν ἔσεσθαι νομίζω τὴν ὑπόθεσιν, ὡς ἂν ἀκριβοῦν ἐξ αὐτῆς δύναιντο τὴν περὶ ὧν κατηχήθησαν λόγων ἀσφάλειαν· τότε μᾶλλον τῆς ἁπλῆς καὶ ἀκεραίου πίστεως πεῖσμα βέβαιον ἰσχούσης, ἐπειδὰν τῷ λογισμῷ τοὺς δι' ἀποδείξεως προεγκαταβαλών τις θεμελίους τὴν ἀκριβῆ τῶν πεπιστευμένων κατάληψίν τε καὶ γνῶσιν πρὸς ἐπικτη . . . . . ν γοῦν ἕνεκεν φημὶ δὲ τῶν ἐτ . . τοιχειώσε . . . . . ἀναγκαῖον εἶναι παρέστη μετὰ τὴν ἑκάστης προ . . . . ιν, ὡς ἐν εἰσαγωγῆς τρόπῳ διήγησιν βραχυ . . . . ενὶ μάλιστα συντομωτάτην παραθέσθαι περὶ . . . . . μὲν ἔλεγχον τῶν πιστεύειν μὲν ὡς θείαις . . . . ραῖς αὐχούντων Γραφαῖς· μὴ μὴν προσιεμεν . . υτα . . . . . ῶν Ἰησοῦν ὡς ἂν αὐτὸν ὄντα τὸν προφητευόμενον· ἐπαπόρησιν π . . . . αὐτοὺς, λέγω δὲ

Digitized by Google

τοὺς ἐκ περιτομῆς, καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν αἱρέσε. . . μοῦ δὲ καὶ ἀνατροπὰς ὧν ἂν εἴποιεν μυθικώτερον ἐπιλύειν πειρώμενοι τὰς θείας φωνάς. Ἔσται δὲ καὶ διὰ βραχέων μετρία τις ἡμῶν ἐξήγησις, ὁτὲ μὲν ἀπόδειξιν περιέξουσα τοῦ κατὰ μόνον τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα πεπληρῶσθαι τὰς ἱερὰς τοῦ Θεοῦ προῤῥήσεις, ὁτὲ δὲ τὴν ἡμετέραν γνώμην ἣν ἔχομεν περὶ τῶν ἐκτεθησομένων σημαίνουσα.

A nostra explanatio, sive cum probare conabitur per solum Salvatorem nostrum impletas fuisse sacras Dei prædictiones, sive cum nostram de iis quæ exponemus sententiam explicabimus.

Ἀλλὰ γὰρ τούτων ἐφάπτεσθαι μέλλοντας, ἀναγκαίως προδιαστείλασθαι ὡς πῇ μὲν προόντα οὐ μόνον τῆς ἐνανθρωπήσεως ἀλλὰ καὶ πάσης γενετῆς ὑποστάσεως τοῦ Θεοῦ Λόγον διδάσκουσιν οἱ ἱεροὶ λόγοι, Θεὸν . . . αὐτὸν μετὰ τὸν Πατέρα καὶ Κύριον προσαγορεύοντες, οἷα δὴ καὶ τὸ κήρυγμα τὸ ἐκκλησιαστικὸν περιέχει ἀκολούθως τῇ εὐαγγελικῇ μαρτυρίᾳ (εἰπ)ούσῃ, « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος· καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο· καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν· » πῇ δὲ τὰς δύο παρουσίας αὐτοῦ προαναφωνοῦσι· τὴν τε προτέραν, ἐν ᾗ μήτε εἶδος αὐτὸν μήτε κάλλος ἔξειν προὐθέσπιζον διαῤῥήδην ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἀχθήσεσθαι, καὶ σαφῶς οὕτως ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ προτέρου λαοῦ τὴν ἐπὶ θανάτῳ καταδικασθήσεσθαι λέγοντες· οἷα δὴ καὶ ἀποδείκνυνται τῆς προτέρας αὐτοῦ παρουσίας αἱ κατὰ τοὺς Τιβερίου χρόνους οἰκονομίαι· καὶ τὴν δευτέραν, οὐκέθ' ὁμοίαν τῇ προτέρᾳ, θειοτέραν δὲ καὶ πολὺ τῇ δόξῃ παραλλάττουσαν, μετ' ἀγγελικῆς δορυφορίας καὶ τῆς ἀπ' οὐρανῶν παρατάξεως γενησομένην· οἷς εὐγνωμόνως τὸν ἐντυγχάνοντα χρεὼν κανόνα ὥσπερ καὶ σκοπὸν τὸ κήρυγμα κατέχειν τὸ ἀποστολικὸν τέλεια καὶ ἀπαρεγχείρητα τὰ τῆς ἀληθείας δόγματα διαφυλάττοντα, τουτέστιν τὰ περὶ τῆς πρώτης καὶ ἀγενήτου τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ φύσεως, καὶ τὰ τῆς τοῦ θείου Λόγου προυποστάσεώς τε καὶ ὑπουργίας, ἣν ἐπὶ τῇ τῶν γενητῶν ἁπάντων δημιουργίᾳ, οἷα δὴ λόγος.

Verum antequam quidquid de his attingamus, pro certo habere necesse est, quod partim præexistens non solum incarnationi, sed et omnis substantiæ creationi Dei Verbum sancti libri docent, Deum . . . . . eum post Patrem et Dominum designantes, ut et ecclesiastica fert prædicatio congrue cum evangelico testimonio dicente : « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil [3], » partim prænuntiant duo ejus adventus : priorem, in quo neque speciem, neque decorem habiturus ostenditur [4], manifeste, sicut agnus ad occisionem ducendus, atque ita propter prioris populi iniquitates ad mortem damnandus ; quæ quidem in primi ejus adventus, Tiberii tempore, passione expleta sunt ; alterum vero, priori longe dissimilem, diviniorem multoque clariorem, angelicis cohortibus, omnique cœlorum exercitu circumdatum. Quibus rite respondeat necesse est regula, quasi propositum habeat apostolicam prædicationem, quæ perfecta purissimaque veritatis dogmata conservet, scilicet de prima et increata universorum Dei natura, et divini Verbi præexistentia atque substantia, quam in creaturarum omnium creatione, sicut verbum . . . . . .

(f. 3) . . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

χωρὶς τῶν τεσσάρων στοιχείων τῶν παρ' Ἑβραίοις ἀνεκφωνήτων, ὧν διὰ τῆς συνθέσεως τὸ σημαινόμενον ὄνομα ἄῤῥητον ὑπάρχον, καταχρηστικώτερον δὲ « Κύριος » ἐπικαλούμενον, οὐδέπω ποτὲ ἐπὶ ἀγγελικῆς παρείληπται δυνάμεως, ὡς ἐπιστήσεις καθ' ὅλης τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, ἔνθα ὁ Θεὸς, ἢ ὁ διὰ τοῦ τετραγράμμου δηλούμενος Κύριος ἀναγέγραπται κεχρηκέναι τισί· πότερον ἐπὶ τὴν ἀγένητον τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ φύσιν ἀνενεκτέον τὰ δηλούμενα, ἢ ἐπὶ τὸν τούτου Λόγον, ὃν δεύτερον τυγχάνοντα τῶν ὅλων αἴτιον καὶ Θεὸν καὶ Κύριον κατὰ τὸ σημαινόμενον ἐκ τοῦ παρ' Ἑβραίοις ἀῤῥήτου ὀνόματος προσαγορεύειν εἴωθεν ἡ θεία Γραφή. Καὶ δῆτα ἐπὶ τοῦ παρόντος φήσαντος τοῦ λόγου, ὅτι δή· « Κατέβη Κύριος, » καὶ, « Εἶπεν Κύριος, » τὰ ἀναγεγραμμένα, ζητήσαι ἂν τις εὐλόγως εἴτε ἐπί τινα τῶν ἀγγέλων, εἴτε ἐπὶ τὸ πρῶτον αἴτιον τὴν ἀναφορὰν ἔχει τὸ δηλούμενον. Ἀλλ' ἐπὶ μὲν ἀγγέλων οὐχ οἷόν τε· τοῦτο μὲν, ὅτι κἀνταῦθα τὸ « Κύριος » διὰ τῆς ἀνεκφωνήτου παρείληπται δυνάμεως, ὡς ἐπιστήσεις καθ' ὅλης τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, ἔνθα ὁ Θεὸς, ἢ ὁ διὰ τοῦ τετραγράμμου δηλούμενος Κύριος ἀναγέγραπται κεχρηκέναι τισί· πότερον ἐπὶ τὴν ἀγένητον τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ φύσιν ἀνενεκτέον τὰ δηλούμενα, ἢ ἐπὶ τὸν τούτου Λόγον, ὃν δεύτερον τυγχάνοντα τῶν ὅλων αἴτιον καὶ Θεὸν καὶ Κύριον κατὰ τὸ σημαινόμενον ἐκ τοῦ παρ' Ἑβραίοις ἀῤῥήτου ὀνόματος προσαγορεύειν εἴωθεν ἡ θεία Γραφή. Καὶ δῆτα ἐπὶ τοῦ παρόντος φήσαντος τοῦ λόγου, ὅτι δή· « Κατέβη Κύριος, » καὶ, « Εἶπεν Κύριος, » τὰ ἀναγεγραμμένα, ζητήσαι ἂν τις εὐλόγως εἴτε ἐπί τινα τῶν ἀγγέλων, εἴτε ἐπὶ τὸ πρῶτον αἴτιον τὴν ἀναφορὰν ἔχει τὸ δηλούμενον. Ἀλλ' ἐπὶ μὲν ἀγγέλων οὐχ οἷόν τε· τοῦτο μὲν, ὅτι κἀνταῦθα τὸ « Κύριος » διὰ τῆς ἀνεκφωνήτου παρεί-

præter quatuor litteras apud Hebræos infandas, quarum conjunctione ineffabile constat nomen, abusivius vero « Dominus » nominatum ; nunquam de angelica potestate usurpatum est, ut attendas in omni divinitus inspirata Scriptura, ubi Deus vel per tetragrammaton designatus Dominus inscriptus est, cum quibusdam collocutus. Utrum ad increatam omnium Dei naturam referenda sunt quæ ostenduntur, vel ad hujus Verbum, quod secundam universorum causam, et Deum, et Dominum, secundum ineffabilis apud Hebræos nominis sensum appellare solet divina Scriptura. Et profecto in hoc textu quo scribitur : « Descendit Dominus [5] ; » et : « Dixit Dominus [6] ; » merito aliquis posset inquirere an hæc vocabula ad angelorum quemdam, vel ad primam omnium causam referri debeant. Verum de angelis illud minime dici potest ; primum quidem quod vox illa « Dominus » ineffabili appellatione designetur ; deinde quod aliis sibi subjectis verba facere videatur. Rursus autem de Patre et omnium Deo impropria esset sententia ; hunc enim non deceret dicere : « Venite, descen-

[3] Joan. I, 1. [4] Isa LIII, 2. [5] Gen. XI, 5. [6] ibid. 6.

Digitized by Google

damus et confundamus linguam eorum [7], » neque illud : « Descendit Dominus ut videret civitatem [8], » cum auctoritate congruit. Reliquum est hoc de divino Verbo interpretari, quod quidem consequentibus demonstratur. Hic igitur omnium præscientiam et ordinationem cum a Patre acceperit, nunquam cessavit nunc quidem per seipsum, nunc vero per ministrantes angelos, quæ ad patriam voluntatem exsequendam de omnium utilitate ac salute spectabant, implere. Quæ autem ad mysticam et ineffabilem speculationem pertinent, nunc opportune explicandi locus non est.

A ληπται προσηγορίας, τοῦτο δὲ, ὅτι ἑτέρας παρ' αὐτὸν ὑποδεδηκόσιν ἐμφαίνει πεποιῆσθαι τοὺς λόγους. Πάλιν δ' αὖ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς καὶ Θεοῦ τῶν ὅλων ἀνοίκειος ἡ διάνοια· οὐ γὰρ δὴ αὐτῷ πρέποι ἂν λέγειν τὸ, « Δεῦτε, καὶ καταβάντες συγχέωμεν τὴν γλῶσσαν αὐτῶν, » καὶ τὸ, « Κατέβη Κύριος ἰδεῖν τὴν πόλιν, » οὐδαμῶς ἂν ἁρμόττοι περὶ τῆς αὐθεντείας λέγεσθαι. Λείπεται δὴ νοεῖν τὸν θεῖον Λόγον καὶ διὰ τῶν προκειμένων δηλοῦσθαι. Οὗτος δὴ τὴν τῶν ἁπάντων πρόνοιάν τε καὶ οἰκονομίαν πρὸς τοῦ Πατρὸς ἐπιτετραμμένος οὐ πώποτε διέλειπεν τοτὲ μὲν δι' ἑαυτοῦ, τοτὲ δὲ δι' ὑπηρετῶν ἀγγέλων τῷ πατρικῷ βουλήματι τὰ συντείνοντα ἐπὶ τῇ τῶν ὅλων ὠφελείᾳ τε καὶ σωτηρίᾳ διακονούμενος. Μυστικῆς δὲ καὶ ἀπορρήτου θεωρίας ἐχόμενα τὰ κατὰ τὸν τόπον οὐ νῦν ἀναπτύσσειν καιρός.

CAPUT III.

Prima autem revelatio facta traditur Abrahamo cum ei dixit Dominus : « Egredere de terra tua et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram quam monstrabo tibi ; faciamque te in gentem magnam, et benedicam tibi, et magnificabo nomen tuum, erisque benedictus : et benedicam benedicentibus tibi [9], » et cætera. Secunda, cum visus est ei Dominus, dixitque ei : « Semini tuo dabo terram hanc [10]. » Tertia, cum « Abrahamo dixit Dominus, postquam divisus est ab eo Lot [11], » quæ referuntur. Quarta, in qua dicitur : « Iis itaque transactis, factus est sermo Domini ad Abrahamum, per visionem dicens : Noli timere, Abraham, ego protector tuus sum [12] ; » et post alia : « Ego Dominus, qui eduxi te de terra Chaldæorum [13]. » Quinta, cum visus est Dominus Abrahamo et dixit ei : « Ego sum Deus tuus, ambula coram me [14], » et cætera. Sexta, in qua rursus « Apparuit ei Dominus in convalle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso fervore diei : cumque elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum : quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, et adoravit in terram, et dixit : Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum, sed afferatur pauxillum aquæ, et lavent pedes vestros [15]. » Dein paulo post addit : « Cum autem surrexissent inde, direxerunt oculos contra Sodomam : et Abraham simul gradiebatur, deducens eos. Dixitque Dominus : Num celare potero Abraham quæ gesturus sum? Cum futurus sit in gentem magnam ac robustissimam, et benedicendæ sint in illo omnes nationes terræ. Sciebam enim quod præcepturus sit filiis suis et domui suæ post se, ut custodiant vias Domini, et faciant judicium et justitiam : ut adducat Dominus propter Abraham omnia quæ locutus est ad eum. Dixit autem Dominus : Clamor Sodomorum et Gomorrhæ multiplicatus est [16]. » Et paulo post : « Converteruntque se inde tres viri, et abierunt Sodomam. Abraham vero adhuc stabat coram Domino. Et appropinquans ait : Numquid perdes justum cum im-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

B Πρῶτος ἀναγέγραπται γενόμενος χρηματισμὸς τῷ Ἀβραὰμ ὅτε εἶπεν αὐτῷ Κύριος· « Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου εἰς τὴν γῆν ἣν ἄν σοι δείξω· καὶ ποιήσω σὲ εἰς ἔθνος μέγα, καὶ εὐλογήσω σε, καὶ μεγαλυνῶ τὸ ὄνομά σου, καὶ ἔσῃ εὐλογητός· καὶ εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς (f. 4) σε, » καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς. Δεύτερος, ὅτε ὤφθη αὐτῷ Κύριος καὶ εἶπεν αὐτῷ· « Τῷ σπέρματί σου δώσω τὴν γῆν ταύτην. » Καὶ τρίτος, ὅτε « ὁ Κύριος εἶπεν τῷ Ἀβραὰμ μετὰ τὸ διαχωρισθῆναι τὸν Λὼτ ἀπ' αὐτοῦ » τὰ ἀναγεγραμμένα. Τέταρτος, ἐν ᾧ εἴρηται, « Μετὰ δὲ τὰ ῥήματα ταῦτα ἐγενήθη ῥῆμα Κυρίου πρὸς Ἀβραὰμ ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς λέγων, Μὴ φοβοῦ, Ἄβραμ, C ἐγὼ ὑπερασπίζω σου· » καὶ μεθ' ἕτερα· « Ἐγὼ Κύριος ὁ ἐξαγαγών σε ἐκ χώρας Χαλδαίων. » Πέμπτος, ὅτε ὤφθη Κύριος τῷ Ἀβραὰμ καὶ εἶπεν αὐτῷ, « Ἐγώ εἰμι ὁ Θεός σου· εὐαρέστει ἐνώπιον ἐμοῦ, » καὶ τὰ λοιπά. Ἕκτος, ἐν ᾧ πάλιν « Ὤφθη αὐτῷ Κύριος πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ, καθημένου αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς αὐτοῦ μεσημβρίας· ἀναβλέψας δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ εἶδεν, καὶ ἰδοὺ τρεῖς ἄνδρες εἱστήκεισαν ἐπάνω αὐτοῦ· καὶ ἰδὼν προσέδραμεν εἰς συνάντησιν αὐτοῖς ἀπὸ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς αὐτοῦ· καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὴν γῆν καὶ εἶπεν· D Κύριε, εἰ εὗρον χάριν ἐναντίον σου, μὴ παρέλθῃς τὸν παῖδά σου, ληφθήτω δὴ μικρὸν ὕδωρ, καὶ νιψάτωσαν τοὺς πόδας ὑμῶν. » Εἶτα μετά τινα ἐπιφέρεται, « Ὅτι ἐξαναστάντες ἐκεῖθεν ἐπέβλεψαν ἐπὶ πρόσωπον Σοδόμων· Ἀβραὰμ δὲ συνεπορεύετο μετ' αὐτῶν συμπροπέμπων αὐτούς· ὁ δὲ Κύριος εἶπεν· Μὴ κρύψω ἐγὼ ἀπὸ Ἀβραὰμ τοῦ παιδός μου ἃ ἐγὼ ποιῶ; Ἀβραὰμ δὲ γινόμενος ἔσται εἰς ἔθνος μέγα καὶ πολύ, καὶ ἐνευλογηθήσεται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς· ᾔδειν γὰρ ὅτι συντάξει τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ καὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ μετ' αὐτῶν, καὶ φυλάξουσιν τὰς ὁδοὺς Κυρίου, ποιεῖν δικαιοσύνην καὶ κρίσιν, ὅπως ἂν ἐπαγάγῃ Κύριος ἐπὶ Ἀβραὰμ ἃ ἐλάλησεν πρὸς αὐτόν. Εἶπεν δὲ Κύριος· Κραυγὴ Σοδόμων καὶ Γομόρρας πεπλήθυνται. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Καὶ ἀποστρέψαντες ἐκεῖθεν οἱ ἄνδρες ἦλθον εἰς Σόδομα· Ἀβραὰμ ἔτι ἦν ἑστηκὼς ἐναντίον Κυρίου· καὶ ἐγγί-

[7] Gen. xi, 7. [8] ibid. 5. [9] Gen. xii, 1-3. [10] ibid. 7. [11] Gen. xiii, 14. [12] Gen. xv, 1. [13] ibid. 7. [14] Gen. xvii, 1. [15] Gen. xviii, 1-4. [16] ibid. 16-20.

Digitized by Google

σας Ἀβραὰμ εἶπεν, Μὴ συναπολέσῃς δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς· καὶ ἔσται ὁ δίκαιος ὡς ὁ ἀσεβής· ἐὰν ὦσι πεντήκοντα δίκαιοι ἐν τῇ πόλει, ἀπολέσεις αὐτούς; Οὐκ ἀνήσεις πάντα τὸν τόπον ἕνεκεν τῶν πεντήκοντα δικαίων, ἐὰν ὦσιν ἐν αὐτῇ; Μηδαμῶς σὺ ποιήσεις ὡς τὸ ῥῆμα τοῦτο τοῦ ἀποκτεῖναι δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς· καὶ ἔσται ὁ δίκαιος ὡς ὁ ἀσεβής· μηδαμῶς· ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν οὐ ποιήσεις κρίσιν; » Καὶ μεθ' ἑτερά φησιν ἡ Γραφή· « Ἀπῆλθεν δὲ Κύριος ὡς ἐπαύσατο λαλῶν τῷ Ἀβραάμ. Εἰσῆλθον δὲ καὶ οἱ δύο ἄγγελοι εἰς Σόδομα ἑσπέρας· Λὼτ δὲ ἐκάθητο παρὰ τὴν πύλην Σοδόμων. »

A pio? Sitve justus ut impius? Si fuerint quinquaginta justi in civitate, peribunt simul? Nonne parces loco illi propter quinquaginta justos, si fuerint in eo? Absit a te ut rem hanc facias, et occidas justum cum impio, fiatque justus sicut impius; non est hoc tuum, qui judicas omnem terram; nequaquam facies judicium hoc [17]. » Et post pauca dicit Scriptura: « Abiit autem Dominus, postquam cessavit loqui ad Abraham [18]; veneruntque duo angeli in Sodomam vespere, et sedente Lot in foribus civitatis [19]. »

Ἐπιστῆσαι ἄξιον πότερον ἄγγελος ὁ τυχὼν κατὰ τοὺς τόπους δηλοῦται ὁ τοὺς χρηματισμοὺς πρὸς τὸν Ἀβραὰμ πεποιημένος, ἢ αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἢ τρίτος τις παρὰ τούτους ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὃν μετὰ τὸν ἀνωτάτω Πατέρα καὶ Θεὸν τῶν ὅλων Κύριον καὶ Θεὸν ἀποκαλεῖν ἔθος τῇ ἱερᾷ Γραφῇ· ἔτι τε ζητῆσαι, τί; ἦν ὁ τῶν τριῶν τῶν ὀφθέντων τῷ Ἀβραὰμ ἀνδρῶν, πρὸς ὃν αὐτός τε εἶπεν, « Κύριε, εἰ εὗρον χάριν ἐναντίον σου· » καὶ πάλιν, « Μηδαμῶς· ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν οὐ ποιήσεις κρίσιν· » περὶ οὗ καὶ ἡ θεία Γραφὴ οὐ μόνον πρῶτον, ἀλλὰ καὶ δεύτερον καὶ τρίτον ἱστορικῶς φησιν, « Ὤφθη δὲ αὐτῷ Κύριος, » ἐπὶ τῇ (f. 5) « Κύριος » προσηγορίᾳ τοῦ ἀνεκφωνήτου ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ τεταγμένου ὀνόματος, ὅπερ οὐδεπώποτε ἐπὶ ἀγγελικῆς δυνάμεως παρείληπται. Ὅτε γοῦν ὁ Λὼτ τοῖς εἰς Σόδομα ἐλθοῦσιν ἀγγέλοις ἀναγέγραπται λέγων, « Δέομαι, Κύριε, ἐπειδὴ εὗρεν ὁ παῖς σου ἔλεος ἐνώπιόν σου, » κεῖται μὲν ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ τὸ, « Κύριε, » ἀλλ' οὐ διὰ τῶν τεσσάρων στοιχείων τῶν παρ' Ἑβραίοις ἐπὶ τοῦ ἀῤῥήτου ὀνόματος τοῦ Θεοῦ παραλαμβανομένων, δι' ἑτέρων δὲ συλλαβῶν δι' ὧν καὶ ὁ παρ' ἀνθρώποις ὀνομαζόμενος κύριος τῶν πρός τι τυγχάνων, οἷον οἰκέτου κύριος, παρ' Ἑβραίοις ἐγγέγραπται· ἀλλ' οὐδέν γε τούτοις ἔχον παραπλήσιον τὸ ἐπὶ τῆς τοῦ Θεοῦ αὐθεντείας διὰ τῶν τεσσάρων στοιχείων παραλαμβανόμενον ἔν τε ταῖς ἀναγεγραμμέναις τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ὀπτασίαις ἐμφερόμενον σαφῶς παρίστησιν, μηδὲ ἄγγελον, μηδὲ ὀλίγῳ τοῦτον ἐπαναβεβηκυῖάν τινα θείαν δύναμιν αὐτῷ κεχρηματικέναι, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Θεὸν, οὗ τὴν ἄῤῥητον ἐκφώνησιν, αὐτὴν δὴ ταύτην κατὰ τοὺς τόπους διὰ τῶν τεσσάρων στοιχείων ἐμφερομένην, μόνος ὁ ἀρχιερεὺς ἐπὶ τοῦ μετώπου περιέκειτο φέρων ἐπὶ τοῦ χρυσοῦ πετάλου τὸ λεγόμενον « Ἔκτυπωμα σφραγίδος, ἁγιάσμα[τος] Κυρίου. » Καὶ ὅτι γε οὐκ ἀδιάφορόν ἐστι τῇ θείᾳ Γραφῇ ἐπ' ἀγγέλων χρῆσθαι τῇ τοιαύτῃ προσηγορίᾳ, πρόδηλον ἐκ τοῦ σφόδρα παρατετηρημένως ποτὲ μὲν αὐτὸν τὸν Θεὸν ἢ τὸν διὰ τοῦ τετραγράμμου δηλούμενον Κύριον ὤφθαί τε καὶ κεχρηκέναι τοῖς δικαίοις ἱστορεῖν, ποτὲ δὲ ἀγγέλους ἀναγράφειν τοὺς ἑωραμένους. Σαφῶς οὖν ὁ τῇ Ἄγαρ ἀλωμένῃ ἐπιφανεὶς ἄγγελος ἦν· καὶ γὰρ ἐχρῆν ἐκείνῃ μὲν, ἅτε πλεῖστον ὅσον ἀπολειπομένῃ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ οὐδέν τι πλέον ἀγγελικῆς ὀπτασίας θεωρεῖν δυναμένῃ, κατάλληλον τὴν ὀπτα-

Scire est operæ pretium, utrum sit angelus qui his in Scripturæ locis Abrahamo apparuisse ostenditur, an ipse omnium Deus, vel tertius aliquis, Dei scilicet Verbum, quem post altissimum Patrem, et Deum omnium Dominum, et Deum vocare in sacra Scriptura solent; necnon inquirere quis esset trium virorum, qui Abrahamo visi sunt, ad quem ille dixerit: « Domine, si inveni gratiam in oculis tuis [20]; » et rursus: « Non est hoc tuum: qui judicas omnem terram, nequaquam facies judicium hoc [21]. » De quo et divina Scriptura non tantum semel, sed rursus et tertio reapse dixit: « Visus autem ei Dominus [22], » ubi « Dominus » ineffabili appellatione in Hebraico textu designatur, quæ scilicet nusquam de angelica potestate usurpatur. Cum igitur Lot venientibus in Sodomam angelis dixisse fertur: « Quæso, Domine mi, quia invenit servus tuus gratiam coram te [23], » invenitur in Hebraico textu, « Domine, » sed non quatuor litteris designatus quæ apud Hebræos ineffabile Dei nomen exprimunt, sed alia denominatione, quæ vulgo apud Hebræos de alicujus inter homines domino, veluti de servi domino, usurpatur. Nihil vero tale invenias in denominatione quæ ad Dei auctoritatem spectat, in tetragrammato scilicet, quod in relatis Dei ad Abrahamum apparitionibus usurpatur. Hoc itaque nec angelus, nec angelo paulo superior aliqua divina potestas designatur, sed Deus ipse, cujus ineffabile nomen, utpote distincte quatuor litteris exaratum, solus summus pontifex, fronte gestabat in lamina aurea quæ appellabatur: « Cælatum sigillum, sanctum Domino [24]. » Manifestum est autem divinam Scripturam non indiscriminatim hanc angelis attribuisse denominationem, præsertim cum accuratissime nunc ipsum Deum, vel tetragrammato denominatum Dominum apparuisse et cum justis conversatum fuisse meminerit, nunc vero angelos visos fuisse. Manifeste igitur angelus erat, qui Agar erranti visus. Decebat enim huic quidem, prout ab Abrahamo penitus derelictæ, nec quidpiam angelica visione majus intueri valenti, obviam fieri per præsentem angelum visionem, dum Abrahamo clarior, Dei scilicet ipsius, manifestatio fieret. Quippe cætera ipsa ad eum Dei verba parum congrua essent, si quis ea ad

[17] Gen. xviii, 22-25. [18] ibid. 33. [19] Gen. xix, 1. [20] Gen. xviii, 3. [21] ibid. 25. [22] ibid. 1. [23] Gen. xix. 18, 19. [24] Exod. xxviii, 36.

Digitized by Google

angelos referre conaretur; unius enim Dei erat hæc dicere, scilicet : « Faciam te in gentem magnam, et benedicam tibi [25], » et sequentia; hæcque præsertim : « Ego Dominus qui eduxi te e terra Chaldæorum [26]; » et illa : « Ego sum Deus tuus, ambula coram me [27]; » et reliqua. Nullus enim tam rudis ingenii esset, qui hæc ab angelo dicta existimet. Cum igitur Abrahamo sub arbore sedenti tres viri apparuerunt, uni tantummodo eorum dixit : « Domine, si inveni gratiam in oculis tuis [28]. » Et cæterorum nullus cum Abrahamo collocutus inducitur, siquidem non decebat, famulos appellare dominos, sed ille solus Dominus vocatur, qui etiam dicit : « Num celare potero Abrahamum filium meum [29] » et cætera. Deinde viri Dominum comitantes, prout angeli (scilicet missi), abeuntes, soli venerunt in urbem Sodomam, et Dominus non jam cum iis præsens erat. (Quo enim modo fieri potuisset mansuetum misericordemque Deum apud impios commorari?) Hic vero in conversatione ac colloquio religiosi justique viri permanens, ejusque consuetudine gaudet, ac benigne ejus humanissimam supplicationem accipit, in qua cum « Qui judicas omnem terram, nequaquam facies judicium hoc [30], » Abrahamus diceret, evidentissime ostendit seipsum pulchre nosse quod nec angelo, nec alicui subjectæ divinæ potestati, sed ipsi Deo loquebatur. Cæterum brevi sequens rerum narratio perspicue angelos in Sodomam proficiscentes demonstrat, subjiciens : « Venerunt duo angeli in Sodomam vespere [31]. » Deinde neque Dominum, neque Deum Lot visum aut locutum fuisse, sed angelos scribit. Ex his igitur omnibus apertum est Dominum esse ac Deum, non vero quemquam angelorum, quem Abrahamo visum fuisse Scriptura testatur.

Omnes igitur Veteris cum Novo Testamento concordiam discutere volentes, hoc pro lucro habent, dum demonstrare existimant alium esse Christi Patrem, quem invisibilem [32] evangelistæ prædicant, alium Mosis et prophetarum Deum, diverse visum, nunc Abrahamo, nunc Isaaco (qui et eadem ferme quæ Abrahamo prædixit), similiter et Jacobo, necnon Isaiæ dicenti : « Vidi Dominum Sabaoth [33], » cæterisque prophetis; nos vero, (cum et in ipsis veteribus Dei prophetis inducitur aliquod divinum oraculum e persona Dei dicens : « Ego enim Dominus et non mutor [34]; » et : « Nunquid non cœlum et terram ego impleo, dicit Dominus [35]? » Mosi etiam dicit : « Non enim videbit me homo et vivet [36]; ») ad prædictos homines, simul et ad Judæos, nondum secundam præter increatam naturam præexsistere divinitatem Filii comprehendentes, hæc ambigua examinabimus, qua scilicet ratione

βασιλείαν παραλαβών, αὖθις μετὰ Κύρον διὰ τοῦ προγράμματος τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκοδομηθῆναι προστάττει. Καὶ δὴ κατὰ τὸ ἕκτον αὐτοῦ τῆς ἀρχῆς ἔτος, ὅπερ ἦν ἀπὸ Κύρου τεσσαρακοστὸν καὶ ἕκτον, τὰ τῆς οἰκοδομῆς ἀποπληροῦται· ὅθεν ὁρμώμενοι τῷ Σωτῆρι ἡμῶν ἔλεγον· « Μ' καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος, καὶ σὺ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερεῖς αὐτόν; » Κατὰ δὲ τὸν Ἰώσηπον ο' (θ') καὶ μ' ἔτη ἀκριβῶς τὰ ἀπὸ Κύρου ἐπὶ τὸ Δαρείου ἔνατον ἔτος συνάγεται, ἐν ᾧ τέλος ἐπιθεῖναι τῇ τοῦ ναοῦ οἰκοδομῇ ἐν τῷ ἐνδεκάτῳ τῆς Ἀρχαιολογίας φησὶν αὐτολεξεὶ δηλῶν οἰκοδομηθήσεσθαι τὸν ναὸν ζ' (*sic*) μηνὶ τοῦ ἐνάτου τῆς ἐπὶ Δαρείου βασιλείας ἔτους· οἷς καὶ ἐπιφέρει λέγων· « Κατῴκισαν δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις πολιτείᾳ χρώμενοι ἀριστοκρατ[ορ]ικῇ μετὰ ὀλιγαρχίας· οἱ γὰρ ἱερεῖς προεστήκεσαν τῶν πραγμάτων, ἄχρι οὗ τοὺς Ἀσαμωναίου συνέβη βασιλεύειν ἐγγόνους. » Αἵδε μὲν οὖν αἱ ἐν τῇ προφητείᾳ φερόμεναι ζ' ἑβδομάδες εἰς τὸ προδεδηλωμένον ἔτος Δαρείου περιοριζόμεναι, πρόδηλον οὖν δι' ἣν αἰτίαν τῶν (τὸν) ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἀφορισμὸν εἰλήφασιν. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὰς λοιπὰς ξβ' ἐπὶ ποίους περιορίζονται χρόνους. Τὸ μὲν δὴ ἕνατον ἔτος Δαρείου κατὰ τὴν ἑβδόμην καὶ ἑξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα ἐκ τῆς τῶν παρ' Ἕλλησι χρονογράφων παρίσταται ἱστορίας· ἀπὸ δὴ οὖν ταύτης ἐπὶ τὴν ἑκατοστὴν ἑκαιδεκάτην Ὀλυμπιάδα, καθ' ἣν Σέλευκος μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν Συρίας ἁπάσης καὶ Βαβυλωνίας ἐκράτησεν, ἔτη γίνεται σ'· ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὴν τελευτὴν Σίμωνος, Ἰουδαίων ἀρχιερέως, τῆς κατὰ Συρίαν ἀρχῆς ζ' καὶ ο' καὶ ρ' διαγενέσθαι ἡ πρώτη τῶν καλουμένων Μακκαβαϊκῶν σημαίνει γραφή, μέχρι τούτου περιγράφουσα τὴν ἱστορίαν. Πάλιν δ' ἐντεῦθεν τὰς τῶν ἱερέων διαδοχὰς ἀκριβέστατα ἐπισημαινόμενος ὁ Ἰώσηπος μετὰ Σίμωνα τὸν προδεδηλωμένον φησὶ καθηγήσασθαι τοῦ λαοῦ Ἰωάννην τὸν καὶ Ὑρκανὸν ἔτεσιν θ' καὶ κ'· τοῦτον δὲ διαδέξασθαι Ἀριστόβουλον, ὃν καὶ βασιλεῦσαι ἐνιαυτόν· μετὰ δὲ τοῦτον Ἀλέξανδρος ἔτεσι κζ', μεθ' ὃν τὴν γυναῖκα Ἀλεξάνδραν, ἐφ' ἧς τὰ πάντα ἀπὸ ἐνάτου ἔτους Δαρείου ἔτη συνάγεται υλδ', ὁπόσα δ' ἂν γένοιτο ἐκ τῶν ξβ' ἑβδομάδων ἐν αἷς οἱ *χριστοὶ* ἡγούμενοι, οὗτοι δ' ἂν εἶεν οἱ ἀρχιερεῖς, ἀρξάμενοι ἀπὸ Κύρου τῶν τοῦ ἔθνους προέστησαν πραγμάτων. Πρόδηλον γὰρ ἀπό τε τῆς ἱερᾶς Γραφῆς, οὐ μὲν (μὴν) ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν προτεθεισῶν τοῦ Ἰωσήπου φωνῶν, ὡς ὅτι μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον, ἐξ αὐτοῦ Ἰησοῦ τοῦ ἱερέως τοῦ μεγάλου ἡγεμόσι καὶ ἄρχουσι τοῖς κατὰ διαδοχὴν ἐχρῶντο, μέχρι ὧν ὁ Ἰώσηπος ὀνομάζει Ἀσαμωναίου παῖδων, οὓς ἡ Γραφὴ Μακκαβαίους (f. 41) ὠνόμασεν, ὧν πρῶτος ἀρχιεράτευσεν Ἰούδας ὁ Μακκαβαῖος ἐπικληθείς, ὃς καὶ καθηγήσατο τοῦ λαοῦ τοὺς Ἀντιόχου τροπωσάμενος στρατηγούς. Μεθ' ὃν Ἰωνάθης ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁμοῦ τὴν ἀρχιερωσύνην καὶ τὴν τοῦ λαοῦ διαλαμβάνει προστασίαν· καὶ αὖθις τούτου ἀδελφὸς Σίμων ἀρχιερεύς, μεθ' ὃν Ὑρκανός, μεθ' ὃν Ἰούδας,

rem nostrum invecti dicebant: « Quadraginta et sex annis ædificatum est templum hoc, et tu in tribus diebus excitabis illud [32a]? » Juxta autem Josephum novem et quadraginta anni sunt a Cyro ad nonum Darii annum, quo perfectam dicit templi ædificationem, in undecimo *Archæologiæ* libro templi instaurationem narrans septimo Darii regni noni anni mense absolutam. Additque: « Eratque tunc Hierosolymitanis aristocratia oligarchia mista; sacerdotes enim rebus præfuerunt, donec Asamonæi posteri sortirentur regnum (1). » Hæ igitur in prophetia relatæ septem hebdomades, quæ ad nonum Darii annum desinunt, istam ob causam a cæteris discriminatæ sunt. Videamus nunc ad quæ pertineant tempora reliquæ hebdomades sexaginta duæ. Nonus Darii annus juxta Græcorum historiæ chronologiam septimæ et sexagesimæ Olympiadi respondet; ab hac ad centesimam sextam decimam Olympiadem, qua Seleucus, Alexandro mortuo, Syria tota ac Babylonia potitus est, anni sunt ducenti; hinc ad mortem Simonis, Judæorum summi sacerdotis, sub Syriorum ditione septem et septuaginta et centum effluxisse annos primus Machabæorum liber, qui historiam ad Simonem usque narrat, meminit [33]. Rursus exinde sacerdotum seriem accuratissime referens Josephus (2), post Simonem narrat præfuisse populo Joannem et Hyrcanum annos novem et viginti; huic successorem Aristobulum unum regnavisse annum; quo mortuo Alexandrum septem et viginti annos, et post eum conjugem Alexandram, ad quam omnes ab anno Darii nono anni quatuor et triginta et quadringenti effluxere, qui sunt sexaginta duæ hebdomades, quibus præfuerunt *christi*, summi scilicet sacerdotes, qui a Cyro populi rebus præfuerunt. Constat enim ex sacra Scriptura, necnon e citatis Josephi locis, quod post reditum e Babylone, ab ipso Jesu sacerdote magno ducibus et principibus continua serie Judæi usi sunt, usque ad illos quos Josephus Asamonæi filios vocat, Scriptura vero Machabæos nominavit, quorum primus summum obtinuit pontificatum Judas Machabæus cognomine, fugatisque Antiochi ducibus populo præfuit. Post eum frater ejus Jonathas summum simul pontificatum et populi imperium accepit; rursumque ejus frater Simon summus fuit sacerdos, post quem Hyrcanus, post quem Judas, qui et Aristobulus dictus, successerunt: qui primus summo sacerdotio regnoque diadema adjecit. Post eum summo sacerdotio simul et regia potestate accepta, Alexander, succedente ei conjuge, mortuus est. Tunc completis quæ Danieli prædictæ fuerunt hebdomadibus, imperare desinunt principes e sacerdotibus cognominati christi; ut ostenderetur hæc verba « usque ad christum ducem » ad illas hebdomades spectare; quasi manifestius diceretur:

[32a] Joan. II, 20. [33] I Machab. I.

(1) Joseph. *Arch.* XI, 4, 8.

(2) Joseph. *Antiq.* XX, 10, 3.

Digitized by Google

Novem et sexaginta effluent hebdomades, scilicet A trium et octoginta et quadringentorum annorum spatium, in quo christus summusque sacerdos vice continua dux populi rebus præerit. Atque igitur cuilibet manifestum videtur iis quæ demonstravimus tot elapsos fuisse annos a Cyro ad Alexandri mortem, ultimi e summis sacerdotibus principis. Hoc enim mortuo sola omnium usque ad hoc temporis mulier gentis obtinuit regnum. Ex quo Judæorum principatus simul et summum sacerdotium, prius copulata, separantur. Accepto enim Alexandra imperio, summum filio suo Hyrcano sacerdotium tradidit, et post novem annorum regnum obiit. Deinde Aristobulus, alius ipse plerumque cum fratre litigans, illum summo sacerdotio spoliat, et ipse post tres annos regno dejicitur. Continuo Romanorum dux Pompeius superveniens, Jerusalem vi oppugnat, sanctaque polluit, usque ad adyta templi progressus, captivumque cum filiis Aristobulum Romam abducit. Dein et Hyrcano a Parthis in captivitatem ducto, Judæorum regnum primus e gentibus Herodes a Romanorum senatu accepit. Ut refert Josephus (1), Idumæus paterno erat genere, Arabs vero materno. (2) Narrat Africanus non multo post: « Ferunt, qui ejus originem accurate inquisiverunt, Antipatrem (qui pater ejus fuisse perhibetur), cujusdam Herodis Ascalonitæ filium, unius ex Apollinis templi servis. » Quo igitur Judæorum regnum consecuto, impleta est tum cæterorum prophetarum, tum præcipue hæc apud Moysem Jacobi prædictio: « Non auferetur sceptrum C de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est; et ipse erit exspectatio gentium [a]. » Atqui manifestum est sive historiis, sive iis quæ retulimus, usque ad Herodem, quo regnante natus est Christus, totius gentis sceptrum non ablatum fuisse de Hebræis. Primo igitur ex aliena gente regnante Herode, continuo Christi incarnatio impleta est, gentiumque prænuntiata exspectatio, diffusa per omnem gentem Salvatoris nostri doctrina, revera consummari cœpit. Tunc et Danielis, post hebdomades de quibus disseruimus, exitum habuit prædictio, dicens: « Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus, et judicium non est in eo. Et civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: et finis ejus vastitas, et post finem D belli statuta desolatio. »

ὁ καὶ Ἀριστόβουλος, διαδέχεται· καὶ πρῶτος ἐπὶ τῇ ἀρχιερωσύνῃ καὶ βασιλείᾳ περιέθετο διάδημα. Μεθ' ὃν τὴν ἀρχιερωσύνην ὁμοῦ καὶ τὴν βασιλείαν παραλαβὼν Ἀλέξανδρος ἐπὶ διαδόχῳ γυναικὶ τελευτᾷ· ἐν ᾧ τῶν ἐν τῷ Δανιὴλ συμπερασθεισῶν ἑβδομάδων οἱ ἐξ ἱερέων ἄρχοντες χριστοὶ προσαγορευόμενοι διαλείπουσιν· ὥστε δηλοῦν τὸ φάσκον λόγιον, « ἕως χριστοῦ ἡγουμένου, » τοσάσδε ἔσεσθαι ἑβδομάδας· ὡστὶ σαφέστερον εἰρῆκει, θ' καὶ ξ' διελεύσεσθαι ἐτῶν ἑβδομάδας, τοῦτ' ἔστι χρόνων(ον) γ' καὶ π' καὶ υ' ἐτῶν, ἐν ᾧ χριστός τις καὶ ἀρχιερεὺς κατὰ διαδοχὴν ἡγούμενος τῶν τοῦ λαοῦ προστήσεται πραγμάτων. Καὶ δὴ παντί τῳ σαφὲς ἐκ τῶν προπαρατεθέντων ἡμῖν, ὡς τοσοῦτος ἐτῶν ἀριθμὸς τῶν ἀπὸ Κύρου καὶ ἐπὶ τὴν τελευτὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ ὑστάτου αὐτῶν ἡγησαμέ- B νου ἀρχιερέως παρίσταται. Μεθ' ὃν μόνη τῶν πώποτε τὸ τηνικαῦτα γυνὴ τὴν τοῦ ἔθνους βασιλείαν διαλαμβάνει, ἐξ ἧς ὁμοῦ τά τε τῆς Ἰουδαίων ἡγεμονίας, καὶ τὰ τῆς ἐκ προγόνων εὐσταθῶς προϊούσης ἀρχιερωσύνης συγχεῖται. Διαλαβοῦσα γοῦν ἡ προδεδηλωμένη τὴν ἀρχὴν, τὴν μὲν ἀρχιερωσύνην Ὑρκανῷ τῷ παιδὶ δίδωσιν, αὐτὴ δὲ τὴν βασιλείαν ἔτη θ' κατασχοῦσα τελευτᾷ. Μεθ' ἣν Ἀριστόβουλος, ἕτερος αὐτὸς πλεῖστα στασιάσας πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ἐκεῖνον μὲν τὴν ἀρχιερωσύνην ἀφαιρεῖται, αὐτὸς δὲ πρὸς ταύτῃ καὶ τῆς βασιλείας μετὰ τρίτον ἔτος ἀποπίπτει. Ῥωμαίων γὰρ αὐτίκα στρατηγὸς Πομπήϊος ἐπιστὰς, τὴν μὲν Ἱερουσαλὴμ κατὰ κράτος πολιορκεῖ, μιαίνει τε τὰ ἅγια μέχρι τῶν ἀδύτων τοῦ ἱεροῦ προελθὼν, τὸν δὲ Ἀριστόβουλον δέσμιον ἐπὶ Ῥώμης ἅμα τέκνοις ἀνα- C πέμπει· μεθ' ὃν καὶ τοῦ Ὑρκανοῦ ὑπὸ Πάρθων αἰχμαλώτου ἀχθέντος, τὴν κατὰ Ἰουδαίων βασιλείαν πρῶτος ἐξ ἐθνῶν Ἡρώδης παρὰ τῆς συγκλήτου Ῥωμαίων ἐγχειρίζεται· ὡς μὲν ὁ Ἰώσηπος παραδίδωσιν, Ἰδουμαῖος κατὰ πατέρα τὸ γένος ὤν, Ἀράβιος δὲ κατὰ μητέρα· ὡς δ' ὁ Ἀφρικανὸς, οὗ μικρῷ πρόσθεν ἐμνήσθημεν· « Φασὶν οἱ τὰ κατ' αὐτὸν ἀκριβοῦντες Ἀντίπατρον (τοῦτον δ' εἶναι αὐτῷ πατέρα) Ἡρώδου τινὸς Ἀσκαλωνίτου τῶν περὶ τὸν νεὼν τοῦ Ἀπόλλωνος ἱεροδούλων γεγονέναι. » Εἰς δὴ οὖν τὸν τοιοῦτον τῆς Ἰουδαίων περιελθούσης ἀρχῆς, ἐν τα (sic) αὐτῷ μετὰ τῶν ἄλλων προφητῶν καὶ ἡ παρὰ Μωϋσεῖ φερομένη τοῦ Ἰακὼβ πληροῦται πρόῤῥησις· « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα » φήσασα, « καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται· καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. » Καὶ πρόδηλόν γε ἔκ τε τῶν ἱστοριῶν, καὶ τῶν ἡμῖν παρατεθέντων, ὅτι δὴ μέχρις Ἡρώδου, καθ' ὃν ὁ Χριστὸς γεγέννηται, οὐ διέλειπεν ἡ ἐξ αὐτῶν Ἑβραίων κατὰ (f. 41 v°) διαδοχὴν τοῦ παντὸς ἔθνους ἡγησαμένων ἀρχή. Πρώτου δὲ τὸ γένος ἀλλοφύλου βασιλεύσαντος αὐτῶν Ἡρώδου, αὐτίκα μὲν καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ παρουσία πληροῦται, καὶ ἡ τῶν ἐθνῶν προθεσπισθεῖσα προσδοκία διὰ τῆς εἰς πᾶν ἔθνος διαδραμούσης τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίας ἔργῳ συντελεῖσθαι ἤρξατο· τότε καὶ ἡ ἐν τῷ Δανιὴλ μετὰ τὰς διαληφθείσας ἡμῖν ἑβδομάδας πρόῤῥησις ἐπεσφραγίζετο, φάσκουσα· « Καὶ μετὰ τὰς ἑβδομάδας τὰς ξβ' ἐξολοθρευθήσεται χρίσμα, καὶ κρίμα οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ· καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖ σὺν τῷ ἡγουμένῳ τῷ ἐρχομένῳ· καὶ κοπήσονται ἐν κατακλυσμῷ, καὶ ἕως τέλους πολέμου συντετμημένου ἀφανισμοῖς. »

« Quodam igitur modo, priorum de quibus men-

« Τίνα μὲν οὖν τρόπον ἡ τῶν προῤῥηθεισῶν ἑβδο-

[a] Gen. XLIX, 10.

(1) Joseph. *Antiq.* XIV, 7, 3.

(2) Euseb. *Hist. eccl.* I, 7, 8.

Digitized by Google

μάδων τῶν τε προτέρων [ν]ζ', καὶ τῶν ἐπὶ ταύταις ξβ', προφητεία (1), ἐν αἷς κατὰ τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν προσήκει διαλαμβάνειν, καὶ τῇ μέχρι τῶν Ἡρώδου χρόνων ἱστορίᾳ δηλούσῃ τοὺς κατὰ διαδοχὴν ἀρχιερεῖς διὰ πάσης χριστός τις καὶ ἀρχιερεὺς ἡγεῖτο τοῦ λαοῦ, ὡς διὰ τουτὶ εἰρῆσθαι τῷ χρησμῷ τὸ, « ἕως χριστοῦ ἡγουμένου, » πέρας εἴληφεν εἰς τοὺς κατὰ Ἡρώδην χρόνους, ὡς δύναμις ἡμῖν, δεδήλωται. Πῶς δ' ἐπὶ τούτοις μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τοῦ προδηλωθέντος τῶν ἑβδομάδων χρόνου « ἐξωλοθρεύθη χρίσμα, ὅτι μὴ κρίμα ἦν ἐν αὐτῷ, » ὥσπερ δ' οὖν τὸ λόγιον μηνύει, σημαῖνον ὅτι μετὰ κρίσεως εὐλόγου τὸ χρίσμα τὸ κατὰ τὴν ἀρχιερωσύνην ἐπὶ τοῦ δηλουμένου καιροῦ συντελεσθήσεται, σαφὲς ἂν γένοιτο τοῖς ἐπιστήσασι τῇ τε τοῦ νόμου διατάξει, (ἐν ᾗ διὰ βίου μέχρις αὐτῆς τελευτῆς προστέτακται τὴν ἀρχιερωσύνην τοὺς οἷς κατὰ τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν προσήκει διαλαμβάνειν), καὶ τῇ μέχρι τῶν Ἡρώδου χρόνων ἱστορίᾳ, δηλούσῃ τοὺς κατὰ διαδοχὴν ἀρχιερεῖς διὰ πάσης τῆς αὐτῶν ζωῆς ἀκολούθως τῇ περὶ αὐτῶν νομοθεσίᾳ τῆς τιμῆς ἠξιῶσθαι, ὅπως τε κατ' αὐτὸν Ἡρώδην οὐ μόνον τὰ τῆς τοιαύτης περὶ τοὺς ἀρχιερεῖς διαταγῆς συγχεῖταί τε καὶ διαφθείρεται, ἀλλὰ καὶ τῆς ἁγίας στολῆς, ἣν ὑπομόνον (*sic*) ἐξῆν εἶναι τὸν ἀρχιερέα, ὅτι μὴ δ' ἑτέρῳ ἢ αὐτῷ μόνῳ ἐν ταύτῃ λειτουργεῖν ἐξὸν ἦν, τὴν ἐξουσίαν αὐτοὺς Ἡρώδης ἀφελόμενος ὑφ' ἑαυτὸν, καὶ ταῦτα ἀλλόφυλος ὤν, ποιεῖται. Εἰ δὲ χρὴ καὶ τούτων παραθέσθαι ἐλέγχους, δέχου δὴ τοῦ μάρτυρος τὰς φωνὰς (ἃς) ὁ ἐξ αὐτῶν Ἑβραίων Ἰώσηπος, τῆς τῶν ἱερέων καὶ αὐτὸς ἠξιωμένος τιμῆς, καὶ γένους τοῦ παρ' αὐτοῖς διαφανεστάτου, ἐν εἰκοστῷ τῆς *Ἀρχαιολογίας* κατατέθειται συγγράμματι. Περὶ μὲν οὖν τῆς τῶν ἀρχιερέων παρατροπῆς ὧδέ πως κατὰ λέξιν γράφει·

« Τὴν δὲ βασιλείαν Ἡρώδης παρὰ (Ῥ)μαίων ἐγχειρισθεὶς, οὐκέτι τοὺς ἐκ τοῦ Ἀσαμωναίου γένους καθίστησιν ἀρχιερεῖς, ἀλλά τισιν ἀσήμοις καὶ οὐκ ἐξ ἱερέων οὖσιν, πλὴν ἑνὸς Ἀριστοβούλου, τὴν τιμὴν ἀπένεμεν· τὸν δὲ Ἀριστόβουλον, Ὑρκανοῦ τοῦ ἀπὸ Παρθῶν αἰχμαλωσιασθέντος υἱὸν ὄντα καταστήσας ἀρχιερέα, τῇ ἀδελφῇ αὐτοῦ συνῴκησε Μαριάμμῃ, τὴν τοῦ πλήθους πρὸς ἑαυτὸν (f. 42) θηρώμενος εὔνοιαν διὰ τὴν Ὑρκανοῦ μνήμην· εἶτα φοβηθεὶς μὴ πρὸς τὸν Ἀριστόβουλον πάντες ἀποκλίνωσιν, ἀνεῖλεν αὐτὸν ἐν Ἰεριχῷ, πνιγῆναι μηχανησάμενος κολυμβῶντα, καθὼς ἤδη δεδηλώκαμεν. Μετὰ τοῦτον οὐκέτι τοῖς ἐγγόνοις τῶν Ἀσαμωναίου παίδων τὴν ἀρχιερωσύνην ἐπίστευσεν. Ἔπραξε δὲ ὅμοια τῷ Ἡρώδῃ περὶ τῆς καταστάσεως τῶν ἀρχιερέων Ἀρχέλαός τε ὁ παῖς αὐτοῦ, καὶ μετὰ τοῦτον τὴν ἀρχὴν Ῥωμαῖοι τῶν Ἰουδαίων παραλαβόντες. »

Ταῦτα μὲν περὶ τούτων ὁ Ἰώσηπος· περὶ δὲ τῆς ἀρχιερατικῆς στολῆς ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς *Ἀρχαιολογίας* ταῦτα ἱστορεῖ·

« Ἡρώδης δὲ βασιλεύσας τήν τε βάριν ταύτην ἐν

tionem modo fecimus, hebdomadum [ι]vii, cæterarumque post illas lxii, prophetia, — quibus summum sacerdotium generis jure obtigit, cum usque ad Herodis tempora omnes ostendit historia sacerdotes magnos successionis vice per totam eorum vitam, quando christus quivis et summus sacerdos populo præerat, ut eam ob causam oraculo diceretur, « usque ad christum ducem, » exitum Herodis tempore habuit, sicut, quantum licuit demonstravimus. Quomodo autem post consummatum prædictarum hebdomadum tempus, « abolitum est chrisma, quia non judicium erat in eo, » sicut fert Scripturæ textus, significans quod, post judicium prudens, chrisma, secundum summum sacerdotium, absolutum erit, apertum esset his qui legis præceptioni inhærent (qua per totam vitam usque ad mortem summum sortiuntur sacerdotium, quibus hoc munus generis jure obtigit), atque usque ad Herodis tempus historia, quæ ostendit jure successionis sacerdotes summos hac dignitate per totam vitam secundum illam legislationem potitos, quod Herode regnante non modo hæc ipsa de summis sacerdotibus lex abrogata et deleta est, sed et sancta vestis, qua solum indui fas erat summum sacerdotem, quamque nulli nisi ipsi soli in solemnibus ritibus ferre licitum erat, postquam ab iis detractam sibi, cum esset alienigena, Herodes assumpsit. Quorum si documenta sunt præbenda, testis adhibeatur Hebraicus ipse Josephus, necnon sacerdotii dignitate honoratus, et genere apud eos præclarissimo, qui in vicesimo *Archæologiæ* libro hæc disserit. Hoc igitur modo immutatam summi sacerdotii successionem describit :

« Herodes, cum a Romanis regnum obtinuisset, non jam Asamonæos summos constituit sacerdotes, sed hanc dignitatem quibusdam indignis, nec sacerdotali genere natis, præter unum Aristobulum, assignavit. Aristobulum vero, Hyrcani quondam in captivitatem a Parthis abducti filium, summum sacerdotem constituit sororemque ejus Mariam sibi matrimonio devinxit, multitudinis gratiam sibi ob Hyrcani memoriam captans; postea timens ne ad Aristobulum omnes inclinarent, sustulit eum in Jericho, natantem aquis mersum esse fingens, sicut jam ostendimus. Quo interempto nunquam Asamonæi filiis summum credidit sacerdotium. Egit similiter in eligendis summis sacerdotibus Herodis filius Archelaus, atque post eum Romani Judæorum imperium consecuti (2). »

Hæc quidem de his Josephus : verum de sacerdotali veste in octavo et decimo *Archæologiæ* libro hæc narrat :

« Herodes rex hoc calceamentum commodissime

(1) Seq. sic supplenda et legenda me monuit M. J. Routhius coll. Magd. præses : προφητεία, — ἐν αἷς τὴν ἀρχιερωσύνην κατὰ τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν προσήκει διαλαμβάνειν, καὶ τῆς μέχρι τῶν Ἡρώδου χρόνων ἱστορίας δηλούσης τοὺς κατὰ διαδοχὴν ἀρχιερεῖς διὰ πάσης τῆς αὐτῶν ζωῆς, ὅτε χριστός τις καὶ ἀρχιερεὺς ἡγεῖτο τοῦ λαοῦ, ὡς διὰ τουτὶ εἰρῆσθαι τῷ χρησμῷ τὸ, ἕως χριστοῦ ἡγουμένου, — πέρας.

(2) Joseph. *Antiq.* xx, 11, 5.

Digitized by Google

et magnifice apparatum Antoniam vocavit nomine, et magni sacerdotis tunicam, ut sese habebat, assumpsit, nihil adversus se a populo moliendum propter eam ratus. Egit similiter Herodis filius, regnique successor Archelaus, a quo Romani imperium accipientes, magni sacerdotis tunicam in domo saxis ædificata sub sigillo incluserunt (1). »

A ἐπιτηδείῳ κειμένην κατασκευάσας πολυτελῶς, Ἀντωνίαν καλεῖ ὄνομα, καὶ τὴν στολὴν τὴν ἀρχιερατικὴν ὥσπερ καὶ λαμβάνει τῇδε κειμένην κατεῖχεν, πιστεύων οὐδὲν νεωτεριεῖν ἐπ' αὐτῷ τὸν λαὸν δι' αὐτήν. Ἔπρασσε δὲ τὰ ὅμοια τῷ Ἡρώδῃ καὶ ὁ ἐπικατασταθεὶς αὐτῷ βασιλεὺς Ἀρχέλαος, υἱὸς ὢν, παρ' οὗ Ῥωμαῖοι διαδεξάμενοι τὴν ἀρχὴν ἐκράτουν τῆς στολῆς τοῦ ἀρχιερέως ἀποκειμένης ἐν οἴκῳ λίθου οἰκοδομηθέντι ὑπὸ σφραγῖδι. »

Quibus igitur certissime patet, prædictis temporibus prophetias impletas fuisse. Quod si non iis consentirent circumcisi, postulanda esset ab iis alia ac nostra hujus Scripturæ loci interpretatio, atque iis demonstrandum juxta ipsos mendacio arguantur necesse est Gabrielis prædictiones, si nullus annorum ab eo usque ad hoc temporis fere millium, quos prænuntiavit, adhuc evenerit. Verum nobis aperte verus sermo ostenditur, juxta sinceras quas protulimus interpretationes: et cum iis congruenter indicare facile erit quomodo postrema post alias hebdomada una confirmavit pactum multis, Novum salutaris prædicationis Testamentum, diffusumque per universam terram, nec jam uni soli Judæorum genti, sed et pluribus annuntiatum, ita ut ideo diceretur: « Confirmabit pactum multis hebdomada una. » Animadvertendum est quod non continuo reliquis hebdomadibus postrema hebdomada una succedit, quam refert Scriptura confirmaturam esse pactum multis. Non enim similiter in septem et sexaginta duabus hebdomadibus, atque in una fecit. In prioribus enim totius temporis numerum partitus, inter septem statimque sexaginta duas hebdomades recte tempus ordinavit, septem aptans sexaginta duabus, nullo interposito temporis spatio, ita ut harum hebdomadum historiæ concordantia nullo temporis intervallo frangeretur, vel disjungeretur. Verum in hac una hebdomade magnum quoddam subit discrimen, magna dilatio. Etenim post hebdomades sexaginta duas, primum dicit: « Occidetur christus et judicium non est in eo [35]; » quod manifeste Herodis temporibus exitu probatum est; dein subjicit: « Et civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo. [36] » Quis autem dissipabit, nisi animarum pestis diabolus? Quis dux est venturus, nisi qui primus e gentibus eis præfectus est Herodes, successoresque ejus qui nunc usque Judæorum sceptrum acceperunt? Sicut igitur pristinos populi duces, magnos scilicet sacerdotes « christum ducem » allegorice vocavit prophetia, ita illos qui, prioribus sublatis, e gentili genere rebus præfuerunt, « ducem venturum » nominavit, dicens: « Et civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo; » quod quidem apertius Aquila significavit hoc modo, « Et civitatem et sanctuarium dissipabit populus ducis venturi. » Compertum est enim quo-

B

C

D

Ἐκ δὴ τούτων ἀναμφίλεκτος γένοιτ' ἂν ἀπόδειξις ὅτι δὴ κατὰ τοὺς δηλουμένους χρόνους τὰ τῆς προφητείας περιγραφῆς ἔτυχεν· εἰ δὲ μὴ συνομολογοῖεν τούτοις οἱ ἐκ περιτομῆς, αἰτητέον αὐτοὺς ἑτέραν παρὰ τὴν ἡμετέραν τῆς Γραφῆς διήγησιν, καὶ δεικτέον ὡς ἄρα κατ' αὐτοὺς ψευδεῖς ἀνάγκη τὰς τοῦ τηλικούτου Γαβριὴλ ἀπελέγχεσθαι προῤῥήσεις, εἰ μηδὲν τῶν προαναπεφωνημένων ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς δεῦρο χιλίων ἤδη πλησιαζόντων ἐτῶν γεγένηται. Ἀλλ' ἡμῖν γε σαφῶς ἀληθὴς ὁ λόγος ἀποδείκνυται κατὰ τὰς ἀδιάστως παρατεθείσας ἡμῖν διηγήσεις, αἷς ἀκολούθως εὐχερὲς ἀποδοῦναι τίνα τρόπον καὶ ἡ μετὰ πάσας ὑστάτη ἐπιφερομένη ἑβδομὰς μία ἐνεδυνάμωσεν διαθήκην πολλοῖς, τὴν Καινὴν Διαθήκην τοῦ σωτηρίου κηρύγματος, τὴν ἐπὶ πᾶσαν διαδοθεῖσαν τὴν οἰκουμένην, καὶ οὐκέτι μὲν ἑνὶ μόνῳ τῷ Ἰουδαίων ἔθνει, ἀλλ' ἤδη καὶ πλείοσι κηρυχθεῖσαν, ὥστ' ἂν διὰ τοῦτο εἰρῆσθαι καὶ τὸ, « Δυναμώσει Διαθήκην πολλοῖς ἑβδομὰς μία. » Ἐπιστῆσαι δὲ εὔλογον, ὅτι μὴ ἑξῆς ταῖς λοιπαῖς ἑβδομάσιν ἡ τελευταία ἑβδομὰς μία συνῆπται, ἣν φησιν ὁ λόγος δυναμώσειν Διαθήκην τοῖς πολλοῖς· οὐ γὰρ ὡς ἐπὶ τῶν ζ' καὶ ξβ' ἑβδομάδων καὶ ἐπὶ τῆς μιᾶς πεποίηκεν· ἐπ' ἐκείνων μὲν γὰρ, διελὼν τοῦ παντὸς χρόνου τὸν ἀριθμὸν εἷς τε τὰς ζ' καὶ ἑξῆς τὰς ξβ' ἑβδομάδας, συνημμένην πεποίηται τὴν διαίρεσιν, ταῖς ζ' τὰς ξβ' συνάψας, καὶ μηδένα χρόνον μηδὲ πρᾶξιν μεταξὺ καταλιπών, ὅτι μηδ' ἐμφέρεταί τι διάλειμμα χρόνου διαιροῦν καὶ διαζευγνύον τὸ συντμμένον τῆς κατ' ἐκείνας τὰς ἑβδομάδας ἱστορίας. Ἐπὶ δὲ τῆς ἐπιφερομένης ἑβδομάδος μιᾶς μακρά τις καὶ ἀπεσχοινισμένη τυγχάνει διαστολή. Μετὰ γὰρ τὰς ἑβδομάδας τὰς ξβ' πρῶτόν φησιν· « Ἐξολοθρευθήσεται χρίσμα, καὶ κρῖμα οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ, » ὃ καὶ πρόδηλον τίνα τρόπον πέρας εἴληφεν ἐπὶ τῶν Ἡρώδου χρόνων· εἶτά φησι· « Καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖ σὺν τῷ (f. 42, v°) ἡγουμένῳ τῷ ἐρχομένῳ. » Τίς δὲ διαφθερεῖ ἢ τῶν ψυχῶν ὁ διαφθορεὺς διάβολος; Τίς δὲ ἐρχόμενος ἡγούμενος ἢ ὁ ἐξ ἐθνῶν πρῶτος αὐτῶν ἡγησάμενος Ἡρώδης, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν εἰς δεῦρο τὴν κατὰ Ἰουδαίων ἡγεμονίαν διειληφότες; Ὥσπερ γοῦν τοὺς πάλαι αὐτῶν ἡγουμένους ἀρχιερεῖς « χριστὸν ἡγούμενον » αἰνιγματωδῶς προσεῖπεν ἡ προφητεία, τὸν αὐτὸν τρόπον τοὺς μετὰ τὴν ἐκείνων κατάπαυσιν ἐξ ἐθνῶν αὐτῶν ἄρξαντας « ἐρχόμενον ἡγούμενον » προσηγόρευσε, φήσασα· « Καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖ σὺν τῷ ἡγουμένῳ τῷ ἐρχομένῳ· » ὅπερ σαφέστερον ὁ Ἀκύλας

[35] Dan. IX, 26. [36] ibid.

(1) Joseph. *Antiq.* XVIII, 4, 3.

Digitized by Google

ἐκδέδωκε ποιήσας, « Καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖ λαὸς ἡγουμένου ἐρχομένου. » Καὶ πρόδηλον ὅπως ὁ λαὸς καὶ ὁ στρατὸς τῶν μετὰ τοὺς χριστοὺς ἡγουμένους τὴν κατὰ Ἰουδαίων ἀρχὴν διαδεξαμένων ἐξ ἐθνῶν ἡγουμένων, νόμοις ἐθνῶν χρώμενος, καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ ἅγιον διέφθειρε, καὶ ὁ κατὰ διάνοιαν δὲ τῶν ψυχῶν ἡγούμενος φθορεὺς σὺν τῷ ἡγουμένῳ τῷ κατὰ τὴν προφητείαν ἐληλυθότι πᾶσαν φθορὰν ἐνηργήσατο αὐτῷ τε πρότερον τῷ λαῷ, καὶ τοῖς τὴν πόλιν ἐνοικοῦσι πολίταις, ἔπειτα δὲ καὶ τῷ ναῷ καὶ τῇ πάλαι συντελουμένῃ ἐν αὐτῷ λατρείᾳ. Καὶ ταύτην γε αἰτίαν τῆς παραυτίκα γεγενημένης τοῦ Χριστοῦ παρουσίας προσημαῖνόν που θεῖον λόγιόν φησιν· « Κύριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, τοῦ ἰδεῖν εἰ ἔστι συνιὼν, ἢ ἐκζητῶν τὸν Θεόν. Πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός. » Εἶθ' ὡς διεφθορότων τῶν προδεδηλωμένων τὰ διαληψόμενα αὐτοὺς προδιδάσκων ὁ λόγος φησί· « Καὶ κοπήσονται ἐν τῷ κατακλυσμῷ, καὶ ἐπὶ τοσοῦτόν γε κοπήσονται, ἕως τέλους πολέμου συντετμημένου ἀφανισμοῖς· » ἔτι δὲ τούτων συντελουμένων τε καὶ ἐνεργουμένων, « Καὶ δυναμώσει διαθήκην πολλοῖς ἑβδομὰς μία. » Αὕτη δ' ἂν εἴη ἡ τοῦ σωτηρίου κηρύγματος, δι' οὗ τῆς Καινῆς τὴν παράδοσιν Διαθήκης ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν πολλοῖς μαθητευθεῖσιν αὐτῷ ἐνεδυνάμωσε· τοτὲ μὲν πρὸ τοῦ πάθους συνὼν αὐτοῖς καὶ συμπολιτευόμενος, τοτὲ δὲ καὶ « μετὰ τὴν ἀνάληψιν δι' ἡμερῶν μ' ὀπτανόμενος αὐτοῖς καὶ συναυλιζόμενος, καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ· » διὸ καὶ « παρήγγελλεν αὐτοῖς ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι. » Ταύτης δὲ τῆς ἑβδομάδος ἐν τῷ ἡμίσει δι' ἣν πέπονθεν ὑπὸ Ἰουδαίων ἐπιβουλὴν καὶ τὰ ἀκόλουθα τῆς θείας ἐπληρώθη προῤῥήσεως· ἀμφὶ γοῦν τὰ τρία ἥμισυ ἔτη κηρύξας καὶ ἀπὸ τῆς τῶν Εὐαγγελίων παρίσταται γραφῆς· διὸ εἴρηται· « Καὶ ἐν τῷ ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος ἀρθήσεται θυσία καὶ σπονδή· » καὶ σαφές γε ὅπως ἅμα τῷ πάθει δυνάμει ἤρθη ἐξ αὐτῶν θυσία καὶ σπονδή· ὅτε κατὰ μὲν τὴν τῶν Εὐαγγελίων γραφὴν « τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω· » κατὰ δὲ τὴν τοῦ Ἰωσήπου ἱστορίαν·

« Ἐν αὐτῇ τῇ Πεντηκοστῇ νύκτωρ οἱ ἱερεῖς παρελθόντες εἰς τὸ ἱερὸν, ὥσπερ αὐτοῖς ἔθος ἦν, πρὸς τὰς λειτουργίας, πρῶτον μὲν κινήσεως ἔφασαν ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ κτύπου, μετὰ δὲ ταῦτα φωνῆς ἀθρόας· « Μεταβαίνομεν(ωμεν) ἐντεῦθεν. »

Ταῦτα δὲ κατὰ λέξιν καὶ ἕτερα τούτοις παραπλήσια ταῖς ἱστορίαις παραδοὺς ὁ Ἰώσηπος συμβάλοιτ' ἂν ἡμῖν εἰς ἀπόδειξιν τοῦ δυνάμει λελύσθαι τε καὶ καθηρῆσθαι μετὰ τὸ σωτήριον πάθος τὰ τῆς τοῦ λαοῦ σωματικῆς λατρείας. Οἶδα δὲ καὶ ἄλλην εἰς τὴν ἑβδομάδα τὴν « δυναμώσασαν διαθήκην πολλοῖς » ἀποδοθεῖσαν ἑρμηνείαν· ταύτην γὰρ εἰς τὴν ἐν δεκάσιν ἑβδομάδα μεταλαβὼν ὁ λόγος παρίστη τὸν σύμπαντα τῶν ἀποστόλων χρόνον εἰς ἑβδομηκονταετίαν συντείνειν, ἐν ᾗ τὸ κήρυγμα τῆς Καινῆς Διαθήκης οὐκέτι ἑνὶ, ἀλλὰ πολλοῖς ἔθνεσι κηρυχθὲν εἰς πᾶσαν ἐνεδυ-

modo populus exercitusque istorum qui post christos duces in Judæos imperium obtinuere, gentium usus legibus, civitatemque et sanctuarium pessumdedit, et spirituali sensu animarum quasi pestis factus, cum duce qui, juxta prophetiam, jam venerat, omnem perniciem in pristinum populum atque in civitatis incolas, dein in templum, veteremque cultum in eo usitatum excogitavit. Hanc vero causam Christi incarnationis quæ protinus facta est, quodammodo ostendit divina Scriptura dicens : « Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, ut videat si est intelligens, aut requirens Deum. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt : non est qui faciat bonum, non est usque ad unum [37]. » Dein in istos ad hoc corruptionis provolutos quæ ingruant calamitates edocens Scriptura ait : « Et finis ejus vastitas, et post finem belli statuta desolatio [38]. » Quæ cum acciderint, « confirmabit pactum multis hebdomada una. » Hoc vero pactum nihil aliud est ac salutaris prædicatio qua Salvator Dominusque noster Jesus Christus Testamentum Novum in multis discipulis suis confirmavit : tum quidem ante passionem cum eis vivens ac conversatus, tum vero « post passionem suam per dies quadraginta apparens eis congregatis, et loquens de regno Dei [39]. » Ideoque « præcepit eis ab Jerosolymis ne discederent. » Hujus vero hebdomadis in dimidio, morte quam ab Judæis perpessus est, impleta sunt divinæ prophetiæ reliqua ; cum quidem per tres annos et dimidium Evangelium prædicatum, ac deinde conscriptum est, quare dicitur : « In medio hebdomadis deficiet hostia et sacrificium [40]. » Constat enim per passionem defecisse hostiam simul et sacrificium ; quando, juxta Evangeliorum narrationem, « velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum [41] ; » juxtaque Josephi historiam :

« In ipsa Pentecoste noctu sacerdotes in templum progressi, sicut consueverant, ad sacra faciendum, primo motum vehementem cum fragore factum esse dixerunt, dein magnam audiri vocem : « Hinc egrediamur (1). »

Hæc expresse, aliaque his similia Josephus cum in historiis refert, nobiscum videtur consentire, demonstrantibus reipsa solutum ac deletum fuisse post Salvatoris passionem corporeum populi cultum. Novimus aliam quoque de hebdomade « confirmatura pactum multis » datam interpretationem. Hæc enim hebdomada, quasi septem decenniis constans, omne apostolorum tempus, scilicet septuaginta annos indicare videretur, quibus Novi Testamenti prædicatio habita est, quod non uni, sed multis annuntiatum gentibus per universam terram

[37] Psal. XIII, 2, 3. [38] Dan. IX, 26. [39] Act. I, 3. [40] Dan. IX, 27. [41] Matth. XXVII, 51.

(1) Joseph. *De bello Jud.*, VI, 5, 3.

Digitized by Google

confirmatum est. Etenim historiis patet Joannem, Christi discipulum, post mortem Domini, septuaginta annis superstitem vixisse, scilicet usque ad Trajani regnum; juxtaque hanc sententiam manifestum est media hac decenniorum hebdomade defecisse hostiam et sacrificium, atque « abominationem desolationis » in loco sancto exstitisse. Namque a Salvatoris nostri resurrectione ad ultimam sub Vespasiano oppugnationem elapsi sunt anni quinque et triginta; quibus constaret prædictæ hebdomadis dimidium. Etenim flammis et vastatione penitus deleto vetere sacro sanctoque templo hæc hebdomada consummata est. Atque illud, « Deficiet hostia et sacrificium, et erit in templo abominatio desolationis [48] » usque ad consummationem vitæ permansurum ostendit Scriptura, his additis : « Et usque ad consummationem et finem perseverabit desolatio. »

Hoc breviter exposito, superest ut Isaiæ prophetias aggrediamur, qui solus ex omni vetere Scriptura nobis elucidandus relinquitur.

A ναμώθη τὴν οἰκουμένην. Καὶ γὰρ οὖν ἐκ τῶν ἱστοριῶν δείκνυται Ἰωάννης ὁ τοῦ Κυρίου μαθητὴς μετὰ τὴν ἀνάληψιν αὐτοῦ ἔτεσιν ἐπιβιοὺς ὀ· μέχρι γὰρ τῆς Τραϊανοῦ λόγος ἔχει παραμεῖναι αὐτὸν βασιλείας· κατά τε ταύτην τὴν διήγησιν πρόδηλον ὅπως ἐν τῷ ἡμίσει ταύτης τῆς ἐν δεκάσιν ἑβδομάδος ἤρθη θυσία καὶ σπονδή, καὶ τὸ λεγόμενον « βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως » ἔστη ἐν τόπῳ ἁγίῳ. Τὰ γοῦν ἀπὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναστάσεως ἐπὶ τὴν ὑστάτην κατὰ Οὐεσπασιανὸν πολιορκίαν εἰς ἔτη πέντε καὶ τριάκοντα συντείνει· ἅπερ ἂν γένοιτο τῆς ἀποδοθείσης ἑβδομάδος τὸ ἥμισυ· ὅτε καὶ παντελῆ τὴν διὰ πυρὸς φθορὰν καὶ κατασκαφὴν τοῦ πάλαι ἱεροῦ καὶ ἁγίου νεὼ πεπονθότος ἐπισφράγισμα εἴληφε· καὶ τό, « Ἀρθήσεται θυσία καὶ σπονδή, καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῶν B ἐρημώσεων· » ὅπερ « βδέλυγμα ἐρημώσεως » μέχρι συντελείας βίου παραμεῖναι δηλοῖ τὸ λόγιον, φάσκον· « Καὶ ἕως συντελείας καιροῦ συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν. »

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπιτεμόμενοι, τὴν διήγησιν παρατεθείμεθα· ὥρα δὲ ἤδη μετελθεῖν καὶ ἐπὶ τὸν Ἡσαΐαν· ὃς μόνος ἀπὸ πάσης τῆς παλαιᾶς ἡμῖν περιλέλειπται Γραφῆς.

LIBER QUARTUS.

EX ISAIA.

Propheticas de Isaia Eclogas, quæ solæ nobis exponendæ supersunt, tractaturi, eorum gratia qui prophetiis fidem non adhibent, pauca ad prophetarum veracitatem demonstrandam præfabimur. Primum quidem iis qui ante nos fuerunt, rectum aptumque instituemus argumentum. Pulchre enim dixisse mihi videntur, quomodo Moysis legi subditis lex ipsa testetur, quod gentes, quarum in medio vivent, « augures et divinos audient. Tu autem, ait, a Domino Deo tuo institutus es [49]. » Iis etiam cum interdixit divinus sermo auguriis omnique per dæmonum artificium divinatione, dixit : « Prophetam de gente tua et de fratribus tuis suscitabit tibi Dominus Deus tuus [50]. » Quæ igitur iis annuntiata, si non eventu probata fuissent, nec apud eos surrexissent prophetæ viri, numquid legi fidem adhibere potuissent, vel annuntiato verbo, tam expresse et manifeste mendaci? Nonne, ipsa indole ad futurorum scientiam propensa, in propriorum oraculorum contemptum perducti, quibus nihil verum, nihil divinum inesset, nullis subeuntibus prophetis, sponte ad gentium et vaticinia et oracula confugissent? Verum videntur non tantummodo Moysem, sed et multos qui post eum suscitati sunt, quasi Dei prophetas agnovisse, nonnisi insitam eis divinitatem experti. Qui quidem eis non tantum de rebus quæ remotissimis ultimisque temporibus fierent, prophetaverunt, sed etiam de præsentibus

[48] Dan. IX, 27. [49] Deut. XVIII, 14. [50] ibid. 15.

ΛΟΓΟΣ Δ'.

ΗΣΑΪΟΥ.

Τὰς ἀπὸ τῶν Ἡσαΐου προφητικὰς Ἐκλογὰς μόνας ἡμῖν λειπούσας ἀπανθίσασθαι πειρώμενοι, πρὸς τοὺς C ἀπίστως περὶ τὰς προφητείας διακειμένους ὀλίγα προδιαληψόμεθα εἰς παράστασιν τῆς τῶν προφητῶν ἀληθείας. Καὶ δὴ πρῶτον καλῶς καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν τετηρημένον παραθήσομαι λογισμόν. Εὖ γοῦν εἰρηκέναι μοι δοκοῦσιν, ὡς ἄρα τοῖς ὑπὸ τὸν Μωϋσέως νόμον αὐτὸς ὁ νόμος διαμαρτύρεται, ὅτι δὴ τὰ ἔθνη ὧν μεταξὺ πολιτεύσονται « κληδόνων καὶ μαντειῶν ἀκούσονται· σοὶ δέ, » φησὶν, « οὐχ οὕτως ἔδωκε Κύριος ὁ Θεός σου. » Καὶ ἔτι γε εἴργων αὐτοὺς ὁ θεῖος λόγος ἔκ τε οἰωνιστικῆς καὶ πάσης τῆς διὰ δαιμόνων περιέργου μαντείας ἐπιφέρει, λέγων· « Προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν σου ἀναστήσει σοι Κύριος ὁ Θεός σου. » Ἆρ' οὖν τούτων αὐτοῖς ἀναγεγραμμένων, μὴ ἔργῳ δὲ γενομένων, μη- D δὲ παρόντων αὐτοῖς προφητῶν ἀνδρῶν, δύνατον ἦν αὐτοὺς πιστεύειν τῷ νόμῳ, καὶ τῷ ταῦτα ἐπαγγειλαμένῳ λόγῳ οὕτω προφανῶς καὶ ἐναργῶς ψευδομένῳ; ἦ δῆλον ὅτι ὑπ' αὐτῆς τῆς περὶ τὴν πρόγνωσιν τῶν ἐσομένων λιχνείας ἀγόμενοι κατεφρόνησαν τῶν ἰδίων, ὡς οὐδὲν ἀληθὲς ἐχόντων οὐδὲ θεῖον, διὰ τὸ μὴ εἶναι παρ' αὐτοῖς προφήτας, αὐτόμολοι δὲ ἐπὶ τὰ τῶν ἐθνῶν μαντεῖά τε καὶ χρηστήρια μετῆσαν; Ἀλλὰ γὰρ φαίνονται οὐ μόνον Μωϋσέα, ἀλλὰ καὶ πλείους μετ' αὐτὸν ὡς Θεοῦ προφήτας προσιέμενοι, οὐκ ἄλλως δῆλον ὅτι ἢ τῷ πεῖραν τῆς ἐν αὐτοῖς θειότητος εἰληφέναι· οἷδε γὰρ αὐτοῖς οὐ μόνον περὶ τῶν μακροῖς ὕστερον χρόνοις μελλόντων ἔσεσθαι προὐθέσπιζον, ἀλλὰ καὶ περί

Digitized by Google

τινων προχείρων καὶ βιωτικῶν προὔλεγον· οἷον περὶ ὄνων ἀπολωλυιῶν, καὶ περὶ νοσούντων ἐπισφαλῶς, εἰ βιώσονται ἢ μή, καὶ περὶ μελλούσης ἔσεσθαι τῷ λαῷ εὐθηνίας, καὶ περὶ ἄλλων μυρίων, ἃ ταῖς κατ' αὐτοὺς ἱστορίαις ἐμφέρεται· ἅπερ εἰ μὴ τοῦτον γεγόνει τὸν τρόπον, ἀποκρινέσθω τις, τίνι δήποτε οὖν λόγῳ προφήτας ἡγοῦντό τε καὶ ἀπεκάλουν, ἢ διὰ τί γραφῆς τοὺς λόγους αὐτῶν ἠξίουν; Τίς δ' ἡ αἰτία δι' ἣν καὶ τοῖς μετέπειτα παισὶν ἑαυτῶν, ὡς ἂν δὴ θείας, αὐτῶν τὰς γραφὰς παρεδίδοσαν; Μηδὲν γάρ τι θεῖον μηδὲ παράδοξον ἐν τοῖς ἀνδράσιν ἑωρακότας εἰκῆ καὶ μάτην οἴεσθαι περὶ αὐτῶν τοιαῦτα διειληφέναι, πάντων ἐστὶν ἀπιθανώτατον. Εἰ δ' ἀναδράμοι τις ἐπὶ τοὺς τότε χρόνους τῇ διανοίᾳ, τί ἄρα ἐπινοήσειεν, ὁρῶν ἄνδρας ἀγροίκους καὶ τὸ σχῆμα λιτοὺς, αἰπόλους τινὰς καὶ ποιμένας, εἰς μέσον παντὸς τοῦ ἔθνους παριόντας, καὶ ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ τινα λέγοντας, καὶ « Τάδε λέγει Κύριος, » ἀναβοωμένους, ἐπί τε βασιλέων καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ μετὰ παραστήματος ἀκαταπλήκτου δημηγοροῦντας, καὶ σοφίαν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐνδεικνυμένους, τὴν καὶ εἰσέτι νῦν ἐν ταῖς προφητείαις αὐτῶν φερομένην, μυρία τε ἄλλα δι' αἰνιγμάτων καὶ παραβολῶν ἀπόῤῥητα φιλοσοφοῦντας, ἠθικήν τε καὶ δογματικὴν τῇ Ἑβραίων φωνῇ διδασκαλίαν τῷ λαῷ παραδιδόντας, καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις τὸν βίον τοῖς λόγοις αὐτῶν κατάλληλον ἐνδεικνυμένους, καὶ τοῖς πᾶσιν ἀκολακεύτως ὁμιλοῦντας, εἰς πρόσωπόν τε τοὺς ἀσεβεῖς διελέγχοντας, ὡς καὶ ἐπιβουλεύεσθαι πρὸς αὐτῶν μέχρι θάνατον, ῥωμαλέῳ καὶ γεννικῷ παραστήματι τῷ ἀληθεῖ λόγῳ παριστάμενους· ταῦτά τις εἰς νοῦν εὐγνωμόνως θέμενος, πῶς οὐκ ἂν ὁμολογήσειε κατὰ θείαν ὡς ἀληθῶς ἐπίπνοιαν ταῦτα πάντα περὶ αὐτοὺς γεγονέναι; Διὸ καὶ τότε θαυμάζεσθαι αὐτοὺς εἰκὸς ἦν παρὰ τοῖς ἔμφροσι, καὶ τοὺς λόγους αὐτῶν ἀναγράπτους παρὰ τοῖς ἱερογραμματεῦσι φυλάττεσθαι, εἰσέτι τε νῦν παρ' ὅλῳ τῷ ἔθνει προφήτας γεγονέναι τοῦ Θεοῦ πιστεύεσθαι· ὃ καὶ ἐναργέστατα μάλιστα παρίστησιν ἡ ἡμετέρα περὶ τοῦ Χριστοῦ διάληψις, καθ' ἣν ἀποδείκνυμεν πᾶσαν τὴν κατ' αὐτὸν οἰκονομίαν γεγενημένην, τά τε περὶ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ, καὶ τῆς ἐξ ἁπάντων ἐθνῶν γενομένης δι' αὐτοῦ κλήσεως, ἀκριβῶς προεγνῶσθαί τε καὶ πρὸ μυρίων ὅσων ἐτῶν τοῖς θεσπεσίοις ἐκείνοις ἀνδράσι προειρῆσθαι· ὧν τὰς ἱερὰς βίβλους Ἰουδαῖοι μᾶλλον ἂν ἡμῶν εἶεν ἀξιοπιστότεροι μετὰ πάσης σεβασμίου τιμῆς περιέποντές τε καὶ προφέροντες. Τούτων ἡμῖν χρησίμως προδιαληφθέντων, ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν ὁδευτέον.

A et coævis prædixerunt; sicut de perditis asinis, de graviter ægrotantibus, utrum convalescerent, necne, de rebus populo feliciter cessuris, multisque aliis, quæ in eorum historiis reperire est: quod si non ita se habuissent, mihi respondeant, cui unquam igitur verbo prophetas agnovissent vocavissentque, vel cur eorum verba scriptis servanda curassent? Quamobrem posteritati suæ scripta eorum, quasi divina tradidissent? Haud quidquam enim divini, vel præclari in istis viris perspicientes temere ac inconsiderate de ipsis talia accepisse opinari, stolidissimum esset. Si quis hæc antiqua mente percenseat tempora, quid existimabit, rusticos videns homines, ignobili habitu, bubulcos scilicet pastoresque, in medio totius gentis prodeuntes, quasi Dei nomine quædam docentes, exclamantesque, « Hæc dicit Dominus, » coram regibus ac omni populo audacter ac libere verba facientes, sapientiam humana majorem ostendentes, quæ nunc adhuc in eorum prophetiis viget, innumera per parabolas atque ænigmata mysteria edocentes, moralem et dogmaticam Hebræorum lingua disciplinam populo tradentes, vitam cum præceptis suis congruam degentes, coram omnibus sine adulatione conversatos, impios palam objurgantes, ipso mortis periculo contempto, ac denique veritatem virili generosaque defendentes audacia. Quæ si quis animo diligenter reputet, non poterit non confiteri ex his omnibus tales viros divina quadam inspiratione esse afflatos. Ideoque tunc eos inter sapientissimos æquum erat admirari, eorumque verba sacris conservare Scripturis, eos denique usque nunc apud omnes gentes velut Dei prophetas credi. Quod et manifestissime confirmat nostra de Christo disputatio, qua demonstravimus omnia quæ acciderunt ei, omnem ejus disciplinam, gentiumque ab eo factam vocationem, expresse prænuntiata, multisque ante annis ab istis divinitus afflatis viris prædicta fuisse. Quorum sacros libros Judæi majore digni fide quam nos essent, justo ac venerabili honore prosequentes. His igitur a nobis non sine utilitate expositis, ad propositum revertendum est.

B C D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ἐκ τοῦ Ἡσαΐου.

« Ὁ λόγος ὁ γενόμενος πρὸς Ἡσαΐαν υἱὸν Ἀμὼς περὶ τῆς Ἰουδαίας καὶ περὶ Ἱερουσαλήμ. Ὅτι ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς τὸ ὄρος Κυρίου, καὶ ὁ οἶκος τοῦ Θεοῦ ἐπ' ἄκρων τῶν ὀρέων, καὶ ὑψωθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν, καὶ ἥξουσιν ἐπ' αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη. Καὶ πορεύσονται ἔθνη πολλὰ, καὶ ἐροῦσι· Δεῦτε, καὶ ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ, καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ· ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ· καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐλέγξει λαὸν πολύν· καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν

CAPUT I.

Ex Isaia

« Verbum quod vidit Isaias, filius Amos, super Juda et Jerusalem. Et erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, et elevabitur super colles, et fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, et dicent: Venite, et ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob, et docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis ejus. Quia de Sion exibit lex, et verbum Domini de Jerusalem. Et judicabit gentes, et arguet populos multos: et conflabunt gladios suos in vomeres, et lanceas suas in falces: non levabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur

Digitized by Google

ultra ad prælium [1]. » Ostendant nobis, qui de circumcisione glorificantur, quænam et unde sit lex illa, et quibus danda sit, quæ de Sion exitura prædicitur. « De Sion enim, ait, exibit lex, » diversam fore ab illa significans, quæ per Moysem in deserto data est. Quidnam et Domini Verbum, quod, juxta prophetiam, non jam in Jerusalem permanebit, sed de Sion egressurum est, atque ad gentes transgressurum, ut judicet gentes et arguat populos multos, quando summa pace gentibus Verbo Domini judicandis facta, mutatisque ab iis qui in pace constituti erunt bellorum instrumentis, mentes ad propriæ animæ culturam verterit. Quid ad hæc isti possint respondere nescio. Nobis vero recte in Jesum Christum Dei credentibus, facile est omnem explanare prophetiam, et vere divinam ac prorsus admirandam demonstrare, cum et res prædictas eventu fuisse comprobatas crediderimus, neque a vero aberrare, prophetiarum eventu in incerta temporum spatia producto. Dicimus enim Salvatoris nostri Jesu Christi incarnatione, corporaliter de Sion exiisse, et inde omnibus annuntiatam esse gentibus Novi Testamenti legem, scilicet juxta Evangelium, cum et ipsum salutare Verbum, Verbum Domini appellatum, de Jerusalem procedens, ibique commorans edocuit, juxta illud : « Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta [2]. » — « In omnes gentes effusa est ipsius gratia [3]. » Quæ et ab eo judicatæ, exprobratis prioribus ipsarum peccatis, et ad confessionem et pœnitentiam confugientes, bellum adversus cupiditates suas facere desinent, in profundissima animæ pace deinceps vivent, mentis suæ culturam et fructificationem solummodo curantes. Quæ si quis ad litteram accipere velit, sincerus sensus erit ; vel si ad spiritum spectes, multo intellectu facilior. Cum et ante omnia præsertimque hoc in loco credendum sit exitum habuisse quæ hic memorantur; verumtamen iis quæ dicta sunt, facile possunt intelligi prima hujus loci verba, « in novissimis diebus; » quippe apertum est quod in sæculorum consummatione manifestus factus est « mons » spiritalis « Dei, » id est, divinum ac cœleste Verbum ; ejusque domus Ecclesia in apostolorum et prophetarum fundamento ædificata, et ideo in vertice montium prædicata. Et hæc quidem manifesta facta sunt, post circumcisi populi reprobationem, post ablatum ab eo regnum cœlorum, quando impleta sunt relata supra hanc prophetiam verba, ubi dictum est : « Et derelinquetur filia Sion, ut umbraculum in vinea, et sicut tugurium in cucumerario, et sicut civitas quæ vastatur [4]. » Et quando impletum est illud : « Audite verbum Domini, principes Sodomorum; percipite auribus legem Dei nostri, populus Gomorrhæ. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus? » et reliqua; quibus ad-

A εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα· καὶ οὐ λήψεται ἔθνος ἐπ' ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν. » Δεικνύτωσαν ἡμῖν οἱ τὴν περιτομὴν αὐχοῦντες, τίς ὁ νόμος καὶ ποταπὸς, καὶ τίσι δοθησόμενος ὁ ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεσθαι προφητευόμενος· « Ἐκ γὰρ Σιὼν, φησὶν, ἐξελεύσεται νόμος, » ἕτερος ὢν δῆλον ὅτι τοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ διὰ Μωϋσέως νόμου δεδομένου· τίς δὲ καὶ ὁ τοῦ Κυρίου λόγος, μηκέτι μὲν, κατὰ τὴν προφητείαν, μένων ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἀλλ' ἐκ Σιὼν αὐτῆς, καὶ μεθιστάμενος ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη, μέλλων τε κρίνειν ἀνὰ μέσον τούτων, καὶ λαὸν ἐλέγχει(ξει) πολὺν, ὅτε καὶ εἰρήνης βαθυτάτης ἐγγενομένης τοῖς πρὸς τοῦ Λόγου τοῦ Κυρίου κριθησομένοις ἔθνεσι, μεταβαλόντες οἱ τῆς εἰρήνης ἠξιωμένοι τὰ πρότερον αὐτῶν πολεμικὰ σκεύη, τῇ ἑαυτῶν κατὰ τὴν ψυχὴν γεωργίᾳ προσέξουσι τὸν νοῦν. Ἐκείνοις B μὲν οὖν οὐκ οἶδ' εἴ τίς ἐστι πρὸς ταῦτα λόγος· ἡμῖν γε μὴν ὑγιῶς εἰς Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ πεπιστευκόσι ῥᾳδίως ἔνεστι πᾶσαν ἐξομαλίσαι τὴν προφητείαν, θείαν τε ὡς ἀληθῶς καὶ παράδοξον αὐτὴν ἐπιδεικνύναι, τῷ καὶ τέλος ἐσχηκέναι τὰ προφητευθέντα πιστεύειν, καὶ μὴ τῆς ἀληθείας ἐκπίπτειν, εἰς ἀτερματίστους ὑπερτιθεμένους χρόνους τῶν προφητειῶν τὰ ἀποτελέσματα. Φαμὲν γὰρ δὴ ἐπὶ τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ καὶ σωματικῶς ἐκ Σιὼν ἐξεληλυθέναι, κἀκεῖθεν πᾶσιν ἀνακεκηρύχθαι τοῖς ἔθνεσι, τὸν νόμον τῆς Καινῆς Διαθήκης, τὸν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, ὅτε καὶ αὐτὸς ὁ σωτήριος Λόγος, Λόγος τοῦ Κυρίου χρηματίζων, ἐκ τῆς Ἱερουσαλὴμ προελθὼν, ἔνθα διατρίβων ἐδίδασκε, C κατὰ τὸ, « Ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος· » « Ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη ἐξέχεε τὴν ἑαυτοῦ χάριν· » ἃ καὶ κρινόμενα πρὸς αὐτοῦ καὶ ἐλεγχόμενα ἐπί τε ταῖς προτέραις ἑαυτῶν ἁμαρτίαις, εἰς συναίσθησιν καὶ μετάνοιαν ἐρχόμενα, πέπαυται μὲν τοῦ πολέμοις τοῖς κατὰ τὰ πάθη σχολάζειν, ἐν εἰρήνῃ δὲ ψυχῆς διάγει βαθυτάτῃ, τῆς σφῶν αὐτῶν διανοίας ἐπιμελούμενα γεωργίας τε καὶ καρποφορίας. Εἴτε δὲ κατὰ τὴν λέξιν βούλοιτό τις ταῦτ' ἐκλαμβάνειν, ὑγιὴς ὁ νοῦς ἀποδίδοται· εἴτε κατὰ διάνοιαν, πολλῷ ῥᾷον· ἐπεὶ καὶ προηγουμένως καὶ μᾶλλον κατὰ ταύτην πεπεῖσθαι χρὴ τὰ κατὰ τοὺς τόπους ἀπὸ τῶν (sic) ἀποπληροῦσθαι πλὴν ἀπὸ τῶν εἰρημένων δύναταί πως εἶναι σαφῆ καὶ τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐν χεραὶ περικοπῆς· « ἐν » γὰρ « ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις, » δῆλον D δ' ὅτι νῦν ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, ἐμφανὲς γεγένηται τὸ « ὄρος, » τὸ πνευματικὸν « τοῦ Θεοῦ, » τουτέστιν ὁ θεῖος καὶ οὐράνιος Λόγος· καὶ ὁ οἶκος δὲ αὐτοῦ ἡ Ἐκκλησία ἐπῳκοδομημένη ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, καὶ διὰ τοῦτο ἐπάνω εἶναι τῶν ὀρέων λεγομένη. Καὶ ταῦτά γε ἐμφανῆ γέγονε μετὰ τὴν ἀποβολὴν τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ, καὶ μετὰ τὸ ἀρθῆναι ἀπ' αὐτοῦ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ὅτε πέρας εἰλήφασιν αἱ ἀνωτέρω τῆς ἐκτεθείσης προφητείας φωναὶ, δι' ὧν εἴρηται τὸ, « Ἐγκαταλειφθήσεται ἡ θυγάτηρ Σιὼν, ὡς σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι, καὶ ὡς ὀπωροφυλάκιον ἐν σικυηλάτῳ, καὶ

[1] Isa. II, 1-4. [2] Matth. XXIII, 38. [3] Act. X, 45. [4] Isa. I, 8.

Digitized by Google

ὡς πόλις πολιορκουμένη· » καὶ ὅτε πεπλήρωται τὸ, « Ἀκούσατε λόγων Κυρίου, ἄρχοντες Σοδόμων· προσέχετε νόμον Θεοῦ, λαὸς Γομόρρας. Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; λέγει Κύριος, » καὶ τὰ ἑξῆς· οἷς ἐπιφέρει· « Τὰς νεομηνίας ὑμῶν, καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου· ἐγενήθητέ μοι εἰς πλησμονήν, οὐκέτι ἀνήσω τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν. Ὅτ' ἂν τὰς χεῖρας ἐκτείνητε πρὸς μὲ, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν· καὶ ἐὰν πληθύνητε τὴν δέησιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν· αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις. » Καὶ ὅρα πῶς ὁ λόγος ταῦτα πάντα ἀποτεινάμενος οὐκ εἰδωλολατρείαν ἐνταῦθα οὐδ' ἑτέραν αὐτοῖς ἁμαρτίαν ἐγκαλεῖ, οὐδὲ μὴν αἱμάτων πολλῶν, ἀλλ' ἑνὸς ἐξαιρέτου τινὸς αἵματος, δῆλον δ' ὅτι τοῦ Χριστοῦ, τὴν ἔκχυσιν, περὶ οὗ σαφῶς ὁ λόγος τὸν λαὸν ἀπελέγχει λέγων· « Αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις· » δι' ἣν αἰτίαν ἑξῆς ἐπιλέγεται τὸ, « Πῶς ἐγένετο πόρνη πόλις πιστὴ Σιὼν πλήρης κρίσεως, ἐν ᾗ δικαιοσύνη (f. 45) ἐκοιμήθη ἐν αὐτῇ, νῦν δὲ φονευταί; » μεθ' ἃ πάντα τελευτῶν ὁ λόγος αὖθις τὴν ἀποβολὴν αὐτῶν προμηνύων φησίν· « Ἔσονται γὰρ ὡς τερέβινθος ἀποβεβληκυῖα τὰ φύλλα, καὶ ὡς παράδεισος ὕδωρ μὴ ἔχων. Καὶ ἔσται ἡ ἰσχὺς αὐτῶν καλάμη στυπείου, καὶ αἱ ἐργασίαι αὐτῶν ὡς σπινθῆρες, καὶ κατακαυθήσονται οἱ ἄνομοι καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἅμα, καὶ οὐκ ἔσται ὁ σβέσων. » Τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα κατ' αὐτῶν προαποφηναμένη ἡ προφητεία, ἑξῆς ἐπιφέρει τὴν ἀρτίως ἡμῖν ἐκτεθεῖσαν περικοπὴν, δι' ἧς εἴρηταί τὸ, « Ὅτι ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς τὸ ὄρος Κυρίου. » Σαφῶς μετὰ τὴν ἐκείνων ὁλοσχερῆ καὶ τελείαν ἀποβολήν τε καὶ ἐρήμωσιν τὰς τῆς Καινῆς Διαθήκης ὑποφαίνουσα οἰκονομίας, καθ' ἃς ἐμφανὲς τοῖς πᾶσιν ἔθνεσι τὸ ὄρος γέγονε τοῦ Κυρίου. Ποῖον δὲ ὄρος, ἢ ὁ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν, Θεὸς Λόγος; αὐτὸς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, ὃν προαποδεδώκαμεν, περὶ οὗ καὶ ἐν Ψαλμοῖς εἴρηται, « Ὄρος τοῦ Θεοῦ, ὄρος πῖον· » καὶ τὸ, « Ὄρος ὃ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς κατοικεῖν ἐν αὐτῷ. » Πρὸς τούτῳ δὲ τῷ ὄρει καὶ ὁ οἶκος τοῦ Θεοῦ ἐμφανὴς γέγονεν· οἶκος δ' ἂν εἴη Θεοῦ ἡ Ἐκκλησία, ἡ ἐπ' ἄκρων τῶν ὀρέων ἀποστολικῶν τε καὶ προφητικῶν λόγων ἐπεστηριγμένη· τούτων δὲ ἐμφανῶν γενομένων ἐπ' αὐτὸ τοῦτο τὸ ὄρος, δῆλον δ' ὅτι τὸν θεῖον Λόγον οὐ κεκτημένος ὁ Ἰσραὴλ, οὐδ' ὁ πολλαχοῦ δηλούμενος οἶκος Ἰακὼβ, ἀλλ' ἁπαξαπλῶς πάντα τὰ ἔθνη· καὶ δὴ σαφὲς πῶς καὶ τίνα τρόπον, ἀποτελεσθέντων διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας τῶν προειρημένων, ἐμφανῶν τε γενομένων τοῦ τε ἀποδεδομένου ὄρους καὶ τοῦ δεδηλωμένου οἴκου, ἡμεῖς οἱ ἐξ ἐθνῶν διὰ τῆς εἰς Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ πίστεως προσεληλυθότες τῷ τῶν ὅλων Θεῷ, πάλαι μὲν ἀγνοοῦντες τὰ τηλικαῦτα, νυνὶ δὲ διὰ τὴν θείαν χάριν ἐπιγνόντες αὐτὰ, προσεληλύθαμεν Σιὼν ὄρει καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ· καὶ ἅτε παιδευθέντες ὑπὸ τοῦ ἐξεληλυθότος ἢ καὶ καταβεβηκότος ἐκ τῆς ἐπουρανίου Ἱερουσαλὴμ Λόγου Θεοῦ, ὡς « Ὅτι ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν· » ἐπὶ τοῦτον

dit : « Neomeniam et Sabbatum, et festivitates vestras non feram, iniqui sunt cœtus vestri : solemnitates vestras odivit anima mea : facta sunt mihi molesta, laboravi sustinens. Et cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis : et cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam : manus enim vestræ sanguine plenæ sunt [1]. » Animadverte quomodo Scriptura, his omnibus exprobatis, neque idololatriam hic, neque aliam eis iniquitatem objicit, neque sanguinum multorum, sed unius cujusdam præcellentis, Christi scilicet, effusionem ob quem Scriptura expresse populum increpat dicens : « Manus vestræ sanguine plenæ sunt? » Quapropter continuo adjicit : « Quomodo facta est meretrix civitas fidelis, plena judicii? Justitia habitavit in ea, nunc autem homicidæ [2]? » Ac postea rursum eorum reprobationem sermo prophetizans, his verbis desinit : « Erunt quasi quercus defluentibus foliis, et velut hortus absque aqua. Et erit fortitudo vestra, ut favilla stuppæ, et opus vestrum quasi scintilla : et succendetur utrumque simul, et non erit qui exstinguat [3]. » Hæc et similia in eos prænuntians prophetia, continuo subjicit ea quæ jam prius retulimus, scilicet, « Et erit in novissimis diebus manifestus mons Domini [4]. » Aperte post istorum plenam perfectamque reprobationem et ruinam, Novi Testamenti institutionem ostendit, qua manifestus omnibus gentibus mons factus est Domini. Qualis vero mons, nisi qui in principio apud Deum, Deus Verbum? ipse enim Salvator et Dominus noster, quem prius ostendimus, de quo et in Psalmis dicitur, « Mons Dei, mons pinguis; » et, « Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo [5]. » Præter hunc montem et domus Domini manifesta facta est. Domus vero esset Dei Ecclesia, quæ in vertice montium apostolicorum et propheticorum verborum elevata est. Quibus vero manifestatis super hunc ipsum montem, apertum est quod divinum verbum non consecutus est Israel, neque multis locis designata domus Jacob, sed in universum omnes gentes. Constat enim quo modo quave ratione expletis Salvatoris nostri manifestatione prænuntiatis rebus manifestisque factis, mons et domus quæ modo interpretati sumus, nos e gentibus per fidem in Christum Dei Filium ad omnium Deum perducti, horum quidem quondam inscii, nunc vero per divinam gratiam periti, ad Sion montem et civitatem Dei viventis, Jerusalemque cœlestem pervenimus. Et velut edocti ab illo qui egressus est vel descendit de cœlesti Jerusalem, Verbo Dei, novimus quod « illa quæ sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater nostra [6]. » Ad hanc cœlestem Dei domum, ad Sion, cœlestem montem Domini, nos invicem invitantes adhortantesque doctrinis et incitationibus, dictitamus : « Venite et ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob : et do-

[1] Isa. I, 8-15. [2] ibid. 21. [3] ibid. 30. [4] Isa. II, 1. [5] Psal. LXVII, 15, 16. [6] Gal. IV, 26.

Digitized by Google

cebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis ejus [1]. » Quibus vero expletis, et Dei gratia nobis omnibus manifestatis, alia quoque prophetia exitum habuit, qua ipsum salutare Verbum manifestius illa quæ nunc nobis elucidanda est prophetia, testatur dicens : « Manifestus factus sum iis qui ante non interrogabant ; invenerunt qui non quæsierunt me ; dixi : Ecce ego, ecce ego ad gentem, quæ non invocabat nomen meum [2]. » Si quis nostræ non consentiat interpretationi, quem alium de hoc monte vel domo Dei sensum exhibere possit nescio, de quibus prophetia, nondum nunc corporaliter manifestatis, quæ prius relata sunt indicat. Possunt hæc quoque aliter secundam Christi manifestationem significare, tunc potius quam nunc perfectum oraculis exitum habituris. Scire quoque operæ pretium est hæc fere ad litteram in Michææ prophetia inveniri.

« Ἀκούσατε λόγων Κυρίου, ἄνδρες τεθλιμμένοι, καὶ ἄρχοντες τοῦ λαοῦ τούτου, οἱ ἐν Ἱερουσαλήμ· Ὅτι εἴπατε· Ἐποιήσαμεν διαθήκην μετὰ τοῦ ᾅδου, καὶ μετὰ τοῦ θανάτου συνθήκας· καταιγὶς φερομένη ἐὰν παρέλθῃ, οὐ μὴ ἔλθῃ ἐφ' ἡμᾶς· ἐθήκαμεν ψεῦδος τὴν ἐλπίδα ἡμῶν, καὶ τῷ ψεύδει σκεπασθησόμεθα· διὰ τοῦτο οὕτως λέγει Κύριος Κύριος « Ἰδοὺ ἐγὼ ἐμβάλλω εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν λίθον πολυτελῆ, ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον εἰς τὰ θεμέλια αὐτῆς, καὶ ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ οὐ μὴ καταισχυνθῇ· καὶ θήσω κρίσιν εἰς ἐλπίδα, ἡ δὲ ἐλεημοσύνη μου εἰς σταθμούς. » Καὶ πῶς οὐκ ἀληθῶς ἠλίθιος καὶ κομιδῇ καταγέλαστος ἡ τῶν σωματικῶς καραδοκούντων λίθον τινὰ τούτων δὴ τῶν πολυτελῶν καὶ πολυτίμων εἶναι νομιζομένων εἰς τὰ θεμέλια τῆς σωματικῆς Σιὼν ἐμβληθήσεσθαι πρὸς αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ὑπόληψις, ἐφ' ὃν λίθον ὁ πιστεύσας οὐδαμῶς καταισχυνθήσεσθαι προφητεύεται; Τὰς μωρὰς τοιγαροῦν καὶ Ἰουδαϊκὰς διηγήσεις, τούς τε *γραώδεις* οὓς ὠνόμασεν ὁ Ἀπόστολος *μύθους* ἀποσεισάμενοι, Θεοῦ ἀξίως τὰς θεοπνεύστους παραδεχώμεθα προφητείας· φησὶν οὖν· « Διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἐγὼ ἐμβάλλω εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν λίθον. » Διὰ ποῖον δὲ τοῦτο, ἢ διὰ τὸ τοὺς ἄρχοντας τοῦ προτέρου λαοῦ πεποιηκέναι συνθήκας μετὰ τοῦ θανάτου, καὶ διὰ τὸ καταλεῖψαι μὲν αὐτοὺς τὴν τοῦ Θεοῦ διαθήκην, ἀντὶ δὲ ταύτης διαθήκην πρὸς τὸν ᾅδην πεποιηκέναι, ὑπολαμβάνειν δὲ διὰ ταῦτα μηδὲν κακὸν ἑαυτοὺς πείσεσθαι· ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦτο τεθεικέναι μὲν ἐπὶ ψεῦδος τὴν ἐλπίδα αὐτῶν καὶ οἴεσθαι τῷ ψεύδει σκεπασθήσεσθαι· διὰ γάρ τοι ταῦτα, ὡς ἂν ἀποπεπτωκότων ἐκείνων ἀπὸ τῆς εἰς τὸν Θεὸν ἐλπίδος, τὸν πολυτίμητον λίθον τοῖς πιστεύουσιν ἐπαγγέλλεται θήσειν. Πρὸς ἐκείνους δὲ τοὺς εἰρηκότας, « Ἐποιήσαμεν διαθήκην μετὰ τοῦ ᾅδου, καὶ μετὰ τοῦ θανάτου συνθήκας· καταιγὶς φερομένη, ἐὰν παρέλθῃ, οὐ μὴ ἔλθῃ ἐφ' ἡμᾶς· ἐθήκαμεν ψεῦδος τὴν ἐλπίδα ἡμῶν, καὶ τῷ ψεύδει σκεπασθησόμεθα, » ὑποκατιδὰς ὁ λόγος φησίν· « Οἱ πεποιθότες μάτην ψεύδει, οὐ μὴ παρέλθῃ ὑμᾶς καταιγὶς, μὴ καὶ ἀφέλῃ ὑμῶν τὴν διαθήκην τοῦ θανάτου, καὶ ἡ ἐλπὶς ὑμῶν ἡ πρὸς τὸν ᾅδην οὐ μὴ ἐμμείνῃ· καταιγὶς φερομένη ἐὰν ἐπέλθῃ, ἔσεσθε αὐτῇ εἰς καταπάτημα· » ἃ καὶ πρόδηλον ὅπως ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰς ἐκεῖνον πεπλήρωται τὸν λαόν. Ἀκολούθως ἄρα ἡμεῖς οὐκ ἄλλον ἡγούμεθα εἶναι τὸν δηλούμενον ἐν-

CAPUT XIII.

« Audite verbum Domini, viri illusores, qui dominamini super populum meum qui est in Jerusalem. Dixistis enim : Percussimus fœdus cum morte, et cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cum transierit, non veniet super nos : quia posuimus mendacium spem nostram, et mendacio protecti sumus. Idcirco hæc dicit Dominus : Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem electum, angularem, pretiosum, probatum, in fundamento fundatum, et qui credit in eum non confundetur. Et ponam in pondere judicium, et justitiam in mensura [5]. » Quomodo enim non vere puerilis et omnino deridendus illorum error, qui corporaliter existimant lapidem quemdam e pretiosis probatisque in fundamentis corporalis Sion mittendum esse ab ipso Domino, eosque qui in hunc lapidem crediderint non esse confundendos, juxta prophetiam ? Stultas igitur et Judaicas interpretationes, quas *aniles fabulas* Apostolus vocat [6] abjicientes, digna Deo acceptione divinitus inspiratas intelligamus prophetias. Dicit igitur : « Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem. » Cur illud, nisi quoniam prioris populi principes cum morte fœdus percusserunt, vel quoniam relicto Dei fœdere, contra pactum cum inferno fecerunt, existimantes propter illud se nihil mali esse passuras ; sed etiam quoniam in mendacio spem posuerunt suam, et mendacio se protectos crediderunt. Quapropter illis a spe in Deum disjectis, pretiosum lapidem credentibus mittere pollicetur. Ad istos autem dicentes : « Percussimus fœdus cum morte, et cum inferno fecimus pactum ; flagellum inundans cum transierit, non veniet super nos ; quia posuimus mendacium spem nostram, et mendacio protecti sumus, » paulo post subjicit Scriptura : « Vos qui mendacio frustra confisi estis, non transibit inundatio aquæ, et delebitur fœdus vestrum cum morte et pactum vestrum cum inferno non stabit : flagellum inundans cum transierit, eritis ei in conculcationem [7]. » Quæ evidenter Salvatoris nostri adventu in hunc populum impleta sunt. Itaque nos non alium existimamus esse, qui hic ostenditur, lapidem electum, probatum et mirabilem, in quem qui crediderint non confundentur, ac sanctum Dei Verbum, in quo, velut lapideo fundamento, spiritualis cœle-

[1] Isa. XXVI, 16. [2] Psal. XLIV. [3] Psal. LXVII, 12 [4] Matth. III, 17. [5] Isa. XXVIII, 11-17. [6] Phil. II, 8. [7] I Tim. IV, 7. [8] Isa. XXVIII, 17, 18.

Digitized by Google

stisque Sion ædificabitur, Dei scilicet Ecclesia. « Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus [1]. » De quo et in Psalmis dictum est : « Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli [2]. » et « angularis » vocatur. Quem vero Daniel quoque lapidem interpretatur de Christi regno, cum dicit : « Lapis autem, qui percusserat statuam, factus est mons magnus, et implevit universam terram [3]. » Ædificantes igitur juxta legis litteram ædificium, hunc reprobaverunt lapidem : qui nihilominus, ab iis reprobatus, caput anguli, gentium videlicet Ecclesiæ ostenditur, juxta illud : « Constitues me in caput gentium [4]. » In hunc igitur lapidem qui crediderit, non confundetur, ut vere prænuntiat præsens de ipso prophetia.

A ταῦθα λίθον ἐκλεκτὸν θαυμαστόν τινα ὄντα καὶ παράδοξον, ὡς τοὺς πιστεύσαντας εἰς αὐτὸν μὴ καταισχυνθήσεσθαι τοῦ ἱεροῦ τοῦ Θεοῦ Λόγου, ἐφ' ὃν ὡς ἐπὶ θεμέλιον ἑδραῖον ἡ πνευματικὴ καὶ ἐπουράνιος Σιὼν ᾠκοδόμηται, οὐκ ἄλλη τις οὖσα τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας· « Θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται (f. 50 v°) θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός· » περὶ τούτου δὲ καὶ ἐν Ψαλμοῖς εἴρηται· « Λίθον, ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας, » καὶ « ἀκρογωνιαῖος » ὠνόμασται· τοῦτον δὲ καὶ Δανιὴλ τὸν λίθον ἑρμηνεύει ἐπὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν, ἔνθα λέγει· « Καὶ ὁ λίθος ὁ πατάξας τὴν εἰκόνα, ἐγένετο ὄρος μέγα, καὶ ἐπάταξεν, ἢ καὶ ἐπλήρωσε πᾶσαν τὴν γῆν. » Οἱ μὲν οὖν οἰκοδομοῦντες τὴν κατὰ τὸ γράμμα τοῦ

B νόμου οἰκοδομὴν, τοῦτον ἀπέδοκίμασαν τὸν λίθον· αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἧττον ὑπ' ἐκείνων ἀποδοκιμασθεὶς, κεφαλὴ γωνίας τῆς τῶν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας ἀναδέδεικται κατὰ τὸ εἰρημένον που, « Καταστήσεις με εἰς κεφαλὴν ἐθνῶν. » Ἐπὶ τοῦτον τοιγαροῦν τὸν λίθον ὁ πιστεύων οὐ καταισχυνθήσεται; ἐπαληθευούσης καὶ ταύτης τῆς περὶ αὐτοῦ προφητείας.

[1] I Cor. III, 11. [2] Psal. CXVII, 22. [3] Dan. II, 35. [4] Psal. XVII, 43. [5] Isa. XXX. 27 [6] Isa. XXXI, 9; XXXII, 1.

CAPUT XIV.

« Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor ejus et gravis ad portandum : labia ejus repleta sunt indignatione, et lingua ejus quasi ignis devorans [5]. » Quid esset dictum hic nomen Domini, nisi Deus Verbum, a quo omnia creata sunt? De secunda igitur et præclara ejus manifestatione accipienda est, ut opinor, hæc prophetia.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

« Ἰδοὺ τὸ ὄνομα Κυρίου ἔρχεται διὰ πολλοῦ χρόνου, καιόμενος θυμὸς, μετὰ δόξης τὸ λόγιον τῶν χειλέων αὐτοῦ, τὸ λόγιον ὀργῆς πλῆρες, καὶ ὀργὴ τοῦ θυμοῦ ὡς πῦρ ἔδεται. » Καὶ τί ἂν εἴη τὸ λεγόμενον ὄνομα Κυρίου ἢ ὁ Θεὸς Λόγος, δι' οὗ τὰ σύμπαντα γεγένηται; Τὰ περὶ τῆς δευτέρας τοίνυν καὶ ἐνδόξου αὐτοῦ παρουσίας νομίζω καὶ ταύτην αἰνίττεσθαι τὴν προφητείαν.

CAPUT XV.

« Hæc dicit Dominus : Beatus qui habet in Sion semen, et incolas in Jerusalem. Ecce enim rex justus regnabit, et principes in judicio præerunt [6]. » Christus Dei dicens : « Ego constitutus sum rex super eos » in hac prophetia designatur. Qui autem sub eo sunt principes, apostoli scilicet, et Ecclesias in judicio Dei dirigentes, sive divini angeli, hominum salutis defensores. Propter illum igitur, qui regit Sion et Jerusalem, « Beatus qui habet in Sion semen et incolas in Jerusalem ; » quæ et congruenter de apostolico spiritu accipi possunt, edocente nos de superna Jerusalem et de cœlesti monte Sion.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Τάδε λέγει Κύριος· « Μακάριος, ὃς ἔχει ἐν Σιὼν σπέρμα, καὶ οἰκείους ἐν Ἰερουσαλήμ· ἰδοὺ γὰρ βασιλεὺς δίκαιος βασιλεύσει, καὶ ἄρχοντες μετὰ κρίσεως ἄρξουσιν. » Ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ ὁ εἰπὼν, « Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ, » καὶ διὰ τούτων δηλοῦται· εἶεν δ' ἂν οἱ ὑπ' αὐτὸν ἄρχοντες, ἤτοι ἀπόστολοι, καὶ οἱ μετὰ Θεοῦ κρίσεως τῶν Ἐκκλησιῶν ἄρχοντες ἢ ἄγγελοι θεῖοι, τῆς τῶν ἀνθρώπων ἔφοροι σωτηρίας· διὰ τοῦτον δὲ τὸν βασιλεύοντα τῆς Σιὼν καὶ τῆς Ἰερουσαλὴμ, « Μακάριος, ὃς ἔχει ἐν Σιὼν σπέρμα, καὶ οἰκείους ἐν Ἰερουσαλήμ· » ἃ καὶ ἀξίως τοῦ ἀποστολικοῦ πνεύματος ἐκλη[μ]πτέον, διδάσκοντος ἡμᾶς τὰ περὶ τῆς ἄνω Ἰερουσαλὴμ, καὶ τοῦ Σιὼν ἐπουρανίου ὄρους.

CAPUT XVI.

« Lætare, solitudo sitiens, exsulta, solitudo, et floribus spargere ut lilium. Germinans germinabit, et exsultabit lætabunda et laudans : gloria Libani data est ei et decor Carmeli ; et populus meus videbit gloriam Domini et altitudinem Dei. Confortate manus dissolutas, et genua debilia roborate. Dicite pusillanimis : Confortamini et nolite timere : ecce Deus vester ultionem adducet retributionis : Deus ipse veniet et salvabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut cervus claudus, et aperta erit lingua muto-

D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

« Εὐφράνθητι, ἔρημος διψῶσα, ἀγαλλιάσθω, ἔρημος, καὶ ἀνθείτω ὡς κρίνον· καὶ ἐξανθήσει καὶ ἀγαλλιάσεται ἔρημα τοῦ Ἰορδάνου· καὶ ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου ἐδόθη αὐτῇ, καὶ ἡ τιμὴ τοῦ Καρμήλου· καὶ ὁ λαός μου ὄψεται τὴν δόξαν Κυρίου καὶ τὸ ὕψος τοῦ Θεοῦ. Ἰσχύσατε, χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα· παρακαλέσατε, ὀλιγόψυχοι τῇ διανοίᾳ· ἰσχύσατε, μὴ φοβεῖσθε· ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν κρίσιν ἀνταποδίδωσι καὶ ἀνταποδώσει· αὐτὸς ἥξει, καὶ σώσει ἡμᾶς· τότε ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται· τότε ἀλεῖται ὡς ἔλαφος χωλὸς, καὶ τρανὴ ἔσται

Digitized by Google

γλῶσσα μογιλάλων, ὅτι ἐρράγη ἐν τῇ ἐρήμῳ ὕδωρ, καὶ φάραγξ ἐν γῇ διψώσῃ· καὶ ἡ ἄνυδρος ἔσται εἰς ἕλη, καὶ εἰς τὴν διψῶσαν γῆν πηγὴ ὑδάτων ἔσται. » Ἐπὶ τῇ τοῦ Θεοῦ παρουσίᾳ τὰς παραδόξους ἰάσεις ἔτεσθαι προαγορεύει. Σαφῶς οὖν καὶ ἐνθάδε τῇ τοῦ Θεοῦ προσηγορίᾳ ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ τετίμηται· οὗ ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ καὶ σωματικῶς μὲν αἱ προειρημέναι θεραπεῖαι ἐπὶ τῶν πασχόντων ἀπετελέσθησαν, (f. 51) θαυμασιώτερον δ' ἔτι καὶ νῦν ἐνεργοῦνται διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως, παντὸς ἁπαξαπλῶς τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους τῶν κατὰ ψυχὴν παθῶν ἀπαλλαττομένου. Ἐρράγη δὲ ἐν τῇ ἐρήμῳ ὕδωρ ἐπὶ τῇ Χριστοῦ παρουσίᾳ καὶ φάραγξ ἐν γῇ διψώσῃ, τοῦ ποτίμου καὶ ζωτικοῦ λόγου ἀναβλύσαντος ἐν τῇ πάλαι ἐρήμῳ καὶ διψώσῃ γῇ, τῇ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ πρότερον οὔσῃ ἀνύδρῳ καὶ διψαλέᾳ ἀθρόως πηγὴ τοῦ τῶν Ἰησοῦ λόγων « ὕδατος ζῶντος ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον » ἀνώμβρησεν· ὑφ' ἧς πηγῆς ποτιζομένη ἀνθήσειν ὡς κρίνον λέγεται ἡ ποτὲ ἔρημος, εὐφραίνεσθαί τε καὶ ἀγαλλιᾶν προστάττεται· καὶ ἡ αἰτία δὲ τῆς εὐφροσύνης καὶ τῆς ἀγαλλιάσεως ἐπιλέγεται, ἐπείπερ, φησὶν « ἐδόθη αὐτῇ ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου, » τουτέστι τῆς Ἱερουσαλήμ· περὶ ἧς ἐν ταῖς ἀνωτέραις προφητείαις ἐλέγετο, ὡς ὅτι, « Καὶ ὁ Λίβανος σὺν τοῖς ὑψηλοῖς πεσεῖται. » Οὗ πεσόντος ἡ πρότερον ὑπάρχουσα ἐν αὐτῷ δόξα τῇ νῦν εὐαγγελιζομένῃ ἐρήμῳ, τουτέστι τῇ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίᾳ, ἐδόθη σὺν τῇ τιμῇ τῇ προτέρᾳ τοῦ λεγομένου Καρμήλου, δῆλον δ' ὅτι τοῦ προτέρου λαοῦ. Ταῦτα δὲ σαφῶς μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν ἔργοις τέλος εἴληφεν ἀκολούθως τῇ τε μετὰ χεῖρας προφητείᾳ, καὶ τῇ φασκούσῃ αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν φωνῇ, ὡς ἄρα « Ἀρθήσεται ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς. »

A rum : quia scissæ sunt in deserto aquæ, et torrentes in solitudine. Et quæ erat arida erit in stagnum, et sitiens in fontes aquarum [1]. » Dei præsentia admirabiles fore sanationes prænuntiat. Aperte igitur hic quoque Dei prædictione Christus Dei glorificatus est. Cujus præsentia et corporaliter quidem prædictæ sanationes in laborantibus impletæ sunt, mirabilius vero nunc adhuc exercentur in eum fide, omni hominum genere cunctis animæ malis penitus exsoluto. Scissæ sunt in deserto aquæ Christi præsentia, et torrentes in terra sitiente, salutari et vivificante verbo emergente in quondam deserta et sitiente terra, gentium scilicet Ecclesia, in qua, cum olim sicca et sitibunda esset, affluenter Jesu verborum fons « aquæ salientis in B vitam æternam [2] » profluet. Quo fonte irrigata, florescet ut lilium, prius deserta terra, ideoque lætari et exsultare jubetur. Causa vero lætitiæ et exsultationis subjicitur, quoniam, ait, « data est ei gloria Libani, » id est Jerusalem ; de qua in superioribus prophetiis dictum est, « Et Libanus cum excelsis cadet. » Quo decidente quæ prius ei erat gloria nunc evangelizatæ solitudini, gentium scilicet Ecclesiæ, data est cum pristino Carmeli decore, prioris, ut liquet, populi. Hæc autem aperte post Christi adventum reipsa exitum habuere congruentem cum præsente prophetia, quæ ipsius Salvatoris voce dicit : « Elevabitur regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus ejus [3]. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

C « Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου· εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ· πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται· καὶ ἔσται πάντα τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν καὶ ἡ τραχεῖα εἰς πεδία· καὶ ὀφθήσεται ἡ δόξα Κυρίου, καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ Σωτήριον τοῦ Θεοῦ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν. » Ὁ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πρόδρομος Ἰωάννης τοῖς ἐπερωτῶσιν αὐτὸν ὅστις εἴη, φησίν· « Ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Τούτου δὴ οὖν χάριν ἐξεθέμεθα τὸ κεφάλαιον ἐν τοῖς περὶ Χριστοῦ μαρτυρίοις, σύμβολον εἶναι νομίζοντες Ἰωάννην τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος· τοιαύτη γάρ τοί ἐστιν ἡ ἐν τῇ ἐρήμῳ βοῶσα φωνή, ἄσημός τις οὖσα, καὶ ἀδιάρθρωτος τοῖς ἄρτι στοιχειουμένοις· ἐν τῇ πάλαι δὲ ἐρήμῳ, τῇ ἐξ ἐθνῶν Ἐκ- D κλησίᾳ, ἡ τοιαύτη γενομένη φωνὴ ἑτοιμάζειν παρακελεύεται τὴν ὁδὸν Κυρίου, καὶ τὰ ἑξῆς· ἅπερ ἐπὶ σχολῆς ᾧ μέλει τῆς τούτων γνώσεως ἐρευνήσας εἴσεται.

CAPUT XVII.

« Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini ; rectas facite semitas ejus. Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur : et erunt prava in rectam et aspera in vias planas : et videbitur gloria Domini. Et videbit omnis caro Salutare Dei, quoniam Dominus locutus est [4]. » Salvatoris nostri præcursor Joannes interrogantibus eum quis esset, ait : « Ego vox clamantis in deserto, » et quæ sequuntur. Hujus vero gratia præcipuum retulimus in testimoniis de Christo, symbolum esse reputantes Joannem apostolicæ prædicationis. Talis enim est in deserto clamans vox, ignobilis quidem et inarticulata illis qui adhuc rudes erant. In terra olim deserta, gentium videlicet in Ecclesia, talis vox edita parare jubebat viam Domini, et reliqua : quod hujus scientiæ studiosus otiose scrutans comperiet.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

« Ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι, ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών, ὕψωσον τῇ ἰσχύι τὴν φωνήν σου, ὁ εὐαγγελιζόμενος Ἱερουσαλήμ· ὑψώσατε, μὴ φοβεῖσθε· εἶπον ταῖς πόλεσιν Ἰούδα· Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ὑμῶν, Κύριος Κύ-

CAPUT XVIII.

« Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion : exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem : exalta, noli timere. Dixi civitatibus Juda : Ecce Deus vester : ecce Do-

[1] Isa. xxxv 1-7. [2] Joan. iv, 14. [3] Matth. xxi, 43. [4] Isa. xl, 3-5.

Digitized by Google

minus Deus in fortitudine veniet, et brachium ejus dominabitur : ecce merces ejus cum eo, et opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet : in brachio suo congregabit agnos, et in sinu suo levabit, fetas ipse portabit [1]. » Hæc quoque existimamus de Verbi Dei adventu dici, et præsertim de secundo, in quo velut justus judex venturus prophetizatur mercedem habens justam unicuique secundum opera sua. Reliqua vero nunc exponere non tempus est; quare aliam aggrediamur particulam.

CAPUT XIX.

« Quis suscitavit ab Oriente justum, vocavit eum ut sequeretur se? dabit in conspectu ejus gentes, et reges obtinebit : dabit quasi pulverem gladio ejus, sicut stipulam vento raptam arcui ejus. Persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus ejus non apparebit. Quis hæc operatus est, et fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus, primus et novissimus ego sum. Viderunt insulæ et timuerunt, extrema terræ obstupuerunt, appropinquaverunt, et accesserunt. Unusquisque proximo suo auxiliabitur, et fratri suo dicet : Confortare. Confortavit faber ærarius percutiens malleo eum, qui cudebat tunc temporis, dicens : Glutino bonum est ; et confortavit eum clavis ut non moveretur [2]. » Justitia ab Oriente exorta quæ etiam esset secundum essentiæ circumscriptionem propriam substantiam habens, nisi Christus Dei, de quo dicit Apostolus : « Qui factus est nobis sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio [3] ? » Hunc autem e patrio sinu, cum oriens sit omne spirituale lumen, sive per incarnationem excitavit, providentia, sive ipse Pater; qui dedit eum in conspectu gentium ; ut pristini eorum reges invisibiles, potestates scilicet nequissimæ, ad miraculi prodigium obstupescerent, videntes talem Dei Filium neque formam neque pulchritudinem habentem ; utque stupore illo in pulverem vertantur eorum gladii, et sicut stipulæ vento raptæ fiant arcus eorum, nec jam hostilia sint eis arma, ignitave tela, quibus olim sibi obnoxias animas lacessebant. Post hæc ait, « Et persequetur eos, » ut omni telorum genere ita persecutus eos, procedat in pace viam pedum suorum. « Quis hæc operatus est et fecit? » ait. Existimamus quod excellentia et benignitas omnium Dei vocantis eam, justitiam videlicet, non aliam ac sapientiam ejus, quam et contemplantes veritæ sunt Deum quæ prius in Dei contemptione vivebant gentes. Qui quondam remotissimi erant, proximi regni cœlorum facti sunt. Ideoque fuerunt attoniti salutis miraculo, se invicem docentes, et frater fratri auxilians, pristinumque confitentur de idolis errorem, hæc eadem dicentes. Faber quippe erat et ærarius, qui malleo, et clavis, et humana machina susci-

[1] Isa. XL,9, 11. [2] Isa. XLI, 2-7. [3] I Cor. I, 30.

ριος μετὰ ἰσχύος ἔρχεται· καὶ ὁ βραχίων αὐτοῦ μετὰ κυρίας· ἰδοὺ ὁ μισθὸς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ· καὶ τὸ ἔργον ἐναντίον αὐτοῦ· ὡς ποιμὴν ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ, καὶ τῷ βραχίονι αὐτοῦ συνάξει ἄρνας, καὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσας παρακαλέσει. » Καὶ ταῦτα νομίζομεν περὶ τῆς τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ παρουσίας λέγεσθαι, καὶ τάχα γε μᾶλλον περὶ τῆς δευτέρας, καθ' ἣν οἷα δὴ δίκαιος κριτὴς ἥξειν προφητεύεται, τὸν μισθὸν ἔχων τῶν κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ (f. 51 v°) πεπραγμένων ἀπονεμητικόν· τὰ μέντοιγε λοιπὰ οὐκ ἔτι νῦν καιρὸς ἀπαιτεῖ διηγεῖσθαι· ὅθεν ἐφ' ἑτέραν τραπησόμεθα περικοπήν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

« Τίς ἐξήγειρεν ἀπὸ ἀνατολῆς δικαιοσύνην, ἐκάλεσεν αὐτὴν κατὰ πόδας αὐτοῦ, καὶ πορεύσεται ; Δώσει ἐναντίον ἐθνῶν, καὶ βασιλεῖς ἐκστήσει· καὶ δώσει εἰς γῆν τὰς μαχαίρας αὐτῶν, καὶ ὡσεὶ φρύγανα ἐξωσμένα τὰ τόξα αὐτῶν· καὶ διώξεται αὐτούς· διελεύσεται ἐν εἰρήνῃ ἡ ὁδὸς τῶν ποδῶν αὐτοῦ· οὐχ ἥξει· τίς ἐνήργησε καὶ ἐποίησε ταῦτα ; Ἐκάλεσεν αὐτὴν ὁ καλῶν αὐτὴν ἀπὸ γενεῶν ἀρχῆς. Ἐγὼ Θεὸς πρῶτος, καὶ εἰς τὰ ἐπερχόμενα ἐγώ εἰμι. Εἶδοσαν ἔθνη καὶ ἐφοβήθησαν· τὰ ἄκρα τῆς γῆς ἐξεπλάγησαν· ἤγγισαν, ἦλθον ἅμα κρίνων ἕκαστος τῷ πλησίον, καὶ τῷ ἀδελφῷ βοηθῆσαι· καὶ ἐρεῖ, Ἴσχυσεν ἀνὴρ τέκτων· καὶ ἀνὴρ χαλκεὺς τύπτων σφύραν, ἅμα ἐλαύνων· ποτὲ μὲν ἐρεῖ· Σύμβλημα καλόν ἐστιν, ἰσχύρωσαν αὐτὰ ἐν ἥλοις, θήσουσιν αὐτά, καὶ οὐ κινηθήσεται. » Δικαιοσύνη ἀπὸ ἀνατολῶν ἐξεγειρομένη τίς ἂν εἴη κατὰ περιγραφὴν οὐσίας, ἰδίαν ὑπόστασιν ἔχουσα, ἢ ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, περὶ οὗ φησιν ὁ Ἀπόστολος· « Ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμός, καὶ ἀπολύτρωσις ; » Τοῦτον δὲ ἐκ τῶν πατρικῶν κόλπων, παντὸς νοητοῦ φωτὸς ἀνατολῶν ὑπαρχόντων, ἢ κατὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ἐξήγειρεν οἰκονομία, ἢ καὶ αὐτὸς ὁ Πατήρ, ὁ δοὺς αὐτὸν ἐναντίον τῶν ἐθνῶν· ἵν' οἱ μὲν πρότεροι βασιλεῖς αὐτῶν ἀόρατοι, δυνάμεις οὖσαι πονηραί, ἐξιστῶσιν ἀπὸ τοῦ παραδόξου τῆς οἰκονομίας, ὁρῶσαι τὸν τηλικοῦτον Υἱὸν τοῦ Θεοῦ μὴ ἔχοντα εἶδος μηδὲ κάλλος· καὶ ἵνα μετὰ τοιάνδε ἔκστασιν δοθῶσιν εἰς γῆν αἱ ῥομφαῖαι αὐτῶν, καὶ ὡς φρύγανα ἐξωσμένα τὰ τόξα αὐτῶν, πρὸς τὸ μὴ κατέχειν αὐτοὺς ὅπλα πολεμικὰ καὶ πεπυρωμένα βέλη, δι' ὧν πρότερον κατεπολέμουν τὰς ὑποχειρίους αὐτοῖς ψυχάς. Μετὰ ταῦτά φησι, « Καὶ διώξεται αὐτούς· » ἵν' οὕτως, κατὰ τὸ πάντων τέλος ἐκδιωχθέντων αὐτῶν, διέλθῃ ἐν εἰρήνῃ ἡ ὁδὸς τῶν ποδῶν αὐτοῦ. « Τίς δὲ ἐνήργησε, φησί, καὶ ἐποίησε ταῦτα ; » Προσυπακούομεν δὲ, ὅτι ἡ χρηστότης καὶ φιλανθρωπία τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ τοῦ καλοῦντος αὐτὴν, δῆλον δ' ὅτι τὴν δικαιοσύνην, οὐκ ἄλλην οὖσαν τῆς σοφίας αὐτοῦ, ἣν καὶ θεασάμενα ἐφοβήθη τὸν Θεὸν τὰ ἐν ἀφοβίᾳ Θεοῦ πρότερον τυγχάνοντα ἔθνη· ἃ καὶ ἐξ ἄκρων καὶ ἀπὸ περάτων τῆς οἰκουμένης κληθέντα ἤγγισε τῷ Θεῷ· οἱ ποτὲ ὄντες μακρὰν ἐγγὺς γενόμενοι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· διὸ καὶ ἐξεπλάγησαν ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τῆς σωτηρίας, διδάσκοντές τε ἀλλήλους, καὶ ἀδελφὸς

Digitized by Google

ἀδελφῷ βοηθῶν, τὴν προτέραν ἐξομολογοῦνται περὶ τὰ εἴδωλα πλάνην, αὐτὰ δὴ ταῦτα λέγοντες· Τέκτων ἄρα ἦν καὶ χαλκεὺς, ὁ διὰ σφύρας καὶ ἥλων καὶ μηχανῆς ἀνθρωπίνης ἀνεγείρας καὶ ἐνισχύσας τοὺς πρότερον νομιζομένους ἡμῖν θεούς· οἱ δὲ οὐδὲν ἄρα ἦσαν ἢ ἄψυχα ξόανα, οὐδεμίαν ἐξ ἑαυτῶν κίνησιν ἐπιδεχόμενα, καὶ ὡς ψευδῆ ἐκτήσαντο οἱ πατέρες ἡμῶν εἴδωλα, καὶ οὐκ ἦν ἐν αὐτοῖς ὠφέλημα. Ὅτι δὲ ταῦθ' οὕτως ἐπὶ τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀπετελέσθη παρουσίᾳ μᾶλλον τῶν λόγων ἡ δι' ἔργων (*f.* 52) παρίστησι μαρτυρία.

A tans et confortans quos prius deos ducebamus Qui quidem nihil erant, nisi inanima simulacra, nullum a se ipsis motum consecuta, et quasi mendacia acceperant patres nostri idola, et non erat in eis utilitas. Quod autem hæc ita Salvatoris nostri impleta sunt adventu, magis operibus quam verbis demonstratur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

« Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ· Ἰσραὴλ ὁ ἐκλεκτός μου, προσεδέξατο αὐτὸν ἡ ψυχή μου· ἔδωκα τὸ Πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν· κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσει· οὐ κεκράξεται, οὐδὲ ἀνήσει, οὐδὲ ἀκουσθήσεται ἔξω ἡ φωνὴ αὐτοῦ· κάλαμον τεθλασμένον οὐ συντρίψει, καὶ λίνον καπνιζόμενον οὐ σβέσει· ἀλλ' εἰς ἀλήθειαν ἐξοίσει κρίσιν· ἀναλάμψει καὶ οὐ θραυσθήσεται ἕως ἂν θῇ ἐπὶ τῆς γῆς κρίσιν· καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. Οὕτως λέγει Κύριος ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ πήξας αὐτὸν, ὁ στερεώσας τὴν γῆν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ διδοὺς πνοὴν τῷ λαῷ τῷ ἐπ' αὐτῆς, καὶ πνεῦμα τοῖς πατοῦσιν αὐτήν· ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ἐκάλεσά σε ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ κρατήσω τῆς χειρός σου καὶ ἐνισχύσω σε· καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην γένους εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους, καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει. » Ὅτι μὴ περὶ τοῦ τῶν Ἰουδαίων λαοῦ προφητεύεται τὰ ἀπὸ τοῦ· « Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ, Ἰσραὴλ ὁ ἐκλεκτός μου, προσεδέξατο αὐτὸν ἡ ψυχή μου, » σαφὲς ἔσται τοῖς ἐθέλουσιν ἑκάστην λέξιν τῶν προκειμένων ἐξετάζειν. ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ Ἑβραϊκὸν ἀκριβείας τοῦτο δῆλόν ἐστιν· οὔτ' οὖν τὸ Ἰακὼβ ὄνομα, οὔτε τὸ Ἰσραὴλ ἐν αὐτῷ ἐμφέρεται· ὅθεν καὶ ὠβέλισται παρὰ τοῖς ἀκριβέσιν ἀντιγράφοις τῶν Ἑβδομήκοντα, καθότι γε οὐκ ἄλλος τῶν δικαίων πλὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὐδὲ μὴν αὐτὸς ὁ τοῦ Ἰσαὰκ ἢ Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ προσαγορευθεὶς τοιοῦτός τις ἦν, ὡς ἐφαρμόζειν αὐτῷ δύνασθαι τὰ προκείμενα, οὐδένα οἶμαι ἀμφιβάλλειν· ἵνα γὰρ καὶ ἑτέροις ἁρμόσοι τις τό· « Ἔδωκα τὸ Πνεῦμά μου ἐπ' αὐτὸν, » τί δ' ἂν εἴποι εἰς τό· « Κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσει, » καὶ εἰς τὰ ἑξῆς, καὶ μάλιστα τό· « Καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν; » Πῶς δὲ κἂν πιθανὸν εἴη ἤτοι τῶν Ἰουδαίων λαῷ, ἢ καὶ αὐτῷ τῷ τοῦ Ἰσαὰκ Ἰακὼβ, ἢ καὶ ἑτέρῳ τινὶ τῶν δικαίων ἐφαρμόζειν τό· « Ἔδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους, καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει; » Ἀλλὰ ταῦτα ἡμῖν ὡς πρὸς τοὺς ἐκ περιτομῆς ἐπηπορήσθω· σαφῶς γε μὴν ἡμᾶς τὸ Εὐαγγέλιον ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ διδάσκει καὶ ταύτην πεπληρῶσθαι τὴν προφητείαν, ὅτε « ἐξελθόντες οἱ Φαρισαῖοι συμβούλιον κατ' αὐτοῦ ἔλαβον, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσιν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς γνοὺς ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν· καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ πολλοὶ, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτοὺς πάντας·

CAPUT XX.

« Jacob puer meus, suscipiam eum : Israel electus meus, assumpsit eum anima mea : dedi Spiritum meum super eum ; judicium gentibus proferet ; non clamabit, neque remittet, neque audietur foris vox ejus; calamum contritum non franget, et linum fumigans non exstinguet ; sed in veritate proferet judicium, resplendebit, et non conquassabitur, donec ponat in terra judicium, et in nomine ejus gentes sperabunt. Sic dicit Dominus Deus, qui fecit cœlum, et intendit illud, qui firmavit terram et ea quæ sunt in ipsa, quique dat flatum populo, qui est in ea, et spiritum calcantibus eam. Ego Dominus Deus tuus vocavi te in justitia, et apprehendam manum tuam, et corroborabo te : et dedi te in testamentum generis in lumen gentium, ut aperires oculos cæcorum, et educeres ex vinculis illigatos, et de domo carceris sedentes in tenebris [1]. » Quod non de Judæorum populo prophetizantur hæc : « Jacob puer meus, suscipiam eum ; Israel electus meus, assumpsit eum anima mea, » et reliqua, manifestum est singulas hujusce prophetiæ voces perpendere volentibus, sed etiam ipso Hebraico textu patet. Neque Jacob, neque Israel nominat : apud ipsos quidem Septuaginta obelo signatum est nomen illud, quoniam non justorum alius, nisi Salvator noster Jesus Christus, non quidem ipse filius Isaac, Jacob, vel Israel denominatur, is erat cui adaptari possent prædicta verba ; atque illud, ut opinor, nulli dubium est. Dato enim quod aliis quoque hæc convenirent : « Dedi Spiritum meum super eum; » cuinam dici potuit : « Judicium gentibus proferet, » et quæ sequuntur, præsertimque illud : « Et in nomine ejus gentes sperabunt? » Quomodo autem credibile esset sive Judæorum populo, sive ipsi filio Isaac, Jacob, sive et cuivis justorum alii, ea convenire : « Dedi te in testamentum generis in lumen gentium, ut aperires oculos cæcorum, et educeres ex vinculis illigatos, et de domo carceris sedentes in tenebris? » Hæc vero nobis, quasi circumcisis, discutienda sunt. Manifeste nos Evangelium a Salvatore nostro Jesu hanc docet prophetiam impletam fuisse, cum « Pharisæi exeuntes consilium adversus eum ceperunt, ut eum interficerent. Quod vero Jesus sciens, secessit inde : et secutæ sunt eum turbæ multæ, et curavit eos omnes, et præcepit eis ne manifestum ipsum facerent [2]. » His enim additur in Evangelio : « Ut impleretur quod dictum est per Isaiam prophe-

[1] Isai. XLII, 1-7. [2] Matth., XII, 14.

Digitized by Google

tam dicentem : Ecce puer meus in quo complacui, dilectus meus, quem elegit anima mea. Ponam spiritum meum super eum, » et reliqua, sicut in prophetia referuntur. Ipse igitur esset, qui hic Jacob vocatur, Filius Dei unigenitus; sicut alias dictum est : « Magnum tibi est vocari te filium meum, suscitare tribus Jacob, et fæces Israel convertere [1]. » Hic igitur a Patre cum inter alia hæc audiisset : « Dedi te in testamentum generis, in lumen gentium, judicium attulit gentibus, » ita ut judicata ratione juxta sanctum Evangelium ipsæ dirigerentur : liquet in nomine ejus speravisse gentes quæ in eum crediderunt, ipsumque ad eas in lumen gentium venisse, ut verbi sui lumine mentis oculos prius caligantibus recluderet. Sed etiam eduxit e vinculis quondam peccatorum nexibus illigatos, atque e domo carceris diaboli illos qui omnium Deum ignorantes in tenebris sedebant. Licet studioso singulas inquirere prophetiæ voces, reliquamque dictionem, sicut modo exposuimus, ad Christum Dei transferre.

καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς, ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσιν· » τούτοις γὰρ ἐπιφέρεται ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· « Ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος· Ἰδοὺ ὁ παῖς μου, ὃν ᾑρέτισα· ὁ ἀγαπητός μου, ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου· θήσω τὸ Πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν, » καὶ τὰ ἑξῆς, ὅσα δὴ ἐν τῇ προφητείᾳ κατείληκται. Αὐτὸς δ' ἂν οὖν εἴη ἂν ὁ καὶ Ἰακὼβ χρηματίσας, Παῖς ὢν μονογενὴς τοῦ Θεοῦ· ὡς ἑτέρωθι λέλεκται· « Μέγα σοί ἐστι τοῦ κληθῆναί σε παῖδά μου, τοῦ στῆσαι τὰς φυλὰς Ἰακὼβ, καὶ τὰς διασπορὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπιστρέψαι. » Οὗτος δὴ τοίνυν παρὰ τοῦ Πατρὸς ἀκούσας μετὰ τῶν ἄλλων (*f.* 52 v°) καὶ τό· « Ἔδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, κρίσιν ἐξήγαγε τοῖς ἔθνεσιν, » ὥστε κεχριμένῳ λογισμῷ κατὰ τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον αὐτὰ πολιτεύεσθαι· σαφὲς δ' ὅπως ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ τὰ πιστεύσαντα εἰς αὐτὸν ἔθνη ἤλπικε, καὶ ὅπως αὐτῷ (1) εἰς φῶς ἐθνῶν ἀναδέδεικται, ὥστε διὰ τοῦ φωτὸς τοῦ λόγου αὐτοῦ διανυγῆναι(οιγῆναι) τοὺς τῆς διανοίας ὀφθαλμοὺς τῶν πάλαι τούτοις πεπηρωμένων· ἀλλὰ καὶ ἐξήγαγεν ἐκ δεσμῶν τοὺς πρότερον σειραῖς τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν κατεσφιγμένους ἐξ οἴκου τε τῆς τοῦ διαβόλου φυλακῆς τοὺς διὰ τὴν περὶ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἄγνοιαν ἐν σκότει καθημένους. Πρόκειται δὲ τῷ φιλομαθεῖ ἑκάστην ἐξετάζειν τῆς προφητείας λέξιν, καὶ ἀναλόγως τοῖς ὑφ' ἡμῶν εἰρημένοις ἐπὶ τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ τὰ ὑποπίπτοντα μεταφέρειν.

CAPUT XXI.

« Estote mihi testes, et ego testis, dicit Dominus Deus, et puer quem elegi [2]. » Et quis esset puer quem elegit Dominus Deus, quem et sibi testem fore prædicat eorum qui ipsi testimonium perhibebunt, nisi ille, de quo et in præcedenti capitulo dictum est : « Jacob puer meus, suscipiam eum, » et quæ sequuntur? Quæ quidem manifeste de Salvatore Dominoque nostro Jesu prophetizata demonstrata sunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

« Γένεσθέ μοι μάρτυρες, κἀγὼ μάρτυς, λέγει Κύριος ὁ Θεὸς, καὶ ὁ παῖς ὃν ἐξελεξάμην. » Καὶ τίς ἂν εἴη ὁ παῖς ὃν ἐξελέξατο Κύριος ὁ Θεὸς, ὃν καὶ ἑαυτῷ συγκαταλέγει μάρτυρα γενησόμενον τῶν αὐτῷ μαρτυρούντων, ἢ οὗτος περὶ οὗ καὶ ἐν τῷ πρὸ τούτου κεφαλαίῳ ἐλέγετο· « Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ, » καὶ τὰ ἑξῆς; ἄτινα σαφῶς ἐπὶ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν ἀπεδείκνυτο προπεφητευμένα.

CAPUT XXII.

« Ecce ego Dominus feci terram, et hominem super eam; ego manu mea consolidavi cœlum, ego omnibus astris mandavi. Ego suscitavi eum cum justitia regem, et omnes viæ ejus rectæ. Hic ædificabit civitatem meam, et captivitatem populi convertet, non pretio, neque muneribus, dicit Dominus Sabaoth. Sic dicit Dominus Sabaoth : Laboravit Ægyptus, et negotiatio Æthiopum, et Sabaim viri excelsi ad te transibunt, et tui erunt servi, et a tergo te sequentur vincti manicis, et adorabunt juvenes, et in te orabunt, quoniam in te Deus est, et non est Deus præter te : tu enim es Deus, et non noveramus, Deus Israel Salvator. Erubescent et confundentur omnes qui adversantur tibi, et ambulabunt in pudore [3]. » Christum Pater suscitavit a mortuis, constituens eum cum justitia regem, super Sion cœlestem, montem sanctum ejus regnantem; ideoque suscitavit eum, postquam « omnes viæ ejus, » ait, factæ sunt rectæ : non est in eis pravum quid, neque perversum [4]. » — « Peccatum enim non fecit, neque inventus est dolus in ore

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

« Ἐγὼ ἐποίησα γῆν, καὶ ἄνθρωπον ἐπ' αὐτῆς· ἐγὼ τῇ χειρί μου ἐστερέωσα τὸν οὐρανόν· ἐγὼ πᾶσι τοῖς ἄστροις ἐνετειλάμην. Ἐγὼ ἤγειρα αὐτὸν μετὰ δικαιοσύνης βασιλέα, καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ εὐθεῖαι. Οὗτος οἰκοδομήσει τὴν πόλιν μου, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ μου ἐπιστρέψει, οὐ μετὰ δώρων, οὐδὲ μετὰ λύτρων, εἶπεν Κύριος Σαβαώθ. Οὕτως λέγει Κύριος Σαβαώθ· Ἐκοπίασεν Αἴγυπτος, καὶ ἐμπορία Αἰθιόπων, καὶ οἱ Σαβαεὶμ ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ διαβήσονται, καὶ σοὶ ἔσονται δοῦλοι, καὶ ὀπίσω σου ἀκολουθήσουσι δεδεμένοι χειροπέδαις, καὶ διαβήσονται πρὸς σὲ, καὶ προσκυνήσουσί σοι, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται, ὅτι ἐν σοὶ ὁ Θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν σοῦ· σὺ γὰρ εἶ Θεὸς, καὶ οὐκ ἤδειμεν, Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ Σωτήρ· αἰσχυνθήσονται καὶ ἐντραπήσονται πάντες οἱ ἀντικείμενοί σοι, καὶ πορεύσονται ἐν αἰσχύνῃ. » Χριστὸν ὁ Πατὴρ ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν τοῦ εἶναι αὐτὸν μετὰ δικαιοσύνης βασιλέα, ἐπὶ Σιὼν τὸ ἐπουράνιον ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ βασιλεύοντα· καὶ ἐπὶ τοῦτό γε αὐτὸν ἤγειρεν, ἐπειδὴ « πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ, » φησὶν, « γεγόνασιν εὐθεῖαι, μηδὲν ἔχουσαι σκολιὸν μηδὲ

[1] Isai. XLIX, 6. [2] Isai. XLIII, 10. [3] Isai. XLV, 12-16. [4] Prov. VIII, 8.

(1) Forte leg. αὐτός. Edit.

Digitized by Google

στραγγαλιῶδες. »—« Ἁμαρτιαν γάρ τοι οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. » Οὗτος δὲ καὶ τὴν πόλιν ᾠκοδόμησε τοῦ Θεοῦ, τήν τε ἐπὶ γῆς ἁγίαν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ καὶ τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλήμ· ἐπιστρέψας τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, τὴν γενομένην ποτὲ ὑπὸ τὸν νοητὸν Ναβουχοδονόσορ, καὶ τὰς ὑπ' αὐτὸν δυνάμεις πονηράς· καὶ δὴ τὴν προειρημένην αἰχμαλωσίαν ὑπέστρεψεν, οὐ λύτρα δοὺς τοῖς αἰχμαλωτεύσασιν, οὐδὲ μὴν δώροις αὐτοὺς πείσας, στρατεύσας δὲ κατ' αὐτῶν καὶ δι' ἀγῶνος αὐτοὺς χειρωσάμενος, ὥστε ἐπὶ τῷ κατορθώματι λαμπρυνάμενον φάναι· « Ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. » Μαρτυρεῖ (*f.* 53) τούτοις τὰ πλήθη τῶν ἀπὸ τῆς προτέρας πλάνης ἐπὶ τὸ γινώσκειν τὸν ἀληθῆ Θεὸν δι' αὐτοῦ παλινδρομησάντων· ἢ λεγέτωσαν οἱ ἐκ περιτομῆς, ἐπὶ τίνα δ' ἂν ἁρμόζοιεν τὰ τῆς μετὰ χεῖρας προφητείας σαφῶς Θεὸν ὁμολογούσης τὸν προφητευόμενον· « Οἱ δὲ γάρ, » φησὶ, « καὶ οἵδε σοὶ ἔσονται δοῦλοι, καὶ ὀπίσω σου ἀκολουθήσουσι, καὶ προσκυνήσουσί σοι, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται, ὅτι ἐν σοὶ ὁ Θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν σοῦ· σὺ γὰρ εἶ Θεὸς, καὶ οὐκ ἤδειμεν, Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ Σωτήρ. » Σαφῶς γάρ τοι ἐνταῦθα ᾧ λέγετο τὸ, ὅτι « ὁ Θεὸς ἐν σοί ἐστι, » τούτῳ προσφωνῶν φησιν ὁ λόγος τὸ, « καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν σοῦ· σὺ γὰρ εἶ Θεὸς, καὶ οὐκ ἤδειμεν· » ἃ καὶ ἐξακούεται ὡς ἂν ἐκ προσώπου λεγόμενα τῶν ἐπεγνωκότων ἐνανθρωπήσαντα τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ· ἐν ᾧ ἐτύγχανεν οἰκῶν Θεὸς ὁ Πατὴρ, κατὰ τό· « Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί· » δι' ὃ καὶ μόνῳ ἂν αὐτῷ ἁρμόσοι τὸ, « Οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν σοῦ, » ὡς ἂν μόνης τῆς τοῦ Λόγου θεότητος ἡνωμένης καὶ ἀνακεκραμένης τῇ πατρικῇ βασιλείᾳ, καὶ διὰ τοῦτο μιᾶς τῆς ἀμφοτέρων ἐπινοουμένης δόξης τε καὶ ἀρχῆς· ἐν δὲ τῷ, « Ἐκοπίασεν Αἴγυπτος, καὶ ἐμπορία Αἰθιόπων, καὶ οἱ Σαβαεὶμ ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ διαβήσονται, » δηλοῦσθαι νομίζω περὶ νοητῶν τινων ἀντικειμένων δυνάμεων ἀγῶνα πρὸς τὸν Χριστὸν ἁραμένων, καὶ ὑποχειρίων αὐτῷ γεγενημένων, ἢ καὶ ψυχῶν τοιωνδὶ κατ' ἀρχὰς μὲν ἀντιτεινουσῶν τῷ Λόγῳ, ὕστερον δέ ποτε τὴν ὑπ' αὐτὸν δουλείαν ἀναδεδεγμένων ἐπὶ τῇ ἑαυτῶν εὐεργεσίᾳ. Περὶ τούτων γέ τοι λέγεσθαι νομίζω καὶ τὸ, « Ἔσονταί σοι δοῦλοι, καὶ ὀπίσω σου ἀκολουθήσουσι δεδεμένοι χειροπέδαις, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται· » τὸ δέ· « Αἰσχυνθήσονται καὶ ἐντραπήσονται πάντες οἱ ἀντικείμενοί σοι, καὶ πορεύσονται ἐν αἰσχύνῃ, » προφητεύεται περὶ τῶν μὴ μετανοησάντων, διαμεινάντων δὲ ἐχθρῶν καὶ πολεμίων, καὶ μηδαμῶς ἄραι ἐφ' ἑαυτοὺς τὸν τοῦ λόγου τοῦ Χριστοῦ ζυγὸν βεβουλημένων. Καὶ ταῦτα μὲν ὡς πρὸς τὴν τοῦ Χριστοῦ σαφήνειαν· ἁρμόζοι δ' ἂν παρατιθέναι τὴν περικοπὴν οὐ μόνον τοῖς ἐκ περιτομῆς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ψιλὸν ἄνθρωπον ὑπειληφόσι γεγονέναι τὸν Σωτῆρα, Ἑβιωναίοις, ἢ τοῖς κατὰ Ἀρτέμωνα, καὶ τὸν Σαμωσατέα Παῦλον. Σαφῶς γὰρ καὶ διὰ τούτων ἡ θεότης τοῦ Χριστοῦ τοῖς περὶ αὐτοῦ δυσπειθῶς ἔχουσιν ἀποδείκνυται.

ejus [1]. » Hic quoque civitatem ædificavit Dei, sanctam in terra Ecclesiam ejus, cœlestemque Jerusalem; cum convertisset captivitatem populi sui, quæ evenit sub spirituali Nabuchodonosor, nefariisque subditis ei potestatibus; et sane prædictam captivitatem convertit, non pretium dans custodientibus, neque eos muneribus captans, præliatus vero adversus eos, et certamine eos dejiciens, ita ut ovans exclamaret: « Ego vici mundum [2]. » Hæc confirmat multitudo eorum qui a pristino errore ad veram Dei scientiam perducti sunt per eum: dicant qui ex circumcisione sunt, cui convenire possint verba hujus prophetiæ, Deum manifeste confitentis. « Hi enim, ait, hi tibi erunt servi, et post te ambulabunt, et adorabunt te, et in te orabunt, quoniam in te est Deus, et non est Deus præter te. Tu enim es Deus, et nesciebamus, Deus Israel Salvator [3]. » Manifeste patet cui hæc dicantur, « quoniam in te est Deus, » quibus addit sermo, « et non est Deus præter te. Tu enim es Deus, et nesciebamus. » Quæ audiuntur quasi ex persona dicta eorum qui Christum Dei incarnatum cognoverunt; in quo inhabitat Deus Pater, juxta illud: « Ego in Patre, et Pater in me [4]. » Ideoque huic soli conveniunt illa: « Non est Deus præter te; » quasi sola Verbi deitate paterno principatui unita commistaque, ideoque sola utriusque gloria et potestate gubernante. His autem, « Laboravit Ægyptus, et negotiatio Æthiopum, et Sabaim viri excelsi ad te transibunt, » ostendi existimo quasdam adversarias spirituales potestates quæ adversus Christum certamen iniere, eique audientes factæ sunt, sive quasdam animas primum Verbo adversantes, ac postea ditionem ejus amplexas propriis ipsarum bonis operibus. De quibus et illud dici opinor: « Erunt tibi servi, et a tergo te sequentur vincti manicis, et in te orabunt. » Hoc vero: « Erubescent et confundentur omnes qui adversantur ei, et ambulabunt in pudore, » prophetizatur de iis qui non egere pœnitentiam, hostesque et inimici permanserunt, et verbi Christi jugum super se ipsos tollere minime voluerunt. Et hæc quidem quasi ad Christi elucidationem. Citandus quippe est ille locus non tantum circumcisionis populo, sed et illis qui Christum quasi simplicem hominem putant, Ebionæis scilicet, vel Artemonis, vel Pauli Samosatensis fautoribus. Aperte enim hoc loco Christi deitas male credentibus in eum demonstratur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

« Ἄκουέ μου, Ἰακὼβ, καὶ Ἰσραὴλ, ὃν ἐγὼ καλῶ· ἐγώ εἰμι πρῶτος, καὶ ἐγώ εἰμι εἰς τὸν αἰῶνα. Καὶ ἡ χείρ μου ἐθεμελίωσε τὴν γῆν, καὶ ἡ δεξιά μου

CAPUT XXIII.

« Audi me, Jacob, et Israel, quem ego voco: ego sum primus, et ego sum in æternum. Et manus mea fundavit terram, et dextera mea consolidavit

[1] Isai. LIII, 9. [2] Joan. XVI, 33. [3] Isai. XLV, 15, 16. [4] Joan. XIV, 11.

Digitized by Google

cœlos. Vocabo eos, et stabunt simul, et congregabuntur omnes, et audient; quis eis annuntiavit hæc? Dominus, qui diligit te, fecit voluntatem tuam in Babylone, ut tolleret semen Chaldæorum. Ego locutus sum, et ego vocavi. Duxi eum et direxi viam ejus: adducite ad me et audite hæc: non ab initio in occulto locutus sum: quando fiebat, illic eram. Et nunc Dominus Dominus misit me, et Spiritus ejus [1]. » Unus cum sit qui in hoc loco loquitur, quis alius esset « Dominus qui fecit cœlum et firmavit illud, et fundavit terram, » quique dicit: « Ego sum primus et ego sum in æternum; » adjiciens in iis quæ sequuntur, juxta omnes qui divinam Scripturam interpretati sunt, illud: « Et nunc Dominus Deus misit me et Spiritus ejus, » ac sanctum Dei Verbum, qui post increatum initium creaturarum omnium primus Deus nominatus est, de quo et alias scriptum est: « Misit Verbum ejus et curavit eos? » Ipse enim est « per quem omnia facta sunt, in cœlestibus et in terrestribus, sive visibilia, sive invisibilia; » quem et misit Dominus Deus Pater, et cum eo Spiritum sanctum, ad ædificandam generis hominum salutem? Atque hæc Judæis apte dici possent, cum doceant alium esse Dominum qui omnia creavit præter omnium Deum, a quo se missum confitetur, dicens: « Et nunc Dominus misit me. » Ipse enim esset cui præcipiens in mundi creatione dicit Pater: « Fiat lux, et fiant hæc et illa; » atque illud: « Faciamus hominem ad similitudinem nostram. » Quare et in Psalmis scribitur illud: « Ipse dixit, et facta sunt, ipse mandavit et creata sunt. » Aperte enim constat quod præcipiens aliquid et loquens alii ac sibimetipsi præcipit et imperat. Singula vero hujusce loci verba inquirere non præsentis est operis.

ἐστερέωσε τὸν οὐρανόν· καλέσω ἐγὼ αὐτοὺς ἅμα, καὶ στήσονται καὶ συναχθήσονται, καὶ ἀκούσονται. Τίς αὐτοῖς ἀνήγγειλεν ταῦτα; Κύριος ἀγαπῶν σε ἐποίησε τὸ θέλημά σου ἐπὶ Βαβυλῶνα, τοῦ ἆραι σπέρμα Χαλδαίων. Ἐγὼ ἐλάλησα, καὶ ἐγὼ ἐκάλεσα· ἤγαγον αὐτὸν, καὶ εὐώδωσα τὴν ὁδὸν αὐτοῦ· προσαγάγετε πρὸς μὲ, καὶ ἀκούσατε ταῦτα· οὐκ ἀπ' ἀρχῆς ἐν κρυφῇ λελάληκα· ἡνίκα ἐγένετο ἐκεῖ ἤμην· καὶ νῦν Κύριος Κύριος ἀπέστειλέ με, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ. » Ἑνὸς ὄντος τοῦ ταῦτα ἐν τῇ περικοπῇ λέγοντος προσώπου, τίς δ' ἂν ἄλλος εἴη « Κύριος ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ πήξας αὐτὸν, καὶ στερεώσας τὴν γῆν, » ὁ λέγων· « Ἐγώ εἰμι πρῶτος, καὶ ἐγώ εἰμι εἰς τὸν αἰῶνα, » καὶ ἐπιφέρων ἐν τοῖς ἑξῆς, κατὰ πάντας τοὺς ἑρμηνεύσαντας τὴν θείαν Γραφὴν, τὸ, « Καὶ νῦν Κύριος ὁ Θεὸς ἀπέσταλκέ με, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ, » ἢ ὁ ἱερὸς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ μετὰ τὴν ἀγένητον ἀρχὴν τῶν γενητῶν ἁπάντων πρῶτος Θεὸς ὀνομαζόμενος, περὶ οὗ καὶ ἀλλαχόσε γέγραπται· « Ἀπέστειλε τὸν Λόγον αὐτοῦ καὶ ἰάσατο αὐτούς; » Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ « δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε ὁρατὰ εἴτε ἀόρατα· » ὃν καὶ ἀπέστειλε Κύριος ὁ Θεὸς ὁ Πατὴρ, σὺν αὐτῷ δὲ καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, οἰκονομήσοντα τὰ ὑπὲρ τῆς ἀνθρώπων σωτηρίας. Εἴη δ' ἂν ἁρμόζον ὡς πρὸς Ἰουδαίους τὸ ῥητὸν, διδάσκον ἕτερον εἶναι Κύριον τὸν δημιουργήσαντα τὰ πάντα παρὰ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, ὑφ' οὗ ἀπεστάλθαι ὁμολογεῖ, λέγων· « Καὶ νῦν Κύριος ἀπέσταλκέ με· » αὐτὸς δ' ἂν εἴη ᾧ προστάττων ἐν τῇ κοσμοποιίᾳ φησὶν ὁ Πατὴρ τὸ, « Γενηθήτω φῶς, καὶ γενηθήτω τάδε καὶ τάδε· » καὶ τὸ, « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν· » ταύτην(ῃ) γὰρ καὶ ἐν Ψαλμοῖς ἀναγέγραπται τὸ, « Ὅτι αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν. » Πρόδηλον γὰρ, ὡς ὁ ἐντελλόμενός τι καὶ λέγων ἑτέρῳ παρ' ἑαυτὸν ἐντέλλεταί τε καὶ προστάττει. Ἑκάστην μέντοι γε λέξιν τῆς περικοπῆς ἐξετάζειν οὐ τῆς παρούσης ἐστὶν πραγματείας.

CAPUT XXIV.

« Audite me, insulæ, et attendite, gentes: Per tempus multum consistet, dicit Dominus: ab utero matris meæ vocavit nomen meum, et posuit os meum quasi gladium acutum; et sub tegumento manus suæ occultavit me; et dixit mihi: Servus meus es tu, Israel, quia in te gloriabor. Et ego dixi: In vacuum laboravi, sine causa, et vane fortitudinem meam consumpsi: ergo judicium meum cum Domino, et opus meum cum Deo meo. Et nunc dicit Dominus, formans me ex utero servum sibi, ut reducam Jacob ad eum, et Israel. Congregabor et glorificabor in oculis Domini, et Deus meus factus est fortitudo mea. Et dixit: Magnum est tibi ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob, et fæces Israel convertendas. Ecce dedi te in testamentum generis, in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ. Hæc dicit Dominus redemptor tuus, Deus Israel: Sanctificate eum qui parvi facit animam suam, quem abominantur gentes, servi do-

[1] Isai. XLVIII, 12-16.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

« Ἀκούσατέ μου, νῆσοι, καὶ προσέχετε, ἔθνη· Διὰ χρόνου πολλοῦ στήσεται, λέγει Κύριος· ἐκ κοιλίας μητρός μου ἐκάλεσε τὸ ὄνομά μου· καὶ ἔθηκε τὸ στόμα μου ὡς μάχαιραν ὀξεῖαν· καὶ ὑπὸ τὴν σκέπην τῆς χειρὸς αὐτοῦ ἔκρυψέ με· καὶ εἶπέ μοι· Δοῦλός μου εἶ σὺ, Ἰσραὴλ, καὶ ἐν σοὶ δοξασθήσομαι· καὶ ἐγὼ εἶπα· Κενῶς ἐκοπίασα, εἰς μάταιον καὶ εἰς οὐδὲν ἔδωκα τὴν ἰσχύν μου· διὰ τοῦτο ἡ κρίσις μου παρὰ Κυρίῳ, καὶ ὁ πόνος μου ἐναντίον τοῦ Θεοῦ μου. Καὶ νῦν οὕτως λέγει Κύριος, ὁ πλάσας με ἐκ κοιλίας δοῦλον ἑαυτῷ, τοῦ συναγαγεῖν τὸν Ἰακὼβ πρὸς αὐτὸν καὶ τὸν Ἰσραὴλ· συναχθήσομαι καὶ δοξασθήσομαι ἐναντίον Κυρίου, καὶ ὁ Θεός μου ἔσται μοι ἰσχύς· καὶ εἶπε· Μέγα σοί ἐστι τοῦ κληθῆναί σε παῖδά μου, τοῦ στῆσαι τὰς φυλὰς Ἰακὼβ, καὶ τὰς διασπορὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπιστρέψαι· ἰδοὺ τέθεικά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. Οὕτως λέγει Κύριος, ὁ ῥυσάμενός σε, ὁ Θεὸς Ἰσραήλ· Ἁγιάσατε τὸν φαυλί-

Digitized by Google

ζοντα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, τὸν βδελυσσόμενον ὑπὸ τῶν ἐθνῶν τῶν δούλων τῶν ἀρχόντων. Βασιλεῖς ὄψονται αὐτὸν, καὶ ἀναστήσονται ἄρχοντες, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ ἕνεκεν Κυρίου· ὅτι πιστός ἐστιν ὁ ἅγιος Ἰσραὴλ, καὶ ἐξελεξάμην σε. Οὕτως λέγει Κύριος· Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι, καὶ ἔπλασά σε, καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην ἐθνῶν τοῦ καταστῆσαι τὴν γῆν, καὶ κληρονομῆσαι κληρονομίας ἐρήμους, λέγοντα τοῖς ἐν δεσμοῖς· Ἐξέλθετε, καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει, ἀνακαλυφθῆναι, καὶ ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς βοσκηθήσονται, καὶ ἐν πάσαις ταῖς τρίβοις ἡ νομὴ αὐτῶν· οὐ πεινάσουσιν, οὐδὲ διψήσουσιν, οὐδὲ πατάξει αὐτοὺς καύσων, οὐδὲ ὁ ἥλιος· ἀλλ' ὁ ἐλεῶν αὐτοὺς παρακαλέσει αὐτοὺς, καὶ διὰ πηγῶν ὑδάτων ἄξει αὐτοὺς, καὶ θήσω πᾶν ὄρος εἰς ὁδὸν, καὶ πᾶσαν τρίβον εἰς βόσκημα αὐτοῖς. » Εἰκὸς τοὺς ἐκ περιτομῆς οἴεσθαι περὶ ἑαυτῶν εἰρῆσθαι τὰ ἐν τῇ προφητείᾳ, ἐπείπερ λέλεκται· « Καὶ εἶπέ μοι· Δοῦλός μου εἶ σὺ, Ἰσραὴλ, καὶ ἐν σοὶ ἐνδοξασθήσομαι· » πρὸς δὲ τῷ μὴ ἁρμόζειν (*f.* 54) αὐτοῖς τὰς λέξεις σαφῶς ἀποδείκνυται καὶ ἀπὸ τῶν ἑξῆς, ὅτι δὴ περὶ ἑτέρου Ἰσραὴλ τὰ λεγόμενα προφητεύεται· γέγραπται γάρ· « Καὶ νῦν οὕτως λέγει Κύριος ὁ πλάσας με ἐκ κοιλίας δοῦλον ἑαυτῷ τοῦ συναγαγεῖν τὸν Ἰακὼβ καὶ τὸν Ἰσραὴλ πρὸς αὐτόν· καὶ πάλιν εἶπέ μοι· Μέγα σοί ἐστιν τὸ κληθῆναί σε παῖδά μου, τοῦ στῆσαι τὰς φυλὰς τοῦ Ἰακὼβ καὶ τὰς διασπορὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπιστρέψαι. » Ἀλλὰ καὶ τό· « Ἰδοὺ τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς, » παράδοξόν τινα καὶ θαυμαστὸν ὑποφαίνει τὸν περὶ οὗ ὁ λόγος. Τίς δ' ἂν οὗτος εἴη ἢ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ καὶ ἤδη πρότερον ἐν τοῖς ἀνωτέρω Ἰακὼβ χρηματίσας καὶ Ἰσραὴλ διὰ τοῦ· « Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ, Ἰσραὴλ ὁ ἐκλεκτός μου, προσεδέξατο αὐτὸν ἡ ψυχή μου; » Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ μόνος κατ' ἀλήθειαν ὁρῶν Θεὸν τὸν Πατέρα, Ἰσραὴλ μὲν ὀνομαζόμενος, ὅπερ ἑρμηνεύεται « ὁρῶν τὸν Θεὸν, » κατ' ἐπίνοιαν αὐτοῦ τῆς θεότητος· Ἰακὼβ δὲ, ὅπερ ἐστὶ « πτερνιστὴς, » καθ' ὃ ἐνανθρωπήσας κατηγωνίσατο πάσας τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις. Ὅρα δὲ εἰ μὴ συνάδουσιν ἀλλήλαις αἱ περιχοπαὶ, ἥ τε μετὰ χεῖρας, καὶ ἐν ᾗ ἐλέγετο τὸ, « Ἰακὼβ ὁ παῖς μου » εἰς τὸν Χριστὸν ἀναφερόμενον· ὡς γάρ τοι ἐκεῖ τὸ « Ἰακὼβ ὁ παῖς μου » εἴρηται, οὕτως ἐνθάδε τὸ « μέγα σοί ἐστι τοῦ κληθῆναί σε παῖδά μου· » καὶ ὡς ἐκεῖ τὸ, « Ἰσραὴλ ὁ ἐκλεκτός μου » λέλεκται, οὕτως ἐνθάδε τὸ, « ὅτι πιστός ἐστιν ὁ ἅγιος Ἰσραὴλ, καὶ ἐξελεξάμην σε. » Πάλιν τε αὖ ἐκεῖ μὲν εἴρηται· « Ἔδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους, καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει· » ἐν δὲ τῇ μετὰ χεῖρας· « Ἰδοὺ τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ καταστῆσαι τὴν γῆν, καὶ κληρονομῆσαι κληρονομίαν ἐρήμου, λέγοντα τοῖς ἐν δεσμοῖς· Ἐξέλθετε, καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει· Ἀνακαλύφθητε. » Ὅτι μὲν οὖν οὐδενὶ ἄλλῳ ἢ μόνῳ τῷ Σωτῆρι ἡμῶν ἁρμόζει τὰ ἐν ταῖς προκειμέναις

A minantium. Reges videbunt eum et exsurgent principes, et adorabunt eum propter Dominum; quia fidelis est Sanctus Israel, et elegi te. Hæc dicit Dominus: In tempore placito exaudivi te, et in die salutis auxiliatus sum tibi: et servavi te, et dedi te in fœdus populi, ut suscitares terram, et possideres hæreditates dissipatas; ut diceres his qui vincti sunt: Exite, et his qui in tenebris: Revelamini. Super omnes vias pascentur, et in omnibus planis pascua eorum. Non esurient, neque sitient, et non percutiet eos æstus et sol: quia miserator eorum reget eos, et ad fontes aquarum potabit eos. Et ponam omnes montes meos in viam, et omnem semitam eis in pascua[1].» Verisimile est opinari Hebræos sibi hujus prophetiæ verba dici, scilicet: « Et dixit mihi: Servus B meus es tu, Israel, et in te gloriabor. » Non istis vero hæc convenire demonstrant quæ sequuntur, et ad alium Israel spectare; scriptum est enim: « Et nunc sic dicit Dominus, formans me ex utero servum sibi, ut reducam Jacob ad eum, et Israel. Et rursus dixit mihi: Magnum tibi est vocari filium meum, ad suscitandas tribus Jacob, et fæces Israel convertendas. » Sed et illud: « Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ, » admirabilem quemdam et prodigiosum fore demonstrat eum de quo sermo habetur. Quis autem hic esset, nisi Dominus noster Jesus Christus, qui jam prius in iis quæ supra relata sunt, Jacob et Israel manifestatus est dicens: « Jacob puer meus, suscipiam eum, et Israel electus meus: C suscepit eum anima mea? » Hic enim est solus vere videns Deum Patrem, Israel quidem nominatus, quod interpretatur *videns Deum*, juxta divinitatis suæ sensum; Jacob autem, id est *luctator*, quoniam incarnatus omnes adversarias debellavit potestates. Attende enim quomodo consentiant inter se prophetiæ; hæc quidem, de qua nunc sermo habetur, et in qua dicitur illud, « Jacob filius meus, » quod ad Christum spectat; sicut enim illic « Jacob puer meus » dicitur, ita hic « Magnum tibi est vocari te filium meum; » et sicut illic, « Israel electus meus » dicitur, ita hic, « quia fidelis est sanctus Israel, et elegi te. » Rursusque illic dicitur: « Dedi te in testamentum generis, in lumen gentium, ut D aperires oculos cæcorum, et educeres de conclusione vinctos, de domo carceris sedentes in tenebris; » in præsente vero prophetia: « Ecce dedi te in lucem gentium, ut suscitares terram, et possideres hæreditates dissipatas; ut diceres his qui vincti sunt: Exite, et his qui in tenebris: Revelamini. » Quod quidem nulli alii ac soli Salvatori nostro conveniunt illæ prophetiæ, manifestum fiet multitudini gentium quæ in eum atque per eum in omnium Deum speraverunt, quibus a Patre constitutus est in lumen. Ait igitur, « ut suscitares terram, » scilicet ad animam prius tumultu et procella agita-

[1] Isai. XLIX, 1-11.

Digitized by Google

